



A. a. S. P.



2 400 40 MADE IN SPAIN




Del Colegio de la Compañía de Jesús del gran.º RR.  
R. 2253

IN SACROSAN-  
ctum Iesu Christi Euange-  
LIVM SECUNDVM IOANNEM  
Enarrationes,

IVXTA ERVDITORVM SENTEN-  
tiam factæ, per Sacræ Theologiæ doctorem, Claudium Guil-  
liaudum Belliociensem, apud insignem Eduorū Ecclesiam Præ-  
positum, & Canonicum Ecclesiastem: Cū indice copiosissimo:  
CVM AVTHORITATE ET APPRO-  
batione Sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis.

OMNIA IVDICIO ECCLESIAE SVBMISSA SVNT:





LVTETIAE.  
Apud Ioannem Roigny, via Iacobæa, sub insigni  
Basilicæ, & quatuor elementorum.

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



A. a. S. P.



Del Colegio de la Comp. de Jesus del gran. 882

R. 8863

IN SACROSAN-  
ctum Iesu Christi Euange-  
LIVM SECUNDVM IOANNEM  
Enarrationes,

IVXTA ERVDITORVM SENTEN-  
tiam factæ, per Sacræ Theologiæ doctorem, Claudium Guil-  
liaudum Belliocensem, apud insignem Eduorū Ecclesiam Præ-  
positum, & Canonicum Ecclesiæ: Cū indice copiosissimo.

CVM AVTHORITATE ET APPRO-  
batione Sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis.

OMNIA IVDICIO ECCLESIAE SVBMISSA SVNTO:



LVTETIAE.

Apud Ioannem Roigny, via Iacobæa, sub insigni  
Basilisci, & quatuor elementorum.

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





# Priuilege.

H E N R Y, Par la grace de Dieu Roy de France, A noz amiez & feaulx Cōseilliers tenans nostre Court de Parlement a Paris, Tholoze, Bourdeaux, Roué, Diion, Prouuēce, & Grenoble, noz lieutenans & gouuerneurs esdictz pais, Preuost de Paris, Seneschal de Lion, Tholoze, Prouuēce, & a tous noz autres iusticiers, & a chacun d'eulx endroict soy, & si comme a luy appartiendra, Salut & dilection.

R E C E V auons l'humble supplication de nostre cher & bien amé Jehan Roigny, libraire iuré en l'Vniuersité de Paris, contenant que puis aucun temps en ca, il a recouuert les Commentaires sur l'Euangile Sainct Jehan, de Maistre Claude Guillaud, docteur en la faculté de Theologie: lesquels il a fait veoir & visiter par les docteurs d'icelle Vniuersité, lesquels on dict & iugé que icelluy liure estoit sincere & catholique, & qu'il pouuoit estre equitablement mis en lumiere: ainsi qu'il appert par leur censure & aduis cy attaché sous le cōtre-feel de nostre Chancellerie: Lequel liure icelluy suppliant feroit volontiers imprimer, si nostre grace, congé & permission luy estoit sur ce donnée, nous humblement requerant noz lettres de prouision a ce conuenables & necessaires.

P A R Q V O Y, nous ce considéré, vous mandons, commettons, & tresexpressement enioignons par ces presentes, que vous permettez & souffrez audict suppliant, & auquel de grace especial, pleine puissance & autorité Royal, nous auons permis & octroyé, permettons & octroyons imprimer ou faire imprimer toutes & quantes fois que bon luy semblera lesdictz Commentaires sur l'Euangile Sainct Jehan, & iceulx vendre ou faire vendre iusques au temps & terme de cinq ans, a compter du iour & date que lesdicts liures seront paracheuez d'imprimer, sans qu'autres que ledict Roigny puissent imprimer ou faire imprimer ne vendre d'autres que ceulx qu'il aura fait imprimer pour ledict temps, sur peine de confiscatiō desdicts liures & d'amende arbitraire. Et a ce faire, souffrir & obeir, cōtraignez, ou faites cōtraindre par toutes voyes & manieres deues & raisonnables, realement & de fait tous ceulx qu'il appartiendra, & qui pour ce feront a contraindre. En faisant ausurplus faire inhibitions & deffenses de par nous sur lesdictes peines a tous autres imprimeurs & libraires qu'il appartiendra, qu'ils ne ayent a imprimer ou faire imprimer les Commentaires dessusdictz en nostre royaume, ne imprimez ailleurs les vendre, iusques a ce que


ledict tēps de cinq ans soit expiré : Car ainsi nous plaist il estre fait:  
Nonobstant oppositions ou appellations quelconques faites ou a  
faire, & lettres subreptices a ce contraires. Donnē a Escouan le  
cinqieme iour de Mars, L'an de grace Mil cinq cens quarante sept:  
& de nostre regne le premier. Ainsi signé,

Par le Roy en son conseil.

Hurault.

## Reuerēdis. cardinali de Guifia,

ARCHIEPISCOPO RHEMENSIS, ET PRINCI-  
pi illustris. D. Carolo à Lothoringia, Claudius Guillaudus S.



QVVM in hominū institutis nihil ab illa vi  
præstantis ingenii, quæ iis omnibus inesse  
debet, qui res magnas aggrediuntur, alienū  
magis esse perpetuū duxissem, illustrissime  
Princeps, idēque Antistes in primis vene-  
rande, quā si illud ipsum turpi quærendi  
defatigatione deponamus, quod semel susce-  
ptum, atque itē absolutum, pulcherrimum  
fore putemus. Huc vsque tandē profectum  
est, vt quum superioribus annis in ædēdis in Paulinas epistolas, & in  
eas, quas vocāt Canonicas, cōmentariis, nauauissem operā: suscipien-  
dum etiā mihi in Ioānis Euangelium nō minus operæ ex officio pu-  
tauerim. Ecquis enim dilata vel abrupta potius cōmēdet studia? Ne-  
mo certē manum ad stiuā admouens, respicere debet retro. Quinetiā  
acceptū à Domino talentū exercere oportet, vt veniēs accipiat quod  
suum est cum vsura. Quod ego dū meditarer & agerē sedulo, nescio  
quomodo mihi venit in mentem irritos propemodum abire omnes  
hominū conatus, nisi præcipui alicuius numinis fulciātur præsidio, &  
arduā me suscepisse prouinciā, imparēmque meis viribus, qui Aquilam  
illam in sublimi volantē, & in naturæ diuinæ mysteriis, velut in  
densissima, hominūque oculis minimē peruia nube sese subinde  
cōdentē, cōsequi tentarē, præcipuē implumis, & obtusa oculorū acie.  
Ideoque mihi planē metuendū esse videbā casum illū Icarii, aut ali-  
quid etiam eo grauius. Breuiter, animum despondebā, & tanquam in  
medio cursu deficiebā, infirmitatis meæ mihi probē cōsciū, nisi vnus  
interuenisses, & iuxta Græcorum prouerbium, ὡς ἄνθρωπος ἐν μυχθῶνι  
ἐπιφανεῖς, animum addidisses. Nā quum ante quatuor annos ad salu-  
tandū amplissimā tuā dignitatem Argiliū vsque cōtendissem, ibique  
de literis, hoc est de iis rebus colloqueremur, (quarū te semper amā-  
tissimum cognouerā) expromo tibi eos ipsos in Ioannē Commēta-  
rios, quos tūc forte mecum habebā penē quidē absolutos, sed tamē ru-  
des adhuc, & omnino neglectos, vt quos ipse iudicarē digniores esse  
qui cū tineis & blattis in situ rixarētur ac tenebris, quā vt aliquan-  
do venirent in lucē, & eruditorū conspectū. Eos tamē quū solita tua  
humanitate excepisses, & per aliquot dies cupidē legissem, non pau-  
cōsque locos abstrusiores diligenter examinasses, atque contulisses



adhibitis ad id negotii non modo vocalibus ( quorū nunquam non habes copiam ) sed etiam mutis illis tuis doctoribus, quos tibi scriptis inclusos circumuehere solet clitellarius mulus, ut siue domi agas, siue ruri, doctissimos semper habeas quibuscū loquaris. Denique re tota diligenter discussa, & ad vnguem (quod dicitur) explorata, monuisti perhumaniter atque ad eō adhortatus es ut pergerem, & opus institutum absoluerem, inque manus hominum emitterem. Hac ego tātī Principis atque Antistitis adhortatione, fateor, animū recepi: ac iam mihi multo quā antea magis placere cōperūt nostri qualescunque Commentarii, quod tibi prāter alia candido & exacti iudicii viro displicere non viderentur. Ad intermissum opus igitur vel potius omissum, adhortatione tua reuocatus, illud tandem ad finem (tameſi multis vigiliis) perduxi. Neque prius hoc toto quadriennio recognoscere, castigare, & vrsi more foetum hunc nostrum lambere destiti, quā extremā manū addiderim. Quinetiam (quod in primis necessarium videbatur) Lutetiam profectus, cum doctissimis collegis meis singula contuli, eadēque ad incudem Sacrae Theologiae facultatis (quam ego semper ut matrem reuerebor) subinde reuocaui & cudi. Age igitur bonis auibus, optime Princeps, ne stituā reliquisse, atque retrō aspexisse videar, dum ad reliquos noui Testamenti libros ararum duco, en prodeunt in lucem & hominum manus, nostri in Ioannem Cōmentarii, non alterius quā tuo freti praesidio, quo authore atque adhortatore sum in his absoluendis & emittendis, vsus: quo simul aduersus Aristarchos omnes plurimum valebunt. Nam quum lucubrationes nostras in Epistolas Canonicas eximio nostrae aetatis ornamento Principi illustrissimo D. Episcopo Trecenti fratri tuo, anno superiore consecrassem, seruauit apud me quo te ē felici illa tua legatione ad summum Pontificem, iam reducem, salutare. Et quemadmodum Alexander rogatus cui haereditatem relinqueret & cōmendaret, respondisse fertur, Ei qui optimus esset: Ita si quis de hisce nostris Cōmentariis, me roget, tu mihi vnus occurris, Princeps & Antistes, optimus omnium ore praedicatus, cui eos relinquā atque cōmendē. Idque ut lubentius faciā, hoc potissimum nomine sum adductus, quod non obscuris argumentis habeā exploratū, tātō te ardore ad Euangelicae philosophiae lectionē rapi, ut quicquid vbi que est disciplinarū, praehac vna, nugas existimes & fumos. Dignēris igitur obtestor, Antistes reuerēdiss. & Princeps illustriss. & Guillaudi tui patrociniū, & operis tibi dicati tutelā alacriter suscipere. Qua in re si nostrā expectationem benignitas tua non fefellerit (scio non fallerit) animū mihi adiicies, ut eandē aleam in reliquis sacri Euangelii scriptoribus non dubitem experiri. Vale, Eduae. Idibus Aprilis, 1548.


NICOLAIROILLETI BELNENSIS,  
ad Christianae Theologiae studium, exhortatio.

Somnia Parnasi pleno deprædicet ore,  
Quem nox vna tibi fecit Homere parem:  
Castalius alius totum se proliat vndis,  
Et redeat vates ex Helicone nouus,  
Frigida sunt istis quæ quis de fontibus haurit,  
Mistæque terrenæ plurima facis habent.  
Oblectant tantum fallaci suauia gustu,  
Sed nil quod mentem roboret, intus habent.  
Aureus hic tibi fons, caelesti nobilis ortu,  
Atque alueo nunquam deficiente fluens.  
Hic tibi manantem Guillaudus nectare multo,  
Ex Saluatoris fontibus haurit aquam.  
Ex illis qui potat aquis, rursum sitit: ast hîc  
Esse nec esuries, nec sitis vlla potest.  
Hunc quisquis bibit, ex huius mox effluit aluo  
In vitam aeternam fons salientis aquæ.  
Hoc in fonte bibens, viso Samaritis IESVS,  
Ex scorto immundo reddita sponsa Dei est.  
Hîc etiam (bene si quæras) occurret IESVS:  
Non alio magis est obuius ille loco.  
Terrenæ hîc nil facis habes: vis ignea quicquid  
Immundum est, quouis purius igne coquit:  
Hoc igni flagrans Abisac Dauidica, corpus  
Calfacit amplexu sola senile suo.  
Hoc igni flagrans, mox absorbeberis, imis  
E terris ipsum raptus adusque Deum.  
Has vires frustra à Musis, Phœbôque requires:  
Sola sibi proprias quas Sunamitis habet.  
In studiis aliis vbi totos triueris annos,  
Facundum poterunt, non facere illa pium.  
Fons hic, ut est sacrae & caelestis originis, ex hoc  
Sic & caelestem, qui bibit, esse facit.  
Illis Pegasæum fontem, atque Heliconæ relinque,  
Quis pura est potior turbidus annis aqua.  
Tu Saluatoris bibito de fontibus, illas  
Quas tibi tam suaves Claudius haurit aquas.

FINIS.

# Sanctum Iesu Christi Euange- lium secundum Ioannem.

## CAP. I.



**I**N PRINCIPIO erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est: & habitavit in nobis (& vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a Patre) plenum gratiae & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei ab Ierolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negavit. Et confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum, Quid ergo? Elias es tu? & dixit, Non sum. Propheta es tu? & respondit, Non: Dixerunt ergo ei, Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrigiam calceamenti. Hae in Be-

Graci sedisti in  
gū. Nihil quod  
factum est, in  
e. e.  
Et lux in e. e.)  
Hebr. quae in  
t. nebris luce-  
bat.  
In testimonio  
e. e. ad testifi-  
candum.  
Lumino,) luce.  
Per ipsum, sub.  
Ioannem, id est,  
ut omnes per  
predicationem  
Ioannis crede-  
rent in ipsum  
Christum.  
Erat lux, e. e.)  
Hebr. Quod lu-  
men erat verum,  
illuminans om-  
nes homines  
venientes.  
Et mundus per  
ipsum. Qui mi-  
dus per ipsum fa-  
ctus erat, a quo  
non est agnitus.  
Propria) Hebr.  
sua.  
In nomine e. e.)  
id est in nomen  
id est his, qui fi-  
dem haberent  
in ipsum.  
Ex sanguini-  
bus, e. e.) ex co-  
mercio virilis  
& multibus se-  
minis.  
Et verbis. E T  
pro N A M.  
Qui est in sinu  
id est Patris ac-  
ceptissimus &  
consubstantia-  
lis.  
Nescitis) non no-  
mestis.

Christus Deus  
per quem omnia  
facta.  
Vita.  
Lux.  
Matth. 3. a  
Marc. 1. a.  
Ioannes testa-  
tus lucem Chri-  
stum venisse.  
Lux Christus.  
Filius Dei, qui  
Christo credit.  
Fides a Deo.  
Ioannis testi-  
monium de Chri-  
sto.  
1. Timoth. 6. d.  
Gratia.  
Deum nemo vi-  
dit.  
Isa. 40. a.  
Matth. 3. a.  
Marc. 1. a.  
Luc. 3. a.  
Matth. 3. c.  
Marc. 1. b.  
Luc. 3. e.  
Act. 1. a. 2. a. 11.  
c. 39. a.



Agnus Dei.

Ioanes docebat Christum venisse.

Matth. 3. d. Marc. 1. b. Luc. 3. d.

Vnde cognovit Ioannes Iesum esse Christum. Discipuli Ioannis se agnoverunt Christum.

Rabbi.

Cephas, vox Chaldaica quae rupem significat.

Fidus Nathanael.

thania facta sunt, trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Altera die vidit Ioannes IESVM venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulante, dicit, Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid quaeritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) ubi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant a Ioanne, & sequuti fuerat eum. Inuenit hic primum, fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu es Simo filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilaeam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreae & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetarum, inuenimus IESVM filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo, Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, Tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, Videbitis caelum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.

Bethabara. Altera postera. Tollit, id est tollit & remittit. Hebr. Peccata peccatum. Venit, praesentis temporis. Ante me, &c. id est me antecessit. Nesciebam non inueniam. In Israel Israel. Baptizare aqua. Et testimonium &c. Et pro propterea. Altera postera.

Messias.

Simon Petrus.

Philippi vocatio. Nathanael. Gene. 49. b. Deuter. 18. d. Isa. 40. c. 45. b. Iere. 23. a. Exech. 34. f. 37. f. Daniel. 9. f.

Vidi videbam. Maiora.

A modo vel post haec videbitis.

In principio erat Verbum.

CAP. I.



**D**ISTINCTVS Ioannes Euangelista de re quae sua natura & dignitate seipsum satis commendat, & omnibus sese desideratissimam offert, non studuit exordium, quo sibi auditores conciliaret, praemittere: sed omisso exordio, a propositione, veluti quadam breui tabella totum Christum, hoc est diuinitatem & humanitatem eius, ob oculos explicante, suum exorditur Euangelium. Est autem propositio ab hoc verbo IN principio, & c. vsque ad eum locum, **F**VI T homo missus a Deo. In qua, imprimis Ebionitas & Cherinthianos feriens, diuinitatem Christi, per quam omnia creata sunt, docet: deinde humanitatem eius proponit, quae fidelibus & vitam desiderantibus, via est recreationis & regenerationis. Est certe conuenientissimum, ut qui per Christum creati sunt, per ipsum recreentur regenerenturque. Tamest IESVS CHRISTVS verus sit ex Maria Virgine homo natus, a principio tamen siue ab initio erat Verbum. Quod quum a principio siue ab initio sit: non inuenitur quando non erat. Nihil enim ante principium est. Ex hoc loco & primo capite primae epistolae huius Euangelistae, idem esse docemur, IN principio, & A principio, sine A B initio. Illic dicit, Quod fuit, vel ut alij legunt, erat, ab initio, & c. hic, In principio erat Verbum. Verbum erat, nota est aeternitatis comprehendens praeteritum absque defitione, sine & exitu. Quae non est vsus Moses Genes. i. cap. In principio creauit Deus caelum & terram. Ex quo intelligo mundum coepisse, Verbum autem siue filium Dei aeternum esse. Non dicit, In principio Deus fecit Verbum, sed In principio erat Verbum. Non possumus in vnigenito Dei filio principium temporis intelligere: nam qui ante omnia secula est, eius aeterna substantia est: cuius natura quum finis & exitus sit expers, necesse est eam semper eodem modo se habere. Iuxta illud Psalm. 101, Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt. At quia Filius aeternus & ante omnia secula est, nullo tempore generatio eius mensurari potest, sed est semper in Patre, quasi in fonte, ut idem dicebat Ioannes cap. 3, Ego enim ex Deo processi, & veni. Quasi enim fontem (ait Cyrillus) Patrem intelligimus, in quo Verbum est, sapientia, virtus, character, splendor & imago eius existens. Quare cum nullo vnquam tempore, nullave duratione, Pater absque sapientia, virtute, splendore, & characteris fuerit, necessarium est intelligamus Filium esse Patri coaeternum. Nulla alia significatione Pater dicitur Filij principium, quam ut ex quo, quoniam ex Patre est, immo & in patre est, distinguuntur persona, non autem essentia. Non est ergo post Patrem natura secundus, sed ex ipso Patre semper, & cum ipso, secundum ineffabilis generationis modum. Obserua, Quum perspiciamus nouum Testamentum esse veteris Testamenti reuelationem, atque Paulum Christi diuinitatem per loca quae ex veteri Testamento citantur, probasse, non pigebit consulere veteris Testamenti locum, ad huius nostri instituti declarationem ampliore facienda. Genes. cap. i. scribit Moyses, Dixitque Deus, Fiat lux, & facta est lux. Et ita deinceps commemorat Moyses omnes creaturas, ut lucem conditas, nempe per Dicere, aut Verbum Dei, dicente Domino, Fiat firmamentum, fiat sol, luna, stellae, & c. Ex quo textu certissime constat Deum Verbum habere, per quod dicebat, antequam illae essent creaturae. Iam id Verbum non potest esse creatura: quandoquidem vniuersae creaturae, per Dicere, eius Verbum, conditae sunt. Hoc ut ita constanter asseueremus, euincunt Moyse verba, quae ita habent, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Hic iam obseruamus Verbum oportere ante lucem factam, fuisse: quandoquidem lux per Verbum facta est, ac omnes creaturae. Iam pergamus. Quum Verbum fuerit ante omnes creaturas, & sunt omnes creaturae per Verbum factae, necesse est ut sit Verbo alia quam creaturarum substantia, neque ipsum Verbum factum sit aut conditum ut creatura, sed sit aeternum absque initio. Ipsum enim erat quum omnia inciperent esse, nec finet tempore includi quod supra tempus est atque vniuersas creaturas: immo creaturae & tempus per ipsum incoeperunt. Iam quis tam insanus qui negauerit, quicquid temporarium non est, id esse aeternum: & quicquid initio caret, non posse temporarium esse? Ad haec, Quicquid non est creatura, id Deus est: quoniam extra Deum & creaturas nihil est. Quare ex his Moyse verbis concluditur, Verbum hoc Dei, quod in principio erat, & per quod omnes creaturae dictae & conditae sunt, aeternum Deum esse & nequaquam creaturam. Deinde nequit fieri ut Verbum, & qui illud dicit, vna persona sint, quod Dicens non possit Verbum esse quod dicitur. Iam constanter ex Scriptura dicitur, & aperte ostenditur quod quum dicitur, Deus dixit, Scriptura & Dicentem & Verbum distincte expressit, conuincitque fateri alium esse Dicentem & alium esse Verbum: atque Dicentem non esse Verbum, neque Verbum esse Dicentem, sed magis Verbum gigni & esse a Dicente: ne-

Quare Ioannes exordio abstinet. Christus Deus & homo.

Ab initio esse.

In principio, & Ab initio idem. Verbum erat, nota est aeternitas.

Filius ante secula.

Pater, sensus in quo Filius. Filius splendor & imago Patris. Filius Patris coaeternus. Pater principium Filij. Generatio ineffabilis.



que à seipso suam habere naturam. Dicens autem non proficiscitur neque accipit substantiam suam à Verbo, sed à seipso. Proinde hic textus,  $\text{DIXIT Deus, fiat lux, \&c.}$  concludit duas esse in deitate personas ab initio ante omnes creaturas: quarum vna, id est Verbum, à Dicente est: altera vero, id est Dicēs, à seipso est. Iam quum meminimus Patris & Filij, mox intelligitur amor & nexus vtriusque, qui est Spiritus Sāctus, tertia persona in deitate, quam Moses in hoc textu exprimit dicens, Et spiritus Domini ferebatur super aquas. At quum aperte dicat Scriptura vnum solū Deum esse (Deutero. cap. 6, Audi Israel, Deus tuus vnus est:) nos constanter & catholicē confitebimur tres personas vnum Deum & substantiam vnam esse. Habemus igitur ex principio Geneseos, tres personas in vna deitate expressas. Proinde hoc Verbum, est quod Deus in seipso dicit, quodque in ipso manet, neque vnam ab ipso separatur: imò cum Paulo meditandum est, Deum secum & in seipso loqui Verbum: quod Verbum, non est inanis sonus, sed habet in se totam Dei substantiam: quem admodum Paulus dicit ipsum esse imaginem Dei, quæ totam Dei substantiam simul in se habeat. Quare quum Paulus videret hic signatum secundum substantiam esse in signo, dixit imaginem substantiæ, quæ eiusdem naturæ etiam existat. Colligamus ex his, quod in Deo, Verbum non tantum signum est aut imago: sed fert secum & in se habet totam naturam Dei, estque verus Deus, æquæ ac is cuius verbum & imago existit.

### Et Verbum erat apud Deum.

Pergit ostendere manifestius, quàm Filius sit Patri & coæternus & consubstantialis, licet in propria hypostasi sit similiter & Pater. Græcis legitur,  $\text{ILLUD Verbum:}$  atque ad hunc modum legit Chrysostomi abbreviator, In principio erat illud Verbum, & illud Verbum erat apud Deum: vt ostendatur non de quolibet verbo, sed de illo singulari per quod omnia creata sunt, hoc intelligi. Verbum hoc loco significat eum quem Apostolus ad Hebræos 1. cap. splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius, hoc est expressam imaginem Patris vocat. Propriè Verbum substantia est personam constituens. Si quis rogauerit, quare hoc loco Euangelista potius Vocula  $\text{VERBUM,}$  quàm  $\text{FILIVS,}$  vtatur, respondet Theophylactus, Propter auditorum infirmitatem ita dixit, ne audito statim ab initio Filij nomine, cogitaremur natiuitatem corporalem & ab affectionibus proficiscentem. Et eius gratia ipsum vocauit Verbum, quod discas, sicut Verbum gignitur ex mente sine passione, ita & hic à Patre natus est absque vlla affectione. Aut ideo Verbum appellauit, quia paterna nobis annuntiauit, quemadmodum omne Verbum, mentis voluntates annuntiat. Quum dicit  $\text{APUD Deum,}$  aperte ostendit Ioannes alium esse Verbum & alium Deum, hoc est Patrem. Nam quum ante omnem creaturam conditam Deus dixit, ipsum Dicere, siue ipsum Verbum erat apud Dicentem. Duæ introducuntur personæ, Verbum & Deus Pater: Verbum apud Deum, id est, Verbum cum Deo & in sinu Patris. Vocula enim  $\text{APUD,}$  accipitur pro  $\text{CUM,}$  vt Marci 6. cap. Nōne fratres eius & sorores eius apud nos sunt? id est nobiscum sunt, & nobiscum versantur? Sic & hoc loco Apud Deum, id est Cum Deo erat. Verbum non erat solitarium, sed Patrem habet æternum, à quo ab æterno depromptum est, cum quo semper erat, à quo nunquam substantia separatum est, nec vnquam separabitur. Nam impossibile est Deum esse absque Verbo, sapientia, & virtute: idcirco quia Verbum & sapientia & virtus Patris, est Filius, credimus ipsum esse apud Patrem & cum Patre coæternum. Quemadmodum enim riuus à suo fonte, & splendor à sole nunquam absunt, ita nec Filius à Patre. Quamquam intelligamus nullam esse similitudinem quæ ad viuum & plenum possit arcanam Filij à Patre natiuitatē adumbrare. Sunt enim Trinitatis mysteria potius adoranda, quàm nostra ratione perquirēda. Proinde nō alta sapiamus, sed timētes simplici & pura fide credamus, Verbum, id est Filium Dei, Patri cōsubstantialē & coæternum esse, & Deum ex Deo, ac lumen ex lumine. Facessat hinc Sabellius Libes, tres personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, vnam esse personam docens. Apagētis Cherinthē: Qui fieri potuit Christum nō fuisse ante Virginem Mariam, quum ab initio & ante secula cum Patre fuerit? Apagē tu Arrii: Quomodo Christus, Deus non est, qui tamen æternus est? per quem omnia creata sunt? Colligamus ex superioribus Ioannem docere, apud Deum Verbum esse, vnum quidem esse Filium, subsistentēque in seipso, & vnum rursus Deum Patrem, apud quem Verbum est. Trinitatis tres sunt personæ seu hypostases, propriæ, personaliter distinctæ: quas hypostases non confundit summa identitas in vna natura & essentia. Nam vnum substantia sunt Pater, & qui ex eo est Filius. Idcirco numero etiam vnum erunt,

& natura

Non de quolibet verbo dicitur Et Verbum erat. Verbum. Subsistentia.

Cur Filius verbum dicitur.

Apud.

Verbum & Pater due persona

Verbum esse apud Deum, quid est.

Pater nō potest esse sine Verbo & sapientia. Filij arcana à Patre natiuitas nulla similitudine plene adumbratur.

Trinitatis mysteria adoranda potius quàm inquirenda.

Sabellii error. Cherinthi heresis.

Arrii error. Hypostases Trinitatis.

Identitas summa in vna substantia.

& natura quidem eadem in vtroque. Propriè autem & verè vterque subsistit: ita enim Pater (ait Cyrillus) verè Pater, & Filius verè Filius erit: connumeratōque Sancto Spiritu, plenitudinem sancta Trinitas maiestatemque suam consequetur.

### Et Deus erat Verbum.

Præuidens diuinus Euangelista venturum Arrium & eius assecclas, posterioribus seculis, qui deitatem Christi negarent, dicentes Christū quidem Deum, sed non natura Deum: verum postea factum Deum appellatione post glorificationē, quasi adulterinum & titolotenus Deum: ex duabus præpositis assertionibus concludit aduersus istos Antichristos, & magni illius Antichristi præambulones, Iesum Christum esse Deum. Vt post duas hypostases manifestatas, ostendat vnam deitatem & vnam.  $\text{ET Deus erat Verbum.}$  Non solum est Verbum apud Patrem, Filius, sed & illud Verbum: hoc est, Filius est Deus. Sunt reuera Pater & Filius duæ hypostases, id est duæ personæ, sed vnus Deus. Quia ergo vna est diuinitas Patris & Filij, vna est  $\text{vna}$ , vna est & natura. Obserua. Videtur non absurdum, imò percommodum esse, si dixerimus particulam,  $\text{ET,}$  notam esse illationis, positam pro  $\text{ERGO,}$  aut simili quapiam, quæ duabus prioribus assertionibus seruiet: vt hoc syllogismo aduersus Ebionitas & Arrianos argumentari liceat: Quod in principio est siue ab æterno est, Deus est: Verbum est in principio, & apud Deum, Ergo Verbum est Deus. Aut sic, Quicquid est æternum, Deus est: Verbum est æternum, Ergo Deus est. Rogabis, Quid iuuat scire Christum esse Verbum æternum, ab æterno æqualiter cum Deo Patre existentem? Respondeo: Pharmacum est aduersus omnes hæreses: valet & iuuat ad confirmandum animum aduersus scandala rationis. Nam ignorans Christum Deum esse, statim sua ignorantia, imò frequentius sua malitia offenditur, & obuolutus propria prudentia, somniat Christum esse purum hominem. Qui error alios inde parit. Vt vides in Ebionitis, Cherinthianis, Arrianis, & peris que nostri seculi mataeologis & hæresiarchis. Pereunte enim æternitate Christi, perit & potentia: qua perdita, simul necesse est & omnia siue omnes Christi effectus, rerum præsertim internarum, interire. Non creditur Arrius Christum esse Deum, crepuit medijs. Cherinthus & Ebionitæ aduersati sunt Christo, vt Deo, perierunt, quia non crediderunt. Quare necessarium est non solum credere Christum esse Deum & hominem, sed etiam fide viuā sentire ipsum esse nobis Deum. Obserua. Quemadmodum corrupti homines occasionem dant vt bonæ condantur leges, ita bonitate Dei fit vt pestilentium hominum, & errorum occasione saluberrimas Ecclesia doctrinas recipiat. Nam Cherinthus, Ebion, & alij similes, diuinitatem Domini nostri  $\text{IESV CHRISTI}$  impiè negantes, occasionem præstitērunt beato Ioanni tam magnificè de Christi diuinitate testificandi. Hæc nos docent, ne despondeamus animos, quanuis hodie multa fingantur insana dogmata: resumendæ enim potius sunt vires, & excitandi animi ad excipiendā & reiaculandā illa Satanæ iacula, in abnegatione sui, & Euangelio Christi (qui suos nunquam est deserturus) proficentes.

### Hoc erat in principio apud Deum.

Euangelista volens latius ostēdere atque explicare æternitatem  $\text{IESV CHRISTI,}$  singulari epanaphora siue repetitione alterius partis propositionis de vnitæ essentia Verbi cū Deo Patre, vtitur.  $\text{HOC}$  (supple Verbum) Filius Patris, sine affectione de Patre genitus erat. In principio, id est ab initio, hoc est ab æterno.  $\text{APUD Deum,}$  id est cū Deo Patre. Verbum hoc non erat solitarium, erat cum alio Deo, id est cum alio qui Deus, id est cum alio qui Pater & Deus est. Hoc Verbum, non ita Deus est vt nihil à Patre differat: nam differt ab eo persona, sed non essentia: differt proprietate, non natura. Est enim Deus de Deo, lumen de lumine. Filius Dei non dicitur opus aut factura Dei, ne quis creaturam eum putet, sed Verbum, non mentale aut enuntiatuum quale nostrū est: quo nomine Verbum, vocat Filium Dei Ioannes, ad manifestandum absque affectione natum de Patre Filium, & quod Verbum Dei, virtutem potentiamque Dei (per quem facta sunt & consistunt omnia) significat. Hæc clausula indicat Christum esse æternum Verbum vna cum Patre Deo, verum Deum.

### Omnia per ipsum facta sunt.

Testatus Ioannes æternitatem, diuinitatem, originem, & distinctionem Verbi, hoc est Domini  $\text{IESV CHRISTI,}$  paucioribus quidē verbis quàm nostra, hoc est humana ratio aut cogitatio ferat, sed synceræ fidei sufficētibus verbis, nūc vt sese orbi Verbi insinauerit

b. ii. j.

Trinitas, Pater Filius & Spiritus Sanctus.

Christus est Deus.

Antichristi præambulones. Pater & Filius vna substantia.

Et particula, nota est illationis.

Quid iuuat cognoscere Christum esse verbum & ab æterno. Hæc sum pharmacum.

Exitum hæreticorum.

Christus creditus & sentiens nobis Deus. Malum occasio boni.

Hæreticorum iacula resorquetur dea

Epanaphora.

Verbum æternū à Patre differens persona. Filius Dei non dicitur opus dei Filius Dei cur Verbum à Ioanne dicitur.



*Humana ratio nihil spirituale attingit. Oculis spiritualis fides.*

*Christi diuinitas ab operibus declarata.*

*Deus se nobis creatione manifestat.*

*Trinitatis opera inuisibilia.*

*Christus per quem creatio, etiam creator est.*

*Quare Patri in scriptura attribuitur verbum, Facere.*

*Sabellii haeresis quod per ipsum est Ioanni, id Paulus ait in ipso.*

*Vfus particulae Per in scriptura.*

per opus eius, quod est creatio, testatur. Si cogitatione aut ratione humana siue carnali, ad ea spectauerimus quae mundum conditum praecesserunt, nihil profius praeter meras tenebras conspiciemus. Quod si oculo spirituali, hoc est fide, introspererimus, statim hoc ipso oculo videbimus aeternum Patrem, aeternum Filium, aeternum Spiritum Sanctum. Fides, oculus noster est, genium sui authoris, hoc est Spiritus Sancti, sequens. Vt enim Deus antrosum retrorsumque omnia prospicit, ita fide conspiciemus & praecedentia & futura. Nam sequitur fides, Verbum in abscondita Dei ducens. Hebraei. II. cap. Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Et ad Roma. cap. I. Inuisibilia ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Videtur enim CH R I S T I I E S V diuinitatem & aeternitatem ab ipsis operibus conditis declarata. Audisne inuisibilia Dei, hoc est Dei aeternam potentiam & diuinitatem ex condito orbe, id est ex his rebus omnibus quae factae sunt, intellectu & fide praerideri? Creatione ergo se nobis Deus manifestauit. Obserua vim verborum: quum dicit, P E R ipsum facta sunt omnia, insinuat communicatio faciendi omnia ei ab alio: est enim Pater alius a Filio: co significatur, ergo alius a quo per ipsum facta sunt omnia. Communis est actio Patris & Filij, imo & Spiritus Sancti, quia facta sunt omnia. Dicebat enim ille, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Ioan. 5. & 14. Ego in Patre & Pater in me. Huius assertionis sensus est, Christum non solum esse per quem facta sunt omnia, sed quod etiam sit, qui simul fecerit omnia. Atque ex solo antecedente entymematis videtur sic argumentari, Per Christum facta sunt omnia, ergo aeternus est & verus Deus. Si rogaueris, cur ergo Patri in Scriptura attribuitur Facere? Respondeo. Vt Pater a Filio & Spiritu Sancto, quantum ad personam attinet, facilius discernatur, & ne cum Sabellio personae tres pro vna accipiamus. Asserebat enim haereticus ille sola nomina Trinitatem esse sine substantia personarum. Aduerte: vsus est Ioannes praepositione P E R, ne suspicaremur illum vnigenitum & absque principio esse Filium, & Deo aduerfari: eius gratia dicit quod Pater per Verbum fecerit omnia. Quod dicitur P E R ipsum, Paulus explicat in ipso. Coloss. cap. I. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Porro non solum quum de Filio mentionem facit Scriptura, vtitur praepositione P E R: sed etiam cum de Patre fit sermo. Audi Paulum I. Corinth. 1. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius I E S V C H R I S T I Domini nostri. Et in principio eiusdem capituli dicit, Paulus vocatus Apostolus per voluntatem Dei. Ex his facile intelligis nihil minus in Filio quam in Patre: imo Patris & Filij communem eandemque esse actionem. Atque quum rerum omnium creatio per Filium facta sit, consequitur illum fuisse ante res conditas, nos inter res creatas numerari. Obserua: Quum dicit, Omnia per ipsum facta sunt: eo modo intellige quomodo Paulus I. Corinth. 15. ait, Omnia illi subiecit indubie, praeter eum qui illi omnia subiecit. Sic intelligito, Omnia per ipsum facta sunt sine dubio, praeter eum, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, ac eum qui per ipsum omnia fecit. Hunc locum Ioannes ex Mose desumpsit, qui quum ad singulas rerum creationes scripserit, Dixit Deus, fiat lux: dixit Deus, fiat firmamentum, &c. indubie testatur est omnia per Verbum condita.

### Et sine ipso factum est nihil.

*Augustinus.*

*Nihil factum sine Deo.*

*Particula Sine.*

Exegesis siue expositio prioris sententiae: Beatus Augustinus libro De natura boni, aduersus Manichaeos, cap. 25. interpretatur S I N E eo factum est nihil: nihil aliud valere, quam si dicas, Quicquid factum est, non absque eo factum est: irridens superstitiosam Manichaeorum distinctionem, qui negabant hunc sensum reddi, nisi praeponebatur N I H I L, hoc ordine, Nihil sine ipso factum est. Hoc est aliis locum habet, tamen neque hic, neque vbi Dominus loquitur, dicens Ioannis. 18. Ego palam loquutus sum mundo, & in occulto loquutus sum nihil: locum habet. Hunc locum entymema illustrat: Sine ipso factum est nihil, ergo Per ipsum facta sunt omnia. Particula S I N E, siue A B S Q V E indicat societatem Verbi cum Patre faciente. Huc pertinet quod dicebat Christus, Sine me nihil potestis facere.

### Quod factum est, in ipso vita erat.

*Pneumatomachi heretici. Macedoniani.*

Pneumatomachi, qui Spiritum Sanctum negant esse Deum, & Macedoniani conantes ostendere Spiritum Sanctum esse creaturam, & eum annumerare inter ea quae facta sunt, lux-ta suum

ta suam inuentum addunt virgulam post IN ipso: dicentes Ioannem hoc loco de Spiritu Sancto differere: atque hunc locum iuxta suam haereticam mentem interpretantur, Quod factum est in ipso, id est ipse Spiritus Sanctus, vita erat. Nos autem virgulam addimus postquam dixit, Quod factum est: dicimusque Euangelistam hoc loco non de Spiritu Sancto differere, sed enarrato rerum opificio, quod omnia per ipsum facta sunt, nunc de Verbi vita, & eius prouidentia, rerumque recreatione ac instauratione docere. Parum enim fuisset per Verbum creata atque facta esse omnia, nisi & vita per ipsum creatis accessisset. Quare Iesu Christi potentiam hoc loco commendat: argumento a natura & ab effectu petito. A natura quidem, qua Verbum est ipsa vita: ab effectu vero, quia dat vitam creatis. Sensus itaque est, Quod factum est, in ipso vita erat, id est, Quaecumque creatura vnquam vixit, & adhuc viuunt, per Christum vixit & viuunt: non solum corporali vita, sed & animali, hoc est qua anima viuunt. Summa horum verborum est: Christus vita est & author omnis vitae. His verbis non solum proclamatur CH R I S T V S in genere omnium creaturarum viuificator, sed etiam in speciali viuificator hominum mortuorum in peccatis. Huc pertinet quod dicit Paulus. I. Corinth. 1. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Non est quod ex his colligas lapidem, ferrum, & huiusmodi viuere, & vitam habere, licet dicatur, Omne quod factum est, in ipso vita erat. Nam si considerauerimus res ipsas in se ipsis, aliquae viuunt, vt homines, angeli, & huiusmodi, non tamen sunt vita: aliae sunt quae neque viuunt, neque sunt vita, vt metalla, lapides. Si vero prospexerimus res vt in Verbo & a Verbo cognitae, non solum sunt viuentes, sed etiam vita. Nam vt verbis Beati Thomae vtar, in Deo suum intelligere est, sua vita, sua essentia. Et ideo quicquid est in Deo, non solum viuunt, sed est ipsa vita: quia quicquid est in Deo, est sua essentia: vnde creatura in Deo, est creatrix essentia. Res ergo considerata vt in Verbo, sunt vita. Quo fit vt non abs re vitam Euangelista nominauerit Dominum, eo quod contineat vitam omnium in se: & quod spiritualis vitae conciliator fuerit omnibus ratione praeditis. Ex his aliquot entymemata pronuntianda veniunt: In Christo est vita, siue Christus est vita, ergo Extra Christum non est vita. Itē, Christus est vita, ergo Christus est Deus. Quam ergo omnia in praecipis quae vitam promittunt, & neque sunt Christus, neque in Christo, neque a Christo sunt, in quo solo vita est. Non desunt qui interpretantur, Quod factum est, in ipso, id est per ipsum viuunt. Illud IN ipso vita erat, idem pollet quod P E R ipsum, vel ab ipso vita est. Hoc vel parum Hebraicis asueti non ignorant. His non abfimile est in Actis illud Pauli, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Horum summa est, Non solum Verbum siue Christus filius Dei sibi vita est, verum & nobis vitam impartit. Non ergo aliud abeundum est vt quaeramus vitam, quandoquidem in Christo omnia inuenimus, omnia condidit, in ipso vita est, ipse Verbum est per quod omnia condita sunt: maneamus in ipso & habebimus omnia. Ipse lux & vita est omnium hominum. Qui tibi ipsum alibi volet demonstrare, is indubie seipsum seducit. Exhibuit enim seipsum in hac carne & in hoc sanguine: hic vult inueniri & quaeri, qui Deus & homo est, quem soluunt qui Deum & non hominem, aut hominem & non Deum fatentur: quales sunt Antichristi, de quibus I. Ioan. 4. At confiteamur ex animo ipsum esse & Deum & hominem, vt in eo filij Dei inueniamur.

### Et vita erat lux hominum.

Docuit Apostolus in genere, omnium creaturarum vitam esse in Verbo: nunc specialius diuertit ad homines, tanquam nobiliores creaturas, ostendens Verbum ipsum duplici nomine vitam esse: propter vitam corporalem, & propter eam qua anima viuunt ad iustitiam coram Deo & vitam aeternam. Graecis additur articulus, Et illa vita (supple) Verbi, erat lux, non brutorum aut quaruncumque creaturarum, sed hominum omnium. Haec lux non est sensibilis, sed spiritualis, qua Verbum viuificat, scilicet illuminando nos homines. Secundum quod mentem accepimus & ratione ab eo Verbo quod nos creauit, ab eo dicimur illuminari. Na ratio data nobis (a qua rationales nuncupamur) est ipsa lux, aperiens nobis quae faciēda quae ue fugiēda sunt. Dicit potest lux hominum a communicatione. Qui enim fieri potest vt ipsum Verbum ipsamque lucē perspiciamus, nisi cum luce illa comunicemus, vt idonei reddamur ad illius lucis visionem seu cognitionem? Ab illa ergo luce aeterna comunicatur in nobis lux intellectiva, pars superior animae dicta: iuxta quam scriptum est in Psalm. 4. Signatus est super nos lumen vultus tui, id est Filij tui, qui est facies tua qua manifestaris. Obserua. Vita & lux non tam sunt effectusque vocabula naturae. Nam lux dicitur, quia natura lux est, & quia alios illuminat: sic & vita Verbum dicitur. Quia ergo ipsi Verbo & Deo iuxta suum genium & naturam viuificare & illuminare competit, colligamus aliquot entymemata: Verbum est vita b. iiij.

*Christi potentia*

*Christus vita omnium.*

*Res cognita in Verbo.*

*Per ipsum, et in ipso, idem.*

*Verbum duplici ratione est vita. Christus lux omnium hominum. Lux Verbi spiritualis est. Rationalis lux, siue ratio. Hominum lux, Christus, a communicatione. Anima pars superioris superioris. Vultus Dei. Filij facies dei. Vita est lux, quae effectum est natura.*



suapte natura, ergo per gratiā creatura viuit. Quæ enim Deo per naturā competunt, creaturæ nõ conueniunt, nisi per gratiam: Sic Verbum viuificat: ergo Verbum est Deus. Verbum est lux, ergo reliqua tenebræ. Verbum illuminat, ergo Verbum est Deus. Verbum est lux hominum, ergo nos natura cæci & tenebræ. Huc pertinent quæ ille frequens dicebat, Ego sum vita, ego sum lux mundi. Obserua verborum ordinem: primo ponit Vitam, deinde Lucem. Non ait, Lux erat vita hominum, sed Vita erat lux hominum. Cur ita? vt significaret in Christo omnia solida & veracia esse, & non esse lucem sine vita: vt in hominibus sæpe ipsis splendor inanis sine pia vita fulget. Imitandus à nobis est dux nõster IESVS CHRIS TVS, qui fuit vir potes opere & sermone. Luc. 24. & Acto. 1. Cœpit Iesus facere & docere. En vidēs opera præcedere sermonem. Ioānes Baptista prædicatur à Christo lucerna ardens & lucens: nam lucere & non ardere, hypocriticum est & fallit. Vt igitur Christus agnoscat vera & solida lux, prius dictum est, In ipso vita erat: id est omnia vera & certa atque viuientia, quibus postea luxit luce plena.

#### Et lux in tenebris lucet.

Phrasi Hebraica qua Reliquiæ pro reliquis dicuntur, Saluatio pro saluatis, Perditio pro perditis, dicit Euāgelista Tenebras pro incredulis, & peccatorum nebula obscuratis: declarans cur vitam illum hominum, lucem vocarit. Descripta enim luce, ipsius radios manifestare oportet, quibus gratia & misericordia illius æterni Verbi insinuat. Lucem lucere, nõ vulgatæ alicuius & sensibilis lucis est: sed illius summæ, quæ suapte natura vita est & lux: vita quidem, qua comunicatur nobis vita & gratia: lux vero, qua veritatis & sapientiæ cognitione intellectuali nos illuminat: qua cognoscimus etiam peccatis immeris (à quibus tenebræ dicimur) quid agendum, quidve fugiendum veniat. Nam quū natura nostra ex se tanquā ex se nihil lucis habeat, & illuminatione indigeat, verè dicitur tenebræ. Quæ Dei sunt iuxta substantiam, creaturæ secundum essentiam non competunt. Deus siue Verbum suapte natura lux est. Sunt ergo reliqua tenebræ, quæ illuminatione indigent. Quare tam totum esse (vt ita loquar) quàm totum bene esse à Creatore suscipimus, vt iure audire possimus Paulum 1. ad Corinth. 4. dicentem, Quid enim habes quod non accepisti? Sensus huius sententiæ est: Lux Verbi lucet in nobis, qui tenebræ sumus, sed irradiat lumine intellectuali nos, quo cognoscimus & veritatem & sapientiam.

#### Et tenebræ eam non comprehenderunt.

Hoc habent mundus & eius sapientia, vt Verbum ipsum oderint, nec per se intelligere possint: & quum luci contraria sint, (vt pote quæ ex se lucem non habent) tenebrarum nomine non iniuria vocitantur. Oportet ergo vt Verbum, filius Dei, qui in tenebris lucet, lux & sit & videatur: lucens in creatura, lucet in tenebris. Nam si natura creaturarum (ait Cyrillus) filium Dei vt lucem accipit, non est dubium quin & ipsa tanquā tenebræ accipiat, & filius Dei tanquā lux in tenebris in illa luceat: quamuis tenebræ filium Dei non cognouerunt. Hoc enim (vt puto) significat Et tenebræ eam non comprehenderunt. Hæc ille. Necessarius est oculus non tenebricosus, sed cælestis, vt puta illius lucis radius, lumē intellectualem, fides, in quo lucet & cognoscitur filius Dei. Comprehendere, non est obiter tantum intelligere Verbum, aut illi credere: sed est illud ad salutem intelligere, & illi ad vitam credere. Ab orbe condito semper hæc lux etiam inter impios luxit, & prædicatus est Christus, quem semper increduli contempserunt. Caino & familiæ eius nūtiata est hæc lux, sed increduli repulerunt. Ante diluuium, quum fabricaretur arca Noe, 1. Petri 3. & iis qui sub Enoch erant, Iudæ 1. capite, nuntiatus est Christus. Sub Loth ante incendium, sub Pharaone ante submersionem, sub Israelitis ante deuastationem regnorum Israelis & Iudæ. Sed tenebræ per incredulitatem, hanc lucem repulerunt. Prædicatus est & Iudæis Christus, sed per infidelitatem & obstinatam suam malitiam, factus est illis lapis offensionis & scandali. Annuntiatuſ est Gentibus, sed videmus quanta incredulitate, quanto contemptu excipiatur Euāgelium IESVS CHRIS TVS. Tametsi in illis luceat Christus, velint nolint: tamen hunc abiiciunt, luci imponunt nubem, ne videant, ne vitam recipiant, & bona æternū duratura assequantur.

#### Fuit homo missus à Deo.

Hætenus de Iesu Christi æternitate & diuinitate nos docuit Ioannes, vt hoc mysterio & tam ardua reuelatione erigamur contra scandala mundi & carnis, de contempto Euāgelio & Dei verbo: scientes nos habere Christum ducem nostrum, æternum Deum, Patri cœqualem & consubstantialem, per quæ creata & conseruata sunt omnia: quique viuificat, illuminat

Hebraica phras.

Lucem lucere.

Quomodo Christus nobis vita & lux. Tenebræ dicimur à peccatis. Humana natura cæca. Omnia habemus à Deo.

Euāgelium mundus odit. Tenebræ. Lux in tenebris

Oculus spiritualis. Lumen intellectualem. Comprehendere lucem. Christus: prædicatus ab orbe condito.

Christi diuinitas

illuminat omnes, immo & nos ab omnibus tenebris vindicat. Nunc narrare incipit de re-creatione & instauratione omnium, declarans ad finem vsque libri, qua forma quõve ordine reparatio hominis gesta sit, quid Christus egerit, quid docuerit. Primo itaque loco, quia per Moſen dictum est diuinitus, Deuter. 19. in trium ore aut duorum, omne verbū stare: ad legentium fidem, grauissimum testem autoritatis venerandæ virum sibi adiungit, per quem habuerit Verbum lux manifestari mundo. Quanquam & alii Prophetæ ante Ioannem Baptistam multa de Verbo prænunderint, tamen non tam aperte atque Baptista, qui ob id muneris & officii peculiariter ordinatus destinatusque fuit, non ab homine, sed Deo. Malach. 3. Esa. 40. & Luc. 1. Zacharias pater eius in suo Cantico ait, Et tu puer Prophetæ Altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Baptistam commendat à vocatione seu missione, à nomine seu oblata gratia, & ab officio, aperiens diffrimen inter lucem, & Ioannem lucis prædicatorem, inter personam Christi, & Ioannis: inter doctrinam, baptismum, officium, & vitam vtriusque. Non venientis hoc est, non furis & latronis (quos infra 10. cap. pseudoapostolos vocat Dominus Venientes) sed missi & iusti titulo prodit Baptista de luce testaturus, quam nemo vere proponet mundo, nisi qui fuerit à Deo missus. Deus misit Filium suum nulla diuinitatis specie extrinsecus fulgentem, donec subinde clarius atque aperiretur: erat enī fragilitate carnis obuolutus. Quod Esaias cap. 53. diuinitus prædixit, Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Itaque quando Christus venturus erat carne & cruce absconditus, oportet nunquam erat vt præmitteret testem & præcursores, qui Regi aduenienti viā præpararet. Quod & à Malachia 3. cap. prænunderatum est, Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Is est Ioannes Baptista, homo natura, sed Angelus officio. Expresius dicitur, FVIT homo, vt excludatur error eorum qui dicunt propter prædictam Malachiæ Prophetiam, Baptistā non fuisse hominem, sed Angelum. Obserua, Ad hunc modum Marcus & Lucas sua auspiciati sunt Euāgelia ab ipso Baptista, quod cōmodum videatur Euāgelicæ historiæ initiū, dicente Domino, A diebus Ioannis cælum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et acta testantur Iesum incepisse à baptismo Ioannis.

#### Cui nomen erat Ioannes.

Exprimit nomen, tum vt historiæ certitudinem ostendat, tum vt in ipso nomine oblatam Ioanni gratiam exprimat. Ioannes enim sonat, Gratificatus est, seu In quo est gratia. Non quod Ioannes sit gratia, sed qui gratiæ particeps factus sit: vel qui lucidius & aperius gratiam primus mundo aperuerit, quàm reliqui Prophetæ. Hoc nomen diuina præordinatione illi inditum est etiam antequam nasceretur, dicente angelo ad Zachariam, Luc. cap. 1. Et vocabis nomen eius Ioannem.

#### Hic venit in testimonium.

Explicato Ioannis nomine, illius nūc officium, & in quem finem missus est (vt scilicet testaretur) aperit. Venire in testimonium, sonat Testem fieri & esse.

#### Vt testimonium perhiberet de lumine.

Prædicatores non sunt lux siue lumē, sed lucis testes & ministri. Vnde quæ Paulus vocat Christi mysteria, 1. Corinth. 4. (quorum dispensatorem se insinuat) Ioannes hoc loco lumen dicit.

#### Vt omnes crederent per illum.

Scopus prædicationis Baptistæ, qualis & omnium prædicatorum est: vt omnes credat & saluetur. Hoc ipsum testificatur noster Euāgelista, huius sui Euāgelii testimonio cap. 20. scripto, Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia IESVS est CHRIS TVS filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Non ergo putent aliqui Ioannem Baptistā testificari de Christo, quod huius testimonio opus habuerit Vnigenitus, quasi aliqua ex parte inops: veritas enim sui ipsius sufficiens admodū testimoniū est: vt Ioannis cap. 5. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine accipio: sed hoc dico vt vos salui sitis. Id est, Ioannes non mea sed vestra causa ante aduentum meum missus est, vt vos per eum crederetis, qui alioqui mihi infirmitate testis, modicam aut nullam habuissetis fidem. Rogabis, Num omnes crediderint? Non. Cur igitur Euāgelista dicit, Vt omnes crederet per illum? Quod eius intererat, dedit operam vt omnes crederent: quauis autem euenerit contrarium, ille in causa non est. Nam vt sol in hoc lucet vt omnes illuminet, & nihil ad solem, si quis locum caliginosum adierit, & radiis solis non

Doctrina Christi summa.

Baptista huius euāgelii testis producit.

Baptista commendatio.

Christi humilitas et abiectio.

Baptista officio angelus.


Ioannes, in quo est gratia.

Venire in testimonium.

Prædicatores non sunt lux, sed ministri lucis.

Quod lumen Ioannis, Paulo mysterium Dei est. Prædicatorum scopus. Veritas testis sui.

Qui perit, sibi non Christo imputat.





Qui perit, sibi  
non Christo im-  
putet.

feriatur: ita & Ioannes missus est vt omnes credant. Quod si qui discredant, non est arguendus Ioannes, sed audientium durities. O M N E S inquit, vt scias lucem non esse particularem sed vniuersalem pro omnibus. C R E D E R E N T, supple Verbo. Designat Euangelista medium per quod apprehenditur ad salutem prædicatio lucis. P E R illum, Baptistam scilicet, tanquam per testem,

### Non erat ille lux.

Prædicator non  
est lux, sed testis  
lucis.

Hic locus facit ad cognoscendum discrimen non solum inter Christum & Ioannem, sed etiã inter Christum & omnes sanctos Patriarchas, Prophetas, Apostolos, & Martyres. Nam nec Ioãnes, nec Sancti omnes sunt illa vera lux: id est verus ille Christus antea promissus: sed duntaxat veræ lucis præcones & testes. Hic monemur ne lucem ex personis, sed per personas ex luce spectemus. Quod diligenter Paulus 3. & 4. cap. prioris epist. ad Corinth. multis aperit argumentis.

### Sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Apertius manifestat Baptistam illum non esse lucem illam, sed testem illius lucis. Nã vt testimonium non est res de qua testatur, ita nec testes id ipsum de quo testantur, sunt. Quod si quis dixerit de Apostolis, dictum est Matthæi cap. 5, Vos estis lux mundi: est ergo Baptista lux. Respondeo. Baptista est lux, sed nõ illa, hoc est Christus. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem à vera luce.

### Erat lux vera.

Lux multiplex.

Peruenusta occupatione tacitam diluit obiectionem, commendans lucem illam à potentia & officio. Fateor fuisse ante aduentum Verbi in mundum, quandam lucem qua gloriabantur philosophi: at hæc vana erat. Rom. cap. 1, Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Fuit & lux quã Iudæi gloriabantur se habere ex doctrina legis: sed vmbra tili erat lux. Heb. 10. Vmbra habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerũ. Erat & lux & angelorum, & sanctorum Patrum, sed participata. Sed vnum hoc lumen quod Verbum est, hæc vna lux, quæ Christus est, vera est lux, non vana, non figuratiua, non participata: sed lux vera per essentiam, per se sufficienter illuminans omnem hominem venientem in hunc mundũ. Proclamatur hic Christus sola nostra vera lux, iustitia, redemptio, & sanctificatio. Lux vera est Christus natura, non aliunde mutuans lucem: sed à quo lucem mutuatur creaturæ.

### Quæ illuminat.

Christus lux nõ  
otiosa.

Manichæi error.

Ne quis putaret Christum tantum sibi lucem esse, aut crederet Euangelistam de otiosa luce loqui, lucis effectum seu officium explicat: peruenuste & recte vsus illuminandi voce circa externas tenebras, ad obstruendum os Manichæi dicentis, quod sumus creaturæ opificis diaboli. Accede huc Manichæe: audi quia lux illa vera illuminat omnem hominem. Si igitur malignus ille opifex est tenebræ, nullum utique illuminat, atque ita veræ lucis creaturæ sumus. Christus lux per suam naturã est, ergo omne lucens, lucet per Christũ.

### Omnem hominem.

Verbum ad om-  
nes pertinet.

Agnosce quã Christum non sit personarum acceptor: non vnicum aut duos dicit Ioannes, sed omnem hominem, ostendens officia Verbi non esse particularia, sed vniuersalia pro omnibus hominibus. Vox O M N E M, lucis seu Verbi potentiam indicat. Sunt re vera homines subiecta in quibus sua officia Verbum operatur. Huc pertinet, & his rectissime cõuenit quod scribit Paulus 1. Timoth. 2, Qui (scilicet Christus) omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quomodo illuminat omnem hominẽ? Dei Verbum (ait Cyrillus) omnem hominem venientem in hunc mundum, non docendo vt homines, aut forsã angeli, sed potius creãdo, vnicuique semen sapientiæ, id est pietatis, atque intelligendi radices inserit. Et hoc modo rationalem efficit creaturam, naturæ suæ participem faciens, & ineffabilis sui splendoris quasi lucidos vapores eo modo quẽ solus nouit, in mentem hominis immittens. Hæc ille. Rogabis quomodo illuminat omnem hominem: quĩ videamus tam multos obtenebratos? Quantum ad ipsum attinet, illuminat omnes. Quod autem quidam ratione vsi non sunt, hi seipsos obtenebrarunt.

Sapientie semẽ  
Rationalis crea-  
turæ.

### Venientem in hunc mundum.

Elegans est periphrasis hominum viuorum naturali vita, qui venire in hunc mundũ dicuntur, quim veniunt in terram: non quod antea fuerit anima, vt falsõ opinati sunt quidam heretici, contra quos egregie in hunc locum scribit Beatus Cyrillus, sed spiritualibus

radiis illuminat naturam hominum nascentium & esse incipientium. Nasçimur tenebræ, & nudi ab hac luce vera illuminamur, vt vestiamur renati seu regeniti ex luce. Hic locus collatione singulari testificatur de verbo collato Ioanni: atque Prædicare illud, non extendi non ad vnicam & paruum regionem per externam prædicationem, (qualis erat Baptistæ functio) sed docet & insinuat eam veram lucem non modo externæ, sed & internæ, neque Iudæos solum, sed quoscunque in hunc nascentes mundum illuminare: Reprobos quidem, vt tandem à veritate ipsa coacti sint Deo dare gloriam, & contra seipsos pronuntiare: electos vero, vt in Dei filios renouati, æternum beatæ lucis consequantur. Vniuersum rerum creaturarum globum, vocat mundum.

Nasçimur tene-  
bræ.

Mundus.

### In mundo erat.

Loci circumstantiam explicat in quo Verbum sua exercuit officia, nimirum in mundo: ad explodendam Epicureorum & Lucianoꝝ hæresim, qua fingunt Christum sedisse semper & adhuc federe otiosum rerum & hominum spectatorem supra nubes. Verbum erat, nota est æternitatis: erat ergo ante mundum quem fecit, & in mundo: propter prouidentiam & vim eius omnium conferuatricẽ, qua omnia moderatur & conferuat. Hebræo. cap. 1, Portãtque omnia verbo virtutis suæ. Erat etiam per prædicationem Prophetarũ, antequam assumeret carnem.

Epicuꝝ eorum  
hæresis.

Christus heret  
et hodie.

### Et mundus per ipsum factus est.

Potentiam Verbi quadam occupatione in memoriam reducit, ne putemus Verbum de hoc mundo esse, quia dixit, In mundo erat: deinde ne iudicemus Verbum ante mundũ non fuisse, quoniam neque mundus ipse fuisset, nisi ille ipsum condidisset. Apage te Manichæe, qui dicis malignũ opifcem produxisse omnia: audisne Ioannem tonantem aduersus tuam insaniam, Verbum, Filium Dei, mundum condidit: Est ergo Verbum creator, non creatura. O insane Arri, hinc abi in malam crucem, nisi Verbum ipsum I E S V M C H R I S T V M creatorem adoraueris.

Manichæi hæ-  
resis.

### Et mundus eum non cognouit.

Occupatio est. Dicit aliquis: Si Verbum Dei, lux est, si illuminat homines, si semper erat in mudo, si mundi est opifex: quomodo hæc lux tam longis temporibus ignorata est? Responderet: Et mundus eum, hoc est illud Verbum, non cognouit: qui quia lucem non cognouit, non æternitatem, non diuinitatem, sed imbecillitatem & ingratitude suam accuset. Illuminat enim Filius, repellit autem gratiam creatura: donat Filius, sed datis abutitur creaturæ, suffoditque illuminationem ex desidia. En mundi ingratitude & cæcitate erga Verbum, Filium Dei, & eius beneficia. Sed hæc est Verbi compensatio, scilicet pro beneficiis accipere ingratitude. Homini cæcitas aduenit, non quia prorsus luce priuatur: conseruat enim semper natura afflatam illam intelligendi vim, & luminis virtutem diuinitus concessam: sed quia nescio quo terrestri & carnali habitu homo hebetat, & vaniora peioraque sequutus, aliquo modo languere facit gratiæ mensuram. Hæc qui sentit in se desidiã, clamat cum Dauide Psal. 118, Reucla oculos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim data est ad excitandam lucem in nobis, tollendã oculorum mentis lipitudinem & offencula vitanda. Fructus illuminationis, est cognoscere Verbum: quod quĩ non cognoscat mundus, ingratus est. Mundũ hic dicit homines tenebriolos, & terrenis adhærescentes. Verbum quidem semper prædicatum est, sed semper ab impiis contemptum, non est agnitum: Sancti & Prophetæ ipsam agnouerunt. Nam Ioan. cap. 8, Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Et Math. 22, Dominus Iudæos arguens ait, Quomodo David in spiritu Domini ipsum vocat, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? & Petrus Act. 3. cap. ait, Deus autem quæ prænuntiauit per os omnium Prophetarum, &c. Et eodem cap. Omnes Prophetæ, à Samuël & deinceps, qui loquuti sunt, etiam annuntiauerunt dies istos. Rogabis. Quo pacto multi Prophetæ & Reges cupierunt videre quæ videris, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt? Respondeo. Nouerunt ipsum Filium Dei futurum hominem, & ad humanum genus descensurum: sed neque viderunt, neque audierunt eum in carne, & eum hominibus conuersantem, quem videris & auditis. Luc. 10. cap. Nos vero nunc fide & audimus & videmus eum. Cognoscere Verbum, non est obiter recipere, sed fide viuã ad salutem apprehendere.

Mundi mali-  
gna indoles.  
Homo deest be-  
nescio Di.

Ingratitudo ho-  
minis.

Legis intentio.  
Illuminationis  
fructus.  
Mundus.

Verbum à san-  
ctis cognitum.

Propheta viderit  
verbum fide.

Cognoscere per  
hum

### In propria venit.



Manifestissime de Verbi incarnatione sermonem faciens, Iudaicum populum valde emphaticè PROPRIA vocat. Ad Iudæos venit, vineam dilectam, plebem sanctam atque segregatam Domino: ad eos, inquam, quibus promissus erat, quorum erat adoptio, gloria, testamenta, legis constitutio, cultus, promissiones. Romano. cap. 9, Venit, sua gratia non nostro merito. Et si in mundo erat, adesse tamen non videbatur, quum adhuc non cognosceretur: post autem seipsum ostendit, quum nostram carnem induere dignatus est, & hanc eius apparitionem & descensum, aduentum appellat. VENIT, id est incarnatus est, hominem induit, & in homine sese visibilem præbuit. IN PROPRIA, id est ad Iudæos, quibus promissus erat, è Iudæis natus, inter Iudæos prædicauit, & miraculis claruit. Dicitur potest, Venit in propria, id est in mundum, cuius est conditor. Domini enim est terra & plenitudo eius. Plus tamen mihi arridet prior interpretatio, scilicet, Venit ad Iudæos quos elegit, ut funiculum hereditatis, & ut portionem peculiumque suum: Deutero. 32. Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini, populus eius: vnde dicebat ille, Nō sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. A quibus minime receptus, ad Gentes gratiam transtulit. Quod aperte significauit Paulus Act. 13, Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus Esa. 49, Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem vsque ad extremum terræ.

Christi propria

Christi aduentus.

Iudæi dicti peccatum Christi.

Et sui eum non receperunt.

Pathos per querelam admirationi coniunctam. Deplorat enim hominū dementiam, & misericordiam Domini admiratur. Quid enim magis admirabile quam Iudæos tanto gratiarum acervo ditatos, Christum promissum, & de quo verbum habebant, non recepisse? Obserua. Recipere Christi, est apprehendere, hoc est poenitendo, in ipsum per fidē spem, & charitatem tendere: Non recipere, contrarium sonat. Non ergo iusti sumus, quia Christus venit, & Verbum audimus: sed quia credimus in Christum, quem recipimus, & iuxta fidei rationem operamur. Vocula s v i, emphasim continet, id est Proprii. Non dixit Omnes, sed indefinite posuit, s v i, id est Ex suis plurimi non receperunt ipsum. Qui Christū pro Helia, aut Hieremia, aut Ioanne Baptista, aut vno ex Prophetis agnouerunt, carnaliter & non verè Christum receperunt. Matth. 16. Hunc vt verè agnoscamus & recipiamus, sequamur Petrum, Matth. 16. dicētes, Tu es Christus Filius Dei viui: te agnoscamus & recipimus Christum esse Filium Dei. Ex his colligamus, quā aliqui Verbum nō receperint, Dominum nulla necessitate nos cogere & attrahere, sed nobis voluntatem liberrimam reliquisse simul & electionem. Obserua. Non parū veritatis argumentum est quod discipulus Ioannes, in magistri sui contumeliis commemorandis non erubescat: sed aperte omnia literis mandat. Quæ verè sunt historiographi partes.

Christum recipere. Qui iusti.

Libertum arbitrium etiam in rebus Dei. Historiographi officium.

Quotquot autem receperunt eum.

Hac particula Q V O T Q V O T, exponit quid supra intellexerit per Omne hominem: manifestans quā Deus non sit acceptor personarum, qui sese omnibus offert, vt recipiatur. Nam siue Iudæus, siue Gentilis: siue serui, siue liberi: siue pueri, siue senes: siue Barbari, siue Græci: siue Reges, siue priuati: sed quicumque cuiusque nationis cuiusque conditionis receperunt Dei Verbum, dedit eis, &c.

Acceptio personæ nō est apud Christum.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Recipere Christum, donum Dei est, non meritum nostrum: quod ostenditur verbo DEDIT. Hoc vt fiat, id est vt recipiamus Christum, hoc est vt fiamus filii Dei, communicatur nobis potestas, non qua faciamus nos filios Dei; hæc enim actio omnem creaturā facultatē excedit: sed qua fiamus filii Dei. Quod si Paulus baptizat, & i. Corinth. 14, dixerit, Vos in Christo per Euāgelium genui. Vt minister Christi genuit, sed non dedit illā vim & potestatem qua ferent filii Dei: vt enim Dominus fecit nos, & non ipsi nos: ita regenerat nos, & non ipsi nos. Regenerat quidem ac baptizat Paulus, sed vt minister. Quare nomine potestatis Euangelista videtur alludere ad vim illā, qua Spiritus Sanctus pellit ac mouet corda ad recipiendum verè Verbum: vnde postea licet filios Dei fieri. Roma. cap. 8, Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus Abba, pater. Hæc potestas communicata est Cathecumenis, qui nondum facti sunt filii

Recipere Christum est donum Dei.

Quomodo effici possimus filii Dei.

Cathecumeni.

lii Dei. Potestatem quidem habent, qua quum voluerint baptizari, gratiam adoptionis consequentur, vt sint filii Dei. Hæc est Christi natura, vt qui illi fide viua adherent, & nominis & naturæ eius fiant participes, hoc est dicantur & sint cum dii tum Christiani. Filios Dei vocat qui adherentes fide viua Christo, sentiunt se habere placatum atque reconciliatum Patrem. Accipiunt à filio Dei, (qui solus est filius naturalis) hanc potestatem in signum misericordiæ suæ atque charitatis, vt fiant filii Dei non natura sed adoptione. Qui enim fieri potuit, vt imago terrestris hominis, hoc est corruptionis (quam peccato induimus) auferatur, nisi cælestis hominis imago & pulchritudo eius vocatione adoptionis nobis imprimatur? Nam, ait Cyrillus, participes ipsius facti per Spiritum, & suo signati sigillo, ad similitudinem eius, & in primitiuam imaginis figuram descendimus, ad quam nos fuisse creatos diuina Scriptura testatur. Ascendamus ergo ad supernaturalem dignitatem per Christum: non tamen vt proprie, sicut ille, sed vt similitudine illius per gratiam, filii Dei sumus. Verus ille Filius Dei Patris est, nos vero misericordia eius adoptati, per gratiā audimus Psal. 88, Ego dixi, dii estis. Quorūdam hæc est interpretatio: Recipientibus Christū datur à Deo potestas, vt in futuro seculo gratiam filiorum consummatam & gloriosam suscipiant. Ad quam vehementer suspirat Apostolus Roma. 8, Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.

Christi vis & natura erga credentes. Credentes sunt naturæ Christi participes. Qui filii Dei.

Adoptati filii.

His qui credunt in nomine eius.

CREDERE in nomine eius, positum est pro IN nomen Christi. Quæ phrasid valet ac si diceret, Credere in Christum. Hæc indicant causam efficientem, quæ facit nos filios Dei: ea est, fides viua. Credit enim Verbo promittenti filiationem, & comprehendit siue recipit Christum, qui dedit potestatem filios Dei fieri. NOMEN Christi, dicitur Verbum & virtus Christi: gratia & misericordia de Christo promissa. Promissas habent has loquutiones Euangelistæ, CREDERE illi, & CREDERE in illum, & in illo, Confiteri illum, & Confiteri in illo, Baptizari aut credere in nomen Christi, & Baptizari in nomine Christi. Obserua. Idē est, Q V O T Q V O T receperunt eū, & N I S qui credunt in nomine eius: Sicut & paulo post in idem venit, E X sanguinibus, Ex voluntate carnis, Ex voluntate viri. Adhuc scēdum est huiusmodi dialectis, idiotisimis, & redundantibus verborum acervationibus, quibus, vt Hebræorum lingua, ita Ioannes qui Hebræus fuit admodum abundat.

Promissionis verbum. Nomen Christi.

Euangelistarū promissæ loquutiones.

Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.

Perueniunt antithesi generationis carnalis quam abiicit, & spiritalis, quam statuit, docet ex quibus parentibus filii illi Dei nascantur: N O N ex sanguinibus, menstruis scilicet: ex illis enim embryo nutrimentum habet & incrementum: N E Q V E ex voluntate carnis, id est mulieris, quæ caro dicitur. Genes. 1, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: aut Voluntate carnis, intelligit concupiscentiam incendendam & inflammantem ad congressum carnalem. N E Q V E ex voluntate viri, id est ex lasciuia concupiscentis ad copulā. Hæc duo apposuit verba V I R I scilicet & C A R N I S, hoc est mulieris: quod multi cōcupiscant quidem, at non statim à concupiscentia abstrahuntur: sed imperant illi, & in opus non labuntur. Aut qui ex sanguine (sanguinibus Hebraismus est) id est naturali semine nascitur, idem ex voluntate, id est desyderio carnis, id est naturæ & viri dicitur rectè nasci: aut dici potest has voculas S A N G V I N I S, Carnis, & V I R I, nō aliter accipi q̄ Matthæi 16, Vbi Christus ait ad Petrū (facta confessione, Tu es Christus filius Dei viui) Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. id est, Quod confessus es, Petre, me esse Christum filium Dei viui, non est humanarum virium opus, sed donum Dei Patris.

Voluntas carnis. Voluntas viri. Caro mulier. Nasci ex sanguine.

Sed ex Deo nati sunt.

Ex Deo nascimur per semen immortale quod est Verbum Dei. Ex prædicatione enim poenitentiae, agnoscamus nostram natiuitatem plenam peccatis, & in ea nos damnatos esse: postea fide apprehendimus misericordiam Dei nobis promissam, & oblatam, quam ex animo petimus & volumus, eique fiducialiter adheremus: vnde reuiuiscimus & renascimur purgata peccatrice natiuitate nostra, remissis simul omnibus peccatis. Hæc est illa potestas & gratia adoptionis, quæ alienos à Deo coniungit, & Dei filios facit, seruisque nobilitatem Domini ex charitate largitur. Fide in Christum baptizatur, & adoptantur fideles, non in creaturam, sed in ipsam Trinitatem, Christo mediatore: qui Deus & homo hu-

Nasci ex Deo.

Peccatrice natiuitas nostra. Adoptionis potestas. Christum mediator.



mana diuinis coniungit. Propterea filii Dei & appellamur & sumus, qui fide regenerationem spiritu factam suscepimus. De hac natiuitate meminit Paulus ad Titum, 3, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè, per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Non est ergo virium humanarum vt fiamus filii Dei, sed ex solo Deo, solius Spiritus Sancti consilio, per potentiam Verbi nascimur filii Dei. Colligamus ex superioribus, antitheseos membra: carnalem generationem, & diuinam. Carnalis fit per patrem & matrem, collocans natum in hunc mundum. Spiritalis & diuina fit à Deo per Verbum, transferens ex hoc mundo in cælum. Noster enim municipatus & cõuersatio in cælis est. Retundit hic locus Iudæorum arrogantiam, qui ideo se pro filiis Dei venditabant, quòd carnaliter à sanctis Patribus prognati essent. Non enim omnes (ait Paulus Romano. 9.) qui ex Israel sunt ii sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraham, omnes filii. Sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, Non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in femine.

### Et Verbum caro factum est.

Dixerat Euangelista, In propria venit. Huius aduētus modū aperit, manifestans quàm receptissimum apud nos esse debet, homines fieri filios Dei, & ex Deo nasci. Hic locus de incarnatione Verbi, prorsus ab oculis rationis humanæ absconditus est, quæ nec credere nec persuadere sibi potest Verbum æternum Patri per omnia æquale, in tantam humilitatem se ipsum demississe. Vnde quidam dixerunt, Christum esse Ioannem Baptistam, alii Heliam, alii vnum ex Prophetis, alii filium fabri, alii filium Mariæ, existimantes ipsum non Deum, sed purum hominem. Quare Iudæis solo suo sensu ductis, factus est offendiculum, Genti bus vero stultitia. Quod docet Paulus I. Corinth. I. Nobis autem credentibus potentia Dei est, Verbum per quod omnia facta sunt, factum est caro, id est filius Dei, homo factus est: natus ab æterno ex Deo, per quem facti sumus, voluit ex femina nasci vt resiceremur. Factus enim est filius hominis, dilectissimus Dei Filius, vt filios hominum filios Dei faceret. Verbum dicit factum carnem, per extenuationem, pro nouissimo homine, Eia 53. Per eandem & Apostolus Peccatum & Maledictionem dicit, quæ hic Carnem nominat Euangelista. Non quòd substantia eius in carnem sit mutata (hoc certè cogitatu impium est) sed eadem permanens, serui formam accepit, vt veræ carnis assumptionem ostendat, & obstruatur os hæreticorum dicentium imaginationem quandam & figmentum esse quæcunque de incarnatione Verbi feruntur. Quemadmodum enim ait Chrysostomus, Quum Christus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictum, non intelligit Apostolus substantiam eius à propria gloria separatam, in maledictum versam: hoc enim neque dæmones ipsi, neque stultissimi & naturali sensu penitus carentes opinarentur, tantam ea opinio saperet vna cum impietate stultitiam. Non igitur hoc dicit: sed quòd pro nobis maledictum accipiens, non fuit nos amplius maledictos esse. Idem hoc in loco, Carnem, inquit, ipsum factum esse, nò quòd mutauerit carne substantiam, sed quòd carnem accepit: nulla ex parte coinquinata substantia. Verbum ergo absque quacunque sui mutatione, factum est caro: in Verbo incarnato neque alteratio, neque mixtio, neque conuersio aliqua legitur. Nam neque alteratione aliqua alteratum est Verbum, vt fieret caro: neque mixtio aliqua Verbi cum carne intercessit, neque Verbum in carnem versum est. Catholicè tamen confitemur Verbum verè ac propriè absque sui mutatione factum esse hominem, hoc est Filium Dei assumpsisse naturam humanam, verè & propriè dici hominem. Quum dicimus, Verbum factum est caro, non intelligimus quòd Verbum sit ipsa caro, sed quòd verbum assumpsit carnem: hoc est, Diuinum suppositum vnitū est naturæ humanæ absque vlla mutatione in Verbo facta: sed solum in natura assumpta de nouo in vnitate personæ diuinæ. Caue offendaris quum audis, Verbum incarnari: quia vt docent doctores in 3. Senten. distinc. 1, Incarnari non est pati: sed terminare dependentiam naturæ assumptæ. In carnatio est vnio naturæ humanæ ad personam Christi. Siquid desideraueris ex hac phrasi scholastica, recurrit ad eum quem citauimus Sententiarū librū. Locum hunc satis exponit Apostolus ad Philipp. 2, Christus quum in forma Dei esset, nò rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Huc pertinet & locus ille ex 2. ad Hebræos.

Generatio duplex.  
Carnalis generatio.  
Iudæorum vanitas.

Caro prorsus ignorat natiuitatem Christi.

Varia vulgè opinio de Christo.  
Iudæis Christus scilicet alii: stultitia Gentibus.

Christus factus est maledictum.

Verbum caro factum.

Filius Dei assumpsit humanam naturam.

Incarnari.  
Incarnatio.

Hebræos. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, &c. Christus ergo induit nostras infirmitates, vt ab omni infirmitate & ægritudine liberaremur. Factus est pro nobis peccatum, id est hostia pro nostro peccato, vt à peccato nos liberaret: maledictum, vt benedictionem cõsequeremur: humilis & fragilis, vt potèntissimi essemus: cõtempus, vt gloriosissimi efficeremur: pauper, vt diuites in illo essemus: esuriens, vt saturi essemus: mortalis & dånatus, vt immortales & saluari essemus. Omnes ergo morbos & infirmitates nostras, nostra causa tulit: per omnia nobis simillimus, absque peccato tamen. Vt ei assimilaremur, & in imaginem illam cælestem peccato perditam, restituere mur, atque vt essemus filij Dei, & ex Deo nasceremur, voluit Deus ex homine femina nasci, hoc est, Verbum caro factum est.

### Et habitauit in nobis.

Vehementem & apertam habet emphasim vox IN nobis, id est Inter nos: inter homines re vera versatus est homo verus. Hoc enarras Euangelista, clarius exponit se, aduersus Manichæos, Marcionistas & alios hæreticos. Qualem carnem assumpsit Christus, nò cælestem & spiritalem, non phantasticam, non contaminatam, sed nostram humanam carnem, hoc & I. cap. prioris suæ Epistolæ Euangelista explicat, Quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus & testamur. Nò solū inter nos, sed & in nobis habitauit Dei Verbum in templo vno quod à sancta Virgine Maria assumpsit: illudque propter nos, & de nobis sibi condidit, vt omnes in se ipso habens, in vno corpore Patri (vt Paulus ait Ephe. 2,) reconciliaret. In omnibus igitur (ait Cyrillus) Verbum per assumptionem vnitus habitauit: & quum vnus filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis definitur, ad vniversum genus humanum hæc dignitas funditur. Et sic per vnum generis nostri, ad nos quò que illud peruenit. Psal. 81, Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Colligamus ex his Christum habitasse in nobis, vt ad ipsum accedere, cū ipso loqui & conuersari audenter liceret:

### Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre.

Hæc sententia per parenthesis inferitur, qua quantum opinor, sentit Euangelista de baptismo IESV & transfiguratione, quum audita est vox Patris, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Tametsi Christus caro factus, omninoque humanam & seruilem viuendi rationem exhiberet, ostendit tamè & declarauit gloriose & potenter se esse filium Dei. Emisitque nobis spectantibus de se diuinitatis radios, vt gloriam & magnificentiam eius, tanquam gloriam & magnificentiam Vnigeniti æterni Patris, qua ab eodem Patre ornatus fuit, spectauerimus, contemplati que simus, non tantum semel, sed iterum atque iterum. Quum dicit GLORIAM quasi Vnigeniti à Patre: non quanlibet intelligit gloriam, sed gloriam à Patre exhibitam, quæ declararet eum esse vnicum Dei Filium. Gloria illa est, non solum vita Christi miraculis elata, quædo etiam Prophetæ ante eius aduentum, & post aduentum Apostoli claruerunt: sed etiam testimonium Patris in Christi transfiguratione, hoc est quum Christus Petro, Ioanni, & Iacobo in monte excelso aperuit diuinitatis suæ dulcedinem, & maiestatis suæ gloriam. Audita est vox dicens, Hic est Filius meus dilectus. Fuit & hæc gloria potissimum. Apostolis & aliis discipulis conspicua in Christi resurrectione, ascensione & Spiritus Sancti missione. Particula QUASI hoc loco pro TÁNQUAM aut Veluti posita est: estque non similitudinis, sed potentie, veritatis, confirmationis, & definitionis certissimæ dictio. Ac si diceret, Vidimus gloriam planè dignam Vnigenito Dei filio, & quæ certissimè declararet IESVM esse Vnigenitum Dei Filium. Huc pertinet quod Paulus ait. I. ad Timoth. 3, Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Obserua: Quod Hebræis Cabod, Græcis δόξα dicitur, & Latinis Gloria redditū est, quidam mallent verterè Maiestatem aut magnificentiam. Nam sic de principe loquimur: Omnia cum maiestate fecit: habuit se magnificè, vbi grauitè, gloriose & præcipua cum dignitate aliquid gessit. Vnde hoc colligo *τὴν δόξαν* quod gloriam siue maiestatem dixeris, non solum latè sparsam famam significare, & nominis celebritatem, sed etiam ea, vnde illa fama spargitur, & quorum causa quis ita celebratur: vt sunt apud eos quos gloriosus mundus admiratur, magnificæ ædes, pretiosa vasa, sumptuosæ vestes, splendide epulæ, magnæ

Christus infirmus pro nobis.  
Infirmitas à Christo pro nobis suscepta.

Caro Christi vera.

Gloria Christi.

Particula Quasi.



familiarum cateruæ ac huiusmodi. Sic Christus, Matth. 6. de Salomone dicebat, Dico autē vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, &c. Hic Gloria pro maiestate & splendore vel magnificentia Salomonis posuit. Similiter Hester cap. 1. dicitur, Assuerus parauit grande conuiuium, vt ostentaret diuitias gloriæ regni sui. Ergo quod Euangelista hic posuit, Vidimus gloriam eius: perinde est ac si dixisset, Vidimus maiestatem eius in tot admirandis signis, mirificam dignitatem in sapientissima simul & potentissima doctrina, tot magnifica opera eius, & vitam quæ omnes dignitatis numeros impleuerit. Neque vulgaris erat hæc gloria, hæc maiestas & magnificentia. Vidimus enim gloriam Vnigeniti à Patre, quo expressit, quis id Verbum sit de quo tam ipse quàm Moses loquutus est. Vnigenitus Dei Filius est, qui omnem Patris gloriam & maiestatem æqualem habet, quare & Vnicus & Vnigenitus dicitur, quo à reliquis filiis Dei, qui non sunt naturales filij Dei, separetur, omnium excellentissimus & primogenitus.

Plenum gratiæ & veritatis.

Explicat Euangelista quibus rebus CHRIS TVS declarauit se esse gloriosè & potenter Filium Dei vnigenitum, nimirum gratia & veritate. PLENVM nominandi casus est, non accusandi. Estque sensus, Verbum illud caro factum est, & habitauit in nobis plenum gratiæ & veritatis. Est enim Christus, gratia, id est omnibus donis Dei est impletus. Coloss. 1. Quia in Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Coloss. 2. In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciëntiæ absconditi. Eodem capite, In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti. Neque enim huic ad mensuram Deus Spiritum dedit, sed effudit in eum opulenter: quod explicat Psalmus, Ille speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Et Esaias cap. 61, Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, &c. Spectat ergo vox PLENVM, ad cõmendandam Christi incarnati potetiam, & insinuandam infirmitatē veteris Testamēti, in quo nõ dabatur plenè inspicere in gratiam. Gratiã ergo appellat plenitudinē illam gratiæ, qua nos Deo Patri reconciliauit Christus. Veritatē opponit typo & figurã veteris Testamēti. Plenum, cõtrarium est vacuo. Nihil ergo vacuū & inane est in Christo: sed plenitudo eius est gratia & veritas, quæ vt in perfecto perfecta substantialiter inest, à Patre naturaliter habita. Vnde officium & genus IESV CHRIS TI est conferre gratiam, in veritate saluare, & omnia præstare. In hoc & ab hoc plenariã indulgentiã à pœna æterna & culpa ex animo & viuã fide rogantibus, liberalissimè & gratis conceduntur. Iste est viuus fons in quo & à quo plenarië gratiam, veritatem, & promissionum exhibitionem prestò haurire licet. Huc pertinet quod Paulus 2. Corinth. 1. testatur, Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, id est Per Christum sunt, & per Christum sunt Amen. Nam omnes promissiones Dei in Christo confirmatæ sunt, & factæ sunt veraces. Reperimus quidem in sacris, Sanctos gratia plenos dici: at sublimior est gratia & veritas Christi, quàm Sanctorum. Nam Sancti, veluti vernæ in domo sunt, Filius autem in domo sua versatur. Accedit quod Sancti non sua, sed superiore virtute operabantur: Christus vero vt virtutum omnium Dominus, Ioannis. 10. Si non facio (inquit) opera Patris mei, nolite mihi credere, sin autē facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Tãto ergo maior est gratia, veritas, & plenitudo Christi, quanto Deus hominibus præstat. Quid ergo tam solliciti de plenitudine Christi rogat, quum Christus sit Deus? Deus & Dominus est, omnia continet, implet omnia in omnibus, super omnes est: omnia per ipsum facta sunt. Fortassis obiicies quod Lucas cap. 2. ait, Et IESVS proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Proficiebat Christus ætate, qui corpore augete sebat, & sapientia: nõ quod illi quicquam sapientiæ accesserit à tempore quo conceptus in vtero Virginis matris: sed quod dotes suas, quibus erat cumulatissimus, magis ac magis expromeret, exerceatque, idque tum apud homines quos erudiebat, & quorum salutem consulebat, tum apud Deum, cuius gloriam illustrabat. Ex superioribus summatim dicamus, Verbum plenum gratiæ & veritatis: Verbum factum est caro. Christus est Deus & homo, plenus gratia & veritate: quia humana natura in ipso peruenit, ad ipsam veritatem diuinam scilicet, quod ille homo esset diuina veritas & gratia. Nam tamen si Deus Sanctis largas amplasque gratiæ & veritatis dotes impertiat, tamen in Christum filium vnicum totum cœlestium donorum fontem transfudit, vt in vno esset quod omnibus sufficeret.

Ioannes testimonium perhibet de ipso.

Epanaphora

Christus gratia & veritate declaratus Filius Dei.

Gratia. Veritas. Plenum.

Indulgentia plenaria à pœna & culpa.

Sancti sunt vernæ domus & serui domestici.

Christi plenitudo.

Quomodo Christus proficere dicitur.

Plenitudo Christi omnibus sufficiens.

Epanaphora est: Officiū Ioannis repetit, nõ vt ex testimonio serui, hoc est Ioannis Baptiste, Dominū fide dignum faciat, sed quia in pretio & magnus apud turbas habebatur Baptista, sibi ad testificandum de Christi Dei æterni officio adtingeret, ac si diceret, Non solus ego sum qui talia de Christo, in principio erat Verbu & Verbum &c. prædico, sed & vester Apostolus, cui iure optimo tantum defertis, imò & Propheta eximus idem mecum asseuerat de IESV CHRISTO æterno Filio Dei. Noster Euangelista diuinitatis potiorē quàm humanitatis explicandæ curam in omnibus habet: nec abs re, siquidem præcipuã occasionem conscribendi suum Euangelium præbuit defensio diuinitatis. Hæc sententia, Ioannes testimoniu, &c. non sine emphasi pronuntianda est. Testimoniu Baptistæ de Christo scribitur tū hic, tū Lucã 3. & Matth. 3. & Marci cap. 1. Et prædicabat, dicens, Veniet fortior me, cuius nõ sum dignus procubens soluere corrigiam calceamentorum eius.

Et clamat.

Hic Baptistæ clamor multã præ se fert & fiducia & libertatē. Nõ quosdã tantu, sed omnes clamat: quia Baptista prædicator est publicæ, apertæ, & vniuersalis doctrinæ. Clamat, id est Fide ter, liberè, nõ typicè & figuratè, sed verè, palã & publicè, omni abiecta formidine Dei aduertu prædicat: què nõ solus audiui, sed latè per omnes sparsus est clamor eius.

Dicens, Hic erat quem dixi.

Particula HIC, personam signat, de qua dixit Ioannes. DIXI, scilicet pro meo officio. Quod officium? quis magistratus Ioannis? Luc. 1. Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Quid dixit?

Qui post me venturus est, ante me factus est.

Hæc ad ætatem, temporalem natiuitatē, & temporis prioris & posterioris qualitatem referuntur. Baptista hoc loco vult ostendere se esse modis omnibus inferiorem Christo. Præcessit quidem Saluatoris incarnationem Baptistæ natiuitas: sex enim integris mensibus, vt est in Luc. 1. Emanuel posterior fuit. Et id est quod ait, QUI post me venturus est: ac si diceret, Ego præcedo duntaxat aduentum eius vt vox & præco, ipse autem me sequitur est, & post me venturus est, sed ante me factus est. Quid hoc est, ANTE me factus est? Qui posterior est tempore, factus est prior gloria. Cur? Quia maiora de illo præcesserant miracula, in natiuitate canentibus angelis, deinde adorantibus Magis, descendente in eum Spiritu Sãcto, testificatè à nubibus Patre. Aut dicatur FACTVS EST, poni pro FUIT, ad vitandam hæresim Arrianorum, qui hinc suã pertinacis & falsæ opinionis causam arripiunt, afferentes CHRIS TVM esse creaturam. Non enim aduertunt quàm hic totus locus sit de dignitate & æternitate Christi.

Quia prior me erat.

Ætiologia dignitatis Christi ab æternitate. ERA T, verbu, nota est æternitatis. Christus est æternus, ergo Deus, ergo maior Ioanne, ergo ante Ioannem & fuit & erat: huic ergo omnis spēs collocandã est. Neque quenquam moueat quod habitu inueniatur vt homo. Nam quanquam prædicatione, baptismo, & miraculis suis post me exoriatur, tamen antecessit me: QUI prior me erat, secundum deitatem: nõ solū me ipso, sed & omni creatura prior, superior, & gloriofior. Hic est qui per Prophetas promissus est: huius diem vidit Abraham: vidit, & gauisus est. Hunc omnium piorum fides spirauit, cuius non sum dignus etiam procumbens soluere corrigiam calceamentorum, tantum abest vt sinam vos me tanquam Christum venerari. Facite hinc à me tantillo & homuncione, hunc adite cum fiducia currentes, qui solus mundi est Saluator, & vestram omnium sitit salutem.

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.

Superiorem & gloriofiorē Sanctis omnibus Christum hæc verba indicant: nam omnes quotquot sumus qui Sanctorum locum possidemus, propriis ipsius Verbi bonis locupletati sumus: quicquid lucis & gratiæ in nobis est, id fatemur à Christo fonte in nos veluti riuulos quosdam deriuatum esse. Atque quemadmodum in prima natiuitate de plenitudine Adã omnes accepimus, ita in regeneratione nos plenitudine Christi affluimus. Christi plenitudine: Circumloquitur, & expendit omnia in Christo bona, quæ hominibus vel cõmunicatur, vel tribui possunt: vt, Baptismu recipere est de plenitudine Christi, fidẽ habere, respicere, est de plenitudine Christi: similiter misericordem, benignum, aut mundum esse, est de plenitudine Christi. Est certè Christus fons omnis boni, sapientiæ, & sciëntiæ, qui etiam superabundat, & dat se omnibus dignis, & affluens plenus manet, ac nunquã exhauritur, plenitudinem suam eandem atque immutatam semper conseruans.

Baptista auctoritas, & de Christo testimonium.

Baptista officium.

Christus ante Baptistam.

Plenitudo Christi. Christus, fons: Sancti, riuuli.



Et gratiam pro gratia.

Particula ET pro Id est. Gratia pro gratia accipere.

Quem de Christi plenitudine fructum accipiamus, explicat. Vbi particula ET, potius interpretatiue quam copulatiue accipi debet. Accipimus gratiam, id est, Deus Pater fauet nobis dando gratiam suam pro gratia, id est propter eam quod Christo filio suo, cuius nos fratres sumus, & in quem credimus, faueat. Nam hic est (ait Pater) Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hoc loco, prior vox GRATIA, significat reconciliationem, qua per Christum sumus Deo Patri reconciliati; posterior vox GRATIA, indicat nobis fauorem illum & dilectionem Dei Patris erga Filium. Nam electi sumus in Christo, diligimur in Christo, fauorabiles efficiimur Deo Patri in Filio, cui Pater fauet, cui Pater complacet, quem Pater diligit. Gratia est quod in mundum miserit Filium suum Pater: gratia est quod in Christo & per Christum reconciliemur. Ergo gratiam pro gratia accipimus. Videtur Chrysostomus ad hunc modum interpretari: Lex mosaica nonnullam habebat gratiam, plenitudinem non habebat: at ex Christi plenitudine accepimus omnes, nimirum gratiam Evangelicam, pro gratia naturae, & legis Mosaeicae. Hoc modo Gratiam pro gratia, dicimus Gratiam super gratiam. Gratia est, qua Deo placemus, gratique sumus: id non fit nisi per spiritum eius: hunc donat Filius. Prior ergo gratia qua a Verbo accipimus, spiritus fuit timoris, quo veteres qualicumque pietate vixerunt sub legis paedagogia. Posterior gratia, spiritus est libertatis, cui ius filiorum conceditur, per quem sancta fiducia Deum Patrem inuocamus, qui spiritum timoris expellit. Caritas enim timorem foras mittit. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba, Pater.

Gratia. Spiritus timoris. Spiritus libertatis.

Iustificatio non est a Mose.

Quia lex per Moysen data est.

Peruenusta est ethiologia. Reddit enim rationem Euangelista cur gratiam pro gratia accipiamus, argumento ab infirmitate & imbecillitate legis petito: Tantum abest ne lex iustificaret, ut ne Moses quidem nostri iustificationem coram Deo parere potuerit. Fuit ergo necessarium ut reuelaretur gratia illa per quam coram Deo iusti acceptemur. Roma. 8. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, &c. Legis ergo imbecillitas causam & occasionem praestitit, qua & abrogaretur & antiquaretur. Quo fit ut nouum pactum & testamentum datum sit, in quo non solum nobis Deus largitur peccatorum remissionem, sed & filiorum adoptionem. Quia de Mose mentionem facit, utitur hac vocula DATA: paulo post de Christo loquens, dicit FACTA. Data quidem est lex per Moysen, at non est per Moysen facta: Per Christum autem data lex, est facta, id est condita & adimpleta: hanc solus fecit, id est adimpleuit, & huic satisfecit, ut iure non possit queri lex.

Lex data a Mose, impleta per Christum.

Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Officia Christi Gratia. Veritas.

Quod hic proclamat Ioannes Euangelista, id est quod Paulus dixit 1. Corinth. 1. Christus est factus nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, nam nomine Gratiae, intelligo omnia Christi officia, ut iustificare, saluos facere, remittere peccata, saluum facere quod perierat, Deo reconciliare peccatores, & huiusmodi. Veritatem typis, umbris, & figuris legalibus opponit. Aut Gratiam dicit nouum Testamentum, in quo remissio peccatorum & iustificatio credentibus in Christum datur, per Christum veritatis largitorem: eod quod omnia quae Patribus promissa sunt, in Christo impleta sunt. Lex ergo per Moysen, hoc est Moyses, per legem declarauit nos esse maledictos, condemnatos, & filios irae Dei: sed gratia & veritas per Iesum Christum facta est, hoc est Christus nos in gratiam Dei restituit, & praestitit quod antea promissum erat. Quid promissum erat? Iustificatio nostri, (quam neque Moyses, neque Lex praestare potuit) & vita aeterna promissa erat. Haec autem viua fide ornatis & in ea perseverantibus, ab ipse per Christum praestita sunt. Hoc loco non dicit Euangelista gratiam per Verbum, sed per Christum factam esse. Quia scopus Euangelistae est testificari non de Deo aut Verbo secundum quod Deus est, sed quod IESVS CHRIS TVS est Verbum, est Deus, est lux quae illuminat omnem hominem. Dicamus ergo, Gratia & veritas facta est, id est cepit & orta est nobis per IESVM CHRIS TVM. Recte obseruauerunt Patres quod lex per Moysen dicitur data, qui legis author non fuit, sed gratia per IESVM CHRIS TVM facta est, veluti per authorem ac fontem gratiae. Nam & sub lege Mosai- ca piis hominibus gratia non aliunde fluxit quam ab hoc fonte, qui CHRIS TVS est.

Veritas per Christum facta.

Ioannis intentio.

Deum nemo

Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.

Argumento ab impossibili petito, confirmat neminem gratiam & veritatem posse conferre praeter unicum CHRIS TVM: neminem posse habere placatum Patrem, nisi per Christum: neminem posse reconciliari Patri, nisi per Christum. Cur? Quia Deum nemo vidit vnquam. Hoc testimonio certe Baptista vult persuadere, ut Iudaei Christum, Moysen, quemadmodum se ipso Baptista maiorem, agnoscerent: praecipue quod obicere solebant, nempe Moysen vidisse Dominum, atque cum eo facie ad faciem, ore ad os fuisse loquutum. Haec ergo, hac sententia DEVM nemo vidit vnquam reicere voluit, simul & affirmare IESVM CHRIS TVM eum esse qui solus non solum Deum viderit, sed in sinu quoque eius sit, id est in secreto & intimo Dei, nimirum virtus, sapientia, & aeternum Verbum Dei. Quod hic Euangelista significauit per Sinu, David per Verbum expressit, Ex utero ante Luciferum genui te, id est, Ex intimo & occulto essentiae meae, incomprehensibili omni intellectu creato genui te, & consubstantiali mihi & eiusdem naturae, & virtutis, & potestatis, & cognitionis. Moyses Deum non vidit, sicut neque alius quisquam, nec potuit nobis de illo manifestam & apertam mentionem facere, & quum solum esset seruus, minister fuit solum legalis literae. Deus suapte natura inuisibilis est. 1. Timoth. 1. ergo nullis subiectis oculis corporeis: ergo neque Moysi, neque cuius homini: immo lucem habitat inaccessibilem. 1. Timoth. 6. Quis illuc abiit? quis se ad Deum recepit? Nemo. Haec sententia intelligitur de visione siue cognitione naturali & ex propriis viribus producta. Videre, hoc loco metaphoricè per deflexionem accipitur pro Cognoscere. Non potest homo suam ipsius, qua est & viuut, metem peruidere, quomodo igitur videret Deum? Quare vnigenitus Dei Filius solus est qui nobis enarrauit. Matthaei cap. 11. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Quis Plato, quis Aristoteles, immo quis Moyses, aut quibus alius potuit hac enarrare? (Ego & Pater vnus sumus: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Misit Deus Filium suum vnigenitum in mundum.) nisi Vnigenitus IESVS CHRIS TVS quem annuntio? ait Baptista, Is in caelo est, & apud Deum, in ipso sinu Patris: is Patrem Deum videt & cognoscit plenissime. Quia audis Sinum Paternum, non suspicaris aliquid corporale de Deo: sed Euangelista volens nobis insinuare Filium esse Patri consubstantiali, coaeternum ac verum, & inseparabilem, & ex Patre propriam substantiam habere, & in Patre esse, huius nominis SINVS mentionem fecit. Quare Filium in sinu Patris esse, est Filium ex Patre & in Patre esse: est Filium Patri consubstantiali, coaeternum & coaequalem esse: est Filium esse Deum & apud Deum. Vna enim natura & substantia est Patris, Filij & Spiritus Sancti. Quelibet trium personarum secundum naturam Deus est. Quid ergo dicemus Prophetam Esaiam cap. 6. Vidi Dominum in throno altissimo sedentem. Et Iacob Genesis cap. 32. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et de Moysen, Exodi cap. 33. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum? Respondeo: Similitudinem & apparentiam quandam, non autem ipsam substantiam viderunt, quippe quae simplex & pura est, non composita nec descriptibilis: non iacet, non stat, non ambulat, haec omnia corporis sunt officia. Quomodo autem sit ipse, nouit solus. Solus ergo Patrem videt Filius & Spiritus Sanctus. Quandiu enim hic viuuit, aggrauatus est humanus intellectus propter corpus: quo fit ut ad summum contemplationis gradum non pertingat. Inde Moysi roganti videre Domini gloriam, respondit Dominus Exodi cap. 33. Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo & viuut. Quare quibus Deus se apertiore vel visu vel allocutione reuelauit, eos dicit Scriptura Deum facie ad faciem vidisse, & ore ad os loquentem audiuisse: quum tamen ipsam Dei faciem propriam videre, hoc est plenam diuinitatis cognitionem assequi, nemo mortalium possit. Propter quod quum maximam Moysi Deus vellet beneficium praestare, posteriora gloriae suae videre eum fecit, dicens, Exodi cap. 33. Tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Hoc donum, haec gloria videndi posteriora Dei, magna fuit diuinitatis cognitio, at non plena, ut visio faciei dici meruerit. Aut dicamus visiones illas Iacob & Moysi per hoc Ioannis testimonium, Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, explicari. Nam quemadmodum rem quam propria propius & expressius agnoscere non potes, nisi facie eius & imagine tibi ob oculos posita, ita Deum nemo videre potest, nisi faciem & imaginem eius contempletur. Dei expressa

Deum nemo vidit vnquam.

Sinus Dei.

Vterus Dei.

Moysi officium.

Deum inuisibilis.

Videre.

Filius esse in sinu Patris.

Corporis officia. Carcer animi corpus.

Facile ad faciem videre. Ore ad os loquentem.

Posteriora Dei videre.

c. ij.



*Imago vna  
Dei, Christus.*

& viua facies siue imago est Verbum seu CHRISTVS, Hebræi. Colof. i. Deum ergo contemplatur & videt, qui Verbum audit, credit, & Christum viua fide accipit. Quare, quum Moyses & Iacob acceperint promissiones Dei obfignatas quibusdam apparitiis, (propter quas facie ad faciem Deo loqui dicebantur) & Verbum Dei fide & reuelatione acceperint, recte & verè de eis scribitur, quod Deum viderint, & loquuti fuerint facie ad faciem, audientes Verbum Dei cui crediderunt. Spectat huc sententia non absimilis, Abraham vidit diem meum: vidit, & gauisus est: vidit fide. Credit enim Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Sed quod ad Moysen dictum est, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris: de humanitate Christi longè post reuelata dictum est. Nam Moyses faciem Dei vidit, hoc est cognitionem & apparentiam Dei habuit: quia Verbum Dei, quod est in speciem facies eius, audiuit, & in Verbo contemplatus est Deum: sed & faciem eius non vidit: quia nondum erat Verbum incarnatum: aut quia essentiam diuinitatis non vidit. Augustinus tomo 4. lib. De essentia diuinitatis. Loco adducto Exodi cap. 33, precabatur Moyses vt Christum Filium suum præmitteret, qui præcederet populū, dicens, Si non tu ipse præcedes, ne educa nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo? Paulò antè dixit, Et tu præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi quem missurus es mecum: præsertim cum dixeris, Noni te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam: hoc est reuela CHRISTVM, qui est facies tua, vt præcedat populum. Respondit Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi: hoc est, Verbi mei potentia & ductu educam populum istum: sed hoc Verbum, Filius meus, nondum humanitate orbi manifestabitur: Eam autem faciem nunc non videbis, sed posteriora mea, id est in posterioribus temporibus carne & humanitate induta, eam faciem orbi declarabo. Augustinus lib. vno De essentia diuinitatis, tomo 4. fol. 691. a. ait, Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, quæ extremo tempore ob redemptionem humani generis facta est. De qua posteriori parte Filius in monte Sinai ad Moysen per Angelum ait, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. ac si diceret, In carnationem meam videbis, diuinitatem meam videre non poteris. Hactenus ille. Quare quum Deus ad eodè totum sese imprefserit Christo Filio suo, vt nusquam a libi efficiatius & rectius Dei voluntatem quam in Christo discere possimus, necesse est vt nulli nos ipsos addicamus magistro, quam Christo: quem in omnibus oremus, vt quæ salutifera sunt, enarret. Deum enim aliorum nemo vidit, nemo audiuit, vnde incerta, immò vana esse oportet quæcunque sine numine CHRISTI, de Deo & eius religione affirmauerint. Patris voluntas est vt saluet: sed vbi quæso hanc voluntatem Patris agnosces? non in tua ratione aut prudentia, quæ vt specie est optima, ita iudicio pessima: nõ Mose & Lege, tanquam ex Mose, qui terriculameta adducit: non in tuis viribus, quæ nihil boni ex se rãquã ex se operantur: Ergo è CHRISTO discamus hanc Dei voluntatẽ, qui est viuum exemplar voluntatis diuinæ, dicens, Non misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Nemo ergo nouit quæ sit Patris voluntas, quidve Deo placeat, nisi solus Christus, qui & enarrauit nobis voluntatem Patris, & in quo totum Deum & diuitias omnes diuinitatis reperire licet. Qui enim (inquit) videt me, videt & Patrem meum. Pater diligit Filium, omniãque demonstrat ei quæ facit. Cõcludamus ex his, Viuus doctor veritatis CHRISTVS est. Nemo hinc agens vidit diuinam essentiam in seipsa, sed per subiectam creaturam viderunt aliqui. Solus Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, naturam diuinam comprehendit. Solus enim infinitæ potentie est, qui infinitè cognoscere potest. Et quia tanta est virtus in cognoscendo, quanta est eius natura & essentia existens, ideo solus totaliter (vt ita dicam) suam essentiam comprehendit. At nullius creaturæ infinita est facultas & virtus cognoscendi: Quare nulla creatura Deum cõprehendere, seu omnes perfectiones eius, & quæ de eo dici possunt virtutes cognoscere potest. Beati in cælo vident essentiam per Christum. In lumine tuo videbimus lumen, ait Propheta. Matthæi 5, Beati mudo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cognitio fit similitudine quadam: at qui Christo Filio naturali adhæret, similis illi fit: vnde per Christum volutatatis diuinæ enarratorem, ad cognitionem & assimilationem accedimus, vt & videamus & cognoscamus. r. Ioã. 3, Nunc sumus filij Dei, & nondum apparuit quid erimus: quum autè illè apparuerit, similes ei erimus: hoc est per illum beabimur, & cognitio diuinitatis nobis communicabitur.

Et hoc est testimonium Ioannis.

Amplificatio est testimonij Ioannis Baptistæ, vt intelligamus Baptistam non solum verbis, sed & facto, apertè testatū esse de Christo. Et hoc est testimonij. Quale? Quod superius

*Cõprehendere.*

*Lumen in lumine.*

*Cognitio fit similitudine.*

perius dixit, Qui post me vêturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Rogabis, Quare Euangelista tam sæpe & tam magnificè testimonium Ioannis repetit? Certè vt Iudæis cũ incredulis tum improbis impietatem suam exprobrat. Nam Baptistam omnes vt virum Dei, & sanctum Domini suspiciebant: fidem tamen ei adhibere noluerunt, quum testaretur quia CHRISTVS est Messias & mundi Saluator. Porro inuidia excæcati, Christum veluti peripsa mundi reiecerunt. Summa huius prædicti & sequentis testimonij Ioannis Baptistæ est, vt discernat se, doctrinam suam, officium, baptismum, & vitam, à persona, officio, baptisate, & doctrinã Christi.

Quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum.

Celebrat & munit Baptistæ testimonium à circumstantia temporis, locorum, & personarum. Hæc nobis insinuat eum quæ Hierosolymis Iudæi ritū, comitia celebrãdi habebat. Nam quum in rebus fidei propter diuersorum prædicationes oriebatur dissidium & controuersia, (cuiusmodi erant inter eos, quorum pars Phariseis, pars Ioanni Baptistæ, pars Christo adhærebãt, acclamabat vulgus partim se in maiorum fide perdurare velle, partim nouæ prædicationi seipsos addicebant) à summatis Iudæicæ religionis cogebatur cõcilium in Hierusalem, Iudææ metropoli, vt dispiceret de re controuersã, & certo ordinarent quid credendū sequendūve esset. At quoniã eo tempore Christus & Ioãnes videbãtur præ aliis rerū nouatores, & in Euangelica doctrina antesignani, habita sunt Pontifici & sacerdotum comitia, ad dispiciendum de hac noua & tam ardua doctrina. Decernunt ad Ioannem honestam Hierosolymitarum legationem, quæ constabat ex Leuitis & Sacerdotibus, hoc est viris doctissimis & sanctitate presbyterij honorabilibus: iisque ex laudatissima inter Iudæos Phariseorum secta, qui nomine totius concilij laudem & honorem Messie, ipsi Baptistæ deferrent, vt si Messiam se agnosceret, occasionem saluendi in Christum acciperet. Non amore Ioannis hanc legationem mittunt, sed inuidia & odio Christi, vt si hunc Ioannes reciperet honorem, Christi autoritas antiquaretur & adimeretur. Quod infra capite 5, Christus illis exprobrat, Vos misistis ad Ioannem, & voluistis ad horam exultare in luce eius, id est, Detulistis illi veri Messie honorem, tantoque viro abuti voluistis, vt meamque autoritatem adimeretis, at secus quam sperabatis contigit. Nam Ioannes testimonium perhibuit veritati, & à veritate non recessit, nulla vel summatis autoritate Sacerdotum, vel honoris ambitione motus. Sed constantèr asseuerauit se non esse Messiam. Mallebant certè Iudæi doctrinam Ioãnis Baptistæ cõprobare potius quam Christi, idque faciebant inuidia moti & excæcati, deinde offensi humilitate Christi. Postremò iudicabãt Baptistam Christo longè sanctiorem, quod in heremo vitam duriter transegisset. Ad hæc genus spectabant, vt pote qui ex Zacharia Sacerdote natus esset. Huiusmodi est improborum genius, vt nauim perforent qua pereant.

Vt interrogarent eum.

Scopus huius legationis fuit, vt ambitione Baptistam tentarent, & adulatione illaquearent: quo irretito, Christi autoritatẽ, & si qua fieri posset via, adimerent, molestarẽtque personam, cuius doctrinam capere non possent. Cur non veniebant ipsi? Certe Ioannes prædicabat omnibus penitentiam, hanc illi ridebant. Quare certum est quod nulla bona intentione ad Ioannem suos legatos miserunt.

Tu quis es?

Hæc interrogatio non sine dilemmate (hoc est argumento quod vtrinque aduersariũ caput) à legatis pronuntiatũ. Nam vtrunvis respondeat Baptista, captus est interrogantiũ iudicio. Hac interrogazione quærit nõ solũ de Ioannis persona, sed etiam de doctrina, officio, baptisate, & vita eius. Huc venimus, (ita narrare videtur) totius cõcilij Hierosolymitani nomine missi, tuã doctrinã, officii tui, dignitatẽ tuã approbaturi, modo te Christũ agnoscas. Quod si te Messiam fatearis, te tuãque doctrinã canonizabimus. Tu quis es?

Confessus est.

Responsum magna emphasi ornatũ, quo Baptistæ commendatur constantia: quum quã certò sciuerit, hanc confessionem, suam autoritatẽ obscuraturã, & inuidiam apud Iudæos allaturam, confessus est veritatem, & sinistram illorum mentem, qua non statim eum interrogabãt, Tu nẽ es Christus? sed tu quis es? reprimit. Non respondit statim quis sit, sed ad scopum vtique illorũ respiciens, & vnde quaque illos ad credendũ alliciens, quod alius sit

c. iij.

*Baptista auctoritas quum populam.*

*Comitia iudæica.*

*Cur legati ad Baptistam missi.*

*Dilemma. Legatorum Legationis caput.*



Christus, quem ipsi putant vilem & ex vili patre, fabro videlicet, & contempta patria Nazareth: ex qua nil boni esse credebant. Confessus est veritatem, & non negavit.

#### Et non negavit.

Hæc verba Baptistam ab adulatione & arrogantia alienum prorsus indicant. Non negavit, id est non retractavit testimonium antea Christo datum, Qui post me venturus est, ante me factus est, & c. sed ingenuè ad mentem interrogantium rursum Christo, sicut antea, suam auctoritatem adseruit, & testimonio iterato vindicavit.

#### Et confessus est.

Hæc repetitio constantiam Ioannis exaggerat, & tollit omnem arrogantiam & adulationis suspicionem. Nam nihil dissimulans, & ingenuè ac liberè quod res erat, confessus est.

#### Quia non sum ego Christus.

Euangelista eleganti hac ethiologia confessionis à veritate, aperit & docet quid Ioannes ingenuè, non secreto, sed palam & publicè confessus est. Respondet Ioannes. Non sum ego Christus: ac si diceret, Persona mea nõ est persona Christi, doctrina mea aliqua ex parte rigidior est quàm Christi, officium meum aliud, baptisma meum, vita mea: ego illius minister sum, non sum Christus. Hi peritissimi erant in lege, ex qua didicerant Messias tempus adesse, propterea quòd sceptrum à Iuda erat ablatum, alienigena Herodes in regno Iudææ dominabatur: agnoscebant item tempus hoc, ex Danielis hebdomadibus, aduentasse. Quid ergo hunc rogant, Tu quis es? quem sciebant non ex Virgine, non ex tribu Iuda, sed Leui natum, nempe sacerdote Zacharia: sed dabant operam ut ex ore eius audirent quòd Messias esset, ad deprimendam Christi auctoritatem, quem suspicabantur Messiam esse ex testimoniis tum Prophetarum, tum ipsius Ioannis interrogati, vt fide digni.

#### Et interrogauerunt eum.

Suo optato in animis frustrati, pergunt malitiosè diligentia sciscitari, auctoritati eius & gloriæ subinvidentes. Impij enim non statim cedunt, etiam si semel victi.

#### Quid ergo? Elias es tu?

Quasi dicerent: Si Messias non es, quod tamen plerique tibi tribuunt, quum præter Scribarum & Phariseorum auctoritatem, prædicare, & baptizare audeas, immò nouam auctoritatem vsurpes, & populum in tui admirationem rapias, non sine iactura & detrimento publicæ Sacerdotum & Phariseorum auctoritatis: Certè oportet te esse quèpiam Messias proximum. Num igitur Elias es tu? Nam legimus apud Malachiam, Eliam Thefbitem Prophetam, mittendum esse, antequam veniat dies Domini, qui restituet omnia. Num igitur Elias ille es tu? Legerant illi Prophetam Malachiam ultimo capite, Ecce ego mittà vobis Eliam Prophetam, & c. sed non intellexerant, nec erant digni qui mysterium hoc discernerent, quòd animo maligno sciscitarentur. Intelligebat enim carnaliter, vt est populus carnalis, non alium quendam in spiritu & veritate Eliam Thefbitem mittendū: sed illum ipsum Eliam in curru igneo raptū. Putauerim etiam quibusdam Iudæis olim creditū fuisse *μεσσίας* id est, iteratam generationem, quam & Pythagoras docuit. Ex qua suasionem falsam, Herodes putabat Ioannem què decollauerat, in vitam rediisse, & *Ιεσυμ* iam vocari: ex eodè errore, & vulgi pars Dominum, Eliam, pars, Ieremiã aut aliū quèpiam ex Prophetis putabat.

#### Et dicit, Non sum.

Baptista sermonem suum ad legatorum intellectum attemperans, negat se Eliam esse: non quòd non esset aliquo modo Elias, qui spiritu Eliæ, præcursor erat *CHRISTI*, sicut & Angelus de ipso loquitur, Lucæ capite. 1. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: sed quòd non esset ille Elias Thefbites, igneo curru raptus in æera rediuius, quem in hoc seruari sensit Prophetam Malachias, vt præcursor sit secundi aduentus *ΙΕΣΥΧΡΙΣΤΙ*. Huc pertinet quod scribitur Matthæi cap. 17. Et interrogauerunt discipuli, dicentes, Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primū venire? At ille respondens ait eis, Elias quidè vterus est, & restituet omnia. Dico autè vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcūque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli; quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Quod ergo vita, moribus, & officio similis esset Eliæ, dictus est Ioannes, Elias.

#### Propheta es tu?

Particulari

Particularim singula narrat Euangelista explicandæ veritatis & confessionis gratia, qua vel ob oculos posita Iudæorum imperitiam denudet: qui quum se sapientes putent & fateantur, abunde stulti facti sunt. Nam exquisitam Legis cognitionem & Prophetias, eorumque sensum tenere credentes, his interrogationibus se maxime imperitos & ignaros producit, aperiunt, detegunt. Si Legem & Prophetas calluissent, nõne nouissent ex Deuteronomio cap. 18. Mosen prædicasse Dominum & Messiam venturum è medio fratrum Iudæorum? Item Esaiam cap. 4. significasse præcursores, Vox ( inquit ) clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. His tertius accedit Elias Thefbites, de quo Malachias cap. 4. dicit, Ecce ego mittà vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate. Quum ergo legati illi plures illis tribus promissis expectarent, nec quicquam de præcurfore interrogent, manifeste errant nescientes Scripturas. Nam quum rogarent an ipse Baptista Christus esset, Respondit, Non sum ego Christus. Quid ergo ( inquit ) Elias es tu? Ioanne respondente, Non sum Elias ille Thefbites: reliquum erat vt de præcurfore illius magni Prophetæ interrogarent. Sed imperitiam & suam prodentes ignorantiam, redeunt ad ipsum Christum, vrgentes vt se Christum profiteatur, deficiente illis percontandi materia, propter suam ipsorum & ignorantiam & affectatam cæcitate. Propheta es tu? Hæc interrogatio fit cum articulo, hoc est, Es tu? Propheta ille qui expectatur, de quo dixit Mose Deuter. 18, Prophetam suscitabit vobis Dominus, & c. vt illum audiamus omnes, quem non ignoramus Messiam esse.

#### Et respondit, Non.

Percontantium animum inspiciens, respondet se non esse illum Prophetam desideratissimum, seque nihil tale esse, quale multi suspicabatur. Aut tanta percussus erat cæcitate, vt putarent suam ætatem non dare Prophetam. Propterea simpliciter intelligenda veniret quæstio: Es tu ne aliquis ex antiquis Prophetis rediuius? aut Es ne Propheta quispiam quales fuerunt Elias, Esaias, & alij? Respondet, Non. Nullum enim Prophetam à tempore Malachias habuerant, qui omnium extitit nouissimus, quique vetus Testamentum conclusit vaticinio illo, de aduentu Eliæ: vt ita Ioannes proximus & primus Propheta visus sit expectandus. Cur vero Ioannes se Prophetam esse neget, quum Christus dicat ipsum esse Prophetam excellentiorem? Respondeo, Quia Ioannes Christi negotium agens, quem ob oculos & conspectum omnium aspiciendum proponere studebat, extenuationis & humilitatis suæ gratia, negat se etiam Prophetam esse: ac si diceret, Quid est quod de me tam magna suspicamini, & prædicare vultis, qui tantillus sum? En habetis Christum, qui Prophetarum Dominus est, qui solus omnia est, præ quo ego nihil sum, ne Propheta quidem, si cum ipso cõferar. Aut dixit se nõ esse Prophetam: quia plusquam Propheta erat. Nempe clarior Christum prædicans quàm quicquam retroprophetarum, noui Testamenti doctor vere dictus, iuxta illud Matthæi cap. 11. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: id est Prædicatè Ioanne cepit manifestius gratia Euangelij annuntiarì, cepit abrogari lex, cœperunt etiam Gentes gratiam & lucem excipere. Ad hæc Iudæi intelligebant Prophetam nomine eum, qui de futuro Christo prædiceret. Ioannes autem monstrabat præsentem, quod iterum alterius quàm Prophetæ officium erat. Propheta igitur erat, & non erat Propheta. Ioannes Propheta erat, quia de Christo prophetabat: & plusquam Propheta, quia indicabat præsentem. Rursum non erat Propheta, quia idem præfens erat quem prophetabat: cui omnes docendos committebat, ipse nolens, nisi dum inciperet suo munere fungi, populi doctor & Propheta esse. Vt autem ad Christum præsentem, populum mittere multo maius erat, quàm Propheta per se munere vsque fungi, iure optimo Christus eum plusquam Prophetam esse testatus est, nõ quidem propter ipsius dignitatem, sed propter incomparabilem eminentiam præsentis Christi, vt non tam Ioannis quàm Christi hæc præstantia agnoscenda sit.

#### Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso?

Quum Baptista neque legatorum auctoritate, neque honoris delati amplitudine fleteretur, auctoritate cõcilij Scribarum, Phariseorum, & Sacerdotum vrgent: vt vel metu potestatis profiteatur quis esset. Quasi dicerent, Videmus te hic nouam quandam docendi auctoritatem vsurpare, non sine iactura publicæ Sacerdotum & Phariseorum auctoritatis. Cõsumpta est diuinitio nostra: aliquid tamen responsi referendum est iis qui nos huc miserunt. Quem tu te esse profiteris? Obserua quàm difficile desistant, qui illaqueare student.

c. iij.

Baptista confessans testimonium.

Elias præcursor Domini.

Curru igneo Eliæ  
Regeneratio.  
Pythagoræ dogma.  
Herodis tumor ex errore.

Baptista, Elias

Scriptura de Messia vterus.

Malachias vltimus Propheta.

Baptista cur se prophetam negauerit.  
Baptista plusquam prophetam.

Doctor noui Testamenti.

Propheta.



Ait, Ego vox clamantis in deserto.

Dicturus Baptista ad illos qui legis & doctrinae Prophetarum sibi gnari videbantur, ne sibi videretur hoc ipsum, quod erat, humana temeritate arrogare, auctoritate prophetica illis ministerium sibi commissum exponit: nihil veritus Sacerdotum auctoritatem & Levitarum iustitiam. Ego (inquit) nec sum Messias, nec Elias, nec vllus Prophetarum rediuiuus, & in hanc lucem reuocatus. Nec tamen hoc docendi munus meapte auctoritate vsurpauit, quum ante multos annos auctoritate Dei huic prouinciæ fuerim destinatus. Sum enim ille de quo vaticinatus est Esaias, cap. 40, Venio (inquit) dicturus in ianuis ipsum iam esse qui expectatur. Quum dicit, Ego vox clamantis: principaliter Ioannes suam personam & officium à persona & officio Messiae distinguit. Ego sum vox clamantis, id est, Ego sum instrumentum, testaceum vasculum, & testis, per quem clamor in me Deus: non sum ipse clamor, non sum ipse Verbum: vox sum, præterea nihil. Rogabis, Vox clamantis ait, cur non potius dicit, Clamans sum voce. Qui enim homo possit vox esse? Respondeo. Idiomaticus est Hebraeae linguae. Similis est Exodi, cap. 4, vbi Dominus dicebat Moyfi, Aaron erit os tuum: id est Pro te loquitur. Ita hoc loco, quod dicit, Vox clamantis ego, perinde est atque, Ego sum clamans, vocisque nomine vocor, propter officium clamandi: sicut ab orandi officio, Aaron dictus fuit os Moyfi. Itaque quod Hebraismo, Vox clamantis dicitur, Latine reddi poterat, Vox clamans. Eadem loquendi figura Paulus 1. Timoth. 3 dixit, Pietatis sacramentum, pro Sacramento & mysterio pio. Vt si dicam, Splendor gloriae, pro Splendor gloriosus. Huiusmodi formae loquendi non sunt infrequentes apud Hebraeos. In deserto, scilicet, vt vel loco ostendam qualis doctrina mea sit: nimirum horrida & rigida ex prædicatione legis deserta. Ad literam, locum insinuat vnde cepit prædicationem suam. Omnes enim qui in lege erant, submissè & humiliter sonabant, vt pote qui nondum peruenierant ad tempus Euangelicæ veritatis. Et hæc sanè erat vocis ruditas in Mose, quia lex obscura erat, & non manifesta. Christus autem veritas, omnia que sunt illi à Patre adman data, clamans. Quare, Ioannes verè dicitur Vox clamantis, id est Christi veritatem annuntians. Non abs re dictus Ioannes Vox, eo quod præcurfor erat Christi, sicut vox Verbum præcurrit. Et vt manifestius dicat, ait Theophylactus, Vox quidè est spiritus inarticulatus, qui à pectore egreditur, quando autem lingua articulatur, tunc fit verbum. Primum igitur vox, & deinde verbum: prior Ioannes, & deinde Christus secundum aduentum in carne. Et baptisma quidem Ioannis non erat articulatum, non enim fiebat in spiritu, Christi vero articulatum erat, nihil vmbraarum & figurarum continens, sed fiebat in Spiritu. Hactenus ille.

Dirigite viam Domini: sicut dixit Esaias.

Baptista sui officij dignitate ex testimonio Esaiæ adserit, ne sciolo cuiquam videatur hoc suum munus sine auctoritate Scripturæ vsurpasse. Esaias cap. 40. vnde hic sumptus est locus, officium præcurforis Christi describit. Officium Ioannis est dirigere viam Domini, hoc est prædicare: vt omnis mons & collis coram Christo humilietur, & omnis caro non pluris quam fœnum se aestimet: cuius gloria est veluti flos campi. DIRIGITE, id est Præparate viam Domini, omnia obstacula & impedimeta malarum cupiditatum quæ aduentui eius aduersari possunt, tollite. Dirigetis viam, hoc est præparabitis, si peccata, & animi impietatem abnegantes, respueritis. Qui hæc exortatur & prædicat, ad Christum mirrit. Dirigite viam: nam flexus viæ facit, quominus prospiciatis aduentantem: venio dicturus in ianuis ipsum iam esse, qui expectatur: vt parati sitis proficisci quocumque iubebit. Ambulastis hactenus in via Moyfi, modo viam Christi suscipite. Parate ergo viam Domini. In via enim Dominus est, viam vitæ præsentis est ingressus, & qui secundum se, semper idem est, secundum nostræ mutabilitatis varietates, ad grande opus proficiscitur: in via nunc est. Ecce tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gygas ad currendam viam. Vnde & quo est irurus? A summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsque ad summum eius. Cauete ergo hunc offedere, à via auertere, cum offenculo huic obuiare. Nam Luc. 20, Super quem ceciderit, comminuet eum. Sed dirigite viam Domini, hoc est abiectionibus cupiditatum, præparate animos vestros in illius aduentum, vt vobis saluifer adueniat. Moses illum, vobis adumbravit, Prophetæ olim venturum vaticinati sunt: ego vobis iam aduenientem ostendo.

Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis.

Signanter hoc putauerim additum ab Euangelista, vt explicet cuius sectæ fuerint Sacerdotes

Vox clamantis.

Baptista testimonium de se ipso.

Baptista quomodo vox clamantis.

Baptismi Ioannis & Christi differentia.

Officium Ioannis ex propheta.

Psal. 18.

Viam Domini dirigere.

cerdotes & Leuitæ missi ad Ioannem, nimirum Pharisei, qui tum temporis peritia legis, opinione sanctorum, & auctoritate præcellabant cæteris. Qui de Iudæorum sectis plura volent cognoscere, legat Iosephum de Antiquit. lib. 28. cap. 1.

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei.

En viuum cæcitate exemplum in missis ad Ioannem, qui quum volunt periti Legis videri, & admoniti etiam in Scriptura de Ioannis officio, tamen ignorant quis scit Ioannes. Certè ambitio, auaritia, & inuidia corruperat illorum animos: adeo pestifera res est etiam sacrarum Literarum cognitio, nisi adsit animus liber ac vacuus à terrenis cupiditatibus. Propterea his verbis alter fuit Ioanni tentationis aries admotus, & quidem à sinistro latere: à dextro, tentatus fuit oblatione honoris, quem vbi respuit, aggrediuntur à sinistro, vertentes se ad calumniam & damnantes quod agebat.

Quid ergo baptizas, si tu non es Christus; neque Elias, neque Propheta?

Quum neque Christus sis (inquiunt) id est promissus Messias, Sacerdos & Rex ad instituendum nouum regnum, & ritus nouos, neque Elias Messiae præcurfor, neque eximius aliquis Propheta, sed sola quædam vox, non debueras baptizare, & tibi istam abolèdi peccata sumere auctoritatem. Quis igitur auctoritatem tibi dedit noua quædam docendi, veteres ritus innouandi? Agnoscere debes nos rerum nunc potiri, & tanta auctoritate præditos, sine qua nihil cuiquam innouare licet: immò te morigerum nobis iuxta Moyfi præscriptum esse conuenit, neque nouum aliquid citra nostram scientiam & admissionem inceptare. Vnde ergo sumis tibi hanc baptizandi potestatem & ritus innouandi? Bene monitis nostris acquiescito, certè malum tibi ipsi quæris, & inuenies.

Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua.

Vt blanditias eorum & falsos honores, ita & iam minas & vituperia contemnit, perstans in confessione Christi vt antea. Quod ego baptizo, ait, iniussu quidem vestro facio, neque id me mouet, sed quod ago, non sine diuina auctoritate ago, id quod iam ex testimonio Esaiæ probatum est. Lucas cap. 3, ait, Factum est verbum Domini super Ioannem: quo scilicet videbatur diuina auctoritate baptismum poenitentiae prædicare. Talem meum baptismum cognoscite, qualis est mea prædicatio, meum officium, mea vocatio. Nam quemadmodum non est perfecta mea prædicatio: sed tantum præparat animos vestros Euangelicæ doctrinae, ita & baptismus meus tantum aqua constans, non abolet peccata, sed præparatio est ad verum baptismum iuxta Spiritum: vt veteris vitæ poenitentia præparati, capaces sint illius baptismi, quo Messias omnium in se credentium sordes abluturus est. Ego, inquit, baptizo aqua, hoc est doceo mortificationem earum rerum quæ possunt impedire aduenientem Christum, gratis iustificantem in se credentes.

Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.

Aduersus istorum calumniam, mansueta est Ioannis responsio. Sed ita vt liberè & suam humilitatem agnosceret, & Christi dignitatem profiteretur. Alius, inquit, adest, qui id muneris mihi admandauit: iam nunc adstat in hac populi multitudine, & tanquam vnus è numero populi versatur in medio vestrum, quem non agnoscitis, quod iuxta mundi aestimationem humilis & abiectus est, nulla se earum rerum (quibus mundi cultores hominè metiuntur) pompa venditans. Nondum illi visum est vim & magnitudinem suam excreare, sed illius mihi quam vestra aliquanto sanctior est auctoritas. Is verus est Saluator & iustificator, quem vos nescitis, hoc est quem contemnitis, cuius doctrinam veluti hæreticam iudicatis, qui à vobis abiectus habetur. Hunc si agnoscere possitis, non interrogaretis à quo mihi potestas hæc facta scit baptizandi, sed potius vos vltro baptizandos offerretis. Aut, Stetit medius vestrum, & c. ac si diceret, Ne porrigite in futurum oculos vestros, iam pridem inter vos in medio populi Iudaici stetit, & conuersatus est non minus annis triginta, de quo omnes Prophetæ loquuntur. Attendite vobis ipsis, ne ipsi vobis desitis. Vos enim quidè ignoratis quare ego veni eum vobis indicaturus. Quum hic audis Ioannis baptismum, non intelligas solam aquæ ablucionem & intinctionem, sed totum Ioannis negotium, munus & officium.

Ipsè est qui post me venturus est, qui ante me factus est.

Tertio hanc sententiam in hoc capite ponit, vt indiuisus hæreat auditorum animis. Commendatio Christi est ab æternitate & diuinitate, quum dicit Iesus est. Nam idem dixit Moyfi, Ego sum qui sum. Qui post me venturus est, supple prædicatione: qui ante me

Scriptura sine peccate pestifera

Baptismus Ioannis præparatio erat ad Spiritum.

Testimonium Ioannis de Christo.



factus est, hoc est ante me fuit, quia ab aeterno Deus cum Patre.

**Cuius ego non sum dignus, ut soluiam eius  
corrigiam calceamenti.**

Vehemens est hæc Ioannis Tapinosi siue humiliatio, qui nihil minus agnoscit quam arrogantiam. Adeo quod ne quidem satis sibi aperte tribuat quæ illi vendicat Scriptura. Ac si diceret, Tantus est cuius auspiciis hæc facio, ut equidem indignus sim qui soluiam corrigiam calceamenti, hoc est qui Christo in minimo seruiam, siue qui agam Christi præcursorem. Tantumque abest illi æquandus veniam, ut me prorsus præcursores officio indignum profitear. Exemplo sui Phariseos ab arrogantia in humilitatem traducere conatur. Ad hunc modum dici solet, Indignus sum ut ei matellam porrigam.

**Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem,  
vbi erat Ioannes baptizans.**

Certitudinem historiæ à loci circumstantia adferit. Nam apud studiosissimos scriptores receptissimum est, loca vbi aliquid præclarum gestum expositumve est, memoriæ diligentius commendare. Aut quod hic locum indicat Euangelista, in causa est quod in hoc testimonio sane summa salutis nostræ sita est. Videtur ad hunc modum dicere Euangelista: Publice hæc gesta sunt, non secreto, sed coram & in omnium cõspectu, eo loco, quo turbæ se recipiebant ut baptizarentur à Ioanne. Tam manifestum est hoc Ioannis testimonium, ut nemo inficiari possit. Chrysostronus admonet in vetustioribus & emendacioribus exemplaribus non legi Bethaniam sed Bethabaran, quod Bethania, non sit trans Iordanem, nec in deserto, sed citra Iordanem proxima Hierosolymis. Respondet & locus officio Ioannis, Bethabara enim sonat domum præparationis: & baptismo, quia circa Iordanem. Locus hic propter aquæ paratam copiam, ac desertum proximum, Baptistæ & pœnitentiæ præconi accommodus erat, in quem quotidie è diuersis Iudææ regionibus cõfluebant turbæ, baptisimi gratia: nam illic & prædicabat Ioannes & baptizabat.

**Altera die.**

Quadam posteriore die ab ea die qua legati venerant interrogaturi Ioannem, Baptista rediit eodem functurus suo officio, qui hæcenus ita testificatus de IESU, ut in turba stantem, nec nominaret, nec digito ostenderet, quod minus concitaret in illum Phariseorum inuidiam: & magis simplicium animos desiderio videndi illum inflammaret. Ille enim est Ecclesiastæ scopus, animorum ad Deum ex animo diligendum inflammatio, sicut doctoris, illuminatio. Propterea factum est, ut quum multi è plebe studiose quærerent quisnam esset ille tantus vir de quo tam ardua pronuntiat, & cuius dignitati cedit Ioannes, venit Christus seorsum ad Ioannem, qui admixtus erat turbæ.

**Vidit Ioannes Iesum venientem ad se.**

Ex singulari Dei consilio & dispositione, Ioannes ad se venientem Christum videt. Hic IESU aduentus ad Ioannem fuit post exercitatu & peractum quadragesimæ ieiunium in deserto. Postquam ergo tam multis Ioannes confessus est se non esse Christum, decorum fuit eum ostendere quis est Christus, ne tandiu suspensos auditorum animos occuparet. Quare venit IESUS ad Ioannem? Ne quis suspicaretur, quod quasi peccatis obnoxius, æqualiter cum aliis baptizatus sit. Idcirco iterum venit, dans Ioanni occasionem tollendi corrigendique hanc suspensionem. Vnde subiungit Baptista, Ecce agnus, &c.

**Ecce.**

Hac particula attentos reddit auditores, quasi dicat, Ego monstrabo vobis verum CHRISTUM, Filium Dei & Saluatorem mundi. En breui tempore Propheta simul & Apostolus, Baptista declaratus. Quem enim venturum prædicabat, hunc iam præsentem demonstrat. Vnde ex hac ostensione, Prophetarum excessit mensuram, ut ad Iudæos diceret de ipso Christus, Quid exiistis in desertum videre? Prophetam etiam dico vobis plusquam Prophetam. Christi puritas tam excellens erat, ut se ipsam vultu ipso, oculis, incessu, totoque corporis habitu exereret, quemadmodum ex aduerso vitis obstitit & furiis plenus animus, ex ipso corporis gestu ipsiusque imagine cognoscitur. Ecce, inquit, is quem vobis annuntiabam, quem plerique vestrum viderunt in Iordane à me baptizari: quem Iordanis vnda non purificauit, sed potius aquas Iordanis sanctificauit. Hic solus est qui ab omni peccato immunis est: nam agnus est, &c.

Agnus

**Agnus.**

Argumento à natura agni petito, metaphorice Agnum vocat CHRISTUM. Videmus agnum placidum, mansuetum, mitem, non tumultuantem: talem ex Prophetarum & Euangelij testimonij Christum fuisse, ut sua mansuetudine homines ad se alliceret, cognoscimus. Is est de quo Esaias cap. 53, dicebat, Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente fe, obmutuit. Hic est quem agnus ille Mosaicus adumbrabat, cuius innocuus cruor filios Israel ab Angeli gladio vindice præseruauit.

**Dei.**

Addidit, DEI, ad differentiam agni Israelitici, qui Christi veri agni vmbra & figura erat. Dicitur Dominus, Agnus Dei, eo quod Deus pater propter charitatē suam erga nos, illum dederit ad mortem. Ad hunc modum dici solet, Sacrificium hoc illius est, id est Ille hoc sacrificium obtulit. Ita & Christus agnus oblati, à Patre traditus est: est igitur hic Agnus Dei: Aut Agnus Dei, id est Agnus qui Deus est, iuxta dialecticam Hebraicam dictus est. Nam his verbis commendat nobis Baptista Christum, ut æternum & verum Deum. Propterea Græcis appositus est articulus, ὁ ἀγνός, id est ille Agnus: non solum emphasim dignitatis, verum etiam relationis indicans. Hic est purissimus ille agnus, quem Deus iuxta vaticinium Esaiæ, sibi gratissimam victimam destinauit. Hic agnus ille, ipse est qui ipsa innocentia est: hic ut homo veluti agnus mansuetus portari potuit ad victimam, quisque dedit corpus suum percutientibus, & genas suas vellentibus, ut carnis eius cibaremur, & lanis eius operiremur: & confixus clavis & lancea, ut sanguine eius postes nostrarum frontium signarentur. Ea autem ratione qua Deus tollit peccata mundi, hanc habet auctoritatem, hanc excellentiam qua tollit peccata mundi: hic enim, ut prius dictum est, plenus est gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus.

**Ecce qui tollit peccata mundi.**

Summam totius Euangelij breui compendio Baptista perstringit, & legalia sacrificia, præsertim victimam agni Paschalis, exponit. Quid in vniuerso Euangelio quæri potest quam remissio peccatorum? quam qui habet, omnia habet: nam Christum habet. Omnia veteris legis sacrificia in vnum solum Christum respiciebant: quæ quum iustificare non possent, reliquum erat ut illorum veritas, hoc est CHRISTI sacrificium, peccatum aboleret, remissionem peccatorum faceret. Hebr. cap. 9. & 10, Quemadmodum qui mortem tollit, vitam largitur: ita qui peccata tollit, iustitiam donat. Tollit peccatum, hoc est ipsam tyrannidem, & vim omnium peccatorum, ut iam nullum sit in eis peccatum. Obserua quod dixerit, ΤΟΛΙΤ, & nõ Remittit aut Abstulit, vel quia penitus tollit, & huius gratiæ remissionis author est, vel quia in se recepit. Tollimus enim onera quæ nobis ipsis imponimus. Petr. cap. 2, Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus. Ad hæc, obseruanda est tēporis ratio ut annotauit Chrysostronus, non dictum est, ΤΥΛΙΤ aut ΤΟΛΛΕΤ, sed ΤΟΛΙΤ, verbo præsentis temporis, quod ab illo semper proficiscatur omnis purgatio criminum: veluti dicas, Helleborum purgat cerebrum, significans illi perpetuam & natiuam inesse vim purgandi. Quotidie Christus tollit peccata nostra, & aliorum quidem per baptismum, aliorum autem per pœnitentiā. Aiunt Iurisperiti rem transire cum vniuersitate sua: quo fit ut ex peccato intelligas & rem cognatam, hoc est pœnam æternam. Qui enim tollit peccatum, tollit & pœnam æternam peccato debitam. Quærit Chrysostroni abbreviator, quare non dixit Peccata, sed Peccatum? respondet, Fortasse quidem per quod dicit peccatum in genere, dixit & de omnibus. Apud receptissimos authores locus hic allegatus habet Peccatum mundi, numero singulari, quod quidem plus exprimere videatur quam si dictum esset, Peccata. Quemadmodum in sua Canonica Ioannes summam omnis impietatis & ceu mundum vitiorum omnium, malignitatem vocat, quum scribit mundum in maligno positum, ita hic Peccatum mundi vocat omnium vitiorum colluuiem, ipsam tyrannidem & vim omnium peccatorum. Ne credas Christum tantum species quasdam peccati tollere, non omnia peccata: quemadmodum illi erroneè sentiunt, qui scribunt Christum tantum pro originalibus peccatis satisfecisse, aut tantum pro præteritis actualibus Patrum. Tollit peccatum quale quale illud sit, non de loco ad locum alium, sed tollit ita, ut nullibi appareat, nullibi sit. Huc pertinet quod dicitur 1. Ioan. 2, Sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem IESUM CHRISTUM iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Bethabara.

Prædicatum scopus.

Baptista apostolus & Propheta. Animorum affectus gestu corporis indicatur.

Agnus Christi.

Agnus Dei.

Victima agni paschalis.

Tollere peccatum.

Verbi temporis presentis energetia.

Singulari numeri virtus.

Peccatum mundi.



## Hic est de quo dixi.

Mundi iudicium  
de persona Christi.

Ne putetis me Christum esse, neve credatis de alio Christo dicere, quam de illo qui assumpsit carnem: siquidem scio mundum magnificam personam non vilem & contemptam in Christo expectare. Hic est ille de quo prius semel atque iterum, ceu per ænigma, dixi Pharisæis, Qui post me vêturus est, &c. Ne ignoretis illum, digito vobis hunc designo & ostendo.

## Post me venit vir.

Christum viri  
animæ, & eccle-  
siae sponsus.

Non magis ex charitate quam veritate & necessitate Ioannes testatur se Christo cedere. Post me venit: Quia post me incarnatus & reuelatus est mundo, & post me prædicabit. Virum vocat propter ætatem perfectam: erat enim triginta annorum quando baptizatus est. Aut fortassis dici potest quod omnis animæ vir sit, & Ecclesiæ sponsus, dicente Paulo (ait Theophylactus) 2. Corinth. II. Respondi enim vos vni viro virginem castam exhibere CHRISO, id est vt virginem animam & castam exhibeatis Christo: ac si diceret Baptista, Ego quidem pronubus & internuntius, venit autem post me vir. Nam ego quidem traho post me animas ad fidem in Christum: ipse autem vir est, quia illas sibi adiungit.

Baptista pronu-  
bus.

## Qui ante me factus est.

Tamet si vobis appaream prior, ipse tamen ante fuit: quia ipse Deus æternus & verus apud Patrem existens.

## Quia prior me erat.

Ethiologia est, cum venusta expositione rhetorica, qua idem dicit quod illis verbis, Qui ante me factus est: quæ pro his dicta sunt, Qui ante me fuit. Hic tantus est, vt ego quem vobis etiam digito demonstro, quem vos suspicatis, nullo modo sim illi conferendus. Nam hic Deus & Dominus, ego seruus: hic author totius salutis, ego tantum alienæ liberalitatis administrator: ego nihil aliud sum, quam eius famulus & præcursor. Apagesis Arri, nõ ait Ioannes, Prior me cõditus est, sed Ante me erat. Faceffe hinc Pauli Samosatani secta, Hic erat ante me: non ergo cõpẽt esse Dominus à Maria, quum præcurfore prior fuerit secundum substantiam suam, quam ante secula habuit. Quid nugamini Dominum à Maria Virgine initium suæ substantiæ assumpsisse, quum præcurfore prior fuerit? Cõpẽt re vera homo esse in Virgine: sed Deus erat ab æterno.

## Et ego nesciebam eum.

Ista indicant Baptistam frequenter variis tentationibus à suis familiaribus impetitum fuisse: Quid agis, quod tam magnificum de viro tam ignoto, vili, & abiecto testimonium præstas? cur illi tantum honorem desers? hunc tibi potius honorem accipe, quem vel tota plebs præstitura est. Sed constanti animo perseverat Baptista authoritatẽ IESV CHRIS-  
TI, quantuncunque humilis & abieci, adserere, dicens, Ego nesciebam eum. Hoc est, Quid est quod tam frequenter me humilitate & abiectione eius obtunditis: pro qua, vestra opinione, nõ possit esse Christus? Non est in hoc tam arduo negotio & tam sacro mysterio iuxta carnalem sensum iudicandum. Nam & ego etiam ante baptismum eius illum non agnoscebam, quod impeditus essem formis crucis & humilitate personæ. Tanta humilitate reclusus erat, vt tam meæ rationi quam vobis fuerit absconditus. At postquam Spiritus mihi reuelavit, agnoui eum: à cuius cognitione neque Pharisæorum, neque quoruncunque minæ me abducent. Sed quoad vixero, huic testimonium veritatis præstabo. Colligamus ex his facie tantum Christum Ioanni fuisse ignotum, antequam ad baptismum veniret, quem tamen æternaliter genitum à Patre, & temporaliter ex Maria natum credebat. Aut dici potest, ne quis obiiciat, Quomodo qui Dominum in vtero cognoscens exultabat, qui à matris ventre discipulus Domini fuit, fatetur se non cognoscere? Certe ex se & cognitione illa naturali non cognoscebat, sed Spiritu reuelatore cognouit. Omnia enim, ait Cyrillus, à seipso absque alicuius doctrina Deus solummodo scit: creatura verò omnis nõ à se, sed ab alterius discit doctrina, & Spiritus in sanctis hominibus habitans, replet quod natura non potest, & bonum suum naturæ humanæ largitur: & ita illuminata, futura, & occulta cognoscit mysteria. Obserua, Ioannes dicit se nescire secundum humanam cognitionem, & tamen fatetur Christum venisse, vt ostendat se ex reuelatione ipsius Dei hoc testimonium de Christo præstare, quo facilius credant Iudæi, & Christum honorificè excipiant, quos nihil morari debet tanta Christi humilitas.

Christus pro-  
pter formas cru-  
cis mundo inco-  
gnitus.

Christus de fa-  
cie ante bap-  
tismum Ioanni in-  
cognitus.  
Homo sine me-  
ditis non cogno-  
scit.

Sed vt

## Sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.

Scopum missionis & prædicationis suæ Baptista aperit: vt manifestaretur scilicet Agnus Dei esse, qui peccati mundi tolleret. Adiicit in Israel, quia Israeli promissus erat. Ego quidem baptizo in aqua: at baptismus meus & mea prædicatione sunt veluti præludium cælestis doctrinæ, & spiritalis virtutis, quam ille vobis allaturus est. Nec in aliud iussu Dei huc veni, nisi vt prædicarem resipiscentiam, & delictorum pœnitentiam, nuntiarẽque regnum Dei instare, & aqua vos tingerem, vt rudimentis huiusmodi à me præparatis, facilius innotesceret vobis. Non ergo huc sum ego missus, vt mihi hunc honorem Messias vsurpem, sed vt mea doctrina & baptismo parem Israelẽ & populum vniuersum ad Messiam mundi Saluatorem & Redemptorem. Paro autem mortificans lege populum, dum peccata ostendo & declaro. Nisi enim prius peccatum tuum cognoueris, Christi iustitiam nunquam verè spiraueris. Docent hæc quàm necessaria sit ipsa pœnitentia fidei cõiuncta, quæ aditus est ad Dei cognitionem & manifestationem. Obserua ex superioribus: Ioannes manifesto signo testatus est CHRIS-  
TUM mundi Saluatorem esse præsentem. Rursus aperto signo præparauit viam CHRISO Saluatori & viuificatori: item signo aperto docuit mortificationem. Hæc omnia certe eò tendunt, vt per Christum iustificentur, & viuificentur homines: quodque Ioannes præcedit IESVM, non vt iustificator, sed vt iustifica-  
toris testis & declarator.

Prædicationis  
Baptistæ scopus.

## Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens.

In primis obseruandum putauerim, quanto ardore Baptista studuerit populo CHRIS-  
TUM, vt vnicum salutis authorem, commendare: imminuque ipse quaesierit, vt ille magnus agnosceretur. Non ab similem animi zelum & ardorem in Paulo legimus, qui non solum se obscuratum, sed etiam anathema esse à Christo, Rom. cap. 9. optauit, hoc solo ductus animo, vt plurimi Christum agnoscerent. Reuelationem hanc diuinam siue hoc testimonium Baptistæ Euangelista adducit, vt quod dictum est confirmet, Christum non posse cognosci, nisi datum fuerit desuper. Nemo enim (ait ille) venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Dehinc hæc reuelatio vt aliter iudicet mundus, docet hunc esse Christum Filium Dei, verum agnum paschalem, tollentem peccata mundi.

Baptista minu-  
tur, vt promou-  
eat Christi  
gloria.

## Quia vidi.

Fortissimum & fidelissimum testimonium visus Ioannis, quo primùm confirmat IESVM esse Messiam, Filium Dei, mundi Saluatorem: deinde ne in tentatione de diuinitate, æternitate & potentia Christi dubitemus: Ac si diceret, Datum est mihi videre cæleste signum in baptizato, vt meo præconio vos quoque cognosceretis vestræ salutis authorem.

Oculus, locuples  
testis.

## Spiritum.

Spiritum Sanctum intelligit, Patri & Filio æqualem & consubstantialem. Hic enim vnus est qui confirmat nos de Christo. Ioan. 15, Ille testimonium perhibebit de me. Et cap. 16, Ille me clarificabit.

Spiritus San-  
ctus.

## Descendentem.

Descendit verè non fallaciter. Quid hic narrat se vidisse Spiritum Sanctum descendentem in CHRIS-  
TI verticem, & manentem super eum? An quod antea Christus Spiritu Sancto caruerit? Absit. Nam non solum à natiuitatis principio Spiritum Sanctum habuit, verum etiam ab æterno vnus Deus cum Spiritu Sancto erat. Certè hic descensus siue aduentus Spiritus Sancti, erat reuelatio ipsius Spiritus in Christo existentis & habitantis. Christus nõquam sine Spiritu Sancto fuit: sed dum adolesceret, vsque ad baptismum, nullo tam euidenti signo exteriori declaratus est habere Spiritum Sanctum. Quare tropo Scripturæ, Spiritum descendere, aut Deum descendere, vt legimus Gene. 11. & Exo. 12. est Deum præsentiam suam aliquo speciali & externo signo declarare. Descendit Filius in vterum Virginis, factus homo: descendit Spiritus Sanctus super Discipulos in linguis igneis, id est, Linguae illæ sunt signum externum quo declarat Spiritus Sanctus se in Apostolis reside-  
re: similiter & in monte Sina fumo & tonitru declarata est præsentia & aduentus Domini ad Moysen. Ita & hoc loco descendit Spiritus super Christum, hoc est visibili columba declarata est præsentia Spiritus Sancti existentis & habitantis in Christo. Hic descensus Spiritus, omnibus qui aderant & Ioanni assidebant baptizandi, aut verbum audituri venerant, apparuit & non solum Ioanni. Quod si rogaueris, cur non crediderunt? Respondeo, eò

Spiritus Sancti  
aduentus ad  
Christum.

Spiritus siue  
Dei descendere  
quid est.



quod propria malitia obtenebratum erat insipiens cor eorum, qui quum etiam illum viderent miracula facientem, non crediderunt, sed malitia obdurerunt. Non defuit qui afferunt non omnibus, sed solis piis hoc caeleste signum apparuisse: sicut Prophetæ multa sensibili specie viderunt, aliis tamen incognita.

### Quasi columbam.

*particula Quasi*

*Columba vera Spiritum Sanctum designat.*

**Q**UASI, particula est veritatis & potentiae. Vera erat columba, non ex ovo columbae producta, sed virtute Dei de nouo creata. August. tomo 3. fol. 547. B. libro vno De agone Christian. cap. 22, Sed omnipotenti Deo qui vniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbae sine aliarum columbarum ministerio figurare, &c. Et libro De cognitione verae vitae, cap. 18, Sancti Spiritus substantia non in columbam vel ignem est transmutata, sicut nec Verbi in carnem est transmutata: sed Spiritus Sanctus columbae corpus condidit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter vnitum, ad testimonium hominum visibilem praebuit: ipse vero inuisibilis in essentia Patris & Verbi inseparabiliter permansit. Idem eadem parte tertia, lib. 3. De mirabilibus sacrae Scripturae, cap. 5, Quauis vero corporali specie Spiritus Sanctus super Dominum descendere dicitur, non tamen de aibus sumpsisse columbam, sed ex aere minime dubitatur, &c. Idem eadem parte lib. 2. de Trinitate, cap. 5, & 6. multa scribit de missione & descensu Spiritus Sancti in specie columbae, & ignis. Licet sub hac columba Spiritus Sanctus apparuerit, non tamen assumpta est in vnitatem personae Spiritus Sancti: sicut humana natura assumpta est à Filio Dei. Non enim venerat liberaturus columbas, ait Augustinus loco allegato, lib. 1. De agone, sed hominibus significare voluit innocentiam & amorem spiritalem: quod in columbae specie figuratum est. Filius autem Dei qui venerat liberaturus homines assumpsit naturam humanam in vnitatem personae. Ita ut dicatur Deus & homo, non ite Spiritus Sanctus dicitur columba. Visus est Spiritus Sanctus specie columbae, ad designandam maxime columbinam in **C H R I S T O** non simplicitatem tantum, de qua Matth. cap. 10. praecipit, Estote simplices sicut columbae: sed summam etiam pro suis sollicitudinem & curam. Flagrantissimae enim erga pullos suos affectionis est columba, quos summo studio fouet, ita & Christus tanto ardore amoris erga suos ductus, pro suis mori voluit, ut saluaret. Alludit fortasse ad illud Geneseos cap. 8, ubi legimus columbam relato ramusculo oliuae, pacem humano generi reddidit ipsi Noë nuntiasse: ita Christus ad hoc tum ostendebatur, ut gratiam Patris, orbi annuntiaret.

### De caelo.

Multa commendatione miraculum explicat, & testimonium munit argumento à circumstantia loci petito. Quae dico, omnia mihi caelitus aperta sunt. Vobis igitur è caelesti fonte petenda sunt omnia quae pertinent ad iustitiam ac aeternam felicitatem.

### Et mansit super eum.

Vt certum suum elogium esse persuaderet, memorat quam euidenti & infallibili signo hunc esse Christum nouerit: ac si diceret, Antequam veniret hic ad baptismum, praemonitus sum à Patre caelesti, Hoc certo signo cognosces Filium meum: Inter multos quos aqua tinxeris, super quem videris specie columbae descendentem & manentem Spiritum Sanctum, eum scito dicitur esse qui baptizat Spiritu Sancto. Mansit aliquandiu haec columba super Christi verticem, non solum ut verè confirmaret Ioannem de Christo, sed etiam ut indicaret quod Christus summam simplicitatem atque charitatem non tam docturus, quam suis largiturus venerat: hoc enim animali columba, nihil vel simplicius est vel erga pullos suos affectus ardentioris. Indicatū præterea eod fuit **I E S V M** hunc illū esse in cuius persona apud Esaiā cap. 61, legitur, Spiritus Domini super me, eod vnixerit me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer cōtritis corde, & praedicarem captiuis indulgentiam, &c.

### Et ego nesciebam eum.

Non agnoscebat illum de facie. Nam ab ineunte aetate Ioannes in deserto extra paternam domum versatus erat. Quid mirum si Christum nescierit antequam super eum visibiliter descenderit Spiritus Sanctus? Quod si ante baptismum (ait Chrysostomus) eum cognouit, prohibebat enim eum, dicens, Ego à te debeo baptizari: hoc enim signum erat certissimae cognitionis, non tamen multo antè tempore eius notitiam habuit. Si antea illi notus fuisset, nō vtique dixisset, Ut manifestetur in Israel, propterea veni baptizans. Hoc autem loco discimus (ait Theophylactus ex Chrysostomo) miracula quae in Christi pueritia feruntur,

*Baptismi Christi certitudo.*

*Columba erga pullos affectiu.*

feruntur, non esse vera. Nam si à pueris miracula facere cepisset, non sanè eum Ioannes ignorasset: nec reliqua multitudo indiguisset magistro, qui ipsum manifestaret. Venit ergo Ioannes non humana sed diuina auctoritate baptizans aquas, ad demonstrandum Messiam. Quemadmodum Samuel in Bethlehem missus, sciens esse in filiis Isai quem vngeret in Regem. 1. Reg. cap. 16, sed facie non cognoscens quis esse re filiis vngendus: ita & Ioannes ad Iordanem omnes ad se venientes baptizans, sciebat Messiam quidem venisse, & inter Israe litas versari, sed in persona quis Christus esset nesciebat: tanta enim humilitate reclusus erat Christus, ut à Ioanne non cognosceretur. Atque ut Samuel ex occurfu, facie ipsum Dauidè agnouit, erat enim rufus & pulcher aspectu, decoraque facie, certior factus est illū esse Dauidè, quem vncturus venerat, dicente Domino, Surge & vnge eum, ipse est enim, &c. Sic & Ioannes Christū veniēte ad se, & nescio quos diuinitatis radiolos, oculis, gestu, denique toto corporis habitu praemōstrantē, agnouit reuelatore simul & doctore Spiritu: Hic est qui baptizat in Spiritu dixit, Ecce agnus Dei, &c. Et ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.

Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit,  
Super quem videris Spiritum descendentem,  
& manentem super eum.

Videamus Ioannis humilitatem: non ingerit se huic officio: Non mea auctoritate, ait, sed diuina huc prodeco: nam misit me Deus. Ioannes ne suspectum faceret testimonium de Christo ob cognationem mutuam, ait, Ego nesciebam illum: testimonium refert ad Deum & ad Patrem, Pater (ait) reuelauit mihi hunc in baptisate, Matth. 3. Hic est Filius meus, &c. Misit me baptizare in aqua, id est praeparare Christo viam, & certo signo mortificare homines, ad viuificantem Christum benigno & pio animo excipiendum. Differt Ioannes à Moysē, quia Christum reuelauit, qui adhuc in Moysē absconditus erat. Baptismus Ioannis fiebat pura aqua, quae erat index poenitentiae: at non conferebat gratiam & iustificationem: quia non erat Dei, sed hominis baptismus: qui repeti & reiterari poterat. Hic Ioanis baptismus, item praedicatio & doctrina, mortificabat propter legem, & parabat conscientiam ad futuram viuificationem conferendam per Christum, qui in Spiritu baptizat, hoc est viuificat. Hortabatur enim ut crederet in eum, qui post ipsum venturus erat.

### Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto.

Haec certa est demonstratio, quemadmodum & illa quae à Matthaeo cap. 3. expressa est, Hic est Filius meus, &c. & cap. 17, Hic audite. Baptismus Ioanis ablutio solum erat externa: at baptismus **I E S V C H R I S T I** ablutio est interna, hoc est remissio peccatorum. Ipse Spiritus Christi attingit ipsum spiritum qui est anima, per lauacrum regenerationis & renouationis: quia baptismus à Christo institutus, vim & energiam mortis & resurrectionis Christi habet. Non est pura aqua, sed viuificatio & regeneratio. Ut sicut Christus mortuus & sepultus reliquit omnes infirmitates ab Adamo assumptas, & resurrexit gloriosus: ita & qui baptizatur, quum mergitur, significatur mori & sepeliri cum **C H R I S T O**, ita ut sit peccato & veteri homini mortuus: & ab aqua erectus, cum Christo resurgit gloriosus, quia renouatus & regeneratus per hoc regenerationis lauacrum. Non abs re à Christo dictum est, Ego si exaltatus fuero, traham omnia mecum: qui re vera omnes electos ut se cum morerentur, moriens in virtute traxit, simul & resurgens resurgentes reddidit & conuiuificauit. Electos quidem non modo praesentes, sed & praeteritos & futuros virtute tantae suae litationis ad se traxit: ipse enim omnia in omnibus, & omnes in illo: & extra huc nullus. Huc pertinet quod scribit Paulus Roma. cap. 6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus, iustificatus est à peccato: Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum Christo. Sequitur, Ita & vos existimate vos quidem mortuos esse peccato, viuētes autem Deo in **C H R I S T O I E S V**. Quare quotquot fuerunt, sunt, & erunt viuificati, in solo Christo viuificantur, & sunt Christi: quia autem sunt Christi, sunt & ipsius Spiritus Sancti qui est Spiritus Christi, & habitat in viuificatis: Ut docet Paulus Roma. cap. 8, Vos autē in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autē Spiritum Christi non habet, hic nō est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidē mortuum est propter peccatū, spiritus verò viuuit propter iustificationē. Quod

*Miracula quae vulgo de pueritia CHRISTI circumferuntur apocrypha.*

*Baptiste fidele testimonium. Testimonium cognatione suspectum. Baptismus Ioanis qualis fuit.*

*Baptismus Christi vim resurrectionis habet.*

*Obserua haec de virtute baptismi.*

*Christus in cruce omnes ad se traxit electos.*



si Spiritus eius qui suscitauit I E S V M à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit I E S V M à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitatè Spiritu eius in vobis.

Et ego vidi, & testimonium perhibui.

Baptista ait se vidisse tantum mysterium, quod certè sit expertus, & manifesto miraculo confirmatus: vnde testimonium perhibet.

Quia hic est Filius Dei.

Perueniſta æthiologia explicat qualitatem testimonij de Christo à Ioanne exhibiti, quod Christus est Filius Dei. Articulus hic emphasis habet, cum asserta certitudine, vt ille solus esse ostendatur, qui Filius Dei est, qui legis Moſaicæ figuris adumbratur, qui Prophetarum scriptis prædicatur, qui solus baptizatur, quia verus & naturalis Filius: adoptati autem filij, sunt ministri. Totum Ioannis testimonium vrget & eò tendit vt probet Christum esse Filium Dei, æternum ac verum Deum, contra Ebionitas & reliquos hæreticos. Quod testimonium totum Euangelij negotium comprehendit: nam ostendit in quo solo est nostra salus, in Filio scilicet, in quo & per quem solum Filij sumus. Vt enim omnis in celo & in terra paternitas ex Patre est, quoniam ipse propriè, primùm & verè solus Pater est: sic & omnis Filiatio ex Filio est, quoniam ipse propriè, primùm ac verè solus Filius est, ex substantia Patris, non per aliquam decisionem aut passionè, sed vt ex vno vnus æqualis & consubstantialis Patri. Et quum solus sit hic Filius naturalis, & nullus alius, necessarium est, si filij Dei esse volumus, & habere Patrem desideramus, vt in hoc Filio simus, in quo existentes, filij erimus, non naturales, sed adoptiui: hoc est pro filiis nos habebit Pater, quem in Filio proprio nobis placatum dicemus & confitebimur. Erimus autem filij Dei, si huic vero Filio fide viuam adhæserimus, qua veterè exuemus hominem, & nouum induemus. Scopus aduentus I E S V C H R I S T I ad nos, est, vt in eò simus, & in ipso filij efficiamur Patris, quem sua litatione nobis placauit. I. Ioan. cap. 5, Scimus quoniam Filius Dei venit: & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius.

Baptista declarat quis sit Christus.

Antidotum aduersus Cerinthianos & Ebionitas.

Paternitas sine in celo sine in terra est à Patre Deo.

Filiatio, qua dicimus & sumus Filij Dei, est à Filio.

Adoptiui filij, qui in Christo sunt.

Christi aduentus scopus.

Altera die stabat Ioannes.

Constantiam cum perseuerantia Ioannis manifestat: nam nihil Phariseorum minas moratus, quo magis eluceat eximia Saluatoris cognitio discipulis & auditoribus, redit eodè docturus eadem quæ de Salvatore semel atque iterum dixit.

Et ex discipulis eius duo.

Signanter discipulos adesse dicit, insinuans affectum quem erga Baptistam præceptorem gerebant. Vnde difficile erat eos à præceptore suo, quem veluti Messiam propter vitæ austerioris sanctitatem putabât, ad Christum traduci. Est optimi præceptoris, quod adhuc non rectè intellexerunt auditores, diligenter repetere: vt mala omnis persuasio frequenti exhortatione expulsa, pura & sincera doctrina locum habeat, & repetita persuadatur. Quod diligenter Paulus exercuit, vt indicat locus ille ad Philipp. 3, Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

Repetita doctrina utilitas.

Et respiciens I E S V M ambulantem, dicit.

Respicit & intuetur I E S V M, admirans gratiam & potentiam eius, quasi diceret discipulis, Quid est quod me tanquam veram lucem, verum redemptorem & iustificatorem suspicitis, & vsque adeo iuxta externam speciem mihi adhæretis? Ego non sum agnus ille tollens peccatum mundi. Christum respicit ambulantem veluti semper in maius progressurum, & vndique cælestis doctrinæ discipulos colligentem.

Ecce agnus Dei.

Quod Ioannes tum miraculo tum inspiratore Spiritu, certò scit & animo volutat, non potest non ore, in aliorum salutem eloqui: qui recessurus à suis discipulis, more optimi Domini & præceptoris, eos meliori & ditiori præceptori elocat. Certè videtur mihi Baptista pronubus esse. Est Pronubus, vt author est Donatus, qui nubentem in domum mariti ducit ac comitatur. Tacet Christus, vt sponsus: Ioannes pronubus omnia loquitur, Ecce Filius Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Hæc pronuntians, humanam naturam sponso adducit, & Dominus sicut sponsus ad multitudinem venit. In nuptiis celebrandis non sponsa ad sponsum, sed sponsus ad sponfam abit, etiam si Regis filius sit. Ideo & Dominus naturam nostram desponsaturus, descendit ad eam in terram, quæsturus sponfam quam sua gratia inuenit, & multis ditauit ornamentis: quam factis nuptiis assumptus tulit in domum Patris.

Pronubus.

Similitudo sponse à nubentibus.

Patris sui. Itaque pronubus Ioannes intuitus in I E S V M, indicat spòsum, Ecce agnus Dei, scilicet qui instar agni, placidus & mansuetus, placidè & mansuetè recipit peccatores consolatione & viuificatione egentes: hunc sequimini salutis authorè: huic enim soli vos doctrina & baptismo meo parauit. Quare quum lex ad summam lineam peruenerit, non est longius progressura, sed mox cessura, & quum iam præfens sit C H R I S T V S, æquum est vt ablegata lege & me relicto, hunc solum sequamini.

Et audierunt eum duo discipuli loquentè, & sequuti sunt I E S V M.

Non est verbum Dei otiosum, fructum affert copiosissimùm, quem à doctrina Baptistæ quàm citissime sequutum videmus. Tempus aderat vt Christus Ioanne præcurfore & prædicante, Ecce agnus Dei, agnosceretur. Vnde incrementum huic Ioannis præconio, Deus in cordibus illorum duorùm discipulorum dedit, vt audito Ioanne testificatè quia hic est agnus Dei, hic est Filius Dei, illico I E S V M sequerentur. s e q u i verè I E S V M, est effectus viuæ fidei, qua quis apprehendit & sentit I E S V M agnum Dei, viuificatorem & Saluatorem. Mira est vis & potentia verbi & viuæ fidei, quæ statim fecit vt discipuli nihil responderent suo magistro, sed fidem habentes illius sermone, relicto Ioanne præceptore, sequuti sunt I E S V M Euangelicæ salutis authorem. Taciti sequebantur, flagrantés amore sublimioris doctrinæ, cuius spem ex præceptoris testimonio cõceperant: sed quia cum Christo nulla intercesserat familiaritas, non audebat eum interpellare. Non tamen sic illum sequebantur, quasi iam illi inhærent non recessuri. Nam apertissimum est quâdo illi inhæserunt, nimirum quum de nauì eos vocauit. Alter horum erat Andreas frater Petri.

Verbum Dei nõ est otiosum.

Iesum sequi.

Conuersus autem I E S V S, & videns eos sequentes se.

En veræ philanthropiæ siue humanitatis & benignitatis exemplum, quo Christus se talem declarat & exhibet, qualem præcurfor testatus erat: nẽpe esse agnũ Dei placidum & mansuetum, Saluatorem pro peccatoribus. c o n v e r s u s est I E S V S. En gratiam præuenientem & humanitatem Christi: qui intelligens quo animo sequerentur, vt manifestaret quàm obuius esset iis qui sincero animo Euangelium sitiunt, non expectata interpellatione, versus est ad illos, & conspicatus est, & compellauit. Hæc conuersio re ipsa confirmat quod Psalmo 33. canimus, Quæsiui Dominum, & exaudiuit me.

Gratia præueniens.

Dicit eis: Quid quæritis?

Timiduli & subuerecũdi sequebantur, sed illorum subleuat verecundiam, præueniens illos sua gratia, quod magnæ humanitatis signũ est. Interrogat Christus non ignorans quid peterent, qui nouit vniuersa: sed vt illis animum addat, eoque cum fiducia petere doceat, & sibi conciliet atque familiares reddat & audentiores, illos compellat dicens, Quid quæritis? ac si diceret, Quid vultis vt faciam vobis, quid à me petitis? huius vestræ peregrinationis & progressus, quo me sequimini, quis scopus? quæ causa?

Qui dixerunt ei.

Apertum & magnum argumentum est, recta eos mente sequutos esse I E S V M, quod nullo hortatu (suspiciosum enim fuisset) sed solo auditu, sibi persuasissent I E S V M esse qui in Spiritu Sancto esset baptizaturus: vnde ipso statim nomine profitentur se discendi desyderio teneri, dicentes,

Rabbi.

Argumento à dignitate personæ petito, captant beneuolentiã, vt se quales esse volunt apud Christũ, insinuet, nẽpe discipulos. Auidi ergo iam tãtæ doctrinæ, paratiquè se illi in discipulos tradere, Rabbi, id est præceptorè illũ vocat. Humiliatio est vocare Christũ Rabbi, & se discipulũ agnoscere. Omnes nos discipulos esse addecet, Quia vnus est magister vester (dicebat ille Matth. 23) Christus. Sola Christiana philosophia est quæ supercilium nescit.

Rabbi Christianã doctrinã ignara supercilii.

Quod dicitur interpretatum, Magister.

Lectori vt linguæ Hebrææ imperito, interpretationem dictionis Rabbi Euangelista inseruit: quod re vera signum est ardentis charitatis in Ioanne: quem si imitati fuerimus, omnia dona nostra ad charitatè dirigemus. Quod primò verbo Christũ vocarint Rabbi, coniectura aperta est, vt vitæ doctorem Christum habuerunt. Talem sanè eum expectabat Samaritans illa, dicens infra cap. 4, Scio quia Messias venit, qui dicitur C H R I S T V S: quum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia.

Vbi habitas?

Discipulorum discendi desyderium & feruorem erga Christum ostendit hæc interrogatio. d. i.



gatio. Dum enim sic percontantur, Vbi habitas? declarant se velle sequi eum, modo sciant vbi habitet, & se familiariter secretiora quædam velle discere, quæ fortassis in publico dicturus non esset; in quiete enim commodius & familiariter aliquid dicitur & auditur. Obserua veræ poenitentiae discipulos, qui vbi primùm cognouerunt Christum, nihil amplius morati sunt Ioannis Baptistæ habitationem: quasi dicat, Te magistrum quærimus: hæc enim cū Ioanne nostra fuit cōuersatio: te sequi & tecū habitare parati sumus, modo sciuerimus vbi habitas, tibi quæ nō fuerit molestū, vt doctrina tua, immo te ipso iustificante & illuminante fruamur.

### Dicit eis, Venite & videte.

O mirabilem, & suauissimam IESV CHRISTI philanthropiam siue benignitatem, humanitatem & facilitatem, non solum erga hos duos discipulos, sed etiam erga totū genus humanū! Prius interrogauit quid velint, nūc vltro inuitat eos ad diuersorium suum. Certè quicquid habet totum Euangelium, his duobus verbis, Venite, Videte, expressum est. Delectatus Christus illorū pio discēdi desyderio, non se morosum præstitit, non excusat instantem noctem, non iubet eos redire postredie: sed comiter blandēque ad domesticum colloquium inuitat eos, Venite inquit, & videte. Christus non adiecit signum domus, sed solum ait, Venite & videte: vt intelligamus nō sufficere quod didicerimus vbi domus Christi, id est Ecclesia fundata sit, sed discere oportet vt per fidem viam in eam veniamus. Hæc fides ex auditu est: auditus autē per Verbum. Qui igitur quærit vbi Christus maneat, vbi Deus habitet, is audiat Verbum ac sequatur, tunc verè Christum inueniet. Est enim Verbum velut columna nubis, quæ præcessit filios Israel in deserto: & 2. Petri cap. 1, Habemus firmiorē Prophetiā sermonē cui benè facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat. Et Psal. 118, Lucerna pedibus meis, Verbum tuum. Christus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: omnes inuitat dicēs, Venite & videte. Omnes quotquot ad se fide viua venerint excipit, nullum abiicit, quin potius omnes ad se vocat, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: tantū abest vt quæpiā veniētem, quātumuis graui peccatorū mole obrutum, repellat. Fortassis respondebit aliquis, Hic locus videtur explicare Christum habuisse domū: quum tamen Lucæ cap. 3, dicatur, Quod Filius hominis non habeat vbi caput reclinet. Respondeo: Nihil pugnantiae est in his locis: nam quum dicit quod Filius hominis nō habet vbi caput reclinet, nō eō dicit quod nullū omnino habeat diuersorium, sed quod nō habeat propriū.

### Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo.

En genius viuæ fidei, quæ mox seipsam exerit & in opera prorūpit: quod in obedientiae exemplo horū discipulorum apertissimum est, qui læti tam optato responso, venerunt, & non solum viderunt vbi IESVS habitaret, sed eo die commorati sunt apud illum, atque adeo sermone & familiari colloquio inflammati sunt, vt non solum sibi de tanto beneficio gratularentur, sed etiam ad hoc tam suauē verbum alios inuitarent.

### Hora autem erat quasi decima.

Circumstantia tēporis & hora nominatim expressa, non solum ad certitudinē historiae facit, sed etiā ad auiditatem & ardorem Apostolorū explicandam: qui quum aduerserent, tamen vehemēter desyderant cum Christo, quem ardentē spirant, seorsim & familiariter colloqui: vt nulla mora, ne nocte quidē prohibiti, Christū sequuti sint. Ad hūc modū conficiētia, fide viua ornata & munita, nullis terculamentis mouetur, nullo seruuili metu auertitur, nullū periculū, nullos ignes, nullos gladios, nullā crucē formidat, modō ad Christum conficiētia cōsolatorē penetret. Indicat & hæc hora mirā IESV CHRISTI humanitatem, qui non iusserit eos postredie ad se redire, excusans quod nox instaret: HORA est quasi decima, id est sub vesperū. Nam Iudæi duodecim horarū intervallo diē absoluebāt: vnde ipsis ab exortu Solis horas numerātibus, sexta meridies est, decima vergēs ad vesperā. Meminit Euangelista horæ decimæ, vt nos moneret (ait Cyrillus) quia non incipientibus seculis, sed post eorum magnum progressum, Saluatoris nostri mysterium reuelatum est. In nouissimis enim diebus (vt scriptum est Hieremias cap. 31) docibiles Dei omnes effecti sumus. Nulla ergo hora, nullum tempus, nullus locus non opportunus est discendis his quæ spectant ad æternam salutem, ad quam vel quouis momento Spiritus ille Christi, nos inuitat.

### Erat autem Andreas.

Narrationis & historiae certificandæ gratia, nomen alterius discipuli, vt personæ magis perspicuæ

Poenitentia discipuli.

Euangelii summa, Venite & Videte.

Verbum columna nubis.

Christus diuersorium propriū non habuit.

Diei Indecorum

gis perspicuæ addit. Quod alterum taceat, id putant ex modesta rapinosa siue humiliatone ipsius Ioannis Euangelistæ factum, quia noluit adicere nomen suum. Sicut & in plerisque aliis sui Euangelij locis, de seipso mentionem faciens, tacet nomen suum.

### Frater Simōnis Petri.

A cognatione Andream commendat: frater erat Petri, cui IESVS ob excellentem fidei ardorem postea pollicitus est clauas regni cælorum, & eidem ter amorem professo, commisit oues suas pascendas.

### Vnus ex duobus qui audierant à Ioanne.

Innuat quā fuerint ipsi Baptistæ morigeri & obediētes discipuli, quorum animi ad philosophiam Christianam capescendam adeo attenti erant, vt mox eandem magno studio læti docuerint.

### Et sequuti fuerunt eum.

Explicat illorum ardorem, & desyderium ad vitæ puritatem cognoscendam: quum nulli parcerent labori, quin potius omnem mouerint lapidem sequendi audiendique gratia Ioannem, Domini præcursores.

### Inuenit hic primū fratrem suum Simōnem.

Hic locus viuæ fidei & religionis Christianæ energiam aperit, cuius genius lōge alius est ab ingenio mundano: si quem egregium & abūdantem thesaurum nacta est, non celat, aliis inuidens. Quamprimum per fidem in Christum renati sumus, mox gestit animus sese alteri effundere, & declarare quantum bonum & excellens margaritum inuenit. Hoc habet ipsa charitas, oriosa esse nō potest, se ipsam exerit in vtilitate & habentis se & proximi. Verè huc pertinet locus Pauli Rom. 10, Corde creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Nam postquam Andreas credidit in Christū, laborauit cōfessione suæ fidei alios ad Christū adducere. Qui verè Christū induit, confitetur Christū vel ore, etiam si mille mortēs ob oculos positæ fuerint, vel charitate in proximū, cui impartitam gratiam cōmunicat, gestiēs suum bonū aliis esse cōmune. Andreas inuenit fratrem, certe Domino sic disponente:

### Et dicit ei, Inuenimus Messiam.

En viuæ fidei naturam, quæ se ipsam exerit, non potest gratiam reuelatam tacere. Credidit Andreas, propter quod loquitur & studet lucrari fratrem, dicēs, Inuenimus Messiam. His verbis prædicatio Euangelij significatur, quæ docet esse Messiam. Verbum INVENIMVS, videtur cum emphasi dictum: indicat enim desyderium Petri expectantis & flagrantis videre illud promissum, vt ita hæc Andream fratris renuntiatio cum mutuo gestiēte animo facta videatur, ac si dixisset, Gaude frater, quem vterque tam anxie expectamus à Prophetis promissum, & tot iam seculis expectatū, inuenimus. Is prior nos inuenit & rogauit quid quæreremus, vt inueni illum inueniremus. Inuenire enim, verbū est gratiæ & liberalitatis diuinæ donantis, vt ad Deum accedamus & inueniamus, hoc est fide viua induamus.

### Quod est interpretatum, CHRISTVS.

Charitatis est feruor in Ioanne, quod dictionis Hebrææ interpretationē addiderit, volens linguæ Hebrææ imperito cōsulere, & eundē vocis significantiā & proprietatē docere. Quod Hebræis est Messias, hoc Græcis est *χριστός*, & Latinis Vnctus. Hoc nomine dictus vocatusque est IESVS, quod fit à Deo cōstitutus Rex & Sacerdos, vt docet Pauli ad Hebræos epistola. Inungebatur enim & vnctio cōsecrabatur in lege Reges & Sacerdotes, & ita ad officia sua initiabatur, qui Christū adumbrabat. Solus autē CHRISTVS VNCTUS est à Deo, Psal. 44, Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis. Item Esaiæ cap. 61, Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, ad annūtiandum māsuetis misit me, &c. Quid enim oleum lætitiæ quæ Spiritus Sanctus, qui vt diuinitatis ita & sempiterni gaudij cōpotes facit. Et hac causa merito Vnctus sine adiectione aliqua, per antonomasiam vocatus est, nostras spontaneas mētēs suo spiritu vnctus & leniēs ad salutē sempiternā. Soli data est potestas omnis in cælo & in terra: solus est ille Sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech: qui sui corporis hostia & litatione, generi humano Deū Patrē reconciliauit, & nos in filios adoptauit. Quare hac voce MESSIAS, Andreas expressit officia Christi præcipua, quæ sunt instar Sacerdotis intercedere & interpellare pro nobis: item pro nobis veram hostiam ad æternā iustitiam offerre: item instar Regis nos regere atque defendere.

### Et adduxit eum ad IESVM.

d. ij.

Andree cōmuni datus.

Christi ane religionis liberitas.

Charitas nos vnctis.

Christus ex animo & ore cōfessus.

Messiam inuenimus.

Messias Christi.

Christus per antonomasiam.

Christi officia.



Verisimile est Andream multa persuasioni Christianæ accommodata narrasse, quæ breuitatis gratia tacuit Euangelista: vnde tam optabili nuntio Simon lætus, non simpliciter fortasse recepit sermonem Andree, aut non contentus audiuisse, voluit videre & audire IESVM. Nam non satis est ad conuersionem audire prædicationem Euangelij, nisi & adducamur ad Christum, vt ipse loquatur nobis, & vocet nos: qua vocatione sentiamus illum nobis propitium. Andreas iam Domini IESV philanthropiam & benignitatem expertus, mox adducit Simonem fratrem ad IESVM. Quod autem frater fratrem attraxerit ad IESVM, felix fuit nascentis Ecclesiæ auspiciis, quæ fraterna charitate & mutua concordia constat. Prima Andree prædicatione ostendit quàm sibi profuerit, & aliis utilis & necessaria fuerit: talentum enim sibi creditum, Domino reddit multiplicatum. Obserua quàm breui tempore fide & Dei verbo Simonis animus tactus, se beneuolum & docilem præstiterit, qui quod venerit visurus quem frater commendauerat, alioqui non crediturus, non leuis, sed constantis & studiose mentis argumentum dedit.

Andree primæ prædicatione.

#### Intuitus autem eum IESVS.

Qui omnia nouit, non solū faciē Simonis (in qua legebatur & relucebat purioris animi præparatio) sed animū potius simplicitate colūbina ornatū, est intuitus. Et antequam de eo interroget, tam ipsum quàm patrem eius, nomine eius appellat, insinuās discipulo se esse cui omnia nuda & aperta sunt, hoc est vt cognoscat & credat Deū, quem certo scit & videt esse hominē: sitque sibi hac prima lectione persuasum, quod is ad quem per Andream fratrem adductus est, Deus & homo est. Obserua hanc intuitionem esse gratiæ præuenientem, & specialē vocationē, quam Simon sensit in se: agnosce & hoc intuitu, philanthropiam, hoc est humanitatem, benignitatem, & comitatem Christi erga homines, quod videas Christum ad se venientes non terrere, sed comiter, amicē, & cum miseratione quadam intueri, & excipere.

Intuitus Christi.

#### Dixit.

DIXIT, prophetando de iis quæ conferēda venirent Simoni. Verbo Christus vocat: Vocandi erant ministri IESV CHRISTI, quod iam cœpisset regnum ipsius: ob id, Dixit, id est vocare cœpit Simonem, Tu es, &c.

Vocatio Petri.

#### Tu es Simon, filius Iona.

Primò congressu ex nomine patris iuxta mysticam significationem futuras aliquot Simonis diuitias prædicit, simul declarans animi eiusdem simplicitatem: nam IONA, columbam sonat aut gratiam: SIMON, auditorem vel obedientem significat. Crediderim hoc à Domino emphaticè dictum: quasi dicat IESVS, Tu es ille Simon filius Iona, tuo simul & paterno nomini respondens: tu te obedientem præstitisti, vt verè sis filius Iona, hoc est simplicitatis, hoc est sis Spiritu Dei donatus, qui columbina specie designatur. Verè enim tibi aspirauit fauor Dei, & audiuit tuas preces, vnde & audire te fecit vocem fratris tui te ad me vocantis & adducentis. Gratulāre tibi qui ad me veneris, faciam te Petrum. Obserua vbi Græcus textus habet *ἰῶνᾱ*, id est filius Iona: ibi Nonnus legit *ἰῶνᾱνα*, id est filius Ioannis: cui conuenit illud quod scribitur infra cap. 21, Simon Ioannis diligis me plus his? Putauerim hunc Ionam binomium fuisse.

Iona.  
Simon.

#### Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Mos erat antiquis receptissimus, nomina à rebus ipsi imponerentur: quod & Dominum fecisse legimus, qui Abram Abraham, & Sarrai Sarram, Iacob Israel vocauit. Multis à natiuitate nomina imposuit, vt Isaac, Samsō, & Ioanni Baptistæ: quod temerè non est factum, sed vt ea appellatio imponatur (ait Chrysostomus) quæ sit diuini beneficii perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur. Vt ergo ostendat Dominus se esse qui olim nomina indiderit, & sicut nunc, ita & tunc nomina aut mutauerit aut auxerit, non dixit, Nunc vocaris Petrus: hoc enim nomen maioris erat & potestatis & autoritatis. Nolebat ab initio autoritatem eius indicare, eò quod nondum firmam in illum fidem haberet, sicut nec alij. Sed ait, Vocaberis: quasi diceret, Vbi fides tua robur & vires collegerit, vt aduersus omnes insidias & Satanæ tentationes infracta & incōcussa manere possit, Vocaberis Cephas, quod Græcis est *πέτρος*, Petrus, & Latinis Saxum. Nomen postea (Marci cap. 3) imposuit dicēte Euangelista, Et imposuit Simoni nomen Petrus, &c. Huius nominis additamentum non nihil mysterij adumbrat: Dominus enim hoc nomine & cognomine Petri, omnes credentes docet, vt rationem fidei viuæ discant. Principio vocatur Simon, id est auditor: Fides enim ex auditu est: deinde

Nomina rebus consona.  
Nomen naturæ rei designat.

Petrus.

est: deinde additur cognomen Petrus, id est Solidus & firmus: vt hoc nomine intelligant credentes, se nunquam firmiores cōstare quàm fide in petra, quæ est IESVS CHRISTVS. Obseruemus rogo, Petrum piorum spectaculum esse, qui si aliquando lapsi sint, resipuerunt postea: si afflicti, abiecti, & variis mundi procellis agitati fuerint, videant & contemplantur Petrum vt tractatus fuit, licet hoc cognominis à Deo accepisset. Nunc blandis verbis à CHRISTO compellatur, nunc asperioribus increpatur, aliquando Satan vocatur, nunc confidens CHRISTO adhæret, nunc ab eo recedit, nunc flet, & iterum respicit, nunc etiam post acceptum Spiritum Sanctum à Paulo Galat. 2, reprehenditur. Ita si hæc piis aliquando contigerint, non animos despondeant, sed ad petram accedentes, Petri nomen induant, id est solidi in fide fiant.

Nomē Petri inuocatio, fidei augmentū designatum.  
Infirmorum consolatio ab exemplo Petri.

#### In crastinum voluit exire in Galilæam.

Postero die quo Petrus adductus est ad Christum, voluit Iesus exire, subaudi à Iudæa, in qua fere annum moratus erat, à tempore scilicet quo baptizatus est: & redire in Galilæam, qua non alia Iudææ regio tum erat contemptior, nemo enim magni nominis ex ea ortus agnoscebatur. Sed diuino consilio ita visum est vt circa eam exoriretur primū Euangelica lux (quod non tacuerat Esaiæ vaticinium) & ab humilibus, indoctis & rusticis viris, è contempta & obscura patria oriundis, suam auspicaretur Ecclesiam. VOLUIT, verbum est gratiæ non meriti nostri. Voluit, quia ita illi visum est:

#### Et inuenit Philippum.

Domino ita disponente, Philippus factus est CHRISTO obuius: & à Domino quos sibi ascisceret vellētque Ecclesiæ primores, quærente, inuentus est Philippus. At inuentus, CHRISTI intuitu & præsentia, iam propenso præparatōque animo ad sequendū CHRISTVM ornatur. Inuenire, quærentis est verbum.

Philippi vocatio.

#### Et dixit ei IESVS, Sequere me.

Vocali & audibili verbo CHRISTVS Philippum vocat, Sequere me: vox Domini vim quandam & virtutem habet, non solum tangendi ipsam animam: ad Hebræ. 4, Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, &c. sed etiam dignos intrinsecus inflammandi ad Dei amorem: dicente Cleopha, Lucæ 24, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? SEQUERE ME, hoc est amplexare Euangelium. Philippus quamprimum credidit, & nihil cunctatus illico sequutus est IESVM, de quo iam multa & testimonio Ioannis, & populi rumore cognouerat. Obserua hoc loco efficacem loquentis sermonem, & promptum fuisse audientis animum, simul & finem vocationis nostræ esse, amplecti Euangelium.

Vox diuinæ virtus.

Sermo Dei efficac.

#### Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andree & Petri.

Pergit Euangelista ad narrationis & historiæ certitudinem. In primis urbem eorum qui iam CHRISTVM comitari cœperant, addit: deinde vt ostendat occasionem aliquam præsentia Philippi, quia municeps erat Andree & Petri: Hieronymus in locis Hebraicis ostendit Bethsaidam esse ciuitatem Galilææ, vicinam stagno Genezareth. Hoc municipium & patriæ consortium aliquid mysterij habet: Euangelicam certè præfigiebat cōcordiam: & omnium Gētium diuersitates, in vnam Ecclesiam, veluti in vnam ciuitatem coituras indicat: & hoc vrbis nomen quales officio & munere futuri erant, hi municipes Andreas, Petrus & Philippus. BETHSAIDA enim, interpretatur domus venatorum, hi certè egregij fuere venatores, qui à Domino audierūt Matth. 4, Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Obserua quàm cito hic Philippus venaturus cucurrerit: inuenit Philippus Nathanael. Præter hæc ausim dicere cum Chrysostomo, credibile esse Philippum & qui cum Petro erant, viso & audito Ioannis de CHRISTO testimonio, eum sequutos, & Christi sermonem non parum in illis operatum.

Bethsaida.

#### Inuenit Philippus Nathanael.

Paucissimis perstringit Euangelista Philippi vocationem, apud quem certè nihil de liberationis cum carne & sanguine fuisse videtur: CHRISTO vocanti illico credidit, & sequutus est eum, lætūque magisterio IESV non potuit non multiplicare talentum sibi à Domino concessum. Quærit quem ad CHRISTVM adducat, inuenit Nathanaelem: Inuenire enim, verbum est quærentis. Vides quàm sese exerat vis fidei viuæ, quæ otiosa esse

d. iij.



*Nathanael.  
Charitatis par-  
ter.*

nequit: sed erumpit per confessionē in propriam aliorum salutem: vt & aliis non inuideat, sed adducat ad **C H R I S T V M**, & inuentum bonum communicet. Nathanael, Latinis est **A Deo datus**. Obserua veræ charitatis exemplū in Philippo, non æmulatur, non ambit, non quærit quæ sua sunt, sed omnia in vilitatem proximi profundit, non potest tacere verbum auditum, propter quod loquitur etiam Dei mysteria paruulis & abiectis Galilæis reuelata.

**Et dicit ei, Quem scripsit Moyſes in lege,  
& Prophetæ, inuenimus I E S V M.**

*Nathanael legis  
moſaica peritus  
Lex & Prophe-  
ta de Meſſia.*

Mirabilis in Philippo charitatis feruor: totus verbo Christi & viuæ fidei ardore æstuat. Neque enim Nathanaelem salutatur, neque verborum apparatus, seu aliquo præludio ad tam arduum mysterium Nathanaeli insinuandum, vitur: sed statim ab exordio legis & Prophetarum testimonium adducit: veluti quem nouisset incredibili desiderio teneri Meſſiæ venturi. Vnde verisimile est hunc diligenter versatum fuisse in Prophetarum oraculis, quibus obseruaret, vnde & quando venturus esset Meſſias. Et ob id illum tanquam legis & omnium Prophetiæ peritum alloquitur, Dicens se inuenisse **C H R I S T V M** illum, qui ab omni Scriptura venturus prædicatur, **Q V E M** scripsit Moyſes in lege: infra cap. 5, Si enim crederetis Moyſi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Primum Deutero. 18, Prophetam suscitabo eis (ait Dominus Moyſi) de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Deinde vbi instituit varia sacrificia & cultus diuinos, quæ omnia Christum adumbrarunt: rursus ait, Prophetas de hoc, quem annuntiat, scripsisse: quod testatus est Petrus Act. cap. 10, Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Quoties enim concionantur Prophetæ de reliquiis saluandis, populum suum ad Christum Dauidi promissum remittunt.

**I E S V M.**

*Ieſu nomen.*

Nominatim dicit quem Prophetarum oracula futurum Meſſiam concinebant. Quod nomen rectè illi diuinitus inditum est, quod benedictus hic filius Dauid missus fuerit, vt fit salus Domini vsque ad terminos terræ, Esaiæ 49: & per hunc vnum contingat redemptio electis. **I E S V S**, Hebræis sonat Iehosua significans, Saluatorem. Solenne enim est, vt quos Dominus ad singulare aliquod munus deligit, secundum etiam, id nomen indat, ad hunc modum designato Abramo patre multarum gentium, dedit illi Dominus nomen Abraham, quo nomine id expressit ad quod eum deputabat: autem nomen multiplicatam gentem significat. Similiter quia præcurſor erat Baptista primus declaraturus orbi Euangelium Christi & gratiæ prædicationem auspiciaturus, diuinitus datum est illi nomen, vt Ioannes vocaretur, quod Gratiolum significat.

*Nominis mutan-  
di ratio.*

**Filium Ioseph à Nazareth.**

*Nazaræus.*

*Natiuitas Chri-  
ſti in Bethlehe.*

*Ioseph, pater  
Ieſu.*

A stemmate seu genere studet Philippus de eo quem annuntiat certiore facere Nathanaelem: sequutus vulgarem Iudæorum opinionē de Salvatore nostro, quod Nazaræus esset. Dicitur est Nazaræus, quia in Nazareth educatus fuit. Matth. 2, Ioseph admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur. At Christi natiuitas ipsi Bethlehem consecrata erat: iuxta vaticinium Michææ cap. 5, Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: Quia ergo in Nazareth ciuitate Galilææ versatus est Ioseph, creditus pater Christi, ab eo tēpore quo redierat ab Aegypto (in quam cum Virgine & puero **I E S V** ob Herodis tyrānidem fugerat) dicebat Ioseph Nazaræum, & Christi patrem. Itaque **I E S V M** vocat Philippus & Nazaræum, & filium Ioseph: non quod hunc asseuerare velit ex coniunctione maris & sceminæ natū esse, quem de Virgine nasciturum ex Prophetarum oraculis didicerat: sed vt de domo & familia Dauidis (à quo ipsum Ioseph descendisse nouerat) secundum Prophetas, eum venisse doceret. Neque cuiquam officulum esse debet, si Philippus dixerit Christū filium Ioseph, quum & ipsa intemerata Virgo mater **I E S V**, quæ virum non nouerat, sequuta vulgi opinionem dixerit Luc. 2, Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego, dolentes quærebamus te.

**Et dixit ei Nathanael, à Nazareth potest  
aliquid boni esse?**

Hæc vbi

Hæc vbi audiuit Nathanael, tam læto nōtio fauet, sibique gratulatur, & gestit eius animus desiderio iam videndi tantum thesaurum. Sed offenditur scrupulo, quem illi tacite mouebat Propheta, Michææ cap. 5, Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima, & c. quæ palam promittit Christum exorturum ex Bethlehem. Nec mirum, nam Nathanael sine dubio in Prophetis versatus erat, sciens à quibus & vbi nasciturus erat Christus. Interrogatione est vsus: (cui postea Philippus vt satisfaciatur, respondet, Veni & vide.) quasi diceret, Philippè, rem lætissimā nuntias: sed quod illius loci Nazareth memineris, vide ne fallaris, Num à Nazareth potest aliquid boni exoriri? cuius non meminerunt Prophetæ: sed ipſius Bethlehem patriæ Dauidis, ex quo nasciturus **C H R I S T V S**? Scio tēpus & diem Meſſiæ instare, imò adesse iuxta nostri patris Iacob vaticinium, Gene. 49, Non auferetur sceptrum de Iuda, & c. & hebdomadas à Daniele scriptas: Sed quod Nazareth memineris, facit vt hæreat animus. Nathanael ortum & natiuitatem, non autem educationem & nutritionem Christi contemplantus, hæsitabundus de nomine loci, verecundè loquitur interrogando. Et non dixit, Nihil boni fert Nazareth: sed A Nazareth potest aliqui boni esse?

**Dicit ei Philippus, Veni & vide.**

Hunc nodum quum ipſe Philippus fortasse rudis adhuc & tyrunculus nollet disputatione aliqua, aut diuite quapiam oraculorum copia dissoluere, inuitat eum ad fontem ipsū, non dubitans quin viso & audito **I E S V** statim sit crediturus. Quasi diceret, Si mihi credere dubitaneris, veni & vide, vt certificeris ab ipſo Christo eum esse verum Meſſiam de quo testati sunt Prophetæ, & ego tibi loquor. Si videris, si sermonem cum eo conferras, facillime mihi assenties. Securus loquitur Philippus de salute inuenta: cuius periculum fecerat, sciens quod si Nathanael verba Christi gustaret, non esset discessurus, sed audita & inuenta facile probaturus.

*Philippi prædi-  
catio.*

**Vidit I E S V S Nathanael venientem ad se.**

Audito tam salutari nuntio, non est cunctatus Nathanael, sed ilico venit magno videndi desiderio quem nuntiauerat Philippus. Syncerum & simplicem venientis animum intuetur **I E S V S**, aperiens suæ gratiæ oculos, quibus nos omnes, antequam essemus, vidit & prædestinavit. Homo faciem videt, Deus autem cor intuetur.

**Et dicit de eo.**

Aperitur gratia **I E S V C H R I S T I**, qua ipsum Nathanaelem præuenit, vt priusquam esset per Philippum de illo admonitus, ostēdat & exerat suam philanthropiam: & quod sit ille de quo sermonem fecerat Philippus, scilicet **I E S V S** filius Ioseph à Nazareth, id est qui filius Ioseph factus est, & in Nazareth nutritus, vt in carne existens, id est homo factus, nobis in carne existentibus mederetur, & saluos nos faceret.

**Ecce.**

**I E S V S** ad suos conuersus, attentos reddit illos, dicens, Ecce, Nathanaelem demonstrans: quasi vellet insinuare paucos tum verè Israelitas fuisse.

**Verè Israelita.**

Hæc non est **C H R I S T V S** testificatus quum Andream & Petrū vocaret. Hunc coram Deo & hominibus virum iustum & probum commendat, argumento à sincero cognoscendi studio, & simplici credulitate, petito. Ecce qui verè à Iacob Patriarcha Deum vidente, vnde Israel dicitur est (Gene. 25) genus ducit. **V E R È** Israelitam vocat, adharentem indiuisè & constanter Deo & promissionibus de **C H R I S T O M E S S I A**.

**In quo dolus non est.**

Iste est animi Nathanaelis candor & sinceritas, esse sine dolo: qui vna manu lapidē non gerit, & altera panē ostēdat: qui duo corda nō habet, alterū quo veritatē videt, & alterū quo cōcipit mēdaciū, habēs labia dolosa: vt est in Psalm. 11, vbi subtextitur à Propheta, Labia dolosa declarate, in corde, & corde loquuti sunt mala. Quid est in corde & corde, nisi duplici corde: sed hic simplici & nō ficto animo pergit, & Meſſiā quærit, à Patre tractus, à Spiritu **C H R I S T I** ductus, à **C H R I S T O** misericorditer visus. Is à malo per **C H R I S T V M** purgatus, in paritate innoxia conuersationis eiusdem cū suo parente Iacob vero Israele verus est Israelita, puro & nō laruato animo incedēs. Quare nō est quod quis miretur, si hūc verè Israelitā esse testificatur Christus, & in quo dolus non est, quum tam celebre & solenne sit istud de Nathanaele testimonium à Christo coram iam adscitis discipulis, quod neque Andream neque Petro, neque Philippo, dictū est, Quare inter Apostolos non est annumeratus? d. iiii.

*Iacob Israel dicitur.  
Nathanael vnde dicitur verus Israelita.*

*Quis verus Israelita.*



*Nathanael non est in apostolatus accibus. Apostolos ex illienatis fecit Christum.*

Respondeo post Augustinum: Certè Nathanael eruditus & peritus Legis erat, propterea noluit illū Dominus inter Apostolos ponere, quia idiotas & debilia elegit, ut fortia quæque confundat. 1. Corinth. cap. 1. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Si doctus eligeretur, fortasse ideo se diceret electum, quod doctrina sua meruerit eligi. Sed superbiorum ceruices volens CHRISTVS frangere, per elegantem oratorem non quæsiuit piscatorem, sed piscatore lucratus est & oratorem & imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator, per quem postea crederet & orator & imperator. Ne ergo cuiquam videretur Dominus doctos elegisse, quasi ex ipsa doctrina electio Apostolorum esset, elegit iuxta suum beneplacitum quos voluit: voluit autem rudes & debiles eligere in Apostolos: ut agnosceremus quanta esset virtus Domini, qui debiles erigit, & potentes ac superbos deprimat, & quod virtus Apostolica neque ab homine, neque ab humana doctrina est, sed à virtute Dei. Iudicans Christus Nathanaelis animum, hoc iudicio rerum occultarum subindicavit diuinam virtutem suam quod Deus esset.

#### Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti?

Videtur constantiæ Nathanaelis tribuendū, quod statim non acquieuit, sed interrogat non sine admiratione, vnde hoc laudis encomiū ad eum permanisset, nihil adhuc IESVM suspicatus esse quàm hominem. Vnde (inquit) me nosti? qui tibi de facie non sum notus? Sciscitatur vnde Christus ipsum nouerit. Iste est piorum genius, ut exactam exquisitamque rerum doctrinam desyderent.

#### Respondit IESVS, & dixit ei.

Hæc familiaris & amica CHRIS TI cum Nathanaele colloquutio, ostendit indicatque quàm CHRIS TVS sit philanthropus, quàm nos amaret, quàm nostræ sit salutis fiti-bundus: se ipsum tacite Nathanaeli insinuans, omnem eius suspicionem Saluator excutit, & suam detegit deitatem: declarans se non latere quātūnis occultas hominum cogitationes: vnde verè cognosci poterat esse Deus: folius enim Dei est, corda hominū cognoscere.

#### Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, vidi te.

Confirmat CHRIS TVS se cognoscere Nathanaelem argumento à loci longè distant circumstantia, & ab opere diuinitatis, petito. Nam sub ficu vidisse Nathanaelem etiam de facie non visum, quod corpore absens esset, opus est diuinitatis in CHRIS TO. Rursus colloquium fuerat Philippi & Nathanaelis, neque quisquam erat arbiter qui potuisset renuntiare. Hoc responso CHRIS TVS erigit Nathanaelis animum ad fidem, ut eum agnosceret Deum, & humilitate personæ non offenderetur. Non sine mysterio notata est ficus sub qua oculis misericordiæ suæ vidit electos suos, videlicet quum primus parens mandati transgressor factus, consutis fici foliis (Gene. 3.) succinctoria faceret, quos iam euocare ad se misericorditer disposuerat.

#### Respondit ei Nathanael, & ait.

Verbum istud IESV CHRIS TI non fuit vanum: nam hoc ipso in Nathanaelis animum tacite illapsus, & sese in eum plenissime inspirauit, ut efficacissime Nathanael senserit diuinitatem eius. Vnde hoc vnico diuinitatis argumento, statim Christo acquiescit, & in hanc celebrem & egregiam confessionem mox erumpit, dicens,

#### Rabbi.

Hæc ut audiuit Nathanael (quibus sibi persuasit soli Deo esse perspicua cordium secreta, & homine maius esse quod audiret) abiecto scrupulo de natali loco, primo verbo captat beneuolentiam, argumento à dignitate personæ petito, qua se insinuat discipulum, IESVM vero magistrum.

#### Tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

Ista est catholica fides, vna & necessaria fides, ut confiteamur cum Nathanaele, CHRIS TVM esse verum Deum & hominem. His verbis diuinitatem cōfiteatur, TV es filius Dei, Quasi diceret, Tu es ille Filius Dei, per quem Pater decreuit liberare populum suum. Humanitatem fatetur, dicens, TV es Rex Israel: ac si diceret, Tu es ille Rex Israel Prophetarum oraculis olim Israeli promissus. Obserua: FILIVS Dei Hebræis idem pollet quod Deus, sicut

*Deus corda intuetur.*

*Nathanael etiam absens à Christo cognitus.*

*Fici mysterium.*

*Fides catholica Christus Deus & homo. Filius Dei, id est Deus.*

sicut Filius hominis idem quod Homo. & Genes. 6. Filij Dei, pro Diis positum est. Constat Nathanaelem confessum esse IESVM maiorem homine, & appellatione angustiore salutasse illum Filium Dei, quod doctus esset ex Dauide & aliis, huc solum verè dictum Filium Dei: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Item, Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Atque ex hac flagrantissima fide videtur per antithesim ad nuntium Philippi, IESVM Filium Dei vocasse: quasi diceret, Nequaquam tu filius Ioseph es ex Nazareth, ut te nominauit Philippus, sed Dei filius è caelo. Obserua: Dominus IESVS peculiariter in Scripturis vnigenitus Filius Dei prædicatur, quod in eo solo expressa sit Patris imago. Hoc est plena sapientia, iustitia, atque potestas, Deus verus de Deo vero. In verbo REGIS, simul confitetur & officia CHRIS TI, quæ sunt pios regere, tueri & defendere, ut non putes CHRIS TVM otiosum esse, & nihil nos curare.

#### Respondit IESVS, & dixit ei.

Perseuerat CHRIS TVS dona in Nathanaele amplificare: & hac familiari colloquutione suam philanthropiam siue suam humanitatem erga homines exercere. Quia ex re docemur quomodo sensim ducimur ad maiorem CHRIS TI seu Verbi cognitionem.

#### Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis.

Ætiologia est: causam adducit cur Nathanael crediderit siue certo ac sine dubitatione statuerit, IESVM esse Deū, & promissum Regem Israelis. Quasi diceret, Ex hoc nō gnifice de me sentis, & fidem cōcepisti, quod sim Dei Filius ille promissus, & Rex Israel, quia dixi te mihi visum fuisse tum quum esses cum Philippo sub ficu.

#### Maius his videbis.

Hoc vno opere vtunque me tibi & assidentibus declarabo: at postea plenius ac multo celebrius me orbi aperiam, & manifestabo qui sim, experierisque me esse verū Deum, verum Dei Filium, & Regem Israelis. Nam augebo fidem tuā: secundum cuius mensuram senties meæ diuinitatis & regiminis beneficia, crescetque tua de me opinio, & sententia: aut videbis olim euidentiora signa. Resurrectione enim, ascensione, & Spiritus Sacti missione manifestissime declarabo me Filium Dei, & Regem Israelis me esse. Obserua viuum fidem gradus aliquot habere, & aliam alia maiorem, secundum quam conferuntur dona. Ephes. 4. Vnicuique autē nostrū data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

#### Et dicit ei, Amen Amen dico vobis.

Confirmatio est à iuramento petita, qua non solum Nathanaelem, sed & omnes credentes confirmat maiora visuros, id est perfectè cognituros CHRIS TVM esse vnicū ad Patrem viam. Mox ergo ad Nathanaelem & ad reliquos (quorū nullus adhuc de ipso pro dignitate sentiebat) conuersus IESVS ait, AMEN amen dico vobis, id est, Illud pro certo habetote. Quidam textus habent, AMENDO: atque ita legit Chrysostomus & eius abbreuiator: vt confirmata præsentis manifestatione, promittat & futura: excitenturque credentium animi ad expectationē maiore miraculorū, & ex his ad cognitionē sublimiorem.

#### Videbitis cælum apertum:

Videtur ad hunc modum suis colloquutus: Nondum plenè manifesto & reuelo meam diuinitatem, sed posthac VIDEBITIS cælum apertum, id est, posteaquam ascendero ad Patrem meum in cælum, & Spiritum Sanctum misero, tum manifestissime reuelabitur me esse Filium Dei, & per me cælum apertum factum & patere. Oculis noster spiritalis, est fides: quare VIDERE cælum apertum, est certè scire per Christum patere aditum seu viam in cælum. Vnde hoc promissum completum esse & credimus, & fide experimur. Nam posteaquam Deus homo cælum penetrauit, & ad dexteram Patris ascendit, etiam nobis in eum credentibus, apertum est cælum, atque supernæ illius & cælestis patriæ aditū per Christum cognoscimus. Hæc liberalis promissio videtur mihi innuere, discipulis Christi cælos apertos frequenter apparuisse. Constat satis ex tropis Scripturæ, Apertionem cælorum, visionem fuisse aperientis se & coram exhibentis maiestatis diuinæ. Sicut & Ezechiel cap. 1. commemorat apertos sibi fuisse cælos, quum vidit visiones Dei. Ita & Stephanus Act. 7. ait, Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantē à dextris virtutis Dei. Quid hoc est aliud, quàm apertior aliqua diuinæ maiestatis reuelatio, & manifestior Christi apparitio? Vt enim CÆLVM creatura est excellentissima, in quod qui de diuinis meditantur, intueri solent: quod Stephanum fecisse legimus Act. 7. Intendens in cælum, &c. Ita cœperūt spiritalia per Cælos peculiariter significari, sedesque Dei Cæli dici. Et quæ præter cœmu-

*Christum verè filium Dei.*

*Rex Christus.*

*Cognitio Verbi suum augentur.*

*Fides suos habet gradus.*

*Amen Amen.*

*Cælum apertū videre.*

*Apertio cælorū.*

*Cæli nomen.*



nem naturæ ordinem diuinitus donantur, dicuntur Cælitus demitti. Quo fit, vt Patre in cælis inuocemus, & nostram dicamus in cælis conuersionem, gloriemurque nos habere domum non manufactam, hoc est in rebus spiritalibus & supernis, in quibus Deus præsentius videtur, & lux diuinitatis reuelatus & manifestus reuelat. Interdum nomine CÆL I significatur firmamentum expansum illud in quo astra insunt. Gene. i. cap. Et ex hoc tam magnifico opificio, opificis Dei maiestatem & potentiam Scriptura cõmendat, vt Iob. 9. tum in Psalmis, tum Prophetis. Significant interdum CÆL I, iuxta metaphoram, præsentiam Dei siue reuelatiorem lucis diuinæ reuelationem. Accipitur interdum CÆL V M pro loco nubium vnde pluit, grandinat, coruscat, fulgetrat, & tonat: vt in Exodo, & alibi: Colligamus ex his. APERIRI dicuntur Cæli, quum manifestus & apertius diuina lux se aperit. Itē in CÆL V M recipiuntur, qui ad præsentiorē diuinitatis perfuisionem admittuntur. Rursus de CÆL O venire aut mitti dicuntur, quæ diuiniora habentur.

### Et Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.

Suæ diuinitatis reuelationem amplificat CHR I S T V S à re( quam videndâ promittit) longè sublimiore. Altius re vera & sublimius videtur Regem esse totius orbis atque etiam Angelorum, quàm Vidisse sub sicu, & Cælos aperire. Quod innuit dicens, ET Ange-  
 los Dei ascendentes & descendentes, &c. Significat enim Angelos veluti sculos ministros, obsequij seruitijque gratia, sursum ac deorsum cõmeaturos super Filium hominis. Quid hoc aliud est quàm declaratio diuinitatis I E S V & significatio, licet Filius hominis esset, quod regnaturus esset super omnem principatum & potestatem: & quod omnia illi subiecta sunt, qui cum Patre omnia habet communia. Licet nusquam sacra Historia nominatim memoret, quod Apostoli, & Discipuli Domini viderint Angelos ascendentes & descendentes super Christum, vt memorat Spiritum in specie columbæ super Christum descendisse, & vocem Patris delapsam: item quum post tentationem Satana huic ministrarent Angeli, & quod in agone sudanti solatium exhibuerit Angelus: tamen indubium est quod hic virosus Christus promissit, Discipuli viderunt: atque potissimum implebitur hoc promissum, quum venturus est in nubibus in maiestate sua, cum vniuerso Angelorum exercitu, iudicaturus viuos & mortuos, ac traditurus regnum Deo & Patri. Spirituali intelligentia fecundus hic locus interpretatiuus est illius scalæ Christum præfigurantis, quam Iacob, (Gene. 28.) in somnis vidit. Illic scribitur, Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem sibi, Ego sum Dominus DEVS Abraham Patris tui, &c. Quid rogo te, pie lector, aliud est hæc scala, quàm CHR I S T V S tangens cælum & terram? qui homo factus, terram cælo coniunxit, & nos terrestres, cælestes esse fecit. Nostris viribus fieri non potest illuc ascendamus, qui nascimur pondere & grauitate pressi. Est nobis igitur opus euctore & adiutore non puro homine, sed Deo homine, hoc est CHR I S T O. Nemo enim (infra cap. 3.) ascendit in cælum, nisi qui descendit, Filius hominis, qui est in cælo. Hic ad nos è cælo descendens, id est factus homo, viam strauit ad Patre, & rursus ascendit in cælum vt omnia impleter. Ephe. 4. Qui omnia in omnibus adimplet. Ephe. 1. Nomine ANGELI, intelligimus missū, vnde siue sint spiritus, siue virtutes, siue dona cælitus demissa, Angelos dicere possumus. Potest re vera Deus sua virtute operari aliquo in loco absque missione spiritui. Angelus, nō substantiæ sed officij nomen. Quia ergo omnium bonorum thesauri in Christo sunt, & per eum in nos qui sumus in eo, illabuntur: videmus Angelos ascendentes & descendentes super Filium hominis, id est pij & spirituales (qui omnia de plenitudine Christi accipiūt) vident fide cælestes & spirituales omnes diuitias descendere in Dei electos per hanc scalam, hoc est CHR I S T V M, & per eandem ascendere, hoc est donis spiritus CHR I S T I illustratos & iustificatos in cælum recipi. Hæc scala vnica via est qua in cælum itur: non est alia via qua quis ad superos ascendat. Proinde paucis absoluiamus negotium hoc spirituale. Quia Dominus per Angelos operari & descendere dicitur, ( vt est in Psal. 9, Angelis suis mandauit de te, &c. Genes. 11, Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem, & turrim, &c. Sequitur, atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco. Item Numer. 11, Descendit Dominus per nubem, &c.) & omnia bona in Christo & per Christum nobis contingunt, & eueniunt, ideo dicimus Angelos supra Filium hominis siue in Christo ascendere & descendere: quia in Christo omne auxilium situm est, omnis defensio, potestas, regimen & gubernatio.

Angelos ascendere, & descendere supra Christum, quid est?

Scala Iacob.

Angelus quid dicitur.

bernatio. Dicitur Dominus innixus scalæ: quia Christus Deus, est fortitudo nostra, colūna nostra, in quo vt summatim dicā, omnia Dei bona sunt. Hæc omnia aperta sunt iis qui sentiunt certoque apud se statuunt Resurrectionem & Ascensionem Christi cū Spiritus eius missione. Obserua. Dominus se Filiū hominis nuncupat, quem Nathanael dicit Filium Dei, & Regem Israel. Quod idem fecisse Petrum ex Matthæi cap. 16. discimus: roganti enim Domino, Quem dicunt esse Filium hominis? & addenti, Vos autē quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es CHR I S T V S Filius Dei viui. Id singulari quadam dispensatione factum, vt quum vtraque substantia CHR I S T I constitenda esset, puri homines Petrus & Nathanael adfererent diuinitatem eius: ipse vero CHR I S T V S per vehementem tapinosim ostenderet extenuationem sui & humiliationem propter nostri reparationem. Illi fatentur altitudinem & sublimitatem eius, hic vero suam humilitatem. Verbum namque caro (id est verus homo) factum est, nō Angelos, sed semen Abraham assumpsit: verus filius David est salutatus, verē Virgo Maria intemerata cum hominem peperit: in similitudine hominū factus, absque peccato tamen: id est verus, & aliis similis homo factus est: de ossibus & carne nostra: propter hæc dicit se Filium hominis, id est hominem.

### PRIMA CONCILIATIO.

Aduersari inuicem videtur hi loci, OMNIA per ipsum facta sunt. & Ecclesiast. 10, NON est creata hominibus superbia. Respondeo. Probaturus Ioannes I E S V CHR I S T I aternitatem & diuinitatem, aperuit Verbum Dei in principio fuisse ante omnes creaturas & ipsum non esse ex creaturis factis, sed Deum esse creatorem & factorem omnium, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hoc est, quicquid factum est, auctore isto Verbo cõditum, moderatum, portatum, & gubernatum est. Quod autem Ecclesiasticus ait, Superbiam non esse hominibus creatam: id verum est, nā Sapientiæ cap. 11, scribitur, Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti. & Genes. 1, Viditque Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. Odit autem Deus & superbiam, & peccatū ipsius. Cur ergo creasset superbiam homini, quam odit. Ioannis cap. 3, In hoc apparuit Filius Dei, vt qui dissoluat opera diaboli: tantum abest illo rum sit conditor. Ecclesiast. 7, Solummodo hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se in finitum miscuerit quæstionibus. Quare superbia neque opus Dei est, neque Verbo Domini creata est, sed Satana inuentum, qui primus hæc intumuit, & proiectus est in terram. Apocalip. 12, Quemadmodum Deus mortem Verbo suo non fecit. Sapient. 1, ita nec superbiam condidit per Verbum suum, sed ipsa è Satana emanauit in orbem terrarum: ex quo tanquam ex abyssu irrepsit quicquid vsquam est vitiorum. Ioan. 3, Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Quemadmodum ait Beatus Thomas, Ars non est principium seu causa alicuius defectus in artificiali: sed per se est causa perfectionis ipsorum & formæ: ita & Verbum quod est ars Patris plena rationum viuentium, non est causa alicuius mali vel inordinationis in rebus, & præcipue mali culpæ, quod habet perfectam rationē mali: sed huius mali causa per se est voluntas creaturæ declinans à fine ad quē naturaliter ordinatur. Quo fit, vt peccatū dicatur defectus voluntatis, non autē artis alicuius. Et inquantū tale, nihil est, nō est creatura, defectus est, priuatio est. Proinde non odit Deus Esau hominē, sed odit Deus Esau peccatorem. Legito Augustinum lib. 1. ad Simplicianum. Quæst. 2. pag. 451. tomo 4.

### SECUNDA CONCILIATIO.

Quomodo concordia habent hæc quæ tum hoc loco ait Ioannes, OMNIA per ipsum facta sunt, In propria venit, & sui eum non receperunt. tum cap. 8, Vos propterea non auditis, quia ex Deo non estis, vos à patre diabolo estis. Si ex diabolo sunt Iudæi, quomodo ad Iudæos, tanquam suos venit: quomodo ipsi per Verbum creati sunt, si ex Deo non sunt? Respondeo. Spirituales si fuerimus, facile agnoscemus aliud esse viuere, aliud peccare. Atque licet peccatoris vita, in collatione iustæ vitæ, sit dicaturque mors, asserere tamen audemus ytrunque in peccatore inueniri, vt dicatur viuus siue viuere & peccator: sed viuus est ex Deo: omnia enim per ipsum facta sunt. Peccator autem non ex Deo, sed mala sua voluntate & diabolo inuentore. Quum itaque Euangelista dicit, s v i, commendat Dei opera, significans Iudæos à Deo esse & vitam habere, quibus promissus erat, & ex ipsis nasciturus: Salus enim ex Iudæis est. Deinde quod dicit, Non eum receperunt, insinuat malam eorum voluntatē, hoc est malitiam, cuius CHR I S T V S, Verbum Dei, non est author, sed mala voluntas, & diabolus. Vnde eorum peccata arguens ait, Vos à patre diabolo estis. Homi-

Christus quæ re se filii hominis respondet agnoscenti Deum.

Caro, id est homo. Davidis filius.

Filius hominis.

Creaturæ suam Deus non odit.

Odit Deus peccatorem.

Superbia non est opus Dei.


Peccati Deus nō est author.



nes ergo peccatores, eo quod homines sunt, à Deo sunt: quod vero peccatores, non ad Deum, sed diabolum pertinent, cuius sunt Filii per peccatum, quod est inordinatio ac peruerfitas, id est à præstantiore conditore auersio, & ad condita inferiora conuersio: ait Augustinus lib. 1. ad Simplicianum, Quæst. 2. Legito eundem parte. 6. libro vno contra Manichæos. cap. 7. pag. 103.

Peruerfitas.

CAPVT SECVDVM.



In nuptiis aqua in vinum conuertit Christus.

T DIE tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater IESV ibi. Vocatus est autè & IESVS, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater IESV ad eum, Vinum non habent. Et dicit ei IESVS, Quid mihi & tibi est mulier? nõdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcũque dixerit vobis, facite. Erant autè ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundũ purificationem Iudæorũ, capiètes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis IESVS, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis IESVS, Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt: vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserat aqua: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primũ bonum vinum ponit, & quũ inebriati fuerint, tũc id quod deterius est. Tu autem seruaisti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum IESVS in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capharnaũ ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi mãserunt nõ multis diebus. Et prope erat Pascha Iudæorũ, & ascendit IESVS Hierosolymam: & inuenit in templo vendètes oues, & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et quũ fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebat, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Respondit IESVS, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de

Factæ sciebant.

Et deficiente vbi defecisset vinum. Vel, Quid est mihi quod & tibi sit mulier? si bant, cõmune aut, Quid est mihi tecum cõmune, vt agendorum me admonetas? Scio que sunt legationis meæ, & quo tempore agenda.

Primũ prius, vel primo loco. Inebriati) ege. Heb. pro liberaliter & egregiè biberunt. Vsque adhuc) vsque nunc, vel vsque ad hoc tempus.

Æs, minutulam pecuniam.

Negotiationis, emporii vel mercatus.

Gloria Christi.

Vendentes de templo eieciuntur.

Domus orationis.

Psal. 68. b.

Tempũ siue corpus Christi soluentum à Iudæis.

Scriptura) sup- ple prædicentis resurrectionem.

Non credebat non sciebat eis.

templo corporis sui. Quũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermone quem dixit IESVS. Quũ autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem IESVS non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

Matthæi 26. f. 27. e. Marc. 14. f. 13. c

Credunt Christo multi propter miracula.

Hominem nouis Christi.

Et die tertia.

CAP. II.



UPERIORA his connectit à circumstantia temporis, remittens lectorem ad ea quæ dixit, videlicet, Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis, & c. Deinde, In crastinũ voluit exire in Galilæam. Nunc ait, Et die tertia, supple, postquam in Galilæam Christus venerat, celebratæ sunt nuptiæ, & c. Præcedenti capite multis argumentis ostẽ sum & dictũ est CHRIS TV M esse verũ Deũ, Filium & Agnũ Dei. Nunc in hoc capite, miraculo declaratur CHRIS TV S versus Deus, Filius & Agnus Dei: qui quia cõperat noua & inaudita mundo prædicare, voluit illa miraculo confirmare, vt auditis crederent homines, & in fide solidarentur. Ille enim est vnus non postremus miraculorum finis.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.

Primo loco exordij natiuitatis nostræ, quantum ad carnem attinet, meminit, vt non tam per nuptias miraculo occasionem afferat, quàm etiam nuptiarum commendationẽ, & sanctificationem explicet. Hieronymus indicat duas esse Canas, maiorem iuxta Sidonem, & minorem in tribu Aser, quam adhuc sua ætate extitisse testatur. Addidit, G A L I L A E A E, ad differentiam alterius Canæ. C A N A, interpretatur Zelus vel æmulatiõ.

Miraculi scopus.

Cana dicitur.

Et erat mater IESV ibi.

Loci circumstantia, in Cana, simul & personarum, multum roboris affert ad historię confirmationem: quia Virgo intemerata non minima pars est sequentis miraculi: addit, Et erat mater IESV ibi. Hoc non mediocrem coniecturam facit, matrem nõ fuisse cum Domino in Iudæa, deinde & familiarem fuisse iis quorum erant nuptiæ: adserere tamen non ausim Ioannem Euangelistam in his nuptiis sponsum fuisse, è quibus vocatũ à Domino quidam dicunt: quod Dominus stabiliturus venerit id quod lege æterna & voluntate Patris sancitum est: Quos Deus coniunxit homo non separet.

IESVS nuptiis adfuit.

Vocatus est autem & IESVS ad nuptias.

Singulare est humanitatis exemplum in sponso & nuptiarum præfatis, Christum & discipulos inuitasse. In Christo verò quid legimus, quàm ardentem philanthropiam singularẽque eius in spõsum humanitatem & benevolentiam, quod nuptias inuiserit? Ex his docemur Dominũ & matrẽ eius, Virginẽ Mariam honestas & præclaras nuptias habuisse, vt verè sunt, & cubile eorum qui in Domino conueniunt, agnõuisse immaculatũ. Hebræorum cap. 13, Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: Quid ni? Christus ipse in matrimonio nasci voluit: imò & sanctissima Virgo sustinuit nubere viro, et si nulli viro cognoscẽda, quæ ante & post partum Virgo intemerata permãsit. Facestant hinc nescio qui male feriat homines & hæretici, veluti Tacianus, Marcion, & alij, qui nuptias vt spurças habuerunt, statũque matrimonij damnarunt, cuius os fores acerrimi fuere: qui tamẽ adeo placens gratũque est Domino IESV, vt illum sua præsentia adornauerit, atque miraculo honestauerit. Emanauit & irrepsit error ille ex sapientia huius seculi, propter quam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Dicunt enim hi mathæologi, & huius mundi sapientes, Si duxeris vxorem deformem, habebis mulierũ, id est pœnam: si pulchram, habebis uultũ, id est cõmuniem: non est igitur sapi-

Nuptiæ à Christo honoratæ.

Connubium honorabile.

Tacianus & Marcion hæretici.

Matrimonio aduersũ.



Matrimonii cō-  
mendatio.

Crux disciplina  
Christi schola.

Sponsa ornata.

Nuptiarum sum-  
ptus.

Prescripturmo-  
dus sumptibus  
nuptiarum.

Chorea & sal-  
tationes in nu-  
ptiis licite.

Chorea.  
Saltatio.

enti vxor ducenda. Huc pertinet quod Cato ille, qui prudentissimus habitus est, dicta-  
bat, Si absque femina posset esse mundus, conuersatio nostra non esset absque diis. Vnde  
& apud Plutarchum & alios iactantur regulæ & apophthegmata, Mulier est necessarium  
malum: Aperte quum est mala mulier, tum demum est bona: Libero lecto nihil acceptus.  
Et multa huiusmodi. Sed, obsecro, quid hoc aliud videtur, quàm mulierem, bonam Dei  
creaturam, conuiciari? Hoc fundamenti atque consolationis habet matrimonium, quod à  
Deo est institutum, & singulariter diligitur: vnde Christus nuptias adeo honorauit, & eis-  
dem benedixit, vt probarentur ab hominibus: & qui in matrimonio sunt, læti omnia  
agerent, & perferrent quæcunque res postularet: certi quod suum viuendi genus à Deo  
est, & probatur. Respondebunt fortasse aliquis: Qui in matrimonio est, graui matrimo-  
nij onera sustinet, multis laboribus, anxia sollicitudine, molestiis, fastidiis, ac variâ cruce  
& aduersitate tam onerosa premitur, vt frequenter animum despondeat: & vt vno ab-  
soluam verbo, conqueruntur ferè omnes de matrimonij molestiis. Respondeo: Hæc in  
matrimonio peculiariter esse, illaque vehementer ab externo homine sentiri: at in interno  
homine, hæc habentur iucunda, qui intelligit experiturque matrimonium habere crucem,  
veluti perpetuum comitem, quæ est disciplina Dei schola, vnde Dominum suum subinde  
magis atque magis agnoscere discit. Atque hoc sane nomine commedatissimus debet esse  
coniugii status, quod fidem erga Deum, & dilectionem erga proximum in vnitatem cor-  
poris & animi indissolubilem comprehendit. Hac sua præsentia simul Christus signifi-  
cauit sibi non displicere vel sumptum nuptiarum, vel alia quorum in nuptiis vsus est: vt est  
ornatus vestium, solito maior lætitia, comedere & bibere, iuxta modum tamè & rationem  
nuptiarum: licere etiam ita nuptias celebrare, vt scilicet sponsus & sponsa ornentur vesti-  
bus aureis, argenteisque annulis. Nam & multis adeo locis Scriptura citra reprehensionem  
meminit ornamentorum sponsæ, vestium nuptialium, inuitatorum ad nuptias, & conui-  
uorum quæ sumptuosiora in nuptiis solent agitari. Ita legimus seruum Abrahamæ, Rebecca  
sponsæ Isaac, ac fratribus eius donasse in aurem, & alia aurea & argentea munera. Quare  
facebant hinc superstitiosuli quidam & tetrici homines apud se sanctuli, quibus nihil pla-  
cet, nisi id doceant: non finentes sponsam sparsis crinibus, gemmis, auro & sertis ornatam,  
ad ædem sacram cum inuitatis ad nuptias proficisci. Certè in huiusmodi non offenditur  
religio hæc, nihil moratur Deus, dummodo fides adsit, & dilectio perseueret, & modus  
secundum cuiusque conditionem obseruetur. Rogabit forsitan aliquis, Quis harum re-  
rum modus? dicam quid sentio. Videretur mihi satis esse si agricola in nuptiis duplo plus or-  
netur quàm solet reliquo tempore: eadem mensura & cui plebeio præscribenda videtur:  
nobilis autem duplo maiorem ornatu quàm cuius accipiat: Comiti duplo maiorem quàm  
nobili præscribo ornatu: Principi duplo quàm Comiti: ac ita reliquis secundum rationem  
dignitatis ita ornari permittitur. Sic & ciborum potus & conuiuiarum ratio habenda est,  
vt si quando liberet conuiuari, ac genio non nihil indulgere, id instituat iuxta modum,  
ad mensuram, ad exhilarandum scilicet animum, non autem ad furorem ebrietatis, & insa-  
niam instituat. Rogabit forsitan aliquis, An peccatum sit adhibere nuptiis musicam, &  
saltare choream? Respondebo: Equidem nescio an etiam huiusmodi ad numerum saltatio-  
nes apud Iudæos fuerint nec ne: sed quum apud nos Gallos publicus mos sit ita in nuptiis  
dialogos & comœdias agere, saltare, & choreas ducere, non minus quàm conuiuari, ornari,  
edere, bibere, & lætitiæ indulgere, nequaquam ista damnauero, si modus & pudicitia adsit.  
Respondebunt forsitan aliquis, Hæc non licent, quandoquidem multa inter choream com-  
mittuntur peccata. Equidem non imputauerim hæc choreæ: ex se neque chorea, neque sal-  
tatio mala est: nam & in mensa, imo in templo peccata committuntur: ob id tamen nemo  
cibo aut templo culpam huius imputauerit. Quare vt nemo cordatus moderatas in nu-  
ptiis conuersationes damnat, ita neque in nuptiis choreas & saltandi publicum morem (si  
tantum modestia & honestas non prætereatur) ego negauero, vel improbauero: sed simul  
quoties occasio fuerit, & decencia non abfuerit, lubens ista videbo: non enim fides & dile-  
ctio, si nihil præter modum admittatur, vel saltando vel sedendo amittuntur.

#### Et discipuli eius.

Vocatus IESVS, occasione præstitit vocandi discipulos quos modo collegerat, An-  
drem scilicet, Petrum, Philippum, & Nathanaelem. Sequuntur Dominum discipuli ad  
nuptias illas cælestes, in quibus tostus ille agnus conuiuii rediuius apponitur.

#### Et deficiente vino.

His significa-

His significatur eos, quorum erat nuptiarum sumptus & impensam facere, admodum  
renues fuisse, vt quos in mediis nuptiis vinum defecit. Nō hinc videtur magnifica pompa,  
non sumptuosus apparatus, neque enim CHRISVS contra suam doctrinam vixit,  
vt deliciis superfluis pompæque superbentibus adfuerit, qui re vera pauper, pauperibus  
semper potius, quàm diuitibus & opulētis se adigere & cōuiuere fuit solitus. Quod si ali-  
quando à magnis & diuitibus se ad conuiuium exorari passus fuit, ita se habuit arguendo  
& increpando veluti in domo Simonis, vbi Magdalena ipsum vnxit) vt non magnam ab  
eis gratiam inierit, sed fere offensos reliquerit. Taceo quod ipsorum conuiuium miraculo non  
cōhonestauit, vt hinc fecit. Defectionem vini præmittit ceu occasionem sequentis miraculi,  
Quum iam incalisset conuiuium, defecit vinum, idque euenit in mediis nuptiis, nemine  
etiam cogitate, vt cognoscamus omnia singulari Dei consilio & prouidentia fieri in hoc,  
vt futuro miraculo manifestetur potentia & gloria CHRISTI. Non sine emphasi dicitur  
DEFICIENTE VINO, quod ad nuptias, vinum res sit necessaria. Hæc defectio indicat tempus  
quo potissimum officia CHRISTI locū habent, videlicet quādo adest aut instat defectus.

#### Dicit mater IESV ad eum.

Ex hoc loco & præcedente, ERAT mater IESV ibi: videtur & apparet nuptias eas  
fuisse cognatorum aut amicorum, vt Mariam oportuerit matris officio defungi, & adfuisse  
tanquā quæ nuptias instituerit, & disponēdis quæ ad nuptias pertinet, fuerit vel præfata  
vel peculiariter occupata: nā quū in mediis etiā nuptiis vinum defecisset, pudorēque pericli  
taretur spūs, quod parū liberaliter apparasset nuptias, simulque metus esset, ne cōuiuium  
redderet parū hilare, sollicitis hac de causa cōuiuii, officiosa Virgo cupiens huic incōmo-  
do mederi, dicit, & loquuta est Filio. In hac colloquutione & petitione nō agnosco Virgi-  
nem affectū humano aliquo affectu, vt iam hominū gratiam cōciliaret, & ipsa clarior Filij  
gratia efficeretur, cupida eius miraculis sibi famam cōparare: nihil huiusmodi in Deipara  
Virgine intemerata, legendū offertur: sed pro certo apud me statuo & ita assero Virginē  
sic colloquutā ex charitate in proximū, & ex fide profuissimā, quā habuit erga Filium suum  
IESVM CHRISTVM, & quæ credidit hoc posse, vt vino succurreret nuptiis. Roma, 10.  
Quomodo inuocabit in quem non crediderunt? Ad hæc facit quod sibi persuaferat Filiū  
id potestatis habere, quem ex angelo Gabriele, cōceptione, partu eius, stella, regum aduen-  
tu, Angelorum cantu, pastorum visione agnouerat nō hominem solum, sed & Deum esse.  
Omnia enim hæc conseruabat Maria in corde suo. Hæc viam fidem Virginis cōfirmant  
sequentia, in quibus præcepit famulis vt faciant secundum præcepta Christi.

#### Vinum non habent.

Proponit conuiuium necessitatem, conquerens apud Filium id incommodi: singulari  
quadam modestia paucis insinuans auxilij petitionem, quam multis fastidiosè proloquēs,  
non dixit, Da Fili quæso vinum: sed cum modestia ait, VINUM non habent: quo nimirū in-  
dicauit quantum bonitati Christi tribueret: quasi diceret, Tanta eius est philāthropia siue  
erga nos humanitas & bonitas, tam effuse bonus est, vt nō modo preces nostras exaudiat,  
sed & si verbo solū ei indicauerimus id quo egemus, etiam sua sponte plus dabit, quàm  
petere auderemus: tantum abest petentibus & necessitatē patientibus non adsit, vt vltro  
& sponte se offerat. Iste est viuæ fidei genius, sic se habet, ita sibi Dei bonitatem pollicetur  
expositam, nihil dubitans ab ea se omnia impetraturum. Quo fit vt ex animo suam quan-  
libet grauē & magnā proponere audeat necessitatem, & petere auxilium quouis loco  
& tempore nihil vereatur.

#### Et dicit ei IESVS, Quid mihi & tibi est mulier?

O responsum admiratione dignum Filij à matre vnice dilectus, nō matrem, sed mu-  
lierem vocat illam, non tantum hoc loco, sed & alibi, Quid mihi & tibi est mulier? ideo id  
factum putauerim, vt declararet se maiorem esse quàm Filium Mariæ: hoc est, vt non solū  
agnosceret homines illum esse Filium Mariæ, siue hominem, sed etiam Filium Dei, à quo  
salutem sperarent. Duriusculè respondet matri (non quod hanc vt matrem vnice non di-  
ligeret, nihil interim quod Filij esset erga illam omittens) vt hoc opus miraculi non ma-  
tris, sed Patris autoritate fieri declararet, ac diuinæ virtuti totam gloriam vindicaret.  
Simul & hoc responso cōfirmat illud quod in lege ante præceptum fuit, Deuteronomij  
cap 33, Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos, & ne-  
scierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudi-  
cia tua o Iacob, & legē tuam o Israel. Hic locus Propheta aperit & declarat in rebus Dei

Christus singu-  
liter conuiuium  
adsumit.

Vinum nuptiis  
necessarium.

Maria Virgo  
nuptiarum so-  
licita.

Mariae fides.

Christi dignum  
responsum ad  
matrem.



Cognitioni in rebus Dei non est locus.

& ad ipsius cultum & gloriam pertinentibus, neque patrem, neque matrem agnoscendos: sed solo Dei mandato, sola Dei gloria non paterno maternove affectu duci nos oportet: vt infra in Conciliatione prima aperiemus. Itaque CHRISTVS hoc responsio non abnegat matrem, sed ab huius negotii (quod gerendum erat) autoritate, declarans alienam, respondit, Quid mihi & tibi est mulier? siue, Quid mihi tecum est mulier? hoc est, Nihil mihi & tibi commune hic agnosco: non est quod mihi prescribas tempus in hoc negotio: hoc enim miraculum quod a me petis, deitatem requirit, in cuius operibus tibi prescribendi ius ademptum est: vnde sequitur,

Nondum venit hora mea.

Quasi diceret, Est mihi prescriptum tempus a Patre, quando & quibus modis agere debeam negotium humane salutis: id nondum venit, haec tibi morem gessi, posthac mater quidem mihi eris: sed quoties in Patris negotio verabor (quod ex ipsius arbitrio, & non ex humano prescripto gerendum est) mihi nihil aliud eris quam mulier. Non negat re vera, sed differt CHRISTVS auxilium vsque ad extremum necessitatis articulum, vt inopia omnes ante probe sentiant, & videant omni se & consilio & auxilio destitutos, quod scilicet gratiae natura declaratur: cuius nemo particeps fit, qui ante satis habet, & inopiam suam non sentit. Non enim saturos sed esurientes pascit & replet Dominus, dicente Virgine in Catico, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Adhaec, vbi inopia agnoscitur & probe sentitur, non ilico eam facit Dominus, sicut neque simulatque orauimus, exaudit, sed aliquandiu differt nos, tentans scilicet fidem nostram, si in fiducia erga ipsum perseueret, vt hic locus aperire videtur: imo aliquando dure ita respondet ac si omnino nollet nos exaudire & iuuare: sed cauendum ne his auditis animos despondeamus. Comminatori enim sermones diuini, non sunt qui spem nobis adimant: habent adiectam conditionem, nisi respuerimus: aut si durum fuerit responsum, mollietur tandem, si in fiducia perseuerauerimus: vult enim solus glorificari, vnde finit omnia alia in interitum colabi, vt adiuuando & liberando, solus glorificetur. Sic passus est vt Ioseph conuinceretur in carceres, sed in media desperatione extulit eum de carceribus in regnum Aegypti: sic visus est conuenire ad oppressionem Israelitarum sub Pharaone, sed in mediis malis liberauit eos de manu tyranni: sic & ipsum Christum in sepulturam ire permisit, sed non reliquit animam eius in inferno. Ita & hoc loco non statim a principio ex aqua vinum facit, sed expectat donec indigentia vini omnibus conuiuii manifesta fiat, vt solus Deus glorificetur: vnde ait, NONDUM venit hora mea: quasi dicat, Nondum sciunt omnes vinum desesse: oportet omnes intelligant hospitem habere penuriam vini: & tunc erit hora auxiliandi, vt omnes honorificent auxiliatorem, quem certo cognoscant Deum esse. Mater haec audiens, licet hoc responso satis duro repulsam pati videretur, nequaquam tamen haec in animo suo tanquam ab irato, & qui suam hic negare bonitatem vellet, dicta interpretabatur: sed persistebat in firma & stabili fiducia bonitatis Filij. Docemur ex his hunc honorem Deo habendum, vt eum benignum & propitium credamus atque consitemur, etiam si ipse se aliter nobis exhibere atque loqui videatur, etiam si omnes sensus nostri aliter iudicent. Ad hunc enim modum sensus noster mortificatur, & vetus homo interit, quo plus in Dei bonitate fidimus.

Gratia sensu extra necessitatem minor.

Diuina comminationes non sine conditione.

Mariae fiducia.

Dicit mater eius ministris.

Tamet si ex responso Christi nusquam auxilium consiliūve appareret quo refarciretur inopia illa, & vini defectio, certa tamen fuit Virgo benigne Filium se habiturum: propterea omnem rem eius bonitati committit. Non prescribit illi auxiliandi, neque tempus neque locum, non rationem aut modum, non personam aut vllum nomen, ipsius arbitrio omnia concedit, non dubia ipsum suam bonitatem & virtutem declaraturum esse siue in mediis nuptiis, siue in fine, siue post conuiuium. Quum Virgo hac ductaretur fiducia, accitis ministris clam in aurem dicit,

Quodcunque dixerit vobis facite.

Sunt haec magna fidei & spei verba: magnum est spei exemplum in Virgine: siquidem quod fide credidit, id per spem expectat. Hic verus fidei genius declaratur patienter expectare exauditionem: apprime hoc ostenditur in Abrahamo, Roma. 4. Qui contra spem in spem credidit. Virgo ac si apertam habuisset promissionem, mandat seruis, vt faciant quodcunque iusserit Filius. Haec nos docent quam efficax est perseuerantia in oratione fidei, quae nobis certitudinem de impetratione eius quod petimus, parit. Sic Moses pergebat in liberando

Fidei proprietates. Spes dilata probatio est fidei. Oratio fidei est efficax.

in liberando Israel ex Aegypto, vt maxime omnia diuersa accidere videbat: sic Dauid in acquirendo imperio semel promisso: sic Hezechias in defendenda vrbe Hierusalem: sic mulier Chanaanæ, Matthæi cap. 15.

Erant autem ibi lapideae hydrae sex posita, secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas.

Euangelista recensere non omittit media & occasiones praesentes, quibus circa hoc miraculum Christus vtitur, quae re vera non sunt negligenda: omnia enim conferunt ad tanti mysterii cognitionem. Est HYDRIA vas aquae, Graecis ὕδωρ sonat aquam. METRETA, est genus mensurae liquidorum (annotatore magno illo Budæo) continens cõgios decem, qui sextarios sexaginta valent, id est amphoram & quadrantem. Ad nostram mensuram Heduensem aut Parisiensem non facile metreta reduci potest, propterea quod non tam mensura quam mensurarum nomina soleant, non solum iuxta regiones, verum etiam oppidatim & vicatim immutari. De metreta si libet lege Budæum lib. 5. De ass. Placuit hoc annotare vt videremus quam largum fuerit Domini beneficium ex magnitudine vasorum, quae binos aut ternos cados capiebant, vt nec loco facile moueri possent.

Hydris Metretas

Secundum purificationem Iudaeorum.

Lapideae illae hydrae in eum usum illic stabant, vt si quis iuxta Iudaeorum consuetudinem, lotionem se purgare vellet, paratam haberet aquae copiam. Palaestina enim siticulosa est, & inaquosa, nec vbiuis, fontibus ac fluuiis irrigua est. Purificationes apud Iudaeos variae erant: aliae a Mose, aliae ex traditione Phariseorum erant: de quibus ait Marcus cap. 7. Pharisei enim & omnes Iudaei, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & a foro nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quae tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & aramentorum, & lectorum. Iudaei admodum superstitiosi sunt in operibus non solum legis, verum etiam humanarum constitutionum iustitiam quaerentes. Proinde aqua pura subinde sese lauabant, existimantes hac lotionem etiam peccata remitti, facerisque omnes peccatorum ablui, & per hanc purgationem sese sanctiores fieri. Vnde coram CHRISTO Pharisei discipulos accusabant, Matthæi cap. 15. Quare discipuli tui (inquiunt) transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas quum panem manducant. Non abs re ab Euangelista dictum est SECUNDUM purificationem Iudaeorum, nequis infidelium suspicaretur rubrum infusum esse vinum, deinde infusa aqua lympidissimum vinum effectum. Quare hoc dictum, SECUNDUM purificationem Iudaeorum, nunquam in hydriis vinum fuisse significat.

Palaestina siticulosa.

Purificationes Iudaeorum.

Baptisma multiplex.

Iudaeorum error.

Dicit eis IESVS, implete hydrias aqua.

Manifestaturus Euangelista visum seu potum ex mandato Dei provenire, addit verbum Dei iubentis: nam IESVS sentiens tempus adesse quo suis innotesceret, iubet ministris impleant hydrias aqua, vt ministros ipsos testes haberet, qui aquam haussissent, ne qua fraus, nequod praestigium putaretur. Hic locus aperte insinuat quam verum est quod Paulus praedicat Rom. cap. 5. Spes non confundit: non est Virgo spe sua, quam de Filii bonitate induerat, frustrata: nunc bonitatem suam a Virgine & conuiuii expectata exerit Christus, iubens implere hydrias aqua. Est re vera nobis Deus qualis nobis fide per charitatem operante credimus & persuademus. Nam qui hac fide credit Deum sibi propitium, mox propitium sibi experitur & sentit: qui misericordem, & misericordem habet. Rursus qui nihil boni de Deo optimo pollicetur, iam plane Deum, & omnem eius bonitatem pernegat. Credit Virgo Filium posse id in commodi siue eam vini defectio refarcire: non sine ardentissima spe ducta, operatis gaudia est.

Dens non in quem credimus.

Et impleuerunt eas vsque ad summum.

Paruerunt famuli, & vt iussi erant, impleuerunt hydrias vsque ad summum, miraculi subiectam materiam parantes.

Et dicit eis IESVS, Haurite nunc.

Haec sunt verba CHRISTI iubentis, ad cuius verbum & iussum ex aqua fit vinum. Nam implere hydrias aqua, & haurire aquam hydriis, non efficit vinum: sed quia Christus iubet, ideo fit vinum. Quia in re commendatur virtus & potentia Christi tanquam ab effectu: exerit enim vim suam Christus, ostendens se eum esse qui vineas irrigat, pluuiam per vitis radicem in vinum vertit (ait Chrysostomus) quum quod in planta longiori temporis spatio efficitur, id repente operatus est in nuptiis.

Vinum ex aqua.

Et ferte Architriclino.

e. i.



Ne forsitan aduersarii de vini bonitate calumniarentur, dicentes fuisse aquam, sed à conuiuii iudicari vinum, quòd illorum gustus corrupti essent, & palata iam multo vino obsurdissent: propterea Euangelista ait, conuiuias non tulisse sententiam de vino, sed Architriclinum, qui sobrius nihil adhuc gustauerat. Etenim nemo ignorat hanc praefecturam, qua quis curando conuiuii praefertur, viro maxime sobrio & temperato demandari. Is cæteris bibentibus, abstemius esse consuevit, saporum peritus, & palati iudicio callidus: vnde maiore & synceriores fide pronuntiare potest de vini bonitate quàm conuiuias: quorum palata iam variis escis affecta, ad saporis iudicium ferendum non tam idonea videntur. Hæ nuptiæ tamen pauperum fuerint, tamen tres mensas habuisse, id verbi denotat, ARCHITRICLINVS, quod praefectum tribus mensis significat, siue à tribus lectis ac cubitoriis dicitur. Triclinium locus est tribus cõstratus lectis ad discumbendum. Ad hæc sponfus ipse non ministrat, sed habuit suos ministros. Obserua quomodo fiducia neque suo voto frustratur neque à Deo deseritur, adeò vt plus eius benignitate accipiat, quàm ausa fuisset petere. Nam conuiuii istis non solum vini defectiõne refarciuit, sed vini (quod desiderabát) & eius pretiosi, magnã suppeditauit copiã. Quid hæc nos docent, nisi vt Deo cõstanter fidamus, etiã si auxilium aliquãtis per differat? Certò apud nos statuamus quàm ille sit verax, bonus, & propitijs: id non potest de se non praestare, & opere contestari, qui seipsum negare non potest, dummodo à nobis mala nostra voluntate non remoretur.

### Et tulerunt.

Læti quod sibi admandatum est, facere pergunt: bonum & odoriferum Architriclino vinum pitissandum offerunt. Si huius loci allegoriam quæseris, hi Ministri, sunt Apostoli & ipsorum discipuli: Infundere aquam & haurire vinum atque bibendum offerre, est acceptam ex Scripturis huiusmodi legis atque Euangelii intelligentiam vniuerso orbi ac omnibus qui ad CHRIS T I nuptias vocati sunt, prædicare. Norunt hi ministri (vt Euangelista ait) vnde hoc vinum adfit, & vt aqua fuit: hoc est legem fuisse, & ex lege reuelatum Euangelium: translata est lex in Euangelium.

Vt autem gustauit Architriclinus, aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquã.

Verbum, C V S T A V I T, hoc est pitissauit, quasi vel primoribus labijs attigerit, indicat Architriclini officium. E T non sciebat vnde tam pretiosum esset vinum, nisi accesserit is qui locũ & vas vnde hauitũ erat, cognoscerent. Sciebant ministri aquam vinũ factã.

Vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primũ bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc?

Posteaquam tum fragrantiam tum suauitatem vini, Architriclinus nescius miraculi, sensit: suspicatur statim errore ministrorum, conuiuii ordinem inuersum esse, quòd tale vinum distulissent in extremum conuiuii, præter communem omnium morem: cupiens discere quãnam occasione is error accidisset, non ministros, quos iam tanti erroris accusare videbatur, sed sponsum ad se vocat: Solenne est (inquit) & ab omnibus receptissimum, principio conuiuii, qui solent opiparius conuiuias excipere, optimum quodque vinum apponunt, atque ita pincernæ per me admandatum erat: post vbi iam temulenti, minus diiudicant palato, & intemperantius bibunt, apponitur siquod est deterius. T V A V T E M seruasti, id est præter aliorum morem fecisti: nam hoc vinũ, quo nullum suauius, quòdque magis palato arrideat, in finem conuiuii apponendum curasti: hic error, hæc faba in te cõdetur: nolim culpam & erratum hoc tam ineptum in me rejici: non meo, sed tuo consilio id factum est. Rem & miraculum praesentibus ministris qui aquam hauserant sponfus Architriclino aperuit, sciens tale vinum non apparatus fuisse, re postea ex famulis perquisita, cognitum est non solum aquam versam in vinum, sed etiam in vinum optimum longè suauius vino nostro Belnensi, quod (vt est omnium consensus) praesens nulli cedit: quæ enim per CHRIS T I miracula fiunt, multo his meliora sunt quæ per naturam fiunt. Itum est ad hydrias (de quibus nulla erat suspicio, quin soli aquæ fuissent consecratae) & compertum est eiusdem generositatis vino plenas esse. Hæc nobis insinuant Deum in dispensando Euangelio dissentire à toto mundo, qui primò dat bonum vinum & applaudit, postea id quod deterius est, & contristat: at Deus primũ quidem terret prædicatione le-

Architriclinus.

Triclinium.

Fiducia certa est.

Miraculis non temere credendum.

Vinum belnense.

gis, postea vero solatur. Possimus intelligere & VINVM quidem, sermonẽ Euangelicum, A Q V A M autem omnia quæ ante Euangelium, quæ liquidiora, & insipidiora erant, nunquam ad vini siue Euangelii perfectionem peruenientia: qui enim illa iuxta literam accipiebat, nihil saporis sentiebat: sed si Spiritu quis incedit & intelligit abscondita, inueniet aquam mutatam in vinum, aciditatem in dulcedinem, legem in gratiam, vmbra in veritatem, sterilitatem in fertilitatem, inopiam in copiam.

### Hoc fecit initium signorum IESVS in Cana Galilææ

Post suum baptismũ hoc fuit primũ signũ quod CHRIS T V S ædificauit. Atque hoc miraculum tunc temporis, non ita multis animaduersum est: sed post maiore cum fide res manauit ad omnes. Vnde in hunc vsque diem celebratur, & in occulto non est. Putarim istud esse initium signorum, nõ solum eorum quæ in Cana, sed quæ & alibi ædificauit: quòd Euangelista dicit, E T manifestauit gloriam suam.

### Et manifestauit gloriam suam.

Iste vnus est ex effectibus miraculorum CHRIS T I, scilicet CHRIS T V M manifestare gloriam suam: mox alterum subiicit Euangelista, vt per miracula ducantur homines ad credendum Christo. G L O R I A M hic vocat potentiam & virtutem CHRIS T I. Hoc signum index est potentia CHRIS T I. Quò magis nos abiicimus & abnegamus, eò magis Christi gloriam & virtutem agnoscimus, qua validiores & firmiores aduersus omnia mundi & Satanæ terribilimenta effimur. Manifestauit hoc signo Christus latentem in se gloriam diuinã potentia.

### Et crediderunt in eum discipuli eius.

En alter miraculorũ Christi effectus, cognito miraculo trahi per Spiritum à carnis & Satanæ tyrãnie, & duci voluntariè cõ obediõne ad credendũ in Christũ. Vt nobis persuadeamus CHRIS T V M esse Deum & hominem, Christum esse Messiam, Christum nostrum Redemptorem, per quem pacatum habemus Patrem Deum, non putauerim tam opus esse externis signis & miraculis quàm Spiritu Christi, hoc est Spiritu Sancto, qui dat fidem: fides enim donum Dei est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur, Ephesiorum 2. Discipuli C R E D I D E R V N T in eum, id est fidem ampliorem & firmiorem acceperunt. Prius quidem crediderant, sed non tam firmiter: habet certè suos gradus fides. Nam Cananaa mulier multum fidei habuisse dicitur, Matth. 15. veluti & Centurio ille, Luc. 7. At Matthæi cap. 8. nauigantibus discipulis & clamantibus, Domine, salua nos, perimus: dicit eis IESVS, Quid timidi estis, modicæ fidei? Ex his obseruemus: quemadmodum miraculo rarè quædam diuinæ virtutis declarationes sunt, ita animos electorum attrahunt, vt illam agnoscant, eisque sese dedant: reprobis vero, & male feriatis hominibus (quales erant Pharisei) scandalo sunt: at cæci sunt & duces caecorum.

### Post hæc descendit Capharnaum ipse.

P O S T H A E C, particula, connectendi vim habet. Finitis nuptiis, æditoque miraculo Canam Galilææ exiit, & pro suo officio, vt doceret aperiretque Dei Patris sui voluntatem, D E S C E N D I T Capharnaum: ea est ciuitas in eadem Galilæa gentium, iuxta lacum Geneareth, finitima Zabulon, & Neptalim, propter opum affluentiam luxu diffuens, & superbia tumens. C A P H A R N A V M, interpretatur Ager penitentia, vel Villa consolationis, aut Propitiatio penitentis. Hic descensus ante Ioannis carcerem fuit, non ille de quo alii meminerunt Euangelistæ, ante quem iam multa ædiderat miracula, neque ille quo è Nazareth mãsurus Capharnaum migravit, quam multis cohonestauit miraculis, in eaque frequens est versatus, vnde & eius ciuitas appellata est. Matthæi 9. & 11. Obserua: Vt Propheta, ita & Christus in celebrioribus vrbibus fere docuit, vt Euangelium commodius spargeretur, & ibi potissimũ virtus Dei declararetur ad saluandum, vbi præcipuè viguisset vis Satanæ ad perdendum.

### Et mater eius.

A circumstantia personarum confirmat historiam: quoniam ait Chryostomus, vt mihi videtur, quum paulò post esset Hierosolymam ascensurus, antè Capharnaum petiit, ne quocunque fratres secum & matrem traheret.

### Et fratres eius.

Primũ Christi miraculum post baptismum.

Miraculorum vsus. Gloria, Christi potentia.

Spiritus Christi

Fidei gradus.

Capharnaum.



*Fratres Christi.  
Heluidii hære-  
sis.*

Cognati erant à parte matris Virginis, & Ioseph patris, iuxta morem Scripturæ, quæ cognatos & consanguineos fratres vocat. Genes. cap. 13. Facebant hinc Heluidiani isti, ad versus quos disertissimè scribit magnus ille diuus Hieronymus.

### Et discipuli eius.

Sitibundi eruditionis Christianæ comitantur Christum discipuli, Andreas, Petrus, Philippus, & Nathanael.

### Et ibi mansit non multis diebus.

Fortassis illic paulisper moratus est gratia Matris & cognatorum: aut propter ingrati- tudinem Capharnaum: sicut de illa conqueritur Matt. 11. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes, &c. Hic locus indicat (ait Chryso- stomus) Christum non ante multos dies Paschæ fuisse baptizatum.

### Et prope erat Pascha Iudæorum.

Matre & cognatis in Capharnaum relictis, pergit quærens tempus ac locum idoneum palam declarandæ virtutis & authoritatis suæ, quam à Patre acceperat. En circumstantia temporis idonei: **P R O P E** erat, id est instabat celeberrimus ille dies Iudæorum, qui dicitur **P A S C H A**, quod Hebræis sonat Transitus: in memoriam illius beneficii Dei quo ma- iores eorum donati, ex Aegypto incolumes mare transferunt, terram promissam peturi.

### Et ascendit IESVS Hierosolymam.

Nondum lex antiquata erat, omnibus adhuc vigens, & mandans, Exod. 23, Tribus vi- cibus per singulos annos mihi festa celebrabitis: solennitatem quoque Azymorum custo- dies: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. Quum igitur eo tempore magna esset Hierosolymis hominum frequentia, qui ad diem festum ex cun- ctis Syriæ regionibus confluerant, eò veluti ad locum tabernaculi & adorationis (alibi enim non licebat celebrari Pascha, Deutero. 16.) Dominus concessit, & se contulit, ut in ce- lebriore loco & frequentiore hominum cõcione, Patris negotium curaret, & quod illi ty- po & figura celebrabant, hoc verè ageret: nimirum, ut homines per Euangelicam fi- dem, & Christianam pietatem relictis umbris, corpus & veritatem exciperent, abiectis tenebris in luce ambularent, atque à vitiorum caligine, ad lucem & vitæ puritatem tranf- ferrentur, verum celebrantes Pascha. Quæret forsitan aliquis, Quum Christus nihil legi deberet, cur tempore Paschæ ascendit Hierosolymam, & subdit se legi? Respõdeo: Quem- admodum Christus volens mortuus est, ut morte sua mortem nostram destrueret, & redi- uiuus vitam in se credentibus donaret: ita volens se legi subiecit, ut ipse, qui illius typici agni & Paschæ Iudæorum, veritas est, Pascha typicum & figuratum finiret. Deinde ut sub lege maledictos, à legis maledictione liberaret, ad Galat. 3.

*Christus volens  
legi subditus.*

### Et inuenit in templo vendentes.

Noua occasio declarandæ diuinitatis suæ **C H R I S T O** templum ingredienti (qui so- cus sacrificiis, & orationibus dicatus est) euenit: nam templum ingressus, non templi, sed fori & mercatus speciem offendit. Hunc mercatum ex auaritia quidem Iudæi insti- tuerant, prætextum tamen aliquem ex lege habebant: nam Deuteronomij 14, legimus mandatum, ut qui longius à templo habitarent, sua dona domi venderent, alia ea pe- cunia empturi in loco Domini. Hoc prætextu religionis, sordidum atque iniquum etiam quæstum exercebant, religionis occasionem vertentes in rapinam: hospitibus enim, ne deesset quod offerrent, magno vendebant, sed interim pacti erant cum Sacerdotibus & Leuitis, ut eadem animantia accepta ab iis qui obtulerunt, rursus ipsis venditoribus re- uenderent: atque ita turpe lucrum ex eodem animante frequenter rediens, inter vendito- res & Leuitas diuidebatur.

### Oues & boues, & columbas.

His tribus quicquid ad sacrificia & oblationes necessariū erat, cõprehendit Euāgelista.

### Et nummularios sedentes.

Quo paratior esset turpis hæc negotiatio, sedebant ad mensam nummularii siue cer- matistæ & colybitæ, qui minuiore moneta, mutarent maiorem, (ut in prophano merca- tu fieri consuevit) aut aurum argento, aut peregrinam pecuniam, eius loci moneta verte- rent: vnde

*Templum.  
Orationis locus*

*Leuitarum for-  
didus quæstus.*

rent: vnde sordidus ille conflabatur quæstus, non multum abhorrens ab vsura. Hic mos & hodie durat apud multos.

### Et quum fecisset quasi flagellum de funiculis.

Præcedenti miraculo in nuptiis, iuxta Nathanaelis confessionem se Filium Dei, & verum Deum manifestauit: nunc hoc illustri & cordato facto declarat se & Deum verum simul & Regem, non mundanum aliquem aulicum, sed spiritualem, qui in templo agat, & quæ in templo purganda veniunt, purget & expoliat. Ad templum Dei pertinet religio & præcipue cultus Dei: quem quum Christus adulteratum & defalsatum videret, voluit il- lum à falso vindicare, & natium, purumque reducere cultum. **DE FVNICVLIS** (quos reperit vbi oves & boues vendebatur, contexit sibi **FLAGELLVM**, quo ceu sce- ptro, ceu armis regalibus vsus est. Si rogaueris, Cur flagello ad eiiciendos emptores est vsus: dico, Ut ostenderet emptores tanquam canes è domo Dei profligandos, eosdemque futuario dignos, qui latrones essent: doceretque quid ciuilem magistratum apud Iudæos, contra illos sacrificiorum negotiatores, decuisset.

*Christus res spi-  
ritualis non auli-  
cis.  
Zelus Christi.*

*Sceptum Chri-  
sti, flagellum:*

### Omnes eiecit de templo.

Non solet **C H R I S T V S** frustatim sanare, aut morbos tollere: vnde hoc loco om- nem impium cultum & non tantum partem tollit. Magna certè indignatione simul & au- thoritate (quam radiolis quibusdam vultu ipso gestuque corporis exercebat) omnes illos è templo exegit negotiatores.

### Oues quoque & boues.

Non solum sacrificiorum nundinatores eiecit, sed & oues & boues tanquam res non iuxta naturam, quæ bona est, sed sacrificiorum auaritiam, impium cultum, & quæstum pri- uatum promouentes. Tanta isti auaritia ductabatur, ut nihil præter priuatum quæstum in votis haberent, quem vt auerent, sæpe vendebant non integra sacrificia, & ementes sæpe vt parcerent pecuniæ & laboribus, non integra emebat & offerebat: id quod spectabat tum in deonestationem cultus Dei, tum contra admandatum. Leuitici cap. 1, Optima offeretis Domino: masculum absque macula offeres. Deuteronomij cap. 17, & 17, Domino nihil im- molabitur claudum & debile, &c.

### Et nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Magnæ virtutis & authoritatis erat hæc profligatio, ut quæ etiam auarissimos, & ma- ximè quæstui studentes, rem, quam pro Deo habet, relinquere coegerit: nimirum colybi- starum æs effudit in terram, mensas etiam propriis manibus subuertit, docens hæc prof- sus esse conculcanda viris piis, & religionis Christianæ cultoribus.

### Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc.

Eiecit qui columbas, turtures, & minutulas res in templo vendebant. Quid si vidisset Christus, lenocinia, puellarum nundinationes, contractantium impudica colloquia, passim in locis, non typico tabernaculo, sed sacrosanctæ Eucharistiæ præsentia ornatis, & multa id genus quæ huc adscribere abhorret hęc calamus, fieri? non puto flagellis, sed scorpionibus huiusmodi nundinatores eiecit. Mirabile visu dum in medio feruore distractionis, in ipsa flamma zeli ardentis, dum sine cura sacerdotum, merces è templo exturbat, mitius cum columbarum venditoribus agit: quibus indignabundus tantum dixit: Auferte ista hinc, &c. & non subuertit eos. Si enim auaria quibus columbæ claudebantur, euertisset, euolassent columbæ, vnde his simplicibus viris multum incommodasset, & hoc damno affe- cti, in extremam fortassis inopiam cecidissent. Faciunt hæc ut coniciamus hos simplices fuisse homines, & qui minus magnis illis sacrilegis, Scribis, & Phariseis peccarent. Verbum **AUFERTE** indicat expressum esse Christi mandatum, non modo tollere impium cul- tum, sed etiam omnia illum promouentia: nihil enim commune habet cultus Dei cum impio Belial & eius affectis. Obserua hoc factum non semel Christum fecisse: nam quod Matthæus cap. 21, commemorat, fecit Christus prope tempus passionis in die Palmarum: quod autem hoc loco legitur, fuit in exordio signorum Christi.

*Simplicibus  
Christi mi-  
stor.*

### Et nolite facere domum Patris mei.

Indignabundus flagello istos nundinatores è domo Dei exturbans, non potest non ex- crere Christus officium suum, quod est, verum cultum **D E I** ab abusu vindicare, & docere

*Predicatoris of-  
ficium.*



Domus Dei.

Templum non violandum.

Templum Christianorum colendum.

quæ sunt optimi cuiusque Ecclesiæ partes, purgare scilicet ab omni impietate cultum Dei, & non sine Euangelium CHRISTI impuritate naniarum & quorundam somnatorum inuentis fordidari. **NOLITE** (inquit) id est caute, & omni studio conemini, ne ex domo Patris mei feceritis domum negotiationis, in qua exercetis quæstum illicitum. **DOMVM** Patris sui vocat simpliciter ipsum templum, quod domus Patris Dei erat, quia ad illud Pater se alligauerat verbo, & promissione: illudque in vmbra CHRISTI consecratum erat: in quo CHRISTO Pater orantes exaudit, & cuius solius sacrificium acceptum est Patri: idcirco sanctum erat: at quia sanctum, idcirco non contaminandum & prophanandum impio cultu, priuato quæstu, & imperfectis sacrificiis. Plerique eo tempore non existimabāt Christum vocasse Deum, Patrem suū, sed appellasse Deum, Patrem, iuxta Prophetarū exhortationes, Hieremiæ 3, Patrem vocabis me. Quum ergo typicum illud templum & figuratum, ab impietate purgare voluerit Christus: quanto magis studendum est ne verum templum (in quo Christus verè est, in quo sacrum illud conuiuium nobis apparatus est, in quo sacramenta illa septem à Christo instituta nobis communicantur, in quo oramus & exaudimur, in quo docemur ei? Gratis ergo in hoc templo quæ accepistis, gratis date, & nolite res sacras & cultus vendere, nolite aliquo religionis prætextu simoniam cooperire: Deus omnia etiam corda videt & intuetur: nolite elemosynarum colore turpem hunc vestrum quæstum pingere: quoniam ex pauperum, viduarum, & aliorum calamitatibus & miseris lucra comportatis in interitum vestrum & iustam condemnationem. Non est quod querulemini de victu: sunt vobis decimæ cōsecratæ, redditus pingues & abundantes, qui si iis qui bene præsumt ex æquo diuidatur, omnibus abundabunt: qui si non abundarent, quis dubitauerit subueniendū his qui bene præsumunt, & altario ministrant, non vt dominantur, & aulicorum partes agant, magis rebus seculi priuatisque cōmodis seruietes, quàm diuino cultui, & gregis sibi commissi custodiæ studentes? Hos ad se vocat Christus, Matth. 10, dicens, Scitis quia principes Gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos.

#### Recordati sunt vero discipuli eius.

Sensim & sensim apud se meditantibus discipuli, vt quid hos extra templum profigaret Magister, abundantius in fide promouerunt: quibus sic disputantibus, subit in mentem quod à Dauide Psalmo 68, prænūtiatū est, aut huius facti tam mirabilis recordati sunt, sci licet post resurrectionem, quū accepto Spiritu Scripturas intelligerent: vt hęc Euangelista mox in hoc capite explicabit.

#### Quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.

Occupatio est. Dicit fortassis aliquis, quū fieri potuit quod Christus omnium mitissimus, tanto impetu, cum vehemēti indignatione, hos nundinatores è templo eiecisset? Respondet: Nihil temere per Christum actum est: sed quod tam seure in istos qui templi religionem fordido quæstu prophanabant, animaduertit, ex præscripta prophetia & singulari zelo fecit. Voluit enim qui filius Dei erat, & Rex Israel, verum Dei cultū ab abusu vindicare. Hęc verba ex Dauide Psalmo 68, citata sūt. Ipsius Christi crucē & extremā necessitatem patientis, hęc sententia **ZELVS** & c. ætiologia est: reddit enim rationem crucis & persecutionis Christi: nam paulo antè in Psalmo scribitur, Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: quasi diceret, Fratres mei omnes in me scandalum passi sunt, nocte passionis meæ, & à fratribus meis, id est Iudæis, confusionem & opprobrium sustinui: à propriis fratribus Iudæis, quasi alienigena sum habitus: Samaritanum me vocauerunt, seductorem, dæmonium habentē, & multa id genus dixerūt: & peregrinus factus sum filiis matris meæ, id est Iudæis filiis Synagogæ, qui tamen illorū frater esse, dixerunt, Hunc nescimus vnde sit. Quid causæ fuit? Respondet Psalmographus in persona Christi, Quoniam zelus domus tuæ comedit me: hoc est, Ideo crucem & persecutiones à Iudæis patior, quia cultum tuum ab abusu vindico, & ex zelo adhæreo veritati. Hic zelus in CHRISTO, neque fuit carnalis, neque corruptæ naturæ affectus, sed affectus Spiritus: quem quia **CHRISTVS**, nondum exiit, timeant sibi domus Dei, id est Ecclesiæ Christianæ con-

Crux Christi ex zelo.

Zelus Christi.

stianæ cōtempores, blasphematores, persecutores, imprimis qui pro pastoribus fures, & latrones sunt facti, qui non verbum & Euangelium prædicant, quod certè non plusquam equus & mulus, quibus non est intellectus, nouerunt, tantum abest doceant, sed suam ambitionem & priuata commoda sectantur. **DOMVM** hic vocat Ecclesiam, & totum Dei cultum, quem qui violat, male apud **CHRISTVM** audit. Zachariæ cap. 1, Zelatus sum Hierusalem & Sio zelo magno: & postea, Qui tetigerit vos, tægit pupillā oculi mei. **ZELVS** domus tuæ, id est vehemens & ardens spiritualis affectus comedit, id est, commouit & incitauit me, id est, à te missum, vt ab abusu verum cultum vindicarem, vnde sequuta est mors mea. Verbum **COMEDIT** (quod est præteriti temporis, media longa) amplificat zelum in Christo: eoque potius vsus est quàm verbo Inflammavit aut Accendit, quod zelo hoc ductus, pro suorum conseruatione comederetur, hoc est moreretur, & ab impiis occideretur. Hic zelus huc è cælo **CHRISTVM** adduxit, vt suos liberaret: & opprobria exprobrantium tulit, ne perderentur electi. Quare quod in hac emptorū & veditorum profligatione seuerus visus est, non libido, non inuidia, non temeritas est, sed diuinus zelus, & indignatio iusta. Nō ab simili zelo ductus est Moses (alioqui mitissimus) in trucidandis idololatriæ. Exod. 32. Similiter Phinees Numer. cap. 25. Huc pertinet quod Act. cap. 7, dicebat Stephanus, Dura ceruice, & incircūcis cordibus & auribus, vos semper Spiritui Sancto resististis, & c. Cauendum est nequis hunc zelum sua autoritate sibi vsurpet, ne ex zelo fiat scelus: sed totis viribus adnendum est, vt iuxta scientiam sit zelus, qualem non habuerūt Iudæi **CHRISTVM** persequentes: cuius zeli meminit Paulus Roma. cap. 10, Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. & 1. Corinth. 3, Quū enim inter vos sit zelus & contentio, nōnne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Agi ergo oportet Spiritu Dei, qui filii Dei sunt, non autē sua duci ratione & autoritate.

#### Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei.

Familiare est Euangelistis, quemlibet ad alios factum sermonem, etiam si nullus ab illis præcessit ad quem referatur, appellare **RESPONSIONEM**: vnde quum Dominus coram hydropico, quem sanaturus erat, rogaret Legisperitos & Phariseos nū liceret sabbatho curare: Lucas 14. cap. præmisit, Et respondens **IESVS**, dixit, & c. Sic & hoc loco Iohannes dixit Iudæos respondisse, quos non interrogauerat Dominus. Accipitur interdum **RESPONDERE** pro loqui sermonemve ordiri ad aliquem, Esaia cap. 14, Vniuersi respondebunt & dicent tibi, & c. Placuit hoc annotasse ad tollendas quorundam scrupulorum quæstiones, quærentium vbi primum verbum Respondendi offenderunt, quis sermo præcessit, cui respondendum veniat: quod quæredum non est, quum Respondere pro Sermonem facere simpliciter accipiat. Ad hunc modum vsi sunt Euangelistæ pro exordio sermonis, licet ad alterius verba nihil regeretur. Quandiu tonat, tacent & non coaxant ranæ: quandiu fremuit & tonare visus est **CHRISTVS**, tacerunt impij Iudæi in suæ obstinationis palude taciti fordescentes: at vbi tonitruum quieuit, cæperūt adhuc tanto Domini zelo trementes, loqui & rogare Dominum. Ait Euangelista, **IVDAEI** in genere & non nominatim Scribæ aut Pharisei: vt insinuet non tantum Scribas & Phariseos hoc Domini facto commotos fuisse, sed etiam vulgares, & plebis faciem, qui magnorum hominum autoritate facile ad quæuis incitati ductantur.

#### Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

Quod putarent **CHRISTVM** simplicem hominem, abiectum, & infimæ sortis virum, vtputa fabrum lignarium, & filium Ioseph fabri, venerūt in magnam de illo admirationem, ex facto illo tam stupendo & admirabili, quo videntes & ementes tenui flagello & tanta autoritate eiecisset. Vnde accedunt ad Dominum quæstionem proposituri, quæ tacite inuestigat de vocatione seu missione **CHRISTI**: item de autoritate & iure quo licuit illi sic nundinatores illos (quorū apparatu sacrificia promouere videbantur) è templo tam seuerè exturbasse. Quasi dicerent, Ista facis & operaris contra Sacerdotū maiestatem & autoritatem: sine quorum permisso vix in templo sternutare licet, tantum abest meritas euertere. Vidēris gloriari te eiecisse colybiatas istos non temeritate, sed autoritate diuina: cautum est & prohibitum nobis, ne nouæ doctrinæ credamus, qualem tu doces citra signum: declara nobis aliquo signo, ne temerarium te existimēt nostri Pontifices & doctores, qua autoritate, quōve zelo ista feceris: nā & zelatus est Moses, & signis legationē suā

Mosi zelus.

Spiritu Dei agi.

Respondere pro Dicere.

Apta similitudo.

Plebs credula.

Vulgi opinio de persona Christi.



Phii. ees.

Israelitis probavit. Exodi 4. Zelatus est & Phinees, sed zelus eius autoritate diuina comprobatus est, Numeri cap. 25. Tu igitur æde & facito signū aliquod, vt intelligamus tibi licere ementes & vendentes è templo eiicere. O profundam Iudæorum cæcitatē! non videbāt miseri id ipsum, quod tā humilis in oculis eorum tantā exercebat potestatem, signum & miraculū esse plane stupendū, quo iam suæ diuinitatis radios Dominus exerebat, vnde agnoscere poterant, eum hominē & plusquam hominem esse, hoc est, & Deū & hominem.

Respondit Iesus, & dixit eis.

Tanta est CHRISTI philanthropia, vt istos suo responso dignetur, cuius si summā desyderaueris, hæc est, Licuit CHRISTO eiicere nūdinatores istos è tēplo, & vindicare ab abusu cultū Dei. Hoc docet argumēto ab opere diuinitatis, ab ipsa resurrectione petito.

Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud.

Christus prouocat ad resurrectionem. Resurrectio significans argumētū diuinitatis.

Quæritis signum quo confirmem vos vt credatis me non temerariē istos sacrificiorū venditores è templo exturbasse, potuistis quidem hoc factō iam confirmari: ego ad resurrectionem meam prouoco, quandoquidem nullo efficaciore signo probaturus sum me esse Deum & Dei Filium, quā resurrectione mea. Roma. cap. 1, Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum IESUS CHRISTI Domini nostri. Subnequit CHRISTVS & interpretatur quod adumbratus fuit per templū Hierosolymitanum. Nam SOLVITE (inquit) templum hoc, quasi dicat, O Iudæi qui signum quæritis propter veritatem quam vobis annuntio, occiditis me ipsum, qui verum illud templum sum, in quo omnes orationes factæ exaudiuntur, in quo solo propitiū & pacatus reperitur Pater. ET EGO tribus diebus excitabo illud, hoc est, Tertia die à mortuis resurgam, & rediuiuus apparebo cum magna gloria & potentia: vnde apertissimum erit me verum Filiū Dei naturalem, & promissum Messiam: & eam (qua nūc in profligatione horum nūmulariorum sum vsus) autoritatem, non rapinam fuisse, sed ad me spectare, & hoc zelo, Dei cultum ab abusu vindicasse. Quū dicit, SOLVITE, tacitè insinuat CHRISTVS crucem & mortem suam, ne fortassis apertiore modo eam explicans, præsentis discipulos nondum satis confirmatos deterreat. Soluere, occidere est. Soluite, prænuntiatium verbum & permissiuum, ac si diceret, Soluetis quidem siue occiditis me, etiam permittentem siue non resistentem. Sic apud Zachariam 13, Percute pastorem & dispergentur oves. Percute, pro Percuties positum.

Christus, tēplū.

Soluite, verbū, crucem indicat.

Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?

Talis fuit illorum responsio qualis fuit intellectus, Quadraginta sex annis sudatū est, (inquunt) in hoc templo, post Babylonicam captiuitatem, instaurando, & tu triduo excitabis illud? Nec solum id videbatur absurdum, sed etiam impium: nā impium erat, iubere solui tantæ religionis templum: tam operosam fabricam intra triduum excitare, dictū absurdum videbatur. Huic obiecto nihil respondit CHRISTVS, sciens se nihil profecturū si illis suum aperuisset sermonem, quum nec postea tot ædificatiō miraculis & prædicationibus crediderint. Quare manifesta erat cæcitas Iudæorū in re quam quum satis aperte insinaret, dicens, Soluite, & non ait Soluam ego: & tamen non intellexerūt, sed ad templum materiale retulerunt. Quū hæc dicunt, non respiciunt ad primam ædificationem, quæ tempore Salomonis cœpit, & septem annis perfecta fuit, postea per Nabuchodonosor regem Babyloniæ deuastata: sed ad templum quod sub Esdra restauratum est, Esdræ cap. 6. Cœpit restaurari templum primo Cyri anno, & absolutum sexto anno Darij filij Hydaspis: inter quos supputatoribus Hebræis numeratur quadraginta sex anni. Intelligamus structuram aliquando intermissam fuisse, quod impedirentur à vicinis Idumæis.

Instauratiō templi tempus.

Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Nequis in alium sensum quæ CHRISTVS dixit Iudæis, interpretaretur, exponit Euangelista, de quo corpore loquutus sit CHRISTVS.

Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius.

In dies vndique rebus singulis Scripturarum moniti discipuli, multum & abunde in Euangelio promouerūt: multo tamen clarius cognouerunt post resurrectionem, tum propter dona Spiritus Sancti, tum propter doctorem CHRISTVM, gloriosum, qui postquam resurrexit, familiariter illis colloquutus est, aperiens sensum illorum, vt intelligerent Scripturas,

Scripturas, Lucæ 24. Fuit hoc dictum eum aliquod semen in animis auditorum: quod discipuli in pectore recondentes, quid sibi vellet admirabantur, donec perfecta resurrectione, à Spiritu Sancto docti & illuminati sunt, CHRISTVM, templi vocabulo, suum ipsius corpus significasse. Iudæi vero hoc semen indignabundè in pectore seruarunt: qui postea recordati, obiecerunt illi hunc sermonem veluti capitale crimen, apud Sacerdotes impios, qui impium & sacrilegum duxerunt violare saxum illud templum; nihil veriti sacratissimum illud templum sanctissimi corporis, in quo inhabitat plenitudo diuinitatis, corporaliter impie demoliri. Sed hic ipse verus Salomon, qui sibi ex Virgine Maria condiderat templum, hoc ab illis solum restituit intra triduum, iuxta Prophetarum oracula.

Apostoli post resurrectione, quæ prius incognita, clarius cognouerunt.

Quia hoc dicebat:

Ætiologia est: adducit enim rationem recordationis à re præterita: præteritorum reminiscimur. Renouarunt discipuli in memoriam CHRISTVM dixisse hoc, Soluite, &c. de templo corporis sui.

Et crediderunt Scripturæ.

Non omnia vno tempore, sed statis & à se determinatis temporibus, iuxta suum beneplacitum bona sua Deus dispensat. Est certè gloria CHRISTI, & regnum eius nobis Spiritu Sancto communicatum: at quia pati CHRISTVM ante oportuit, quā regnum suum & gloriam ingredi (Lucæ 24.) Spiritus eò tam opulenti nō est datus, quod IESVS nōdum esset glorificatus, vnde oportuit discipulos māsse rudiores, donec mortuo & inde glorificato CHRISTO, Spiritus ille paracletus ipsis adueniret, quo repleti crediderūt tunc Scripturæ dicenti de resurrectione CHRISTI: non quod tunc cœperint credere Scripturæ, sed quia tunc explicitè crediderūt impletas esse Scripturas Prophetarum in resurrectione Iesu Nazarenæi. Aperuit enim Iesus sensum illorū, hoc est donū intellectus scientiæ & clarioris cognitionis, vt intelligerent Scripturas, & quid Scripturis ipsis Spiritus significaret.

Spiritus statis temporibus reuelatus. Spiritus apostolis scripturas aperuit.

Et sermone quem dixit Iesus.

Quum rediuiuum & gloriose resurgentem viderunt, explicitum habuerunt sermonem illum quem IESVS Iudæis obiecit, Soluite templum hoc, &c.

Quum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo:

Nominatim festi Paschæ septem diebus iuxta legis præscriptum durantis meminit: quod in Hierusalem eo festo confluerent & conuenirent Iudæi, per tribus & familias, audituri legem, & oraturi cum solennitate agni: idque fuit CHRISTO argumentum manifestandæ suæ potentiæ & doctrinæ, cui crediderunt.

Pascha solennitas.

Multi crediderunt in nomine eius.

Fructus prædicationis & miraculorum CHRISTI, est credere in nomine eius, id est verbo eius, & omnibus quæ de eò verè dicuntur. CREDIDERUNT in nomine eius, id est crediderunt & agnouerunt eum esse Prophetam & Filiū Dei, qui nominabatur & verè erat.

Credere in nomine Iesu.

Videntes signa eius quæ faciebat.

A signis causam reddit, cur multi crediderint: qui verbo non crediderunt, signis conuicti crediderunt. Insinuat hic locus CHRISTVM multa in hoc festo Hierosolymis fecisse signa, quæ tamen Euangelista memorare non duxit operæpretium: qui enim CHRISTVS ex his quæ scripta sunt, non sibi persuaserit, neque agnosceret eum etiam si ad vnum relata essent omnia. Quanta autem fuerint, docet Euangelista in fine huius historiæ, dicēs, Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Ipsè autem Iesus non credebat semetipsum eis:

Consulto seipsum subduxit à Phariseorum Scribarumque consortio & familiari consuetudine, ne traderent eum morti priusquam suo defunctus esset officio, ne mali etiam occasionem maioris mali accepissent: vnde quum non seipsum illis crederet, illorum malitiæ peccandi materiam substrahebat.

Eò quod ipse nosset omnes.

Rationem reddit, cur CHRISTVS semetipsum eis non crederet: nouerat omnes intus & in cute: videbat multorum animos auaritia adustos, quos tanta autoritas premebat, quum viderent CHRISTI doctrinam suo lucro & quæstui offerendam: videbat Phariseorum & Scribarum liuorem nondum in manifestam calumniam erupisse: sed tamen



Catechumenis non communi-  
catur: enchari-  
stia.

iam odium & inuidiam in cordibus conceperant, captantes occasionem ledendi. Obserua: quod CHRISTVS omnes nouerit, argumentu est CHRIS TVM esse Deum, qui solus omnia cognoscit. Ex his didicit Ecclesia, apud quam mos conualuit vt catechumenis corporis & sanguinis comunione no tradat, quia CHRIS TVS non credidit seipsum his (quoru hic meminit Euagelista) Iudæis, q̄ increduli essent, nec renati ex aqua, & Spiritu Sancto.

Et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine.

Probatio diuinitatis Christi.

Amplificatio est certitudinis & cause cur se illis CHRIS TVS non crederet: horum liuorem & conceptum in animis odium tam manifeste cognoscebat CHRIS TVS, vt tamen nemo sciat, quæ hominis sunt, Corinth. 2. nisi hominis Spiritus qui in ipso est: tamen non habet opus vt quisquam apud eum testificetur de homine, id est de natura hominis, cuius vires & superiores & inferiores aperte cognoscit. Hebræorum 4, Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Vt ergo credamus Christu natura Deum vnigenitu esse, adiecit Euagelista, vt quia opus ei no erat, &c.

Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Hypocritas autem iudicium.

Præcedentem sententiam simili Aetiologia confirmat, argumento à notitia quam CHRIS TVS vt verus Deus de homine & genio eius habet, petito. Cognoscebat ex sese non solum quod scribitur Genesis cap. 8, Sensus & cogitatio humani cordis in malu prona sunt ab adolescentia sua: sed etiam quid lateret in recessu cordium vnus cuiusque. Quam male ergo quis locaret spem & fiduciam suam in homine, cuius à puero mala est cogitatio, quam sancte hortatur Dauid dicens, Nolite confidere in principibus neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Nemo itaque, ait Paulus 1. Corinth. 3, gloriatur in hominibus. Denique quod nouerit Dominus quid in homine sit, deterreat nos ab hypocrisis, & confidere faciat in eum, qui tam benignus & propensus est ad miserendum.

CONCILIATIO PRIMA.

Homo res caduca.

Charitatis ingenuum.

Hominem non fidendum.

Quid hic docet Ioannes CHRIS TVM se non credidisse Iudæis? Itane docet vt nulli hominum confidendum sit? nam quum per charitatem ipsam iubemur omnes etiam inimicos diligere, non videtur sincera charitas vbi diffidentia de amico fuerit. Respondeo: Fide agnoscimus omnes homines mendaces, & ad malum pronos, à quibus, ceu ab ipsis, non est bonum: est enim omne bonum à Deo: vnde his non est fidendum, ne re caduca innixi labamur & præcipites ruamus. At charitas quæ de proximo non cogitat malum, sed de ipso omnia sibi bona pollicetur & sperat, facit vt proximo multa committamus, quæ sunt pietatis. Quod si spe sua frustratur, non inuidet, non conuitiatur, sed omnia suffert, omnia sustinet. Amica est charitas proximo, quem propriis etiam bonis adiutare parata est. Dicamus igitur, quantum ad fiduciam de salute attinet, nulli hominum fidendum est: nam omnis caro fœnum, & gloria eius sicut flos fœni. Quantum verò ad charitatem attinet, de quouis homine bene sperandum est: cui nos ipsos credere licebit iuxta charitatis præscriptum: quod CHRIS TVS fecit, cum illis aliquando conuersatus, aliquando se causa salutis illorum subducens, & materiam peccandi remouens.

CONCILIATIO SECUNDA.

Rechabitarum studium ergat parentes.

Euangelio plus quam parentibus debetur.

Quod in his nuptiis dure responderit CHRIS TVS matri, videtur præstare occasionem hoc suo exemplo, vnde filij contemnunt matres & duriter eas tractent. Respondeo: Absit, vt qui virtutis & omnis spiritualis doctrinæ est absolutissimum exemplar, hoc doceat: carnali durum videtur responsum: spiritualis autem, hoc dicto, fidei rationem cognoscit: nam in his quæ sunt & pertinent ad charitatem, honorem & obedientiam parentibus debemus: quod ipse Christus exemplo docuit, quum parētibus (quibus subditus erat) se morigerum præstiterit. Commendantur Rechabite apud Hieremiam cap. 35, quod patri morem gesserint & obediuerint. Rursus hoc à Deo admandatum est, vt indicat Decalogus: In his vero quæ spectant ad fidem & pietatem Christianam, si me auersatur pater aut mater aut frater, relicto parente amplexabor Euangelium. Est proculdubio veræ pietatis opus, aduersus parentes crudelem esse in fidei negotiis, hoc est parentis gratia non relinquere CHRIS TVM, & quod à Deo demandatum est, exequi, siue placeat siue displiceat parenti. Huc pertinet quod scribitur Lucæ 14, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem,

matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Rursus Matthæi 10, Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nuntium aduersus socrum suam, & inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Quare CHRIS TVS suam sequutus doctrinam, sese pium erga matrem & officiosum præstitit, quoties charitatis opus præstandum fuit: sed quum negotium Patris sui cælestis agendum tractandumve fuit, neque Matris, neque Ioseph neque parentu personam respexit: sed quodammodo durus visus est, docēs Patris negotium non indigere consanguineorum opera. vnde Lucæ 2. dicebat Veritas, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

CAPVT TERTIVM.



Magister nominatus est. A Deo venisti? Deus tu misit, non homo, vt doces nos. Renatus es? genitus suus: ita desuper. Demo iterato vel secundo. Videre regnum? etc. id est non potest esse cuius regni Dei.

Demone vel de superis.

Magister Israelis.

Et nemo etc. nemo novit res cælestes præter me.

Indicet eodem vet. & infra.

RAT AVTEM homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad IESVM nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit IESVS, & dixit ei, Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnu Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci quum sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci? Respondit IESVS, Amen, amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo: Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit IESVS, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixerò vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam: Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui cre-

Nicodemus noctu accedit ad Christum vt docetur.

Nasci denuo.

Nasci ex aqua & Spiritu Sancto. Caro. Spiritus.

Magister.

Serpens in deserto Num. 21.c

Vita æterna. 1. Ioan. 4. b. Dilectio. Fides in Christo. Ann. Indictum.



dit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim eorum mala opera: Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: quia in Deo sunt facta. Post hæc venit IESVS & discipuli eius in Iudæam terram: & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in AEnon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur: Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego CHRISTVS: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Tenebræ.

Lux. Opera.

Christus in Iudæa. Ioannes baptizans.

Ioannes docet discipulos suos se non esse Christum. Sponsus.

Fides, vita æterna. 1. Ioan. 5. b

Ira Dei.

In nomine in nomine. Hoc est autem id est hæc est autem tem cond. m. a. tio vel causa cõ demnationis.

In Deo, id est in Iudæa facta.

De purificatione, id est de baptismo, quod sicut bat nomine Christi.

Signauit, &c. id est velut signo apposito declarat quod Deus sit promissus. Dedit enim permisit omnia eius potestati. Non videbit &c. Hebr. Semper in Deo iudicio mortis æternæ erit ad dicitur.

Erat autem homo.

C A P. III.

Euangelii Ioannis summa.



**S**COPVS Euangelistæ est narrare quomodo IESVS CHRISTVS se orbi aperuerit esse Filium Dei & Messiam in lege promissum. Quum igitur præcedenti capite duo insignia miracula eius (ex quibus diuinitas CHRISTI cognosci potest) memorauerit, peropportunum visum est nunc disputationem, quam cum Nicodemo CHRISTVS habuit, adiungere: in qua & quid ipse præstiturus venerat, vt ciues regni eius simus, & quid à nobis requirat, dilucide explicatur. Docuit Euangelista in fine præcedentis capitis multos qui ex conspectu IESVS miraculis CHRISTO crediderant, vnde verisimile est Nicodemum fuisse vnum ex his qui CHRISTI miraculis persuasi, crediderunt verbo: Antequam ergo Euangelista procedat ad familiare colloquium Christi & Nicodemi, diligenter suis pingit coloribus personam Nicodemi: qui nobis proponitur cœli viuum exemplar prudentium & sapientium huius mundi, antequam perueniant ad renascentiam, & regnum cælorum.

Ex Phari-

Ex Pharisæis.

Commendat Nicodemum à secta Pharisæica, quam sequebatur. Hic erat ex eorum ordine, qui apud Iudæos religiosiores habebantur. Quatuor sectas apud Iudæos fuisse meminit Iosephus, Pharisæorum, Saducæorum, Essæorum, & eorum qui authore Iuda, Sanelonitæ, tempore census fuerant exorti. Horum dogmata pariter & mores paucis descripsit libro belli Iudaici secundo, cap. 7. lib. Antiquitatum 15, cap. 8. & libr. 18. cap. 2. Pharisæi legis studiosiores, fatum cum libertate tamen nostræ voluntatis agnoscebant, animam credentes immortalem. Pharisæi dicuntur Hebræis Phorschai vel Phorschin, quasi Expositores & legis interpretes, quod postea Græci non nihil immutates dixere *φωρηται*, id est Pharisæi. Pharisæus interpretatur Diuisus. EX PHARISÆIS, id est ex doctissimis. Huiusmodi enim habebantur prudentissimi & sanctissimi, quod horum institutum sanctissimum diceretur, vt nihil profusus in eo desyderaretur.

Nicodemus Pharisæus. Pharisæorum dogma.

Pharisæus quis;

Nicodemus nomine.

Grauem quam explicaturus est disputationem Euangelista confirmat à circumstantia personæ, quam nominatim scribit. NICODEMVS, Hebraicè interpretatur Innocens sanguis, Græcè vero Victoria populi.

Nicodemus etymon.

Princeps Iudæorum.

Adscriptus erat in ordinem eorum qui apud Iudæos primores erant, non solum in doctrina legis præcipuus doctor, sed etiam magistratu & præfectura in populo insignitus.

Hic venit ad IESVM.

Tametsi princeps esset inter Iudæos, & ageret inter Pharisæos, hoc est grauiores CHRISTI hostes, tamen semen Dei in eo vincebat omnes has tricas & honoris titulos, quibus impedire solet mundus ne ad CHRISTVM accedatur. Hoc indicat verbum VENIT, quo commendatur studium cognoscendæ veræ religionis in Nicodemo, qui venit vt de doctrina vitæ æternæ certior feret, & mysteria Dei plenius disceret.

Nicodemus studium.

Noctæ.

Circumstantia temporis ostendit hunc metu & timore potius quam impietate, & pudore humano verius quam pueritate teneri: pudebat enim fortasse eum, qui primariæ authoritatis inter Iudæos erat, humilem IESV discipulum videri: deinde timebat ne si confiteretur IESVM CHRISTVM, primus esset in Synagoga cui hoc conuiti à Pharisæis & principibus Synagogæ obiceretur, & à senatu expulsus anathema fieret. Hic tamè quia diligebat CHRISTVM, clandestinè adeundi occasionem quærebat, vt cum ipso loqueretur, & suum affectum in ipsum exerere posset. Occultus ergo hic accessus ex infirmitate & formidine est, ne fortassis si ab aliis videretur, hæreseos accusaretur: vnde manifestum est veterè Adamum adhuc in illo fuisse necdum veram lucem assecuto, dum ad noctem ambulat. Nam si nouum hominè induisset, in luce vel meridiana venisset, omni secluso timore.

Et dixit ei, Rabbi.

Secretiorem domum ingressus, CHRISTVM salutat, captans benevolentiam à persona CHRISTI seu dignitate personæ. Hanc salutationem putauerim ex bona mente produisse: modestissima enim & prudētissima est hæc Nicodemi disputatio cum CHRISTO. Non conuenit Christum, vt malitiose eum tentet, aut pericaciter contendat, aut astute capiat eum in sermone: sed civilis & candida est disputatio, qua fitit discere, quæ sit vera iustificandi ratio, quæ methodus ad iustificationem, quis eius modus: Aliorum autem Iudæorum disputationes, aut sunt captiosæ, vt ea quæ est Matth. 22. de censu, & Matth. 19. de libello repudij: aut inuidiosæ & malignæ: vt Matth. 22. de resurrectione, & mandato magno in lege: aut infideles & procaces, vt Ioan. 2. quum signum postulabant. Bona vero & sancta est hæc Nicodemi disputatio. RABBI Hebraicè sonat Magister mi.

Iudæorum multiples & captiosæ disputationes. Rabbi.

Scimus quia à Deo venisti Magister.

Magna hæc Nicodemi confessio, qua cõfiteretur CHRISTI officium, quod est doctorem & magistrum orbis esse, hoc est docere: & simul singulari commendatione aperit dona CHRISTI, & potentiam eius: quasi diceret, Sanctitate vitæ & miraculis tuis hoc mihi persuasum est, te doctorem à Deo huc venisse. MAGISTRVM vocat ipsum, quasi purum hominem, de quo non aliam adhuc maiorem induerat opinionem. Magister hoc loco nominandi casus est, non vocandi.

Christi officium.



Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

*Nicodemi opus-  
nio de Christo.*

A ratione confirmat Nicodemus quod dixit CHRIS TVM à Deo venisse. Istud est à ratione propinquum argumentum, NEMO potest hæc signa facere quæ tu facis, ergo à Deo venisti Magister: nam hanc ipsam quam præ te fers docendi auctoritatem, res ipsa loquitur, non ab homine traditam esse, sed à Deo. Quis ædere posset hæc miracula quæ profers, nisi Deum habuerit sibi & præsentem & opitulantem? Hæc ostendunt Nicodemum nihil aliud suspicatum adhuc esse de CHRIS TO, quam quod propria virtute miracula non aderet, sed cum solum Prophetam aliquem esse, cui Deus opitularetur, & in ædendis miraculis faueret. Quasi dicat, Scio quam male de te suspicentur nostri Pharisei & seniores legis, quos re vera aut parum prudentes, aut inuidos putauerim: sed hoc nihil me moratur: verum aliquid est quod me potissimum mouet, nempe quod aduersus Mosem vidèris docere: putâne contemnendum esse, quod ego tot annos in secta Pharisæica omnium sanctissima irreprehensibilis vixerim? Sint qui tuæ doctrinæ adhæserint, ego tamen laboriosus illis meis studiis nihil tuæ doctrinæ sum assequutus: aut igitur doce me hanc tuam doctrinam quam non sum assequutus, & fac intelligam, aut suspicabor te male docere.

Respondit IESVS, & dixit ei.

Quod docuit Paulus Rom. 14. Infirmum in fide assumite, didicerat ex hoc, & aliis sui præceptoris IESV CHRIS TI factis, qui mansuetissimus doctor, qui que (vt est apud Esaiam cap. 42. calamum quassatum non comminuit, nec linum fumigans extinguit) Nicodemi infirmitatem, & imbecillitatem non est auersatus, timidum atque intempestiuum saluatorem non repulit, sed qui præcipue propter ægrotos venit, hunc & doli & malitiæ expertem (propter quod dignus videbatur, qui paulatim ad sublimiora prouheretur) comiter & benigne accipit, continuo summam doctrinæ suæ illi proponens, subobscuris tamen verbis, vt eliciat hominis ruditatem paulatimque erudiat, & ab affectu carnali transferat ad intelligentiam spiritualem.

Amen, amen dico tibi.

*Iurat Christus  
in re serua.  
Amen, amen.*

In re seria & certa, imò & quæ se aliter habere nõ potest, iurat CHRIS TVS. AMEN vox Hebraica, qua confirmatur quod narratur, & significat Fiat, vel Verè & firmum. Gemina hæc vox Amen, amen, confirmationem intendit, & exaggerat Nicodemi ruditatem, & somnolentiam: facitque vt attentior reddatur Nicodemus, & sublimiora audiat mysteria. Quidam interpretatur Amen positum pro nomine veritatis, vt sit sensus, Amen, id est Ego qui sum veritas, amen, id est veritatem dico tibi. In qua significatione interpretatus est locum illum Apocal. cap. 3. Hoc dicit Amen, testis fidelis, &c.

Nisi quis renatus fuerit denuò.

*Natiuitas du-  
plex.  
Renascentia  
spiritualis.  
Fides mortua.*

O doctrinam cælestem & cælitus demissam! qua, quis non clarè & apertè videt quàm CHRIS TVS abiectam & prorsus inutilem ostendat istam ex Adamo natiuitatem, vt carnalem damnat, quæ neque capax est eorum quæ sunt ipsius Spiritus, neque sufficiens & idonea qua eatur in cælum? Videtur ad hunc modum dicere CHRIS TVS, Quia adhuc carnalis es, ò Nicodeme, vt pote qui de me nimis humiliter sentis, nempe me magistrum esse & Deum mecum esse, non autem me Deum esse credis: merito ita de me sentis: quia nondum renatus es, & caro eò te vehere non potest, sicut nec tui similibus. Quare, qui tanto desyderio flagras nouam ex me discere doctrinam, quam tanto labore, tot annis, tam magno sudore in volucendis tuis libris tuisque istis viribus non es assequutus, intellige & habeto pro indubitato neminem nisi renatum, totumque innouatum, neminem adhuc cæcitati & veteri pelli immersum, nisi veterem pellem exuerit, posse regnum Dei videre. Huic quod dico indiuisè adhærescito, Nisi tu & quisquis alius fuerit, ex Deo renati fueritis, piam & dignam de me opinionem habueritis, extra regnum cælorum estis. Infinita est hæc propositio, NISI QUI S, &c. pro vniuersali: Omnibus enim hominibus regnum cæli ingredi desyderantibus loquitur Dominus. Reiecta carnali natiuitate, commendat alteram quæ per renascentiam fit, tanquam spiritualem, capace[m] rerum spiritualium, & efficacem, per quam nobis est via & ingressus in cælum: Quare vt regnum cælorum ingrediaris, hoc est vt vere accipias ea quæ sunt in regno cælorum, siue vt verorum bonorum particeps fias, non satis est obiter cognoscas CHRIS TVM, historiali fide de CHRIS TO sis ornatus, confitearis

confitearis verbo CHRIS TVM, & potentiam eius commendaueris. Hæc enim fides est mortua, quæ nulla ornatur charitate, sine qua pereunt omnia: sed necessaria est renascentia ex aqua & Spiritu Sancto.

Non potest videre regnum Dei.

*Regnum Dei  
videre.  
Nouum homi-  
nem induere.  
Credere in no-  
uum Christi.  
Esse in Filio.*

Iuxta dialecton Hebraicam dictum est VIDERE regnum Dei, pro eo quod est Participem esse regni Dei. REGNUM Dei, accipit pro omnibus rebus ad regnum illud pertinentibus. ad Rom. 14. Regnum Dei est iustitia & pax & gaudium in Spiritu Sancto. Certa perceptio salutis, quæ sita est in iusta Dei cogitatione & oblatione Spiritus Sancti. Quibus hæc contigerunt, nunc spe beati sunt, & in futuro iis bonis plenè fruuntur. Quare quum hæc omnia ab eo pendeant, quod suo nos Deus spiritu afflet, inflammet, & ad se trahat, rectè dictum est à Domino, Neminem nisi quis renascitur, & exuta omnino veteri pelle, induerit ex integro nouum hominè, posse videre regnum Dei; hoc est adhærere rebus cælestibus, & verè cognoscere quæ ad beatitudinem illam cælestem & supernam pertinent: vnde Paulus nouum hominè & nouam in CHRIS TO requirit creaturam, quæ in nobis cœpit, simulatque datum est credere in nomè CHRIS TI, & sic esse in Filio. Perficitur autè quotiè à Spiritu Dei, qui ad imaginem CHRIS TI nos in dies magis ac magis reformat. Legito de his Paulum 2. Corinth. 3. 4. & 5. Galat. 3. & 6. Ephes. 2. & 4. & Colof. cap. 3.

Dicit ad eum Nicodemus.

Humi adhuc serpit Nicodemi animus, qui quum putaret se in negotio pietatis aliquo intelligere, nihil intelligebat, tantum abest vel prima principia quibus itur ad pietatem & religionem Christianam cognouerit, prorsus ignorans renascentiam & nouam in CHRIS TO natiuitatem. Cogitatu enim suo, non nisi ad patrem & matrem ac puerum pertingit; & sibi persuadet denuò infantem fieri oportere. Vnde quia carni ignota ingrataque est renascentia, eidem fortiter se opponit caro, qua non plene adhuc tersus Nicodemus, puerilia rationis carnalis argumenta adducit aduersus renascentiam.

Quomodo.

*Quomodo, vox  
incredulitatis.*

Perturbatus Nicodemus & rem non intelligens, non sine honoris exhibitione inquit de hac renascentia, argumento ab impossibili iuxta humanam sapientiam petito. QVOMODO, vox est incredulorum.

Potest homo nasci quum sit senex?

A circumstantia ætatis, adducit impossibilitatem. Qui fieri potest vt homo iam prouectæ ætatis, quemadmodum ego sum, nascatur denuò?

Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire & renasci?

*Nicodemus i-  
gnorat renascentiam.*

Confirmatio est prioris argumenti Nicodemi adhuc carnalis & animalis, qui non percipit ea quæ sunt Spiritus, 1. Corinth. 2. nihil ultra res humanas cogitans, corporalem quendam ventrem, & reditum hominis rursus ad partum fingere cogitur, dicens, Num quæ fieri potest, vt in vterum maternum rursus quis redeat, & introeat, atque inde nascens denuò prodeat? hoc re vera fieri nequit, Quæ est ista noua doctrina? neque Peripatetici, neque Academicici nouerunt. Tot annos sum apud Mosem & inter sapientissimos huius seculi versatus: nihil huiusmodi aliquid docuerunt. Nasci semel noui: sed renasci nullus hominum nouit. Renasci, Quid istud est? parricida fiam? findendus est matris vterus? si mihi in illum introeundum fuerit, vt renascar, morietur illa. Aut quomodo renascetur, cuius mater animam efflauit, & cuius corpus in cinerem redactum est? Qui fieri hoc potest? actumne est de me nisi renascar? Hic à Deo magister docet necessario renascendum esse: quomodo renascar qui matrem perdidit, patrem non habeam superstitem? Neque solum hæc renascentia animam Nicodemi perplexum reddebat, sed etiam quod audiret regnum Dei promissum, & renatos participes fieri donorum spiritualium, & habitationis supernæ. Hæc inaudita illi erant, quod hæc apud Iudæos nomen Regni cælorum non esset auditum: sed promissio terræ, & bonorum ipsius: quod siquid de regno Dei cognouerunt, hoc per umbras & ænigmata didicerunt. Colligamus ex his, vnicam nouerat Nicodemus natiuitatem ex Adamo & Eva: ex Deo & Ecclesia nondum nouerat. Nouerat solum parentes quoad mortem generant, non qui ad vitam: nouerat parentes qui generant successores, non nouerat eos qui semper viuèntes & permanentes generant: nouerat natiuitatem de terra, non de cælo: vnam de carne, non illam de Spiritu: vnam de morte, non illam de æternitate:



ynam de masculo & fœmina, non illam de Deo & Ecclesia.

Respondit IESVS.

Tanta est CHRIS TI philantropia, tam vehemens erga homines amor, vt ne hoc quidem tam crasso responso Nicodemi offensus fuerit: ignorantem non reiecit, sed erudit cum amice ad meliora, non grauatus interpretari quid sit renasci denuo siue è supernis.

Amen, amen dico tibi.

Paucis mysterium renascentiæ absoluturus, iurat & iuramento confirmat quàm necessarium fuerit cum renasci, qui voluerit regni cœlestis particeps fieri.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto.

Reiectis velaminibus, vt imbecillior Nicodemus erudiat, renascentiæ causas seu media explicat. EX AQUA, visibili sacramento, & Spiritu inuisibili, fit hæc renascentia, ô Nicodeme: quæ non carnalis est, sed spiritalis: nec constat propagatione corporum, sed transformatione animarum. Nec hac natiuitate rursus efficiuntur filii hominum, sed filii Dei. Si quis rogauerit me, Quomodo potest aqua generare? hunc interrogabo, Quomodo semen & ipsum aquosum existens, potest in hominẽ transformari? Quare respondeo, sicut in corporali semine totum est gratiæ diuinæ, ita & in Baptismo, aduentante verbo, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ex fide prolato, ad elementum, fit sacramentum, hoc est vim & efficaciam mortis & resurrectionis CHRIS TI habet hic Baptismus, ex dono & liberalitate CHRIS TI, qui omnes ab Adamo vsque ad nouissimum hominem secum in crucem, sepulturâ, & resurrectionem traxit. Dicebat enim, Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Quare quum nõ amplius moriatur, & vna oblatione siue corporis sui litatione consummauerit in sempiternum sanctificatos, Hebr. cap. 10. dedit vim & energiam suæ mortis & resurrectionis ipsi Baptismo, hoc est per Baptismum exuimus veterem hominem, & induimus nouum hominem. Ephes. 4. Qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ad Titum 3. Secundum misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti. Obserua quisquis est qui Spiritu ductus, Symbola mortis seu sepulturæ & resurrectionis, in aqua illa conferuntur. Qui baptizatur, mergitur in aquam: istud est sepulturæ symbolum: commoritur CHRIS TO, & quia huic baptizato propter peccatum debebatur mors, hanc passus est CHRIS TVS pro eo, cuius vim recipit in hac mersione, quæ trina triduum mortis CHRIS TI designat: deinde ex aqua erigitur & redit fulgidior & clarior, incorruptionis ferens indumeta, qui in aqua corruptionem submersit. Sicut CHRIS TVS moriens, omnes ab Adamo acceptas infirmitates in morte submersit, & gloriosus resurrexit, ita & baptizatus cum mergitur, moritur ipsi veteri Adamo, hunc abnegat, & resurgit cum CHRIS TO Filio Dei, recipiens Spiritum adoptionis, quo per CHRIS TVM Dei Filium naturalem adoptatur à Patre, & fit Dei Filius. Ista Paulus Rom. 6. abunde declarat, An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in CHRIS TO IES V, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: vt quomodo CHRIS TVS surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Hæc non carne sed spiritali oculo, hoc est fide, videntur. Quid videtur? puellus peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit: filius præuaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit: filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit: filius iræ descendit, sed filius misericordiæ ascendit: filius diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Hæc aqua indicat nobis mortificationem. Quam? carnis: quæ maxime necessaria tum baptizato tum post Baptismum respisceti & pœnitentiæ agenti. Respiscen- tibus suadebit Palingenesia, hoc est Regeneratio, vt expendamus perspiciamusque quales sumus, vt tale quiddam quod pauoni accidit, & nobis accidat, qui explicatas pennas illico demittit, & fastum deponit simulatque pedes inspexerit. Quis enim, si quis animo serio dicat, Ego caro sum, in peccato conceptus, cum peccato natus, sum veluti peccati coagulum, nullus ex me spiritus, nulla vita, hæc omnia damnata & abiecta sunt tanquam inferiorum ritiones: quis in quâ gloriabitur? ista contèplatus re vera demittet fastum & superbiæ alas de- glabrabit, dicetque coram Deo, Domine Deus, ego agnosco me peccatorem, omnes vires meas nihil esse, iustitias meas pannos esse menstruosos: quare tuæ gratiæ me dedo, de qua iuxta tuum promissum non diffido, spiritu tuo gubernam me, aufer à me veterem istum hominem, & indue me nouum, vt non secundum sensum meum & stultam meam rationem, vitam hanc transfigam, sed collige me tecum, & in sinu tuo foue. Hæc est vera nostri morti- ficatio

Aqua quomodo regenerare potest. Baptismi virtus Renascentia per baptismum.

Symbola mortis & resurrectionis.

Mersio trina in baptismo.

Aqua significatio.

Palingenesia. Regeneratio.

ficatio & viuificatio ex Spiritu. Obserua. His verbis Christus explicat pactum & fœdus quod nobiscum pepigit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit: qui verò non crediderit, condẽnabitur. Hoc fœdere Deus pollicetur, & pacto conuenit cum homine, quod illi peccata remittet, & illi propter CHRIS TVM, recipiet in filium, donabitque illum Spiritu Sãcto pro pignore hereditatis, qui viuificet & sanctificet. Hoc grauissime testatur Petrus 1. Epist. cap. 3. Quod & vos nunc similis formæ (inquit) saluos facit baptismus, nõ carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem IES V CHRIS TI. Quasi diceret, Baptismus præcipue est instrumentum quo nobis auferitur peccatum & confertur gratia: estque pacti bonæ conscientiæ erga Deum, per resurrectionem IES V CHRIS TI, quo Deus erga nos testatur se nobis placatũ esse, propter resuscitatum CHRIS TVM, vt vicissim hoc fœdere bona conscientia benè respondeat apud Deum, confidens se habere placatum Deum propter CHRIS TVM. Vide quæ in illum Petri locũ annotauimus. Quãtum ad nos attinet, percussimus fœdus cum Deo, cui astringimur ad mortificandum per omnem vitam membra peccati, abrenuntiantes Satanæ, mundi gloriæ, & pompis eius. Quare dum baptizãdus mergitur, verbum Ego te baptizo, &c. pronũtiandum est cum fiducia, quæ innititur promissioni, Qui crediderit & baptizatus, &c. Nam auctore Augustino. In aqua verbum mundat, detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Vnde ista tanta virtus aquæ vt corpus tingat & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, aut pronũtiatur, sed quia creditur: Nam & in ipso verbo aliud est sonus transit, aliud virtus manes. Propterea dixit Apostolus Ephes. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, &c. Hæc ex Augustino. Quare quum minister dicit Baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus Sãcti, videtur significare hoc visibili signo, Ego IES V CHRIS TI minister, te baptizo & tecũ pacifcor ac testor, te reconciliari Deo, te recipi à Deo qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Hoc Dei pactũ cum homine, soluit eam difficultatem qua quidam perplexus erat de necessitate huius sacramenti, quod ianuam dicimus regni Dei, quum multi in cœlis sint, quales erant patres veteris Testamẽti, qui Baptismum ignorauerũt, quid de illis dicendum? Respondeo: Renati erant ex Spiritu, quibus lex noua non admãdata erat ex aqua, & Spiritu renasci: aut quemadmodum Cathecumeni non admittuntur ante Baptismum ad cõmunionem corporis & sanguinis CHRIS TI, aut reliquorum sanctæ Ecclesiæ sacramentorum: licet corde credant, & ore cõfiteantur fidem CHRIS TI: ita nec quotquot fuerunt patres ab origine mundi, quanta quanta fuerint iustitia ornati, in illam cõmunionem gloriæ & visionis Dei sunt recepti ante mortem & resurrectionem CHRIS TI, in qua baptizati sunt & loti inundatione sanguinis & aquæ de latere CHRIS TI profluẽtis. Eorum quæ diximus summa est: Renascentia siue Baptismus necessarius est ad salutem: qui rite exhibitus, est exhibitio remissionis peccatorum, beneuolentiæ Dei suscipientis nos in filios, consecratio hominis in gregem CHRIS TI, cõoptatio in eorũ numerum qui Spiritu Dei donati, peccatis cum Domino verè moriuntur, & iustitiæ viuunt: eoque verè mundantur, saluantur, regenerantur & renouantur, non per externã illam ablutionem & depositionẽ sordium in carne, vt prænotauimus ex Petro, sed per Spiritum Dei viuificantẽ & fouentem nos, nostrõque spiritui testificantem de Dei erga nos beneuolentiã: vnde bona erga ipsum sumus conscientia, i. Petri. 3. Et ad imaginẽ Dei transformamur à gloria in gloriã, tanquam ab eodẽ Spiritu Domini, 2. Corinth. 3. Hunc autem spiritũ dignatur Dominus exhibere & largiri suis, ministerio Ecclesiæ in Baptismate.

Non potest introire in regnum Dei.

Videtur mihi locus sic intelligendus: Nisi quis peccatorum remissionem Sanctũmque Spiritum percipiat, & ita in meum gregem recipiatur, si quæ ordinaui, Baptismo fieri neglexerit, indignus erit qui Christianus nominetur, neque verè cognoscat Deum, neque iustitiæ eius, pacis & gaudii (in quibus situm est regnum Dei) particeps in Spiritu Sancto fiet. Huiusmodi est ingressus in regnum Dei. Non putauerim tamen, aquæ Baptismum ad salutem per se necessarium esse, adeo vt si aqua, minister, aut aliquid necessarium abfuerit, oporteat eum qui baptizari cupit, perire. Certò asserendum est, si crediderit in CHRIS TVM, Spiritu Sancto baptizatum esse: a Spiritu enim precipua est Palingenesia, id est regeneratio: quem qui habuerit, etiam si aquæ Baptismum non perceperit (modo recipere non contempserit) noua nihilominus in Domino creatura est: & ciuis cœlestis. Nemo pius temere negliget aquæ Baptismum, & receptionem in Ecclesiã Dei, quod hoc instituerit CHRIS TVS, vt Baptismo nobis peccata abluantur, nouaque

Mortificatio nobis. Viuificatio nobis ex Spiritu Christi iudicis nobiscum.

Pactum cũ Deo

Sacramentum baptismi.

Baptismus, id est regni Dei.

Renascentia. Baptismus ad salutem necessarius.

Baptismi sanctus expectatur.

Regni Dei substantia.

Baptismi necessitas.



& diuina vita conferatur. Potuisset CHRISTVS nouam natiuitatem statuere, sine aqua aut aliquo alio sensibili: sed quando ita illi placitum est, quis es vt respondeas Deo? Sequere ergo humilis præscriptum CHRISTI, quem timebis, non alta sapiens. Quod prius dixerat Videre regnum Dei, hoc loco vocat Introire in regnum Dei.

### Quod natum est ex carne, caro est.

*Caro carne, & Spiritus Spiritum generat.*

Pergit pro singulari sua humanitate CHRISTVS admirandum in renascentiæ negotio adhuc & hæsitandum, imò in ambiguo quo res euasura sit existentem Nicodemum erudire, adducens ætiologiam seu cause redditionem eius quod præmisit, Nisi quis renatus fuerit, &c. Nam omnis natus ex carne, prima illa & naturali natiuitate, nihil est nisi caro: hoc est nihil sapit nisi carnem: carnales sumus venditi sub peccato. Rom. 7. Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Simile enim nascitur de simili: Quod ergo è carne nascitur, nihil aliud est quàm caro: Sed omnes quotquot sunt, è carnali Adamo pronati sunt, ergo Omnes prima natiuitate carnales sunt. Vt enim lupus non gignit agnum, musca non parit elephantem: ita Adam carnalis non gignit spirituales. Iam Adam per inobedientiam amisit imaginem Dei, & factus est imago Satiæ, mancipium peccati, mortis & inferni: & quod maxime est dolendum, impotens factus suis viribus, quibus ad amissam effigiem resurgere nequit: tales ergo habet posteros. Quare omnis homo ex Adam natus, præter carnalia nihil capit, sapit, intelligit, ac potest. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

### Et quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.

*Carnis nostre eff. Etus. Natiuitatis spiritualis effectus.*

Argumentatur CHRISTVS à necessario, probans oportere nos renasci, si volumus in regnum Dei ingredi, & illius regni bona verè cognoscere: Nam cum caro à natura non possit aliter de Deo & regno eius sentire quàm carnaliter: necessario oportet hominem renasci ex Spiritu, hoc est quicquid in homine est, per Spiritum viuere, & Spiritus sit, hoc est spiritualis sit, sapiat Spiritum, vt per Spiritum introeat in regnum Dei, & verè intelligat quæ sunt regni Dei. Quare quantum inter est inter carnem & Spiritum, inter corpus & Deum, tanto præstantior est hæc spiritualis natiuitas, ea quæ corpus propagat è corpore. Effectus nostræ natiuitatis est, carnem esse, hoc est sapere carnem & in regno Dei & Euangelio seu rebus spiritualibus nihil intelligere: effectus spiritualis natiuitatis, est Spiritum esse, hoc est sapere Spiritum, & ea quæ sunt regni Dei & Euangelii intelligere, participem fieri regni & filiorum Dei. Ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Hi ergo vt hæredes intrabunt in regnum Dei Patris.

### Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo.

*Quod homini impossibile est, possibile est apud Deum.*

Potest hæc sententia ex superiori inferri, Quasi diceret Dominus, Aperui tibi, ô Nicodeme, à causa & ea quidem necessaria, cur dixerim, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei: noli ergo id mirari. Aut legi potest per occupationem, qua Dominus præuenit Nicodemum, qui fortassis videns non posse suis viribus, renasci, obiiciat, Ergo nemo renasci potest. Rursus quia videt se suis viribus, non posse regnum Dei assequi, obiiciat, Ergo nemo potest ingredi regnum Dei. Quare, hunc præuenit & docet id possibile esse Spiritui Sancto, quod homini est impossibile. quasi diceret, Quod referebas ad carnis & hominum generationem, impossibile visum est, vt verè est: propterea monui te, hanc regenerationem esse per Spiritum Sanctum, vt sic doctus, in posterum non mireris, non tua ducaris ratione in metiendis & intelligendis spiritualibus negotiis, sed fide sta & crede, quod sit alia nascendi ratio, qua quis visibiliter natus sit Filius hominis, & qua inuisibiliter secundum Spiritum renatus sit Filius Dei, & sit Spiritus, id est spiritualis & aptus regno cælorum, quod spiritale est & non carnale.

Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.

Superiorum explanatio est à similitudine petita. Grauiissimi doctores Cyrillus, Chrysofostomus, & eius abbreviator Theophylactus, locum hunc de vento & flatu aëreo intelligunt. Quasi diceret Christus, Nicodeme, si hætenus quæ enarraui de regeneratione non intellexeris,

intellexeris, Sume tibi imaginem ab iis rebus quæ cum spiritualibus multam habent congruentiam, & sensibus corporeis percipi possunt. Deus res est simplicissima, inuisibilis, & ab omni sensu semota. At hic aër quo vegetamur, & cuius multam vtilitatem percipimus, quoniam ad nostra corpora collatus multo subtilior est, Spiritus dicitur. SPIRITVS, vbi vult spirat, id est Ventus & flatu aëreus non cohibetur hominum arbitrio, sed impetu suo fertur, per omnia sese diffundens quo vult: non quod flatu insit voluntas, sed hoc verbo VULT, liberum eius à natura impetum significat, ait Chrysofostomus. Flans variam inserit vim rebus corporalibus, nonnunquam purificat aërem, nonnunquam corrumpit, aliquando vitam affert, aliquando mortem, nunc tranquillus & placidus, nunc rigidior & violentior sese prodens ab effectu: interim ab Oriente, interim ab Occidente, interim ab aliis atque aliis mundi partibus, illius quidem vocem audis, & præsentem sentis: quem neque vides, neque manibus apprehendere potes, neque scis quàm longè à te spiret, aut quàm remote abeat, vt de eo aliud quicquam scias quàm eius transitum. Quod si hæc quæ natura via sunt, tua ratione inuestigare non possis, multo minus per eandem rationem diuina opera quæ Deus in te & tui similibus in dies operatur, scrutaberis. Tale quiddam habet ipse Spiritus. Hoc vt explanatus dicatur, coniungamus Ventum & vocem, Spiritum & Verbum: Ventus flat vbi vult: de Spiritu Sancto ait Paulus, Hæc operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult, & quos vult regenerat: Mirificam vim ventus inserit corporibus: longè excellentiorem confert ipsis animis ipse Spiritus: Ventus non videtur, quanquam vocem eius audias: ita Spiritus Sanctus non videtur, quanquam interim audiatur Verbum per quod Spiritus Sanctus operatur in renascentibus: Et quem admodum Ventus & vox quæ de vento auditur, non separantur: ita nec Spiritus Sanctus & Verbum: Rursus quemadmodum sonus venti diuersum quiddam est à vento, quanquam sint res coniunctæ: ita Verbum diuersum est à Spiritu, cui tamen est coniunctum: Item quemadmodum nescimus vnde veniat ventus, aut quo vadat: ita ignoramus vnde Spiritus Sanctus veniat: id est nescimus ex qua ratione procedat in tale opus, aut quo vadat: hoc est ignoramus quis sit illius spirationis scopus & finis. Prophetas vtique audiebat populus diuina differere, in quo vocem Spiritus clarè percipiebat: at vnde ille Spiritus eis adueniret, aut quo abiret, ignorabant. Propriæ enim rationes diuinorum operum apud Deum, sunt nobis incognitæ & à scientia nostra semotæ.

### Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.

Accommodat similitudinem ad eum qui renascitur. Non ait, sic est omnis natiuitas spiritualis, sed sic est, non aliquis, sed omnis qui renascitur. Intelligit hominem quidem per Spiritum renasci, sed quomodo id fiat aut accidat, non sentit, non videt, non intelligit quæ sint causæ, quis finis: credit fieri iuxta Christi præscriptum & institutum: quis enim sensum Domini nouit, aut quis eius consiliarius fuit? Rom. cap. 11. Hac sententia comprehenduntur paruuli infantes renati, qui licet actum voluntatis & intellectus non habeant, habitum habent per Spiritum Sanctum, qui pueros renatos tribus illis infusus dotibus, fide, spe, & charitate ornat. Quum ex Scripturis didicerim nomine Spiritus sine additione, non adeo frequenter ventum seu flatum, sed virtutem Dei significari, & quod non minus idonea est manuctio ipsi Nicodemo legis perito ad cognoscendum quid sit homo renatus ex Spiritu, si exemplum de Spiritu Dei, afflante quos vult, acceperimus, & forte explanatio erit interpretatio, quàm si de vento intellexerimus. Non putauerim hanc expositionem de Spiritu Sancto priori postponendam, inimò forte familiarior & germanior videtur: vtranuis tamen sequaris, nihil aut parum admodum refert: quum huius sententiæ & vtriusque interpretationis summa sit, hominè renasci quidem per Spiritum Sanctum, sed quomodo id fiat aut accidat, ignorare hominem, vt prænotauimus.

### Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

Tarditatis exemplum in credenda renascentia nobis proponitur in Nicodemo, qui adhuc crassior non repugnans quidem in v, sublimiora discutienti mysteria, sed sermone intelligentiã non assequens, & clarius etiam quæ audierat exponi cupiens, dicit Iesu, QUOMODO possunt hæc fieri? Argumentatur ex iudicio rationis & prudentia ex lege, Quasi dicat, Si tuam exordiaris prædicationem ab hac renascentia, quam dicis ex aqua & Spiritu Sancto, quomodo hanc tuam doctrinam in ordinem rediges, coram nobis. f. ii.

*Spiritus, vbi vult.*

*Venti natura.*

*Spiritus & Verbum. Vox & Vetus.*

*Proprietas Spiritus & Venti.*

*Spiritus nomine, virtus Dei significatur.*



*Caro renascentiam non cognoscit.*

bis in lege peritis, qui habemus circumcisionem, templum, sacrificia, & tam varios Dei cultus, qui sunt faciuntque ad pietatem? Qua ratione possunt ista fieri, ut homo corporeus renascatur in Spiritu, & ex Deo nascatur diuinus? Hæc manifestant quam difficilis sit creditu doctrina de regeneratione, quod caro exosam habeat renascentiam quam apprehendere non potest. Videtur confirmare & probare sua tarditate Nicodemus, se acquiescere renascentiæ, illam credere, & donum esse Spiritus Sancti, qui tametsi omnia plenè non capiat, capiet amplius posteaquam Paracletus venerit. Nondum enim hora erat ut Spiritu plenè Nicodemus omnia edoceret. Rogans ergo, Quomodo possunt hæc fieri? credit quidem ita esse, sed de modo regenerationis interrogat: sicut Virgo Maria credidit se concepturam, audito Gabriele Archangelo: sed de modo conceptus interrogauit, Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?

Respondit IESVS, & dixit ei.

En vera in Christo philanthropia & singularis humanitas, qui non desistit tardum & in Iudaica adhuc imperfectione hærentē Nicodemum instituere, quo cum Patri lucretur.

Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

*Christus Nicodemum obiurgat.*

Generalis est hæc increpatio & obiurgatio, qua Dominus Nicodemum tarditatis ad credendum arguens, simul totum Phariseorum & Rabbiorum ordinem reprehendit, qui humana sapientia turgidi, magno supercilio Legis literam profitentur, nihil interim Spiritus & celestis doctrinæ assequentes. **T** **V** **E** **S** magister, & c. Quasi dicat, Referebat omnino tua, hæc de renascentia nouisse, quum ex eorum sis ordine qui populum Dei erudire debeant: sed de ea re nihil te ipsum scire comperio. Doctorem iustitiæ te in populo profiteris, & interim tam ignarus es veræ iustificationis? Si tanta est in rebus diuinis præceptoris tarditas, quanta erit discipulorum? Si tu doctor, qui lumen diceris, tenebræ sis, quantæ erunt tenebræ? Tu es magister, qui aliorum doctor esse vis in religione vera tradenda aliis, & interim principia ignoras, quibus itur ad religionem veram. Te peritum legis profiteris, & ista tam cantata in Scripturis te latent? Quid enim aliud est cordis circumcisio vobis diligenter à Moysè commendata: quid inquam toties inculcata populi sanctificatio, quam ista (de qua loquor) animorum innouatio & spiritualis natiuitas? Satis superque satis omnis Scriptura testatur, omnem carnem tantum ad malum propensam: Quomodo igitur hinc renata & sanctificata, regnum Dei, quod iustitiæ regnum est, possidebit? De hac loquuti sunt Hieremias cap. 31. Ezechiel, 11. & 36. & passim Ezechias. Id ipsum Psalmi de hoc innouante Spiritu plusquam dilucide canunt. At Nicodeme, hæc tibi nequaquam ideo opprobrio, quod desperare de celesti sapientia debeas: cœpisti mihi credere, perseuera & persta, qui ampliora percepturus es quum venerit ille Paracletus quem missurus sum. Interim credidisse profuerit quod intellectu non potes assequi. Hæc nos hortantur satis esse ad salutem, si non possis illico omnia Dei mysteria pernoscere, ut animo tamen totus pendeas à Christo, fidæque ei ut Saluatori. Vides enim hinc Nicodemum & plerisque locis discipulos multa à Christo audiuisse, quæ non intellexerunt ante receptum Spiritum Sanctum: interim tamen persuasi erant eum habere verba vitæ æternæ, & esse ab eo expectandâ omnia. Quare quos videmus non posse continuo capere fidei nostræ mysteria omnia, hortemur ut saltem agnoscant **C** **H** **R** **I** **S** **T** **V** **M** esse orbis ipsorumque Saluatorem, & vnicum celestis doctrinæ magistrum, neque errare posse qui verba eius (& si ea non possint omnia plane intelligere) vera crediderint, neque posse plenam tandem salutem non consequi, qui illam ab eo expectauerint. Fides præstabit ut hæc sentias, etiam si non videas. Obserua. Græcis dicitur, Tu es ille magister Israelis, hoc est, Tu es ille doctor gentis Israeliticæ, cuius tam celebris est opinio, & hæc ignoras?

Amen, amen dico tibi, Quia quod scimus loquimur.

Ut certior magisque in credenda renascentia promoueat Nicodemus, iuramento confirmat Christus prædictam de renascentia doctrinam. Quasi dicat, Nicodeme, rem quam tibi narro, & quomodo hæc renascentia fiat, nec acu quidem aut digito tibi monstrabo, quum id visu venire nequeat, sed fidem mihi adhibeto, quod hominem de integro renasci oportet, verè verè ita res habet. Quandoquidem tu me à Deo venisse doctorem confessus es, crede ergo mihi, omnia exquiritiore inuestigandi diligentia: simpliciore fide recipe quæ te doceo. Si enim credis, intelligis. Hæc tibi vera esse assero: quia **Q** **V** **O** **D** scimus, de renascentia & aliis rebus ad Deum pertinentibus, loquimur: id est pro certo asse-

certo asserimus: **Q** **V** **O** **D** scimus, dictum putauerim per enallagen siue immutationem numeri, ut idem sit ac si dixisset, Quod scio. Chryostomus putat hoc intelligi posse, tãquam Dominus id de se & Patre dixerit.

Et quod vidimus testamur.

Quod vidimus in cælo, & certo sumus experti, hoc vobis testificamur in terris.

Et testimonium nostrum non accipitis.

Hoc idem est ac si diceret, Pauci vestrum recipiunt, aliquot enim illud receperunt. Non absimile est ei quod supra dictum est cap. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt: Sensus est, Quia ex carne estis nati, tantum ea quæ carnis sunt intelligitis, non recipitis testimonium asserentis & annuntiantis spiritalia. Quæ ego doceo, certissima è Patre meo celesti cognoui, nullus tamen vestri ordinis recipit nostram doctrinam aut testimonium: pars inuidet, pars conuitiatur, pars non requirit, pars non intelligit, vsque adeo aut inuidi aut rudes rerum diuinarum estis. Obserua. Quoniam (ait Cyrillus) Patrem ac Spiritum in seipso Saluator naturaliter habet, plurali numero personas testantium protulit. Hæc Dominus sub quodam inuolucro dicebat, significans se Deum, & diuinam naturam sibi esse, quanquam corpus mortale circumferret.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixerò vobis cælestia credetis?

**S** **I** mihi terrena quædam adhuc vobis prædicanti, hoc est crassam similitudinem proponenti, de carne, postea de vento, item quod natum est ex carne caro est (quæ certè terrena sunt, hoc est ad vos terrenos pertinent, & sunt de rebus terrestribus) non credis? **N** **I** **C** **O** **D** **E** **M** **E**: quid facturus esses, vbi multa de Deo recenserem tibi? De exigua re verba feci tibi, nec percipere potes: & quomodo intellecturus eras, si tibi prædicarem quod hoc corpus meum tam lucidum resurget tertio die à morte mea, immo & omnes tandem resurgent, & electorum corpora tam lucidum & clarum splendorem præbitura sunt, ut Solari splendore inferiora non sint, & quicquid post mortem sequetur? omnino non caperes: Si res humanas non intelligis, quomodo sapiens in supernaturalibus eris, & cælestia intelliges? quæ tamen ipse & vidi, & certius cognoui, quam quæ tu oculis corporeis vides.

Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.

Pergit Dominus imbecillum Nicodemum erudire, pauca quædam illi de cælestibus prælibans, ne indoctior abeat, quandoquidem bono affectu iustitiam sitiente, accesserat. Quasi diceret Dominus, Si mihi hæc regenerationem narranti non credis, sed multos in singulis testes poscis, quis cælestia vidit mysteria, quem possim in testem tibi adducere? Nemo enim ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Ista est concio cælestis quam non capit humana ratio. Hoc tantum est ac si diceret, Rogasti me, o Nicodeme, quomodo potest homo nasci ex Spiritu, ut ingrediatur in regnum Dei: Nemo neque viam neque aditum ad cælum nouit, nemo ingredi potis est, nemo illuc abire potest, nisi cui Filius hominis hoc impartit: nemo ascendit in cælum nisi Filius hominis: quia solus inter homines assequutus est beatitudinem cælestis patriæ: solus iustus est, Deo gratus & acceptus: huius solius iustitia in conspectu Dei valet, qua & alii fiunt iusti, & iustitiam & beatitudinem assequuntur. **Q** **V** **I** descendit de cælo, id est qui quum verus Deus esset, homo factus est: vnde Filius hominis dictus est. Ille igitur est per quem vitam & salutem accipimus. Nemo ascendit in cælum nisi **C** **H** **R** **I** **S** **T** **V** **S**: qui ergo illi non fuerit per fidem vitam in situs, & membrum eius factus, **I** **N** cælum, id est in consortium diuinitatis, participationemque eorum quæ verè bona sunt, nunquam perueniet. Filium hominis quum audieris (ait Theophylactus) descendisse de cælo, ne existimes quod caro è cælo descendit: hoc enim Apollinarius docuit, quod **C** **H** **R** **I** **S** **T** **V** **S** habuerit corpus de cælo, quod per Virginem transierit quasi per canalem. Verum quia in vna hypostasi, hoc est vna persona duæ vniuntur nature, diuina scilicet & humana, ideo omnia quæ sunt hominis, dicuntur de Verbo: & item ea quæ sunt Verbi, attribuuntur homini. Sic & hoc quoque loco Filius hominis dicitur descendere de cælo, eo quod vna sit persona, & vna hypostasis. Addit, **Q** **V** **I** est in cælo, quasi dicat, Quod descendit de cælo, ne putes, o Nicodeme, ipsum deseruisse cælum, quoniam



Nemo, pars pri-  
natina.  
Ascensus in ce-  
lum propter de-  
scensum à caelo.

Ascendere in ce-  
lum quid est.  
Caelum.

Scala ad caelum,  
Christus.

qui versatur hęc in terris mortalis, idem apud Patrem est Deus immortalis, qui spectat ad caelum, qui dat vobis vt caelum ingrediamini, qui acceptus est Deo Patri in caelo. Non ergo caro Christi descendit de caelo, neque ante tempus ascensionis erat in caelo. Obserua particulam N E M O : Priuatio est ab impossibili exaggerans beneficia Christi, & tollens confidentiam in viribus humanis. Ex his conflare potest Syllogismus, Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, Sed solus Filius hominis descendit de caelo, ergo Nemo nisi Filius hominis ascendit in caelum. Responsabit aliquis, Virgo Maria & Apostoli ascendunt in caelum, & tamen non descenderunt. Respondeo. Tanta est Sanctorum coniunctio cum C H R I S T O, vt cum virtute quadam spiritali descendisse dicantur, qua & ascenderunt. Ascendit ille vt caput, Sancti vt membra ascendunt: sunt enim vnum cum Christo: Ephes. 2, Deus autem qui diues est in misericordia, quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conuersificauit & confedere fecit in caelestibus in C H R I S T O I E S V. Quare quempiam Ascendere in caelum, significat illum fide viuā acquiescere regenerationi, seruari per Christum, habere veram iustitiam, accipere vitam aeternam. C A E L V M, non solum significat lucem inaccessam quam Deus inhabitat, sed etiam spiritalia omnia quibus ad eam lucem trahimur, quae omnia per solum C H R I S T V M cōsequi possumus. Vnde hoc syllogismo argumentari licet: Nemo ascendit in caelum nisi per eum qui descendit de caelo, Sed solus Filius hominis descendit de caelo, ergo Nemo nisi per Filium hominis ascendit in caelum. Colligamus ex his: Quum nemo vnquam ascenderit in caelum, nisi Filius hominis qui descendit, necessario sequitur vt quicumque voluerit in caelum conscendere, hunc oporteat ascendere in C H R I S T O tanquam in scala: de qua abunde scripsimus supra in fine primi capituli. Habet hęc sententia rationem & consolationem: Rationem, Si nemo in caelum ascendit, non est mirum quod homines nequeant capere caelestia: Consolationem, Per C H R I S T V M possunt homines caelestia capere & assequi, atque in caelum subduci.

### Et sicut Moyfes exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis.

Natura hominum ita comparatum est, vt in omni eorum genere quae vulgatiore sunt, per similitudinem & analogiam in cognitionem perducant eorum quae secretiora & abstrusiora sunt. Sic ex corporalibus, spiritalia intelliguntur, & ex paruis Dei operibus, atque visibilibus, maiora atque inuisibilia cognoscuntur. Sic & C H R I S T V S hoc loco à collatione exempli differit & aperit ipsi Nicodemo, de beneficio quod nobis per crucem factum est, & quomodo communicet suam iustitiam & salutem. Est autem hęc historia de exaltatione serpentis scripta Numer. cap. 21, quum Iudaei Mose ductore in deserto errarent, ac contra Dominum & Mosen murmurarent, ob viae prolixitatem pane & aqua defecti, nimium impatientes fiebant: eo offensus Deus, immisit in eos serpentes ignitos, à quibus plurimi isti peribant. Siquidem in ea terra tantae vastitatis deserta sunt, quam potest esse ditio aliqua in Gallia, in quibus nihil esculentum vel poculentum reperias, vt etiam opulentissimi, quales fuerunt Herodes & Romani, commeatum secum ea peragraturi, vehi curarent: multi itaque sunt illic noxii vermes & serpentes. Sed hoc genus serpentum insigniter noxium erat: si morsum homini infigant, magnos aëstus & ignes in homine incendunt, & tam vehementem & inextinguibilem sitim, vt ipsi moriendum sit. Atque hanc ob causam Igniti serpentes vocantur, Græcis Dipsades. Quanquam etiam legatur quosdam tam esse igneos in eis regionibus, vt si quando spirent, igneum vaporem efflent. Magnus igitur ciuilatus ex hac immani plaga in populo & clamor ad Mosen oriebatur, qui & ipse consilii expers erat: sed quamprimum deprecatus est, misericordia Deus super eos motus, dixit Moyse, Numer. 21, Fac serpentem aëneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecitque Moyse serpentem aëneum, quem pro signo posuit, vt qui morsu essent, si hunc aspicerent, sanarentur. Ista est prior collationis pars. Sequitur altera: I T A oportet (quia Pater sic disposuit, & quia salus humani generis sic poposcit) E X A L T A R I (quo verbo insinuat quo genere mortis esset perimendus) Filium hominis aëstimatum vilem & contemptam personam, sicut & serpens contemptus & vilis exaltatus fuit.

Vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed  
habeat vitam aeternam.

Hac sen-

Serpentes igniti,  
Dipsades.

Serpens aëneus,

Hac sententia explicatur quomodo C H R I S T V S in historia de serpente verè fuerit adumbratus: quemadmodum illic serpentis similitudo formam quidem habet bestiae, venenum autem non habet: ita & hoc loco C H R I S T V S homo in similitudine carnis peccati venit, hoc est in similitudine carnis peccato obnoxia, quae tamen non erat caro peccati. Serpens erectus erat sanatius propter verbū & promissionem additā, vt habet Psalmus 106, Misit verbum suum, & sanauit eos. Sanitas communicabatur per aspectum: ita enim habet verbum, Quicumque aspexerit eum, viuet: Deus afferebat sanitatem verbo per serpentem, percussu recipiebāt sanitatem aspectu: hęc erat umbra, cuius veritas est in C H R I S T O vero sanatius serpente. Nam serpente illo ignito Satana, isti sunt omnes homines, morti (quae est peccati auctoramentum & merces) obnoxii. Proinde erectus est C H R I S T V S non tam in cruce quam per passionem, ad resurrectionem, ascensionem, & Spiritus Sancti missionem: & hac sua exaltatione conscendit super omnes caelos, siue per crucem & passionem eo venit, vt ad dexteram Patris peruenerit, vbi fide videri potest, vt omnis siue masculus, siue femina, siue liber, siue seruus (est enim vniuersalis Saluator pro omnibus C H R I S T V S) peccatis vulneratus, & à Satana percussus, eum aspexerit, hoc est in ipsum crediderit, hoc est certa fiducia statuerit se habere per C H R I S T V M iustificationem siue iustitiam, salutem, vitam aeternam, redemptionem, &c. Aut omnis qui credit in ipso, &c. quasi diceret C H R I S T V S, Qui nō dubitat se per me restitui in gratiam Patris, & Spiritu verae vitae donandum credit (id quod omnibus promitto) is certè iam in gratiam Patris restitutus est, & meo spiritu viuut vitam aeternam. In ipso dicitur, quia viae fidei obiectum est C H R I S T V S, qui iustificat & saluat: in quo omnes Dei promissiones sunt, est & amen, 2. Corinth. 1. Deus administratos suos habet ad exercenda media quibus communicatur salus & iustitia, quae sunt sacramenta, praedicatio, & verbum. Itaque tria sunt in iustificatione requisita: Primum Christus salutis author qui iustificationem dat: Secundum media quibus confertur iustitia, qualia sunt Sacramenta & Praedicatio: quia fides ex auditu est, & auditus per verbum: Tertium est recipiens, vnde hęc dicitur, s e d habeat vitam aeternam: quasi diceret C H R I S T V S, In me est iustitia & salus, quam mihi soli non reseruo, communitico enim eam aliis, vt omnis qui in me credit iustificetur, & mecum in caelum ascendant. Atque hic est effectus viae fidei, non perire & in caelum ascendere. Vniuersaliter dictum est, n o n pereat, pro in omnibus rebus non confundi, & non frustrari. Rursus his verbis Non pereat, commendatur nobis potètia C H R I S T I & eius potentissimum officium, nimirum eripere à faucibus inferni, peccati, & mortis, & saluum facere. s e d habeat vitam aeternam, hoc est non solum gloriam illam & beatitudinem qua in caelis Sancti fruuntur, sed etiam omnia bona & beneficia C H R I S T I, quae ad vitam aeternam, tanquam ad finale scopum diriguntur. Rogabis, Ad quem finem diriguntur obsecro? Respondeo, Ad vitam aeternam.

### Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.

Perseuerat C H R I S T V S adhuc Nicodemum instituere, tationem suorum in nos beneficiorum adducens: idque indicat argumento à causa efficiente petito, cum praecipue occupatione, ad radendas euellendisque quorundam cristas, qui se suis meritis primam iustificationem consequutos existimant. Nostra iustificatio est ab aduentu C H R I S T I ad nos: huius aduentus causa, neque hominis alicuius, neque Angeli, aut qualis qualis creaturae meritum dicitur: sed dilectio & amor Dei iuxta eius beneplacitum: Nos enim quantum in nobis est, semper mansissemus in peccato, in morte, & inferni faucibus, nisi Deus è candida cordis sui dilectione, & ardentissima philanthropia (qua nos etiam adhuc iniustos, impios, peccatores & apostatas complexus est) dedisset nobis, nō Prophetam aut Angelum quempiam, sed proprium Filium, & eum quidem quum multos nō haberet, vnigenitum: qui quum ex substantia Patris sit, genitori est consubstantialis, & verus profecto Deus. Particula s i c, emphasim cum ingenti & admirabili dilectione insinuat: quasi diceret, O quomodo & quam vehementer Deus dilexit homines, qui vnigeniti Filii beneficia non acceperunt quia meruerunt, sed quia Deus dilexit! En ergo causa C H R I S T I missi & omnium beneficiorum C H R I S T I in homines, quum dicitur, D I L E X I T mundum. Habent & hae voces v t F I L I V M suum vnigenitum daret, singulae exaggerationem simul & amplificationem explicandae dilectionis Dei erga homines. Quis nesciat, maximam esse illam dilectionem ex qua quis non parcat filio suo, & illo vnigenito: quin illum

Christi cum s. f.  
pente collatio.

Iustificatio tria  
requirit.

Fidei viue fru-  
ctus.  
Non perire.

Iustificatio  
aduentus.

Christi benignitas  
erga homi-  
nes.

Particula Sic.

f. iiii.



Verbum dare.  
Vnigenitū nomi-  
ne quid significat.

det etiam pro inimicis suis? Verbum **DARE**, liberalitatem & donū gratuitum Dei dicit. Per **VNIGENITVM** non solum personam **CHRISTVM** intelligimus, sed etiam omnia quæ postea nobis per **CHRISTVM** contigerunt beneficia: & ob id omnia salutis nostræ, diuinæ dignationi tribuenda. Non ab simile huic legimus, 1. Ioan. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum (caro enim prorsus ignorans Dei est) sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Rom. 8. Qui proprio Filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Rom. 5. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam quum adhuc peccatores essemus secundum tempus, **CHRISTVS** pro nobis mortuus est. Obserua hīc nihil aliud **CHRISTVM** agere, quàm vt nobis Patrem dulcem efficiat, nōsq̄e per se ad Patrem reducat: atque vniuersa **CHRISTI** opera eō respiciunt, vt eximiam amabilemque ad Patrem fiduciam adipiscamur. Hoc beneficium non assequemur sine medio: siue non est nobis ad Patrem sine medio aditus. Propterea ex ardenti dilectione, Deus Filium suum lōgē charissimum tradidit, nobisq̄e ad se perueniendi statuit medium, qui Christus est. Agamus ergo gratias Deo, quōd ita ordinari rem, vt inter nos & ipsum collocauerit eum qui Deus est, ac Deo æqualis, & homini non dissimilis, per quem ad Patrem tuti veniamus.

Christi opera f-  
ducit nobis of-  
ferunt.  
Media ad Deū  
necessaria.  
Christus, media  
tor à Patre or-  
di. auus.

### Vt omnis.

Peruenista occupatione repellitur carnalis quædā obiectiūcula, dicit aliquis, Quæ mihi vititas hinc venit ex hac Filii missione in mūdum? Respondet, Deus misit Filium suum in mūdum, id est Filius Dei vnigenitus incarnatus & factus homo, omnibus bonis & thesauris Dei ornatus, huc venit, vt ea bona cōmunicaret credētibus, vt omnis siue masculus, siue femina, siue seruus, siue liber qui credit in eum, saluetur: vt enim Christus pro omnibus, non pro vno aut altero datus est, ita & omnibus credētibus est salus. Nihil aliud depolcit quàm salutem hominum, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Christi aduen-  
tus vititas.

### Qui credit in eum.

Ite est gradus quo ad Deum perueniamus ascendamūsq̄e, nempe firma & secura in Christū fides & fiducia, cuius genius est impetrare nobis Christum, & omnia eius beneficia. Fide viua ductus, figit gradum in verba Christi promittētis salutem: quem neque diabolus neque infernus neque mors supprimere queat, vt eunq̄e res cadat. Hæc fides stabilit confirmatque fidentem, vt dicat, En Verbum, en promissio salutis mihi promissæ, illa petra mea est, illa anchora mea est, ad quam recurro: idque Verbum permanet, ac vbicunq̄e permanferit, ego quoque persistam: nam neque falli neque fallere nouit Deus, quinimmo cælum antea & terram interire oporteret, quàm minimum *idē* aut apex de verbo suo periret. Propterea vnicus mihi Christus est, in quem ex animo intueor, quem non potes exofium habere, o Deus optime: hoc solo ego innitor, & eo verbo confido, quod per illum me suscipere velis, nec me reicere, nisi eum antea reicias. At certō scio & apud me statuo te non illum reiecturum, quem vnice amas & exaudis, pro eius reuerentia. Quo fit vt pusillanimitas destitutaque conscientia vires resumat, & pacata fiat, certō apud se statuens Deum sibi pacatum per Christum.

Gradus ascen-  
dendi ad Deū  
Ascēsus ad Deū  
Fiducie natura.

Auxillum ad  
uersus pusillani-  
mitatem.

Conscientia pu-  
cubi.

### Non pereat, sed habeat vitam æternam.

Argumento ab utili & commodo excitat Nicodemum non solum ad amplexandum tantum salutis beneficium, sed etiam ad cognoscendum credendūque quōd qui hæc loquebatur, **CHRISTVS**, erat Deus & homo quum vitam polliceretur æternam, illiūsq̄e se largitorem insinuaret. Duo enumerātur hoc loco Christi beneficia ex dilectione Patris ad nos missi, quæ quisquis hominum siue Iudæus siue Græcus siue Barbarus per fiduciam impetrat. Hæc enim quum Christum pro obiecto habeat (qui veritas est) pudescere nequit. Quare credens in Christū, non solum nō perit, sed etiā vitā habet æternā, & indissolubile.

Credens habet  
vitam æternam

### Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum.

Sua in genus humanum beneficia seu officia confirmaturus **CHRISTVS**, singulari & ea quidem ætiologica occupatione carnis aduersus Spiritum, argumenta præoccupat, & prorsus euerit. Luētabitur fortassis caro contra Spiritum ad hunc modum, Deus solis iustis misit Filium suum, vt credendo in eum non pereant, sed habeant vitam æternam: sed mundus

Christi aduentus  
propter peccato-  
res.

mundus totus in peccato est, & peccata habet, ergo **CHRISTVS** non est datus pro mundo. Hæc carnis obiectiūculam refellit Christus, afferens se non propter iustos sed peccatores, quibus medendum erat, venisse: & sic propter mūdum, hoc est propter homines, qui omnes peccauerūt, & egēt gloria Dei, Rom. cap. 3. **MUNDVM** dixit in genere pro omnibus hominibus, ne particularem & non vniuersalem illum quidam fomniarent Saluatōrē. Non est missus vt **IVDICET**, id est reiciat, perdat, & damnet peccatores: hæc non sunt Christi officia, hæc nō est finalis causa **CHRISTI** missi, non finale eius officium, nō magna illius philanthropia: sed venit saluare mundum, & dare omnia quæ sunt faciūtve ad salutem & vitam æternam consequendam: vnde subiungit,

### Sed vt saluetur mundus per ipsum.

O suauissimum verbum **NON** misit Deus, &c. sed vt saluetur &c. alta mente & fide repone ndum! O ingentem consolationem in omnibus afflictionibus & petendam & memorandam! Vis, rogo te, bonam Dei voluntatem agnoscere? qui non ideo tibi irascitur, vt te perdat, non ideo te affligit, vt te in interitum tradat: Eia, collige te ipsum, & respice per fiduciam in **CHRISTVM**, & quo omnem Dei voluntatē etiam absconditissimā perdisces, non (inquit is qui in sinu Patris est) misit Deus Filium suum in mundum vt te condemnet, sed te seruet: En Patris voluntas, per Filium seruare. Dices fortasse, Peccata nos cōdemnant, sed te seruet: En Patris voluntas, per Filium tolluntur, & saluamur: si cruce affligeris, at Pater per Filium seruat & liberat: si morte obrueris, at Pater per Filium seruat & vitam dat æternā. Hæc sit nobis in quouis negotio anchora, hæc sint arma aduersus omnia mundi, carnis, & diaboli terribilimenta. Proinde certō statuamus **CHRISTVM** ad nos pertinere, & nobis à Patre datum, non vt condemnemur, sed saluemur, & cum eō æternū viuamus. Qui habet hæc spem in eo (1. Ioannis, 3) sanctificat se, sicut ille sanctus est. Ex his colligamus, quū non possumus nostra virtute & gressu, ad Deum properare & accedere, en ad nos ipse properat obuius, Filium suum nobis proponens Seruatōrem & propitiatōrem, non autem iudicem & condemnatōrem, sed mitem, piū, & misericordē: vnde nobis ingens grandisq̄e confidentia ad Patrem crescit, quod conscientia nostra super fundamentum, quæ certissima indissolubilisq̄e veritas est, stat secunda de sua salute & conseruatione, ne in præceps corruat & pereat. His non ab simile est quod Ezechielis cap. 18. legitur, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt viuat & conuertatur.

### Qui credit in eum, non iudicatur.

Elegans est hæc antithesis ex oppositis partibus conflata: **QUI** credit in eum, non iudicatur, **QUI** autem non credit iam iudicatus est: qua summam totius prædicationis Euāgelicæ comprehendit: quicquid enim Biblia docent, vnicum ostendunt **CHRISTVM** salutis auctorem: in quem qui credit saluatur, qui non credit cōdemnatur. Hac priore antitheseos parte præoccupat, & quibusdam mathæologis occurrit, qui fortassis obuiicerent, Filius hominis missus est, non vt iudicet mundum, ergo mundus iniquē agens nō iudicabitur: quare viuamus vt lubebit, sequamur quæcūq̄e grata erūt, etiam carni accepta. Respondet, **QUI** credit in eum non iudicatur: qui credit in eum Spiritu Dei ducitur, propter quem nihil damnationis in eo reperitur: quare hoc responso excipit credentes. Interim tamen mundus quantum volet suis cupidis & carnis desideris sordescat, sentiet tandem Christum iudicem & condemnatōrem in nouissimo die, iustōque Dei iudicio luet pœnas nunquam interituras. Obserua: Viuæ fidei effectus est non iudicari, id est non perire, non in tranquillam habere conscientiam, non reici, non frustrari spe, non despōdere animum, non damnari, hunc effectū grauitur & magnifice amplificat Paulus ad Romanos cap 5. Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum **IESVM CHRISTVM**. Vehemens est hæc Tapinosis, hoc est humiliatio in **CHRISTO** dicente **IN** eum: humilitatis gratia ne quidem nominat se.

### Qui autem non credit, iam iudicatus est.

Vt fidei viuæ effectus est non iudicari: ita infidelitatis effectus est iudicari, habere tumultuantem & in tranquillam conscientiam, reici, damnari &c. Non ait, Iudicabitur, sed **IAM** iudicatus est, hoc est condemnatus est ex sua incredulitate, & propter suam incredulitatem: designat enim particula **IAM**, impiorū iudicium, in tranquillitatem & infernum hīc incipere in signum æterni iudicii: sicut pii iam, à Paulo dicente, Roma. cap. 8. Spe salui facti sumus, monentur tranquillitatem, pacem, & vitam æternam in ipsis hīc incipere, in signum æternæ pacis & beatitudinis.

Mundus.

Voluntatis di-  
uina cognoscē-  
da ratio.

Peccata cō-  
demnant.

Incredulus iudi-  
catur.

Fidei viuæ signi-  
ficus.

Infidelitatis ef-  
fectus.

Particula, iam.



## Quia non credit.

Salutis causa.  
Fidei viua.  
Damnationis  
causa, incredulitas.

AETIOLOGIA est: adducit enim causam, cur non credentes iudicantur & damnantur. Vt fides viua causa est salutis, ita incredulitas, damnationis. Propterea Veritas infra cap. 16, ait, Quis venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem quia non crediderunt in me, & c. Est ergo grauissimum peccatum incredulitas, qua qui laborat, Dei erga se charitatem contemnit: & salutem gratis oblatam ab sese repellit.

## In nomine vnigeniti filii Dei.

Vnigeniti nomen.  
Credere in nomine vnigeniti.

Incredulitatis  
aconitum.  
Fidei virtus.

NOMEN Vnigeniti vocat promissionem de vnigenito Filio, & quicquid boni de CHRISTO dici potest. Quare Credere in nomine vnigeniti Filii Dei, est certa fiducia statuere & sentire, habere nos per Christum iustitiam, salutem, vitam aeternam, & omnia quae ad illam conducunt. Est enim viua fidei genius omnia bona à CHRISTO accipere, & omnia bona in credente operari. Quemadmodum enim à Christo iustitia & bona accipit, ita rursus per opera charitatis dispensat in sinus fratrum: sicut incredulus & infidelis omnia mala & mendacia in Christum effudit: vnde Mediatorem contemnit, iam iudicatus est. Quare quia non credit in nomine vnigeniti Filii Dei. Quod est illud nomen? CHRISTI nomen est, Iustus, Rex bonus, Salus, Vita, Redemptio, Lux. Hoc igitur habet fides viua, vt qualem credit Christum, talem accipiat qui in eum credit. Credis illum tibi misericordem, est tibi misericors: credis illum tibi imitem & immisericordem, hunc talem habebis. Quare crede illum tibi pium, redemptorem & misericordem, & hunc talem senties & probabis. Vide quae supra cap. 1. annotauimus in hunc locum, His qui credunt in nomine eius. Dicitur hoc loco VNIGENITI Filii Dei, quia fides non se extendit in alium Filium quam in Christum, qui est fidei obiectum: cuius nomen tanti fit, vt dicat Petrus Act. cap. 4, Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Philip. 2, Dedit illi nomen quod est super omne nomen, & c.

## Hoc est autem iudicium.

Iudicium mundi  
causa.

Amplificat & exponit causas damnationis incredulorum: hoc est iudicium, id est haec est condemnatio, aut Ex hoc fertur condemnatio aduersus mundum.

## Quia lux venit in mundum, &amp; dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Euangelii reiectio,  
causa damnationis.

AETIOLOGIA iudicii eorum qui condemnantur. Reiectio Christi & doctrinae Euangelicae est causa condemnationis, & poenae quae tandem de impijs sumitur: nullus excusationi locus infidelibus & incredulis his verbis relinquatur, haec est iuxta ipsorum condemnationem, QUIA venit ad ipsos lux, id est, Christus: & ad hanc lucem non accesserunt: nec solum in hoc peccauerunt, quod lucem non quaesierunt, sed pessimum est quod obuiam lucem & ad illos venientem non receperunt. Quod lux in mundum venerit, quod omnes illuminauerit, & omnibus se obuiam dederit, non est culpa in ea, venit vt illuminaret, à iudicio liberaret, & è tenebris eriperet. Haec lux si non venisset, potuissent homines praetextere se ignorasse quid bonum: sed quia venit lux, eoque data est vt omnibus illucesceret, hanc quum non receperint, omni excusatione posthac carebunt. Quis non aeterno dignum supplicio dixerit eum qui recusauerit, & Dei tam obuiam bonitatem aspernatus fuerit, & Filium quem Pater honorificari voluit, contumelia affecerit, & mortem illius pro nobis obuiam, pro nihilo duxerit. Per vnigenitum enim Filium suum Deus salutem omnibus obtulit, vt illum fide viua salutis authorem agnoscamus, & veneremur, in illoque totius felicitatis nostrae fiduciam collocemus. Qui ergo hanc lucem oblatam & caelitus demissam auersatur, & respuit, in tenebris est totus, diligitque tenebras & lucem odit, hoc est maualt consueta sectari, & in tenebris perseuerare. Hoc verbo DILIGIT, significatur libera electio, liberumque hominis iudicium, qui ad alterutrum secundum animi sui iudicium potest proficisci. Verbum VENIT, notat gratiam, & meritum excludit. Christus & omnia eius opera vocantur LUX: à natura quidem, quia Christus suapte natura est lux: ab effectu vero, quia tenebras pellit, & creaturas illuminat. TENEBRAE hinc vocantur Christi ignoratio, incredulitas, deprauatum verbum, & quicquid homines huius seculi praeter Christum amant, vnde mendacia & Tenebrae sunt, potentia & sapientia, & iustitia huius mundi: est enim potentia huius mundi, impotentia coram Deo, sapientia eius est stultitia, & iustitia eius est iniquitas. Quae omnia Christus suo aduentu, & luce sua manifestat mendacia & Tenebras esse: arguens mundum de mendacio & tenebris suis. QUI magis dilexit tenebras quam

Vnigenitus pro  
salute à Patre  
oblatus.

Venire, verbum.

Tenebrae.

quam lucem, id est non credit Christum seu verbo eius. Quo fit quum mundus nolit pati sua contemni, se in peccatis argui, dici in tenebris versari, necesse est vt CHRISTVM & qui in Christo sunt, auersetur & persequatur.

## Erant enim eorum mala opera.

Argumento ab effectu petito, causam adducit propter quam tenebris adhaeserint impij, Christumque lucem vitae auerserunt. Opera impiorum indicant quantum tenebras lucem praefert: vt fructibus cognoscitur arbor, ita & operibus probamur quales sumus. Quis caro nihil boni operetur, suoque opere superbiat, nihil minus potest ferre quam suum opus argui & detegi: ideo Christum omnia illustrantem & reuelantem non potest non odisse. Quare qui Christum suscipere volunt, necesse est eos fieri novos & renasci, qui qui renascentes Deum agnoscunt, non possunt non diligere suae renascentiae authorem, & mundum (quem secundum veterem hominem amabant) odisse, exultantes tanquam noui homines, & in nouam regentem creaturam ad hanc lucem & Euangelii reuelationem, iuxta quam, sui conseruationem & consummationem sperant. Impii ergo suae cecitatis & ignorantiae causam à se agnoscant: quemadmodum enim aegrotus non ferens vitionem aut sectionem à medico fieri, sed contendens potius ex insania, se sanum & incolumem esse, sanari & incolumis fieri nequit, sed subinde in grauiorem & grauiorem morbum labitur: ita mundus sua philautia deceptus, & falso credens suam sapientiam & iustitiam bona esse in conspectu Dei, non patitur vitionem aut sectionem à Christo medico, hoc est non patitur argui à luce, ideo subinde magis ac magis tenebrescit & excaecatur, non à luce ipsum arguente, sed à malitia sua, vt verè de eo dicatur, qui sordet sordescat adhuc. Apoc. 20.

## Omnis enim qui malè agit, odit lucem.

Aliam adducit rationem ex receptissimo & vulgatissimo apud omnes dicto, Omnis qui male agit, & c. per quod probat ex natura hypocritarum & innata malitia reproborum, fieri vt Christum auersentur & sustinere nequeant. Sensus est, Vulgo dici solet, & id apud omnes acceptissimum est, eum odisse lucem, qui male agit: quum ergo impii & hypocritae Christum lucem Dei auersentur, & sustinere nequeant, apertissimum est eos non solum malos esse, sed & mala opera eorum. Exige, rogo te, quisquis es hac Christi sententia ad mores multorum, vt agnoscas quam mala sint mundi opera, quam iniquas & tenebrosas multi habuerint conscientias, quae se argui à luce & veritate non sustinerunt. Fuerunt Tyranni quales Nero, & illius seculi non pauci, qui neminem quamlibet veracem, vel mutientem contra sua imperia impietatis & reipublicae perniciosi plena, passi sunt: sed si vel verbulum paulo liberius ex ore subiecti vulgi, verius excidisset quam animi proposito dictum fuisset, mox parabantur cruces, acuebatur gladii, tanquam in rebellem & maiestatis criminatorem. Quis quæso tyrannus illa hoc facto aliud declarabat, quam quod sua imperia, & maiestatem illam imperatoriam mala possideret conscientia, quae non patiebatur in libera ciuitate liberas esse linguas, veritatis lucis amatores, quae vera erant & vitam afferbant, loqui non sinebat: sed magno honore palpones excipiebat. De his sermonem facit amplissimum Esaias cap. 3, Qui dicunt (ait) videntibus, nolite videre, aspicientibus, nolite aspicere, nobis ea quae recta sunt loquimini, nobis placencia, videte nobis errores, auferite à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra Sanctus Israel. Quum ergo in horum conscientia medacium omne & Satanas nidificet, nihil magis oderunt quam lucem: non sinunt se argui, falso credunt se non videri quales sunt: putant enim se magnos & splendidos esse sua auaritia, & animi elatione obcaecari: sed veluti sorices suo iudicio pereunt, quod opera ipsorum mala sint. Obserua: ODIIT lucem, positum est pro, extremè exosam habet & persequitur lucem.

## Et non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius.

Cuius conscientia tenebris obsita est, non recipit sed fugit lucem, id est apertam & manifestam veritatem non prodit in publicum, ne arguantur & manifestetur opera eius, quibus indicaretur hypocrita: in timore perpetuus versatur. Est enim timor fidelissimus hypocriticos comes: hic timor alleclam habet odiu lucis. Quo fit vt hypocritae & haeretici hypocriticos comes: hic timor alleclam habet odiu lucis. Quo fit vt hypocritae & haeretici neoterici neque omnia sua liberè doceant, neque patiantur quenuis de ipsorum doctrina iudicare, sed simpliciter, sine tergiversatione, approbari volut, ac velut sancti suspici. Quos si quis auersatur, & eorum verba tanquam sacra non exosculatur, hunc mille technis, imposturis & malis persequitur: sed hunc liberabit Dominus qui nouit qui sunt sui. Obserua: propriissimum Euangelii officium est profligare tenebras, opera hypocritarum arguere, & ea manifestare. Rom. 1, Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem,

Quibus homines  
probantur.

Caro Christi  
odit.

Renati exultant.

Tyrannorum  
mores improbi.

Odiit lucem.

Hypocrita per  
petuo timent.

Euangelii  
officium.



& iniustitiam hominum eorū, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Huc pertinet prophetia Simeonis Evangelici, Luc. cap. 2, Ecce positus est hic in ruinā & resurrectionē multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

**Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius.**

Hæc superioribus coniuncta, indicant antithesin. Quemadmodum enim qui malè agit, odit lucem, & spiritalem illuminationem spernit, quod certissimum est signum infrenatæ libidinis, quum recuset discere, quibus possit ad meliora reuocari: ita qui benè agit, non solum venit ad lucem, sed & lucem diligit, quod est signum optimæ indolis Christianæ, operibus sanctis aspirare ad vitam quæ Deo placeat. **VERITATEM** hoc loco opponit malitiæ in hypocrisis. **QUI** facit veritatem, id est qui verax est, cuius causâ iusta est, qui veritatem docet, qui iuste agit: **IS VENIT** ad lucem, id est Potest sustinere & ferre lucem, in publicum exire & prodire, vt liberè de sua causâ, opere, doctrina & statu pronuntietur. Hoc docuit ipsa Veritas infra cap. 18, dicens, Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Aut dici potest Venit ad lucem, id est Recipit verbū, **VT MANIFESTENTUR** id est, probentur, supple à luce, id est Evangelio, **OPERAE** eius, quæ sunt ex fide illa viua exerente bona opera, vt timorem Dei, dilectionē proximi, & alia in Euāgelio præscripta.

**Quia in Deo sunt facta.**

Rationem adducit quare facientes veritatē prodeant, & veniant ad lucem, argumento à causâ efficiente bona opera petito. Hæc opera nō ab homine solum, sed à Deo sunt, quo vt firmissimo fundamento, innituntur. **QUO** fit vt qui recta & bona operatur, nullius formidet vereariūque iudicium aut sententiam: quandoquidem certus est suam doctrinam & opera esse ex Deo, id est, per Deū, qui operatur in nobis & velle & perficere (Philip. cap. 2.) pro bona voluntate: nam sine Christi spiritu, nihil boni à nobis fieri potest. **QUOD** si qui inter infideles dicatur boni, quales fuerunt plerique Philosophi, in speciem boni fuerunt, qui suis operibus finem, vanam gloriam, non autem Deum optimum maximum, præstiterunt. Hæcenus pro sua mansuetudine & philanthropia Christus veram iustificationis rationem Nicodemo proposuit, & mysteriorum semina in pectus ipsius recondidit, nimirum ex mortificatione & viuificatione nostri, iustificationem constare. At mundus mortificationem admittere non vult, hanc respuit: quare & ad viuificationem non peruenit manes cōdemnatus, quia suas tenebras diligit, & eas pro vera luce reputat. Hic est ille Nicodemus qui post autoritate sua patrocinatus est **IESV**, aduersus Phariseorum calumnias, dicens, neminem esse condemnandum, nisi per speciem eius operibus, quique mortuo, sepulturæ officium exhibuit.

**Post hæc venit IESVS.**

Quum festum Paschæ Christus Hierosolymis peregrisset, finissetque dicta de renouatione nostri & iudicio, muneri suo pro ratione temporis respondens, non perstitit diu in Hierosalem, non enim erat hora vt prorsus adhuc claresceret. Sub finē verò functionis suæ (quod appeteret tempus quo debebat glorificari) frequentius Hierosolymis egit, & plura designauit, quæ ostenderent quanto desyderio humani generis salutem sitiret.

**Et discipuli eius.**

A circumstantia personarum confirmatur certitudo historię.

**In Iudæam terram, & illic morabatur cum eis.**

Ab Hierosalem (quæ est in sorte Benjamin: Iosue cap. 18) in Iudæam terram (cui nomē peculiariter inditum à Iuda illius Tribus auctore, vnde genus dicitur & **IESVS**) secessit Dominus, moramque in ea hæc potissimū ratione egisse videtur, vt occasio discipulis Ioannis fieret de eo interrogandi (quod in vicino adeo sibi loco discipulos per Baptismum colligeret) audiendique subinde tam præclarum hæc ab Euangelista memoratum magistri sui Baptista de Domino testimonium.

**Et baptizabat.**

Hoc per occupationem ab Euangelista dictum, ne quis diceret Dominum in Iudæam secessisse, & illic otiose demoratum, illic (ait) se Saluatorem exhibuit: nam illic agens, Baptismo

*Indolis optime signum. Veritatem facere. Venire ad lucem.*

*Spiritus Christi auctor omnis boni.*

*Hierosalem in tribu Benjamin Indet à Iuda.*

primo per discipulos administrato, ciues regno Dei plurimos conscripsit. **BAPTIZABAT**, nō propriis manibus, & in persona (vt Ioannes Baptista) visibiliter: sed iisdem iniustis exordiens prædicationem Euangelicam, vnde ceperat Ioannes, prouocabat ad penitentiam, & per Apostolos baptizabat, id est assentiebat discipulis baptizantibus: quāquā ipse sit qui in veritate & inuisibiliter baptizabat omnes. Vide infra Cōciliationē in hunc locū.

**Erat autem & Ioannes baptizans in AEnon iuxta Salim.**

Commendatio Ioannis ab officii dignitate, & strenua diligētique expeditione, qui per id tempus quo discipuli **CHRISTI** baptizabant, erat baptizans: non iam in Iordane, vt solet, sed in obscuriore loco, cui nomen **AENON**, iuxta Salim oppidum, haud longè à Iordane. Hieronymus in locis Hebraicis, ad suam ætatem locū in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem, iuxta Salim & Iordanem esse memorat. **SALIM** Syris sonat scatebras.

**Quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur.**

Causam reddit, cur in AEnon Ioannes baptizaret: quia illic baptizandis suppetebat aquæ copia. Verbum **VENIEBANT**, indicat effectum doctrinæ Ioannis de penitentia, quæ licet dura sit carni, tamen mouet affectus vt audientes veniant, & ad id maxime vrget fides. Altera penitentia pars, **ET** baptizabantur: Eo Baptismum recipiebant, vt manifesto signo testarentur se penitentia duci, hoc est mori carni, & egere **CHRISTO** viuificatore: iste enim erat Baptismi Ioannis vsus.

**Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.**

His verbis Euangelista alludit tanquam paraſceue ad obitum Ioannis, qui postea contigit, simul & insinuans à temporis circumstantia, **NONDUM** enim & c. se scripsisse de actis Christi primo anno doctrinæ & Baptismo eius in Iordane, vsque ad cōiectum Ioannem in carcerem, quæ reliqui Euangelistæ tacuerunt, suam exorſi historiam ab his præcipue quæ secūdo suæ doctrinæ anno Christus gessit. **Quisquis** es qui ista legis, specta & vide quod præmium pii prædicatores Verbi, exemplo Ioannis, ab ingrato mundo referant.

**Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.**

Carnalem Iudæi cuiusdam & discipulorum Ioannis quæstionem, imò re vera contentionem è media ambitionis officina proficiscentem, describit. Erat, vt apparet, acris contentio & grauis æmulatio ac potius inuidia de Christi Baptismo: conflictabantur inuicem quod Baptista præceptorem suum iam minui videret, plurèſque ad Christum quàm Ioannem confluere. Plus iam Christo quàm Ioanni fauebat populus, vnde inuidia orta quibusdam discipulis Ioannis aduersus **IESVM**, quod quum ipse nuper baptizatus esset à Ioanne, seque veluti pro discipulo illius gessisset, ac illius testimonio fuisset populo commendatus, nunc repente sese æquaret illi, imò se illi anteponeret, cuius discipuli, sibi fumerent; quod hæcenus solus Ioannes fecisset: Aut fortassis orta est contentio à Iudæis cum discipulis Ioannis, qui & suas purificationes & Christi Baptismum præferbant purificationi seu Baptismo Ioannis: aut quum Iudæi non possent legales suas aspersiones ac purificationes, animalium cinere, factas defendere, & eas Baptismo Ioannis meliores ostendere, vt contentiones agitent, & discipulos Ioannis turbent, commendant Christi Baptismum: non quod ita sentirent vellētque laudibus Christum euehere: sed vt Baptismum Christi commendantes, deprimant Ioannis discipulos (qui magnis illis Phariseis maiores & excellentiores iam prominebant) & victores euadant. Aut fortassis hi Iudæi, non ex inuidia Christi Baptismum commendabant, & Ioannis Baptismo præferbant: sed quia credebāt, quod vidissent Christum miracula Hierosolymis operantem.

**Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei.**

Hoc genus querelarū ad Ioannē, tanquam idoneū quæstionis arbitriū, deferunt, amore & honore sui præceptoris moti. **ET** dixerunt ei, hoc est deferunt suo magistro rem his verbis;

**Rabbi.**

Captant beneuolentiam à dignitate personæ: Magister.

**Qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat.**

A circumstantia personæ & loci, certitudinem suæ narrationis conantur ostendere; &

*AEnon.*

*Salim.*

*Fides.*

*Penitentia pars.*

*Baptismi Ioannis vsus.*

*Inuidia discipulorum Baptista.*



Baptista discipulis Christo invident.

exaggerare factum Christi, vt excitent Ioannem aduersus Christum. Magister (inquiunt) is qui nuper apud te fuit, quum apud Iordanem baptizares, & que baptizasti, & tuo orna-

Et omnes veniunt ad eum.

Quasi dicat: Timemus ne illius autoritas tua officiat fama: en totus ad eum gregatim confluit mundus, cauendum est ne per illum tua obscuretur autoritas. Quare rogamus, vt autoritate tua demandes, ne ipse aut discipuli eius baptizent: qui si pergant, actum est de tua autoritate. En iam solus relinquere, contemnimur omnes qui te preceptorem habemus: nam omnes, nobis relictis, ad eum veniunt, & baptizantur, te etiam cōtemp-

Ioannis confitio in testimonio de Christo.

ptō. Obserua: his verbis, o m n e s veniunt ad eum, commendatur potentia doctrinæ, Baptismi, officii, & vitæ c h r i s t i, ad quem omnes confluant.

Respondit Ioannes, & dixit.

Perfeuerat Ioannes in confessione priori de Christo, supra primo capite facta: qui nullibi sui dissimilis, hortatur nos hoc suo responso vt constanter Christum vbivbi fuerimus, confiteamur salutis authorem: Ioannem vero & alios verbi prædicatores, Christi ministros, & beneficiorum c h r i s t i dispensatores.

Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo.

Baptiste officii

Confutatio est eorum quæ discipuli humano affectu ducti, Baptista præceptori obiecerant: duobus labefactati erant peccatis, tum quod diuino contrarii essent consilio, tum quod impossibile attentabant. Desyderatis, inquit, mea autoritate silentium Christo imponam: fallimini, n o n potest homo, & c. quasi dicat, Nemo, ergo ne ego quidem Ioannes possum plus autoritatis mihi tribuere, quam quod mihi diuinitus datum est. Sed hoc solum officium accepi à Deo, vt præcursorem Christi agam, vt Christo viam præparem, vt vox sim clamantis in deserto, vt aqua baptizem, vt prouocarem ad penitentiam, denuntians instare regnum Dei: vt iudicarem quem posthac sequi oporteret. Hæc non humanis geritur præfidiis, sed auctore Deo: bona fide peregi quod ille faciendum mihi delegarat: si mea valet apud vos autoritas, cur meis dictis non creditis? ipsi testimonium perhibere potestis, quod non semel sum professus me non esse Christum: ego illius sum famulus, ille Dominus est omnium: maiora non accepi, nec maiora mihi arrego. Pestilentissima ingratitude est, maiora sibi vsurpare quam Dominus dederit, aut comedarit: & cadere solet qui suspicit, nõ autē prospicit. Hoc loco verbū a c c i p e r e, sicut & in quolibet pietatis negotio, accipitur pro verè potiri rebus ad pietatē pertinentibus. Obserua: n i s i fuerit ei datum & c. quasi diceret: Quicquid in rebus diuinis & spiritalibus accipimus, id donū Dei est. d e c a e l o, inquit, hoc est per caelestem & diuinam vocationem, siue per certum Scripturæ verbum, siue per testimonium aliquod caeleste: ac si dicat, Mea functio est mihi à Deo imposta, & in Verbo fundata, atque præscripta, vnde planè intelligo quid mihi autoritatis arrogare debeam, & quid non. Huc pertinet quod dicebat Paulus Rom. 10, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Quū enim non simus sufficientes (2. Corinth. 3,) cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit, certum est neminem quicquam rectum & sanctum vel docere, vel facere posse quod non acceperit cælitus: hoc est ad quod non fuerit impulsus diuinitus, vnde neque plantans neque rigans est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus: 1. Corinth. 3.

Ingratitudo. Offendiculum. Verbum accipere.

Omne bonū à Deo.

Sufficientia nostra ex Deo.

Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.

Emphaticè sunt hæc pronuntianda: Miror totus quod rogaueritis huic silentium imponerem, & non solum me illi præferre contenditis, sed & Baptisimum meum, doctrinam meam, vitam meam, & officium meum, Baptismo, personæ, & officio eius, antepōnere conemini. Rogo vos, quis ego sum, vt prohibeam c h r i s t v m à munere suo? Ipsissimi testes estis quam abundè antea vobis inculcauerim me non esse Christum, sed duntaxat ministrū, & ante illum missum esse. Quoties vos iam docui illum esse Christum à Prophetis prænuntiatum & promissum? Dicitè obsecro, quoties vobis eadem repetenda erūt? fa cessite

Baptista discipulos remittit ad Christum.

facecite hinc ad illum: & quem mihi deferre vultis honorem, illi deferre. Non ego sum c h r i s t v s, tali me non dignor honore: id honoris non agnosco, abite. Obserua: quum dicit a n t e illum, præsentiam c h r i s t i declarat: quasi dicat, Vt tester eum adesse, & doceam eum amplectendum esse pro vero Salvatore, quem posthac oporteat sequi, & ab eo perfectam salutem petere.

Qui habet sponsam, sponsus est.

Eleganti & peruenuita allegoria, peccatorū afflictorūque cōscientias consolatur, spē omnibus erigens, ne peccatorū grauitate pressi, animos despondeant: sed audiant animarū & credentium sponsum aduentasse, qui ambabus vt dici solet manibus, misericordiæ celestis thesauros offert. Atque vt vno & altero verbo parabolā aperiam, Baptista significare voluit Christū spōsum Ecclesiæ, & Ecclesiam Christi spōsam esse, seque solidū gaudium gaudere, quod audire spōsum, id est præsentē habere, sibi datū esset. q v i habet spōsam, sponsus est, id est, nemo sponsæ Dominus, nisi sponsus: nemo sponsæ caput, nisi sponsus. Est ergo Christus, & Dominus & caput sponsæ Ecclesiæ. Ego verò non sum sponsus, sed pronubus, hoc est qui spōsæ ostendo spōsum, qui doceo populū, id est Ecclesiam, Christū ad se venientem, tanquam verum sponsum accipiat: 2. Corinth. 11, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Solenne & apud omnes receptissimum est, non sponsam ad sponsū, sed sponsū ad sponsam venire: & sponsam sponso gratiam & benevolentiam offerenti adhærere, vt fiant vnum: qui sponsam in domum suam & patris deducit. Has veri sponsi partes Christus spōsus suæ sponsæ præstitit, hanc ornauit mundissimis, & splendidissimis ornamentis, remissione scilicet peccatorum, Ephes. 5, annulo obsignauit, 2. Corinth. 11, Qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 2. Corinth. cap. 5, Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Ephes. 1, Credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Ecclesiæ Christus incrementum dat, gratiam & salutem confert, hanc nutrit, regit, sustentat, tandem in domum suam, & patris deducit. Luc. 22, Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thonos iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. 25, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: hæc sunt sponsi partes. Spōsæ officium est, in omnibus sponso credere, diligere sponsum, omnia bona sibi de sponso promittere, soli sponso adhærere, obedire illi, timere & honorare sponsum, auersari dehonestationem sponsi, colere, venerari, amplecti & suscipere sponsum. Ad hunc modum Christus sponsus habet sponsam & à sponsa habetur: vnde quemadmodum vir & mulier matrimonio iuncti, vnum corpus fiunt, & habent omnia bona & aduersa communia, ita Christus & Ecclesia vnum corpus sunt, & habent omnia communia, & quicquid aduersum Ecclesiæ accidit, hoc & in Christum incidit, A. 9, Saule Saule (dicebat Christus) quid me persequeris? qui dixit, Quis es, Domine? & ille, Ego sum i e s u s, quem tu persequeris. Quo fit, vt quū nulla afflictio Christum vincat, nec ab ea vincemur, modo in Christo perduremus. Agnoscis sponsum Christum, agnoscis & sponsam Ecclesiam: agnosce ergo Baptistam non esse sponsum, qui hoc verè fatetur, dicens, q v i habet sponsam, sponsus est: id est, ei debetur sponsa, id est, populus: sed ego non sum sponsus, ergo ad Christum sponsum, non autem ad me famulū & ministrum cum maximo honore eundum est.

Sponsus sponsæ caput.

Baptista pronubus.

Sponsarum mos solennis. Christus verè sponsus.

Sponsi partes.

Spōsæ officium.

Christus & Ecclesia sunt vnum corpus.

Sponso debetur sponsa.

Amicus autem sponsi.

Quasi dicat: Quid huic baptizanti inuidetis, volentes me id honoris mihi vsurpare, qui debetur illi? hoc tam magnum nefas non perpetrabo: nimirum non sum sponsus, sed tantum sponsi amicus, non inuideo sponso suam felicitatem, neque præripiam illi sponsam suam, id est, populum ad eum confluentem.

Qui stat & audit eum.

Præueneram (ait Baptista) vt illum sponsæ ostenderem & indicarem, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Meū officium s t a t, hoc est tacitus asto, audiens eum præsentem & differentem sponsæ: adueniente enim præceptore & doctore, cessant docere discipuli, vt adfates doctorem audiant. Elegans hic asseritur periphrasis officiorum quæ decent ministrum. Stare & audire Christum, hoc est, Spectat ad omnes Verbi ministros, pro sui officii decore, vt stantes nihil quod non audierint à doctore Christo, aut ab eius Spiritu edocti fuerint, pronuntient.

Præceptore præsentem, discipuli tacent. Ministri verbi officium.



## Gaudio gaudent propter vocem sponsi.

Quod ego optabam iam sum consequutus: non tantum prædicavi quia **CHRISTVS** venit, sed præsentem video, & vocem sponsi cum sponsa colloquentis, auribus percipio. Quare **GAUDIO** gaudeo, id est vehementi perfundor lætitia: nihil mihi optatius conringere potest, quam ut omnes ad illum tanquam sponsum confluant. Cavete igitur in me sponsi coronam querere: non enim propter me Propheta sponsam hortatur, Psalmo 44, Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Nec thalamum meum sponsa querit, dicens, Canticorum cap. 1, Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Cælestis est sponsus eius, cuius ego tantum sum minister & amicus, quia in amicitia eius sum receptus, qui prior me dilexit quam ego illum.

## Hoc ergo gaudium meum impletum est.

Perinde est ac si diceret, Finis & terminus meæ functionis meique officii quod debui ut præcurfor conficere, id est, quod maxime desyderabam, & eo potissimum potiri cupiebam, ob oculos præsentissimum est: ideo gaudium meum impletum est. En sponsa iam sponso coniungitur.

## Illum oportet crescere, me autem minui.

His verbis repellit quod obiecerant discipuli, Et omnes veniunt ad eum. Quoniam nihil mihi erat optatius quam ut ille tantus agnosceretur esse quatus est, & ego desinerem maior videri quam essem, ingenti lætitia perfundor, videns & intelligens rem bene succedere. **OPORTE**T, hoc est, Neceffe est, & ita in cælis definitum decretumque est, ut is qui hætenus inter vos longè minor habitus est, quam est, **CRESCAT**, hoc est paulatim manifestet se per signa & miracula: non secundum profectum in virtutibus, abfit: hoc enim Nestorii deliramentum esset: sed secundum ostensionem & manifestationem deitatis. Primo signis & prodigiis: deinde ordine mortis, resurrectionis, & ascensionis. Ad hunc modum accipiet nomen quod est super omne nomen, ut in nomine **IESV** omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum: & in omnes Gentes poenitentia prædicetur & remissio peccatorum. Me vero (qui maior habitus sum quam eram) oportet **MINUI**, meam opinionem obscurari, illius gloriam in dies augete, à me desicere discipulos, & ad illum demigrare: ad cuius potentiam mea diluta est, & inefficax, tantoque inferior Baptismus, quanto est ignis aqua potentior. Minutus Ioannes non diluitur & extinguitur, sed veluti stella à maiori lumine, Sole occultatur, & imminuitur: ita & præcurfor velut Lucifer à Spirituali Sole occultatus, minuitur & obscuratur. Obserua: ut verbo Crescendi extollitur, **CHRISTVS**, & omnia quæ sunt Christi, ita verbo Minuendi, explicatur Ioannes inferior, & ea quæ sunt tum Ioannis tum omnium ministrorum Christi.

## Qui de sursum venit, super omnes est.

Probatio est illius quod dixit Se minui oportere, Christum verò crescere, argumento à loci circumstantia, & peruenista antithesi, petito. **VOX DE SVRSVM**, indicat **CHRISTI** diuinitatem: qui De sursum venit, id est Qui à superiore & cælesti germinauit radice, paternam conseruans naturam, is Deus est, creditur esse super omnes homines, etiam super omnes creaturas, ergo super me est. Maior me est, ego enim minister & creatura, ille Dominus & creator.

## Qui est de terra, de terra est, &amp; de terra loquitur:

## Qui de cælo venit, super omnes est.

Antithesis est, collationem **CHRISTI** & Ioannis continens, cù ætiologia discretionis Ioannis siue omnium ministrorum & Christi. Non est æquum conferre æqualiter non modo doctrinam, sed omnia qualia qualia fuerint, eorum qui de terra sunt, cù eo qui de supernis est. Nā qui de terra est, de terra loquitur: sed ego **DE TERRA** sum, nempe homo terrenus: terrena ergo loquor, vilia & humilia, si cum doctrina Christi conferantur. Quauis quæ à Baptista fiebant, diuina veluti à Spiritu prodibāt, collata tamen cù his quæ à Christo fiebant, valde humilia apparebant. Quū dicitur, **DE TERRA** est, **ET DE TERRA** loquitur, elegans est periphraſis omnium officiorum in ministris, qui plantant quidem & rigant, & hoc quidem est De terra esse & De terra loqui, quantum ad se & ad naturam pertinet, sed non dant incrementum rei: 1. Corinth. 3. Sunt enim omnes hominum doctrinæ veluti mortua litera, nisi Christus sua gratia & cælesti voce, eam viuificantem reddat. Quare quum animalis homo neque percipiat quæ Dei sunt, neque de illis loquatur, necesse

tur, necesse est aliunde quam de terra veniat, qui & cælestia percipiat, & eadē nos doceat loquatūque. Quum itaque **CHRISTVS** à Patre omnia acceperit, etiam facultatem dispensandi Spiritum Sanctum, qui nos docet & ad vitam æternam innouat, necesse est hūc vnicum esse cui audiamus, cui præ omnibus morem geramus: nimirum de cælo venit, quia Deus homo factus est, & super omnes est, quia Deus est. Nonne optabilius est audire ipsum Deum, quam me ministrum & seruum Dei? Non est ergo quod inuidere debeat, quia ad eum omnes confluant, quum iure optimo hoc faciant, & ad eum omnes veniant, qui est super omnes, & solus omnes erudire ad salutem potest.

## Et quod vidit &amp; audiuit, hoc testatur.

Argumento ab experientia seu noticia, petito, confirmat officium & dignitatem Christi. Christus quod **VIDIT ET AUDIUIT**, id est quod certò scit & expertus est, aut quod audiuit, id est à Patre didicit: & Vidit, id est, clare cognouit, **HO** loquitur & testatur, id est docet & prædicat: videlicet, ut de plenitudine eius nos omnes accipiamus, & aliquid loqui de cælo sciamus: qui non nisi de terra loquebamur. Hæc dum loquitur & testatur, ostendit quam sit supra omnes etiam Prophetas & Reges: qui tamen de regno Dei futuro testati sunt, illud tamen non viderunt: sed in tenebris sedentes, expectauerunt hunc quem & videtis & auditis loquentem & disserentem de his quæ & vidit, & à Patre audiuit, ut accepto eius testimonio desyderatis potirentur.

## Et testimonium eius nemo accipit.

Quasi dicat, Ad eum pauci sunt qui eius testimonium accipiunt, ut vix audeam pronuntiare aliquos accipere illum, adeo paruus auditorum eius est numerus. Solo sensu ductantur mali homines, vilitate personæ permoti. 1. Corinth. 1. Nos prædicamus **CHRISTVM** crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis **CHRISTVM** Dei virtutem & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. **ACCIPERE** testimonium **CHRISTI**, donum, Spiritus Sancti est: & non est obiter intelligere Verbum, sed est amplecti ipsum Christum, & illi fide viuā adherere, doctrinamque eius ut veracem honorificè & reuerenter excipere. **TESTIMONIUM**, vocat ipsum Euangelium quod testatur de beneuola Patris erga nos voluntate per Christum.

## Qui autem accepit eius testimonium, signauit:

## quia Deus verax est.

Vsum testimonii Christi, hoc est Euangelii accepti, docet: **QUI IESV CHRISTI** verbū ex animo accipit, hoc est, qui in Christum credit, verè testimonium accipit, per Spiritum Sanctum signatus est, cuius Spiritus officium est non in nobis otari, sed nos obſignare & certos reddere de veritate Verbi. Ioan. cap. 15, Quum autem venerit Paraclētus (quem ego mittam vobis à Patre) Spiritus veritatis, qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Ioan. cap. 16, Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē. Hac obſignatione qui est obſignatus, verè in Filium Dei est designatus & adoptatus, agnoscatque certò ipsum **CHRISTVM**, & in ipso Patrem, verum Deum in vero Deo: certòque videt quod **VERAX** sit Deus, hoc est qui quæque sanctis vnquam promisit, in **CHRISTO** Salvatore nostro præstitit: in ipso siquidem sunt, etiam, & per ipsum sunt, amen: & quotquot sunt promissiones Dei, 2. Corinth. 1. Obserua: verbum **SIGNAVIT**, alteratione generis positum est pro Signatus est: id est, in corde certus factus est de veritate Verbi. Rurſus obserua: **DEVS** est verax à natura, quia suaapte natura est verax, & ab effectu verax est: quia alios veraces facit, veraxque est verbum eius: & quicquid docet Christus verum est, & quicquid agit, id Deo placet, & est acceptum.

## Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.

Rationem adducit qua probat Verbum, Deum verum esse, Christi doctrinā, & omnia quæ ipsius sunt, vera esse, argumento à causa efficiente petito: **CHRISTVS** Filius Dei est à Deo missus, ergo non humana sed diuina verba loquitur, Christus est à Deo missus, ergo qui Christum audit, Deum audit, & qui Christo per fiduciam adheret, Deum in se habet. Certissima ergo est **IESV CHRISTI** doctrina, & nihil quod est **IESV CHRISTI**, repugnat aut displicet Deo.

## Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.

Ætiologica est occupatio, qua Ioannes præoccupat quorundam obiectiunculas, simul-  
g. i.

Gaudio gaude-  
dere.Baptista gau-  
dium impletumChristum cre-  
scere.  
Nestorii delira-  
mentum.Baptista mi-  
nuitur

Vox, De sursum

De terra esse.  
Loqui de terra.Hominum do-  
ctrina, litera  
mortua.Christum videre  
& audire.Accipere testi-  
monium Christi.Euangelium di-  
ctum testimoniumObſignari Spi-  
ritu.Adoptati quod  
dicuntur.Verbum signa-  
uit, quid notat.

Deus verax.

Verbum probat  
eum esse Deum.



atque ostendit Christum certissimam & consummatam accepisse à Patre doctrinam. Nolo (ait) ista intelligatis de quouis misso à Deo: nam & Prophetæ missi sunt à Deo, qui aliquando verba Dei sunt loquuti, aliquando non, sed ex proprio spiritu multa narrauerunt, quòd *AD MEN SVRAM* accepissent spiritum: hoc est, quòd Deus vni dat hoc donum, alteri aliud: siue datur dona Spiritus ad limitatos & certos actus: 1. Corinth. 2. Ad hæc quæ dico, Quem misit deus, &c. intelliguntur de vnico Dei Filio *IESV CHR ISTO*, qui vbi vbi, & quoties quoties loquitur, ex Deo loquitur, quoniam non est illi ad certum modum datus à Patre Spiritus: sed totam plenitudinem sui Spiritus cumulatissime & effusissime effudit in eum: idque in hominem, (vt enim Deus est, idem substantia est quod Spiritus Dei) ad eum vt nihil habeat Pater, quod huic desit, & quicquid huic detraxerit hominum incredulitas, id Pater sibi detractum putat. Ad Coloss. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti. Esaiæ cap. 11, Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus sapientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. Psalmo, 44, Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Græcis legitur *νότον αἰών*. Non enim huic ad mensuram, &c. Vt ex his quæ præcedunt & sequuntur satis liqueret de quo loqueretur, figura proverbiali dictum est, *DATA* ad mensuram, pro eo quod est, *DAT* parce aut mediocriter. Qui largiter & effuse dat, non metitur quod dat aut numerat, sed cumulatum profundit. Quidam ad hunc sensum interpretatur, Nō solet certa aliqua & definita mensura Deus Spiritum largiri, vt si cui multum de illo largitus sit, non possit alteri largiri amplius, sed arbitrio suo vniciuique illum dispensat, nec vlli tantum contulerit, quin multo plus queat impedere aliis: infinita enim est hæc Spiritus Sancti opulenta: Quare quod mihi multum Spiritus dederit Dominus (ait Baptista) nolite propterea existimare Deum non posse huic plus donare: hic enim est Filius, ego vero seruus: hic Deus & Dominus est, ego creatura & seruus: hic Deus & homo est, ego homo: hic ita loquitur vt ipsemet sit Verbum.

#### Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.

Aperit Baptista causam propter quam qui de cælo venit, hoc est Filius Dei, factus homo sit supra omnes: Pater supra omnes hunc diligit, ergo hic supra omnes est. Signum huius dilectionis tam vehementis in Filium incarnatum, est quòd omnia sunt ei tradita: & hæc potestas qua omnia illi sunt tradita, est à dilectione. Vbi obserua dilectionem nō esse rationem propter quam Filio prout est ab æterno genitus, tradita sunt omnia: quia non dilectione, sed generatione omnia sunt tradita Filio, rerumque omnium summam tradidit illi in manum, non se spolians sua potentia, sed huic eandem quam habet virtutem communicans. Hic locus est de *CHRISTO*, iuxta humanitatem intelligendus, Quia Pater diligit Filium, dedit illi omnia sua bona in manu, id est in virtute & potestate. Quo fit, vt quicquid Deus humano generi conferre voluit, hoc per Filium *IESVM CHR ISTVM* largiri voluerit. Offert nobis Deus salutem, sed per eum qui est salus: offert omnibus vitam æternam, sed per eum qui est fons vitæ æternæ: offert nobis omnia spiritualia, sed per eum cui non ad mensuram datus est Spiritus. Sunt ergo omnia per *CHRISTVM* à Deo petenda. Huc pertinet quod Danielis cap. 7. scribitur, Aspiciet in visu noctis, & ecce in nubibus cæli Filius hominis venit & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & datum est ei regnum, & honor: & omnis populus, tribus, & linguæ seruient ei. Quid ergo querulamini o discipuli mei, dicentes, Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Qui enim ad eum fide viua non accesserint, velint nolint tandem veniunt ad eum, ante cuius thronum sistendi sunt, tanquam ante supremum iudicem, in cuius manu cuncta sunt posita. Huc pertinet locus infra cap. 5, Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei. Vide quæ in eum scripsimus locum.

#### Qui credit in Filium, habet vitam æternam.

Hactenus Baptista docuit *CHRISTVM* vnicum esse qui de cælo descendit, & qui supra omnes est: nunc hortatur & vult vt in *CHRISTVM* credamus, qui est Filius Dei, si æternum viuere volumus, & illius veram doctrinam suscipiamus. Iuxta suam naturam *CHRISTVS* Filius Dei est vita, cuius ingressus & ianua ad nos est fides viua & per Spiritum Sanctum in credentibus habitat, quos per eandem fidem viuificat, annotatore Paulo Ephes. cap. 3,

Propheta ad mensuram Spiritum habuerit Christum plenitudinem Spiritus habuit.

Dare ad mensuram.

Pater diligit Filium supra omnes. Pater omnia Filio tradidit generatione.

Deus omnia per se ipsum Filium largitur.

Fides vna domicilium Christi. Christus per Spiritum in creditibus habitat

Ephes. cap. 3, Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri *IESV CHR ISTI*, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuinitas gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiori homine: *CHRISTVM* habitare per fidem in cordibus vestris. Quum ergo secundum suam substantiam Filius sit vita, & per fidem viua in credentibus habitat, est verissimum quod hic pronuntiat, *QUI CREDIT* in Filium, habet vitam æternam. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioannis cap. 4, In hoc cognoscimus, quòd in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Paulo post dicitur, Quisquis confessus fuerit, quoniam *IESVS* est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Habet vitam æternam: scilicet iam in certa spe: Roma. cap. 8, Spe salui facti sumus. Et aliquando quum manifestabitur post hanc vitam, in re: 1. Corinth. 13, Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.

#### Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam.

Argumento à pœna & exitio incredulorum, deterret ab infidelitate: idque facit per elegantem antithesin: Vt fides ad vitam æternam ducit, ita incredulitas qua dubitamus & hæsitamus de Filio, vt vnico ac vero Salvatore, ducit ad condemnationem. *INCREDV LVS* non videbit vitam æternam: id est non experietur in sua cōscientia neque hic neque post hanc vitam, gaudium, pacem, tranquillitatem, & similes vitæ æternæ fructus. Vis paucis tibi absolua quomodo ad vitam æternam transitur? Euāgelium de *CHRISTO* prædicatur, illi creditur: hanc fidem viua, hoc est quæ per dilectionem operatur, sequitur iustificatio, iustificationem placata conscientia, placatam conscientiam, vita æterna. Roma. cap. 5, Iustificatio ex fide, pacem habemus apud Deum. Habere pacem in conscientia, est certo statuere nobis placatum Deum Patrem esse per Christum.

#### Sed ira Dei manet super eum.

Infidelitatis supplicium est Dei ira, hoc est Qui incredulus est, siue qui diffidit Filio, (quoniam ipse sibi velut oculos occludit, ne lucem aspiciat) non videbit vitam, quæ est lux & vita hominum: *SED IRA* Dei manet super eum, id est vltioni diuinæ (quæ est mors æterna) manet obnoxius, quandiu permanet in peccatis, aut habet sibi iratum Patrem, donec credat Filio. Nam quandiu hic viuunt, nemini desperationis laqueus obicitur, sed ex animo petentibus, & Deum rogantibus, non est negata *CHRISTI* gratia. Obserua: non dixit quòd maneat illum, sed manet super illum, ostendens quòd nunquam ab incredulo recedat, sed perpetuum erit supplicium.

#### CONCILIATIO PRIMA.

Quid hic *CHRISTVS* commendat exaltatum à Mose serpentem, quum docuerit Mosem à sculptili abstinere: dicēs Exodi cap. 20, Non facies tibi sculptile? Respondeo: Locus hic postulat demum operam & diligenter expendamus, an sit imaginum & signorum apud Christianos vsus aliquis, vel debeat hi omnibus simulachris prorsus abstinere. Atque quum imagines nō sint vnus generis, aliæ enim Deo, aliæ Christo vt homini, aliæ Angelis, aliæ Diuis affingatur, nec vna esse poterit ratio eis vtendi. Primum, quum Deus inuisibilis sit, & nulla deliniatus figura, sed immensus & incomprehensibilis sit, nulla illi affingi potest imago, quæ hunc ad viuam deliniet: sed quum crasso & adhuc obtenebrato ingenio simus, inuisibilis Deus per id quod factum est, fide intelligendus conspiciendusque proponitur ab Ecclesia, quæ penicillo explicat quod voce à Prophetis nuntiatum est: vnde non putauerim impium esse ob oculos propositum simulachrum, quo Deus patribus apparuisse legitur. Quòd si quis temerarium existimauerit, Deo, hominis imaginem affinxisse, temerarius erit Propheta, qui Psal. 18, Domino Deo affinxit manus, Opera manuum eius annuntiat firmamentum: Pedes, Psal. 131, Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius: Humeros, Deutero. cap. 32, Atque portauit in humeris suis: Digitos, Psal. 8, Opera digitorum tuorum lunam & stellas: Vterum, Psal. 109, Ex vtero ante Luciferum genui te: Brachium, Psal. 108, Manus enim meæ auxiliabitur ei, & brachium meum confirmabit eum: Oculos, Psal. 32, Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius: Aures, Psal. 129, Fiant aures tuæ intendentes, &c. Viscera, Luc. cap. 1, Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus, &c. Cor. Psal. 44, Eructauit cor meum verbū bonū. Legimus in Genesi, Iacob in Mesopotamiā Syriæ abeunte ppter fratris Esai inimicitias, vidisse Dominū scailis innixū dicētē, Ego sum Deus Abrahamæ patris tui, & Deus Isaac, ne timeas. Rursus Daniel Propheta, cap. 7, Deū patrē humano habitu se vidisse describit, Aspiciet in visu donec

Incredulorum exitium.

Vita æterna fructus. Ingressus ad vitam æternam. Conscientiam reddere tranquillam.

Infidelitatis supplicium. Iram Dei manere super aliquem quid est. Penitentia laevis quandiu hic viuunt.

Imagines non sunt vnus generis.

Deus nulla ad viuam imagine deliniari potest. Imago Dei.



sedes positæ fuissent, & vetustus dierum sedebat, vestimentum eius candidum vt nix: capilli capitis eius vt lana mûda: thronus eius flâma, ignis: fluuius ignis egrediebatur à facie eius: milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Et vt ostendamus, manifestius ait Athanasius, libro Responsonum ad obiecta Arriana, ad Luciferû Episcopum, Deum Patrem fuisse qui Danieli in antiqui hominis specie visus est: in sequentibus quoque de Filio ita dixit, Ecce in nubibus cæli Filius hominis veniebat, & vsque ad vetustum dierum peruenit. Apparet ergo (ait ille) secundum præsentem testimonii fidem, & Patrem & Filiû Danieli Prophetæ apparuisse. Deus visus est Abraham in similitudine trium virorum sub ilice Mambra: qua visione monstrata est personarum æqualitas, forma, ætate, potestate similibus. Huc pertinet quod scribit Augustinus lib. 2. de Trinitate, cap. 142, Si vnus vir apparuisset Abraham, idemque Dei Filius crederetur: quum vero tres visi sunt, nec quisquam in eis vel forma, vel ætate maior cæteris dictus est, cur non hic accipiamus visibiliter insinuatam per creaturam visibilem Trinitatis æqualitatem, atque in tribus personis vnâ eandemque substantiam? hætenus ille. Quare siue hoc modo siue illo modo Trinitatem depingimus, vmbra[m]que aptamus iuxta similitudines & visiones quibus aut apparuit aut loquutus est Deus Prophetis, sub quibus pro nostro captu fide Deum discernamus, & hunc trinum & vnum, non autem apparentiam aut imaginem illam adoremus, nihil impietatis putauerim in hoc ritu ab Ecclesia hætenus obseruato, & à sanctis patribus ad nos deriuato. Quæ si vultibus disparibus explicetur, emanationes personarum: si similibus, æqualitatem earum ostendet, habens non substantialem sed symbolicam similitudinem, annotatore Ioanne Damasceno, lib. 1. de Orthodoxa fide, cap. 14. & 15, Quia plurima (ait) de Deo corporaliter in sacra Scriptura symbolicè & mysticè dicta cõperimus, oportet sciamus, quum nos ipsi simus crasso carnis indumento circumdati, nos minime posse diuinas & subtiles & immateriales Dei operationes aut intelligere aut eloqui, nisi imaginibus, & formis, & significatiuis nostro more vtamur signis. Quæcunque igitur de Deo corporaliter dicuntur, symbolicè sunt dicta. Simplex enim diuinitas figuram nullam habet. **O C V L O S** ergo Dei, intelligimus eò quòd in nobis per hunc sensum perfectior cognitio certiorque innascitur. **A V R E S** autem & auditû virtutem eius propitiaticem & nostræ deprecationis susceptricem. Nos enim iis, qui supplicationes porrigunt, per hunc sensum mites sumus, familiarius eis aurè inclinantes. Atque ita de reliquis sensu & re corporea expressis dicere possumus. Legito locum Damasceni. Vellem tamen hæc imaginem, solis doctis expositam, aut plebi ab erudito Ecclesiaste explicari, & hac epigrapha ornari, Hæc est imago speciei sub qua Deus patribus apparuit: ne simplex vulgus & ineredita plebeula in mysteriis Trinitatis multa rogare & apud se discutere sollicita, erraret.

Quantû attinet ad imagines quæ **C H R I S T O** & diuis appositæ sunt, paucis dicamus. Quum artes fingendi, pingendi, sculpendi, & fundendi sint dona Dei, quibus homines ipsius opera imitentur & repræsentent, omnino ergo sanctis erit aliquis harum vsus: harum artium præcipuum est operibus repræsentare quæ cogitata, & in mentem reuocata momentum aliquod habeant instaurandæ pietatis. Quòd si arbores, stellas, animantia & cætera eiusmodi nos oblectant, & horum meditatione agnoscimus mirabilem Dei virtutem, quid oberit imagines **C H R I S T I**, Angelorum & Diuorum effingere, quibus ipsi se humanis oculis intulerunt: Christus & Diui, homines nobiscum visibiliter versati sunt: Angeli sub specie auræ, flammæ, volucrum, aut huiusmodi apparuerunt: horum imagines quibus ea de Christo, Angelis, & Diuis exprimitur, quæ re vera gesta sunt, fieri haberi que posse à Christianis non dubitauerim, sed ad significandum mouendumque ad pietatem, & Christi mysteria contemplanda, quæ & adorabimus & maximo suspiciemus honore, non autem ipsas imagines, lapides & ligna, quæ tamen vt libellos & scripturas mysteriorum **C H R I S T I**, excipiemus. Imaginum vsus per se malus nõ est: visibilium enim rerum fieri effigies non solum Scriptura nusquã vetuit, sed memorat etiam iussu Dei factas. Vnde mordicus & ad verbum non est præceptum illud, **N O N** facies tibi sculptile, accipiendum: nisi velis ipsum Moysen legis ipsius promulgatorè, idololatriã asserere, atque adeo Deum alibi idololatriam (quod pia aures abhorret) præcepisse. Quòd Moyses ex præscripto Dei, Exod. 25, duos Cherubim aureos posuerit in tabernaculo, in summis Propitiatorii partibus. In vasis quoque templi quod extruxit Salomon, erant bouum, leonum & Cherubin sculptiles imagines, 3. Regum, 6. & 7, rursus 2. Paralipomenon, 3, Sculpuntur Cherubin in parietibus: in mitra quoque Pontificis erat imago Lunæ: in veste vero, malorum Punicorum simulachra. Quare neque Iudæis neque nobis, hoc præcepto, Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem & c.

Trinitatis forma patribus apparuit.

Imaginum vsus. Corporaliter de Deo dicta, mysticè intelligenda. Diuinitas figuram non habet. Oculi Dei. Aures Dei.

Imagines sanctorum non adoranda.

Vsus imaginum. Sculptile.

similitudinem & c. simpliciter interdictum est omne genus imaginum, sed tantum nefandus vsus, ne scilicet more gentium haberent simulachra quæ proponerentur adoranda. Atque hunc sensum legis indicant verba sequentia: Non adorabis ea, neque coles: Et quæ apponitur appèdix, est veluti quædam præcepti explanatio, Corâ me: quasi dicat, Nõ sunt imagines Deo conferendæ, non æquandæ, quibus nulla est diuinitas tribuenda. Quum ergo vsus imaginum Iudæis etiam ad Gentium superstitionem mire procliuis, non simpliciter fuerit prohibitus, multo minore periculo viris sanctis & Christiano populo conceditur, modo absit omnis superstitio & abusus. Odium imaginum & earum euersio nihil ad pietatem confert. Quòd si conferret: quid Iuliano Apostata sanctius esse possit, qui imaginis Crucifixi, & iconis Virginis Mariæ infestissimus hostis esse legitur? Quid Turcis esse possit religiosus, qui imagines prorsus abominatur? Sunt imagines iuxta fidei & religionis Christianæ apponendæ, non sine commodo & vtili, ad excitandam gestorum recordationem, & historiæ memoriã & intellectu. Quemadmodum æneus ille serpens à Mose erectus & cõspectus, intuentium animos mouebat excitabaturque ad credendum promissioni, qua dictû erat, Quicumque morfu lethali lancinatus, serpẽtem inspexerit, seruibitur. Ita & erigitur crux **C H R I S T I**, pingitur natiuitas, passio, resurrectio, & ad cælum ascensio **C H R I S T I**, vt his admoniti, apud se reuoluant sacra illa mysteria, quibus credant & certo statuunt illa esse pro sua salute à Christo completa: hoc aspectu siue fide viuã sanantur morfi & lancinati à peccato: quod quale quale fuerit, tollitur & sanus fit, qui ista per imaginẽ est contemplatus. Hæc recordatio in sanctis non potest nõ instaurare fidem & pietatem, vt hæc cõtemplatus fide auctior euadat. Nemo ergo, nisi insanus, potest negare quin imagines sanctè admoncant. Porro admoneri eorum quæ Deus ad salutem nostram administravit, siue in Domino nostro **I E S V C H R I S T O**, siue in sanctis aliis, siue etiam Angelis, quis dicat non momentum aliquod habere instaurandæ religionis? Mihi re vera hoc extra dubium est, Christianos posse salutariter admoneri per signa & imagines quibus passio & resurrectio Christi, Virgo lactans Filium, & Magos tres excipiens, Innocentum cædes, Petri crux, Pauli peregrinatio, Laurentii exustio, & huiusmodi explicantur. Hæc animis ingeruntur quæ Christum spirant, & cum incremento pietatis peccus occupant. Fa-teor in imaginum vsu nimium esse erratum: partim in immodicis impensis, quibus ligna & lapides tanto auro & purpura vestiuimus, relictis à tergo pauperibus, quas si ethnicus videret, putaret fortassis se Venerem aut Apollinem aut ipsissimam vanitatem videre: partim in copia seu multitudine imaginum exuberante. Neque enim contenti fuimus signo crucifixi, & imagine beatæ Virginis, & Sancti alicuius statua, qua significarem, in cuius memoriam hæc vel illa ædes sit consecrata, sed ædium parietes imaginibus & picturis operpleuimus: idque factum potius videtur ad vanitatis ostentationem, quàm pietatem. Videre est in antiquissimis imaginibus, simplicissimi cultus exemplar. Proinde expediret nunc eam quam primitiua Ecclesia in pingendis imaginibus, vestitus & ornamentorum mediocritatem obseruauit, contemplari: in antiquissimis imaginibus omnium virtutum exemplar, maxime paupertatis & continentie summum legere erat. Tollatur ergo ille abusus quorundam, qui aliquam sibi imaginem ad adorandum elegerunt, eoque ducuntur, vel ob pulchritudinem, vel deformitatem, vel nouitatem vel vetustatem, credentes hanc aliquid præ cæteris habere virtutis, aut etiam numinis siue diuinitatis. Dicam paucis quid sentio: Sunt hæc omnia ad catholicam sinceritatem redigenda. Copiam imaginum vanitatem mundi præferentium, diminuamus, superstitiosum cultum corrigamus, & cultum eis debitum, ad prototypum tamen relatum, exhibeamus, quemadmodum hætenus vere pii cum matre Ecclesia catholicè sunt vsi. Signum Crucifixi & cæteras imagines, Christianæ pietatis monumenta conseruemus: quas non propter se, quatenus imagines & lapides sunt, sed propter ipsa mysteria nostræ salutis quæ repræsentant, non abiciemus, sed in fide veluti ornamenta in templis erigemus, quæ religiosi conuentibus dicata, præcipue sacræ doctrinæ, administrationi sacramentorum, & sanctis precibus deputantur: cauẽtes ne statuæ illæ adorentur, vlyse seruiant superstitioni. Hoc nobis suadet iustus Ezechias, qui simulatque Iudæi serpẽtem illum æneum à Mose erectum adorare, & vice Dei colere occiperit, subuertit, lib. 4. Reg. cap. 18. Hæc si diligenter parochi docerent, nihil periculi esset ab imaginum conseruatione. Omnia hæc iudicio Ecclesiæ submissa sunt.

Iulianus apòstata.

Turcae imagines abominantur. Imagines non adoranda. Ad aspectum serpentis curabantur Iesi. Imaginum fructus.

Imaginum cultus

Ezechias serpẽtem æneum subuertit.

## CONCILIATIO SECUNDA.

Quomodo cohærent hæc, Non misit Deus Filium suum vt iudicet mundum, sed vt g. iii.



saluetur mundus per ipsum: cum eo quod infra cap. 9. Veritas dicit, In iudicium ego in huc mundum veni: ut qui non vident, videant: & qui vident, caeci fiant. & alibi, Lapis offensio- nis dicitur? Respondeo: CHRIS TVS eo venit non ut iudicet, hoc est condemnet, sed ser- uet credentes qui a morte in vitam transeunt: his igitur solis est saluatio, & petra firma- menti: alios vero contemptores & incredulos (quandiu in hac incredulitate & contemptu manent) iudicat, id est condemnat: quibus est lapis offendiculi, & excacatio, non ex se, qui infinite bonus est, sed ex ipsorum malitia, 1. Petri. 2. Proinde ut vitam habeas aeternam, & salueris, crede in CHRIS TVM.

CONCILIATIO TERTIA.

Quid hic narrat Euangelista, dicens, IESVS morabatur in Iudaea ac baptizabat, quum proximo capite infra, dicat, Quamquam IESVS non baptizaret, sed discipuli eius? Respondeo. In tota Euangelistarum historia non legimus quenquam a IESV CHRIS TO baptizatum esse: sed id muneris commiserat discipulis. In quo docetur de distri- butione officiorum in Ecclesia CHRIS TI, in qua non vni imponi debent omnia, sicut hodie fit. Quomodo enim nemo feliciter simul studere & arare potest: ita nemo cum fructu Ecclesiae simul omnia officia expedire potest. Huc pertinet quod Poeta dicit, Pectora nostra duas non admittentia curas. Vnde Apostolus 1. Corinth. cap. 1, potiori offi- cio deditus, hoc est praedicationi, dicit se baptizandi officium intermisisse. Licet CHRIS TVS non baptizaret, dicitur tamen Christi Baptismus: nam Christus ipsum instituit, verbo suo consecrauit, suo Baptismate insigniuit, promissione adiecta sanctificauit: intus la- uat pectora, hoc est baptizat Spiritu Sancto, purgat affectus, remittit delicta. Quae omnia Baptista de ipso praedixerat, Ego (inquit) baptizo aqua, id est, tantum lauo aqua & paro ad futuram iustificationem: at ille qui post me venturus est, cuius ego non sum dignus sol- uere corrigiam calceamentorum, baptizabit vos Spiritu Sancto & igni. Matth. 3. Luc. 3. Lo- cus itaque prior huius conciliationis intelligitur, quod IESVS baptizabat per discipulos suos, & non per se. Quae loquutio Synecdochica est.

Officia in Ec- clesia Christi distinguenda.

Baptismus Christi.

CAPVT QVARTVM.



TERGO cognouit IESVS quia audie- runt Pharisei quod IESVS plures discipu- los facit, & baptizat quam Ioannes (quan- quam IESVS non baptizaret, sed disci- puli eius) reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galilaeam. Oportebat autem eum tran- sire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta praediuum quod dedit Iacob, Ioseph filio suo.

Erat autem ibi fons Iacob. IESVS autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem: hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei IESVS, Da mihi bibere. Disci- puli enim eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudaeus quum sis, bibere a me possis, quae sum mulier Samaritana? non enim coeuntur Iudaei Sama- ritanis. Respondit IESVS, & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine, neque in quo haurias habes,

Sichar pro Si- chen corrupte reperiuntur Christi praediuum: a- batur.

Coeuntur co- mercium habet fontem) utique

Baptizant discipuli Christi

Genes. 4. 8. d.

Potum lassu Christi petiit Samaritanam.

Aqua viua.

Et eos. ) Hebr. proinde.

Et continuo. ) Interim, id est, dum haec fieret.

Nunquid) nun- quis. Dicitis ) dicere solentis.

In hoc enim. ) quasi dicat, ad hanc rem appo- sitissimè accom- modabitur sen- tentia illa vul- garis qua dicitur. Alius, etc.

rias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam viuam? Nun- quid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Respondit IESVS, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei IESVS, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Dicit ei IESVS, Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in mote hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei IESVS, Mu- lier, crede mihi, quia veniet hora quando neque in mote hoc, neque in Hierosolymis adorabitur Patre: vos adoratis quod nescitis: nos adora- mus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est: sed veniet hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales quaerit, qui adoret eum: Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur CHRIS TVS: quum ergo venerit ille, no- bis annuntiabit omnia. Dicit ei IESVS, Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, Quid quaeris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quae- cunque feci: nunquid ipse est CHRIS TVS? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, madauca. Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit ei IESVS, Meus cibus est, ut faciam volunta- tem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vo- bis, Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albae sunt iam ad messem: & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam: ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii labora- uerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa mul- ti crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris te- stimonium perhibentis. Quia dixit mihi omnia quaecunque feci. Quum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret: g. iiij.

Adoratio vent. 4. Reg. 17. f. 8.

Salus ex Iu- daeis. 2. Corin. 3. d.

Iesus se esse Mes- sias facit Sa- maritanam.

Samaritana an- nuntiat suis Christum ve- nisse. Cibus Christi.

Messia. Re- giones albae ad messem. Seminare. Metere.



& mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, Quia non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiimus, & scimus, quia hic est verè Saluator mundi. Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim IESVS testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet. Quum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quò omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim venerat ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Caphanaum: hic quum audisset quia IESVS adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo IESVS ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Dicit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei IESVS, Vade filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei IESVS, & ibat. Iam autem eò descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horã ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei IESVS, Filius tuus vivit & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit IESVS, quum venisset à Iudæa in Galilæam.

Saluator. Math. 13. g. Mar. 6. a. Luc. 4. c.

Christus à Galilæis suscipitur.

Math. 4. b. Mar. 1. b. Luc. 4. c.

Signa pntis Iudæi.

Filius reguli sanatur.

Fides.

Ibi apud ipsa.

Eius ipsius suauitatis Christi.

Non habet honorem habere solet.

Quidam) Cesarianus, qui nomine Cesaris magistrum suum geratur. Adueniret aduenisset. Incipiebat) erat enim moriturus.

Melius) commisit.

Vt ergo cognouit IESVS.

CAP. III.

**D**OSTEA QUAM præcedenti capite Euagelista veram iustificandi rationem descripsit, deinde aperuit quam uenusta & eleganti ratione Baptista suorum discipulorum immodicè erga se studium, & malignam de IESV opinionem castigauit: nunc aperit Baptismum CHRISTUM multo plures habuisse sectatores Baptismo Ioannis. Atque ne vana videatur doctrina, quæ nullo confirmatur exemplo, adducit veræ iustificationis exemplum in scorto illo Samaritano. **C O G N O V I T I E S V S,** cum vt Deus apud se, (quem nihil latere potest) tum ex rumore & malitia experimentaliter.

Baptismus Christi amplior & perfectior Baptismo Ioannis.

Christus immo testis maior Ioanne.

Odi seminariū in Phariseis aduersus Christum. Gloriam comitatur inuidia.

Quia audierunt Pharisei.

AVDIERUNT Pharisei rem certè nouam & inauditam, utpote quò neglecto reiectoque Ioanne Baptista, multi CHRISIVM sequerentur, cui iam se consecratos ostenderent, veluti à quo penderent, petendaque essent omnia.

Quod IESVS plures discipulos facit & baptizat, quàm Ioannes.

Istud fuit seminarium odii in Phariseis, quòd viderent Christum & eius regnum auferri & exerescere: Ioannem autem & seipfos, minui, & pauciores fieri. Hoc inter homines euenit, vt gloriam comitetur inuidia. Vnde hoc malè habebat Phariseos, quòd plures alligeret discipulos Christus, & plures ad ipsius quàm Ioannis confluerent Baptismum. Quis dicit, P L U R E S discipulos facit & c. nõ solū comèdatur doctrina Christi à sua potentia & efficacia: sed etiã explicatur, quòd Ioannes de illo dixit, Illū oportet crescere, me verò minui. **Quamquam**

Quamquam IESVS non baptizaret, sed discipuli eius.

Corrigitur quod superiore capite dictum est, Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Christus in persona non baptizabat, qui Baptismi administrationem Apostolis statim ab initio, etiam ante ascensionem demandauit, vt ostenderet atque hoc factò manifestaret Apostolos Spiritus Sancti ministros, non magistros: & officium eorum, ministerium non magistrum esse. Quod bellè explicat Paulus 1. Corinth. cap. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. His Baptismi ministris præbebat ipse CHRISIVS maiestatis suæ adiutorium, qui tamen aqua non tingebat, intus tamen mundabat, & vim aquæ tingenti dabat, dicente Baptista, Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Hoc ipsum expressit Paulus Ephes. cap. 5. Sicut CHRISIVS dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Mundat ergo CHRISIVS vi collata ipsi lauacro aquæ in verbo. Vbi obserua distum, In verbo: nam tolle aquam, non est Baptisma, tolle verbum fidei, non est Baptisma: addito verbum fidei ad elementum, & fit sacramentum. Rogabit quispiam, Dabiturne Spiritus Sanctus in hoc discipulorum Baptismo, quum paulo post dicitur, Nondum Spiritus erat datus, quia IESVS nondum erat glorificatus? Respondeo: Dabatur quidem, sed non ea manifestatione qua die Pentecostes missus est. Locus hic aperit ministeria omnia non vni committenda: sed quæ excellentiora sunt, grauioribus & illustrioribus maioribusque donis Spiritus Sancti dotatis committenda sunt. Vnde Paulus 1. Corinth. cap. 1. Non enim misit me Christus baptizare sed euangelizare. Audiamus & Esaiam cap. 61. dicentem, Christum missum esse ad euangelizandum pauperibus. Non ergo caret mysterio, quòd in persona Christus non baptizaret, sed per discipulos, ostendens præclarior esse munus euangelizandi quàm baptizandi. Hoc ministerio discipulorum magis ac magis vrebantur Phariseorum animi: videntes enim quòd tantum sibi sumerent huius discipuli, quantum vix ferebant in Ioanne, cui tribuebant plurimum, timebant ne aut obscuraretur aut in totum auferretur Pharisaica autoritas, tanto honore Hierosolymis excepta.

Apostoli ministri non magistri.

Baptismus verus ante Pentecosten.

Euangelizare nobilius quàm baptizare.

Reliquit Iudæam.

Declinauit furorè Phariseorum abiens à Iudæa, partim ne si illis veluti contemptis diuitius moraretur, illorū exacerbarer inuidiam: partim ostenderet futurum, vt neglecta à Iudæis Euagelii gratia, eademque ab ipsis repulsa, ad pphanos populos deferretur. Iactis igitur in Iudæa fidei fundamentis, ppter ingratos Phariseos reuertitur parat in Galilæam, vnde venerat.

Et abiit iterum in Galilæam.

A circumstantia locorum historiam certificat, suoque exemplo furori & ingratitude ipsius mundi ad tempus cedendum esse docet: Hæc fuga non mortis timore facta est, è cælo enim descenderat, vt pro hominibus moreretur: sed quum vix sui officii cursus cœpisset, ad tempus furorè Phariseorum, & eorum qui ex mundo sunt, declinauit, quoad completeret suam vocationem & legationem: qua completa, tantum abest fugerit, vt hostibus suis obuiam, moriturus processerit. Huius facti verum se præstitit imitatore Paulus, qui vt legitur in Actis cap. 9, à fratribus noctu per murum in sporta demissus est & fugit: at quum instaret completum eius ministerium, respondit Paulus Act. cap. 21, Quid facitis stentes & affligentes cor meum? ego autem non solū alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini IESV. Responabit aliquis, Quum omnia sita essent in manu ipsius Christi, cur vel vnico verbo ferociam Phariseorum non compefcuit? Respondeo: Voluit nos hoc suo exemplo & factò docere, quàm in omnibus afflictionibus & quauis nostra infirmitate, spem nostram in Deum reponere debeamus: re vera omnipotens est, æqualis est Deo Patri, qui tamen seipsum exinaniuit, formam serui accipiens: voluitque impotens videri, & suam potentiam abnegare siue dissimulare, vt faciat nos in impotentia & imbecillitate nostra sperare & confidere: vt hic visus est imbecillus & impotens, Filius tamen Dei est & omnipotens, qui victor aduersus omnes potestates euasit: Filii Dei per ipsum sumus, euadem ergo victores aduersus omnes mundi & carnis machinas, si in nostra imbecillitate & infirmitate spem omnem in eum reposuerimus, qui nostra causa è cælo descendit, & dissimulata Filii potestate, in extremam impotentiam sese deiecit: vt faciat nos in impotentia & imbecillitate confidere. Noluit nunc Phariseos compefcere, multo cedere, vt doceat quandoque cedendum & bene sperandum, nihilque iniquorum furorè verendum: vnde etiam esuriens à Satana tentatus vt sua potestate

Fuga in tempore commendabilis.

Cedendum aliquando furori.

In Christo victor.



lapides in panem mutaret, noluit morem gerere & Satanæ diâis obsequi: non quia non potuerit, sed vt dissimulata immo abnegata sua potentia, doceret nos quàm debeamus in media immo extrema indigentia confidere & bene sperare. Qui potuit sua potenti manu omnia sibi aduersa reiecit, passus est aduersis tentari: vt quemadmodum in imbecillitate & simulata impotentia vicit, ostendat nos in seipso per imbecillitatem vincere. Obserua: Iterum abiit in Galilæam vt cognosceremus humilia primo loco haberi apud Deum: vnde hanc Galilæam aliis Iudæorum regionibus obscuriorem, primùm illustrari oportuit: quod & fecit CHRISVS, qui hanc coluit, quodcumque vocatio Patris, non aliud mittebat, propter quod Galilæus vocatus est. Hæc Galilæa inferior dicta est, in tribu Zabulon posita. Est & alia superior dicta, iuxta Tyrum, Sidonem & Cæsaream Philippi, sita, qua Gentes attingit ad Aquilonem, quæ Galilæa Gentium. Esaiæ cap.9. & Matth.4, appellatur: vel quia illic Gentes vsque ad Salomonis tempora habitauerunt, vel quod Hiram Regi Tyriorum oblata sit, 3. Regum, cap.9. Hæc in tribu Nephthalim sita est.

Oportebat autem eum transire per Samariam.

Argumento à necessario & loci circumstantia, tollit præcinditque Iudæis omnem calumniam occasionem, vt dicere non possint quod relictis eis, concesserit ad Gentes quas abominabantur: quandoquidem eum abegerunt, necessarium erat se ad Gentiles reciperet: atque hæc, hoc est per Samariam, in Galilæam transeundum erat, & neque tunc ex proposito, sed obiter. Ex Galilæa petentibus Iudæam, transeundam Samariæ regionem indicat & alius Euangelii locus, Luc. cap.9, vbi narratur, quod Samaritani noluerunt IESVM cum suis, admittere, eò quod peteret Hierosolymam: ægrè enim ferebant Samaritæ si quis suo templo præterito, Hierosolymorum templum & festa frequentaret. Hoc exemplo docti Apostoli, relictis Iudæis, abierunt ad Gentes. Act. cap.13, Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. SAMARIA interpretatur Custodia: nomen montis est 3. Regum cap.16: vrbs item Syriæ inter Iudæam & Galilæam media, vt hic narrat Euangelista, simili liter & Iosephus lib.3. cap.2, ab Amri Israhelitici populi rege condita: 3. Reg.16. Hic enim Rex, Sameron vel (vt translulit noster interpres) Samariam montem à quodam Semor emit, ciuitatēque, quam in montis vertice extruxerat, à vendentis nomine Samariam appellauit. Hæc deinde Reges Israhelitarum pro Regia vsi sunt. Aliàs, vt Eusebius testatur, Ethenias est dicta. Mox post Hircani Iudæorum Pontificis expugnationem, ab Herode Rege iterum ædificata, atque in honorem Augusti Græco vocabulo Σεβαστη nominata est.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.

Vt sequens euentus melius clariùsque intelligatur, & certa reddatur historia, locorū circumstantias expendit Euangelista. Iosephus scribit Sichimā adiacentē mōti Garizin (qui mōtibz Samariæ celsior est) tēpore Alexandri Magni metropolim fuisse. Hinc verisimile est ab Euangelista vocatam Sichar: aliàs hæc metropolis dicta est Sichem à Rege suo, filio Emor. Act. cap.7. Aiunt illā fuisse caput regni decem Tribuum, quod regnū Israhel dicebatur.

Iuxta prædium quod dedit Ioseph filio suo.

De prædio lege Genesis cap.48, Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Sunt & ossa Ioseph sepulta in ea parte agri, Ioseph cap.24. Locus erat sacer ac celebris apud Samaritanos ob veteris historiæ memoriâ, quod illic Leui & Simeon, magna strage incolarum vlti fuissent cōtumeliam Dinæ cōstupratæ.

Erat autem ibi fons Iacob.

Meminit huius fontis, quod hic fons magna est sequētis euentus & cōuersionis Samaritani scorti, pars, qui ob hoc celebris apud eam Gētem erat, quod eum Iacob (quo generis authore gloriantur Samaritani) fodisset. Genes.33. Postquam reuersus est Iacob de Mesopotamia Syriæ, emit partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sichem, centum agnis, & erecto ibi altari, inuocauit super illud, fortissimū Deum Israhel. Vnde & credibile est, eum illic puteum fodisse, quemadmodum & Isaac fecerat in Gerara. Genes. cap.26.

IESVS autem fatigatus ex itinere.

Vt verè cognosceremus Verbum hominem factum, ipsumque Pontificem nostrum ad Patrem,

Vincimus dum vincimur.

Humilia, primas i. abent apud Deum.

Galilæam Christianis.

Galilæa Gentium. Hiram rex Tyriorum.

Samaria inter Iudæam & Galilæam.

Apostoli à Iudæis ad Gentes.

Samaria.

Israhelitarum Regia. Sebaste.

Garizin mons. Sichar. Sichem.

Ioseph sepulta. Dinæ cōstupratæ vindicta.

Fons Iacob.

Emor vendidit agrum.

Patrem, loquutus & perpeffus est vt homo: veri Pontificis partes egit, quæ sunt, pro populo curare, orare, intercedere, infirmitates & peccata populi in se transferre. Atque vt posset nobis compati, ac nostris affectibus tangi, voluit antea iisdem affectibus & infirmitatibus subigi, Hebr. cap.2. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis qui tentatur auxiliari. Has infirmitates & imbecillitates, quales sunt fatigatio, sitis, fames, sudor, &c. non diuinitati, sed humanæ naturæ quam assumpsit, recte facientes attribuemus. Nam quoniam (ait Cyrillus) in vnam personam duæ naturæ conuenerunt, idcirco nec in duos filios vnus CHRISVS scinditur, & omnia posse vt Deus dicitur. Quumque impassibilis sit, hominis tamen sibi dolores attribuit, quos nõ vt Deus, sed vt homo perpeffus est. Describitur itaque in Scripturis, nunc esuriens, nunc sitiens, nunc defatigatus, nunc flagellatus, nunc crucifixus, vt discamus sciamusque erigere fiduciam in omnibus aduersis ad CHRISVM Pontificem nostrum, qui sensu infirmitatum nostrarum afficitur. Hæc defatigatio docet quàm CHRISVS à fastu & rerum abundantia alienus fuerit, qui pedes non eques peregrinabatur.

Sedebat sic supra fontem.

Gestus hominis lassus & fatigatus exprimit Euangelista: SEDEBAT illic Christus, vt se dabat locus, fonti imminens, ac velut ex aura fontis, refocillationem captans, & apud fontem se recreans. Sic ergo laborandum est in vinea Domini, exemplo CHRISVI, ne nimum laborando, ipsi perdamus nos. SVPERA fontem, id est Ad fontem.

Hora autem erat quasi sexta.

Hoc est, instabat meridies: iuxta Iudæorum morem Sexta hora, meridies est: partiuntur enim diem in duodecim horas, ab ortu Solis ad occasum. A circumstantia temporis videtur Euangelista significare & sitim CHRISVI: nam solet meridie, calor diei maximè feruidus esse ac sitim inducere: & Dominum non solum itineris labore, verum etiam æstu meridiano fuisse fatigatum, quum iam sol vergens ad meridiem, æstu suo laboris molestiam conduplicet. His indiciis IESVS declarabat se verum hominem esse, iisdem affectionibus (quæ peccata non sunt) obnoxium, quibus obnoxia sunt corpora ceterorum hominum.

Venit autem mulier de Samaria haurire aquam.

Singulari dispositione Dei & consilio, hæc mulier venit ad fontem, quæ etiam scortum esset, honestius tamen ab Euangelista mulier vocatur, non scortum.

Dicit ei IESVS, Da mihi bibere.

ENMIRAIESVCHRISTI philanthropia, singularis erga genus humanum amor. Prior loquitur, prior vocat CHRISVS: nihil tale quod reperit sperans mulier, obuium habet CHRISVM, salutis suæ situndum. Quum indignos se præstiterint Iudæi, qui promissiones de Christo, oracula, testamenta, & huiusmodi habebant, ad Rom. cap.3. & 9. & Ephes. cap.2. ab eis fecedit Christus: & ad scortum, peccatis obrutum, salutem adfert. Quia in re incipit Gentium vocatio: vt discamus verū esse quod scribit Matthæus cap.21, Dicit illis IESVS, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei: & quod Paulus ait, 1. Timoth. cap.1, CHRISVS IESVS venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Huic ergo IESVS, vt statim daret colloqui argumentū, & ex eo ipso quod agebat mulier, venaretur illam ad salutem, ait, MVLIER, da mihi bibere. Pacifica est hæc petitio, non imperat, non iubet pro imperio. Obserua: exemplo Christi petere licet opera charitatis, quibus leuanda est corporis necessitas. Rursus obseruandum est quod mulier illa quæ aliud quàm quod ad fontem quæreret inuenit, non aliud significat quàm salutem nobis etiam immeritis & aliud quærentibus aut agentibus contingere. Ad hunc modum Sauli, 1. Regum cap.9, a sinas patris quærenti, regalis vntio contigit: sic pastoribus pro grege suo excubantibus, annūtiatus est Christus per angelos, Luc.2. sic vocati sunt Petrus & Andreas, iacientes rete in mare: similiter Iacobus & Ioannes, sarcientes retia sua. Rogabis, cur hæc ita? Responderet Paulus ad Rom. cap.11, O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Huc pertinet locus ille Pauli ad Rom. cap.11, Sed illorū delicto, salus est Gentibus, vt illos æmū lentur. Quod si delictū illorū, diuitiæ sunt mūdi, & diminutio eorū, diuitiæ Gentium, &c.

Discipuli enim eius abierant in ciuitatem.

Ab absentia discipulorum, causam adducit Euangelista, cur Christus petierit aquam

Pontificis officium.

Christum infirmitates nostras volens assumpsit.

Christum pedes peregrinans.

Predicatorum qualis labor.

Supra, pro Ad.

Hora, sexta.

Iudæorum dies. Fatigatus Christus. Christus infirmitati humanæ obnoxius erat.

Christum prius vocat.

Vocatio Gentium.

Christum ad hanc maritanam.

Gratia eius non quærentibus oblata.



ad bibendum : quasi dicat, alioqui non grauasset mulierem, si adfuisent discipuli : sed omnia Dei consilio aguntur. Aut indicat quàm commodum fuerit Apostolos abiisse, quòd IESVS illi quaedam arcana dicturus esset, quæ apud alios dixisse, opportunum non erat. Quia in re Dominus IESVS Ecclesiasticis & doctoribus Euangelicis exemplum ciuitatis & mansuetudinis exhibuit, qui peccatricem, & non vni profuitatæ pudicitia mulierem adeo non dedignatur alloquio, vt etiam hac solitudine, pudori illius consultum voluerit.

### Vt cibos emerent.

Abierunt discipuli non vt mendicarent, aut sub prætextu simulatæ pietatis raperet, sed EMERENT. Probant hæc Dominum IESVM non mendicasse, sed pecuniam habuisse, qua per Apostolos comparari emiue curaret necessaria, càmque secum ministerio Iudæ circumlisse. Quare peccatum non est habere propria, & proprias circumferre pecunias : sed pecunia male vti, & propter hanc adulterare Verbum Dei, impium est.

### Dicit ergo ei mulier illa Samaritana.

Mulier è cultu linguæque deprehendens IESVM esse Iudæum, nec ignara discordiæ & odii Iudæorum, & Samaritanorum, quòd soleant Iudæi à commercio Samaritanorum abhorre, vt occursum quoque & colloquio se putent contaminari, præ admiratione loquuntur, quòd Christus vltro compellaret, & quòd potum tam familiari & amico colloquio ab ipsa peteret : de hoc odio sermonem facit, dicens,

### Quomodo tu Iudæus quum sis, bibere à me potis, quæ sum mulier Samaritana?

Suam indignitatem hac interrogatione agnoscere videtur : sed prudens est hæc quaestio, initium veræ disciplinæ secum ferens. Circumspecta hæc mulier, & huius Christiani negotii ignara, existimat Christum (quem non CHRIS TVM esse agnoscit) rem illicitam facere, quòd præter legem faceret, non item ipsa. Nam si cauendum erat ab huiusmodi commercio familiari, Dominum oportebat, non illam cauere. Non enim dixit quòd Samaritani non consuetudinem habent cum Iudæis : nam maximè desyderabant Samaritani commercium habere cum Iudæis, i. Esdræ, cap. 4. sed Iudæi non habent consuetudinem cum Samaritanis. Quare præ admiratione hæc mulier videtur corrigere & monere CHRIS TVM de odio & discordia inter Iudæos & Samaritanos : quasi dicat, Indigna sum, quæ potum tibi præstem, Mulier enim sum Samaritana, hoc vt postules, non tibi licet.

### Non enim cõiuntur Iudæi Samaritanis.

Ætiologia est siue causæ redditio à discordia Iudæorum & Samaritanorum, qua probat ostenditque mulier, CHRIS TVM (quòd potum à Samaritana petierit) præter morem & legem Iudæorum facere. Sed vt Filius hominis est dominus Sabbati, Matth. 12. ita & Legis, qui venerat vt omnibus & Iudæis & Gentibus omnia fieret. IVDÆI non cõiuntur, id est non habent commercium & mutuam vitæ consuetudinem cum Samaritanis, id est cum his de quibus scribitur 4. Regum, cap. 17. Adduxit rex Assyriorum viros de Babylone & de Chuta, & Ahaiath & de Emath, & de Saphernain : & collocavit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel, qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius : vide locum illum. Rogabit aliquis, vnde dissidium hoc inter Iudæos & Samaritanos? Respondet Iosephus libro Antiquitatum 9. cap. 15. refert Chutæos à flumine Chuta, à quo migrarunt, dictos, fuisse de prouincia Perfide translatos, post captiuitatem Babylonicam, qui secundum gentem propriam singuli eorum deos in Samariam portauerunt, quos quum colerent, & Dominum cultumque Dei in verbo præscriptum ignorarent, ex captiuitate sacerdotem Iudæum, qui legem doceret, accersunt, quem vbi primùm æquo & religioso animo exceperunt, cessat pestilentia, cessant & leones ab offensione, quos in vltionem idololatriæ immiserat Dominus. Sed tandem cognitum factum, & sacerdotem neglexerunt, & prophetas non probauerunt : vnde religionem quidem Dei partim amplexi fuerunt, partim autem coluerunt deos suos. Hinc abominabiles semper Iudæis fuere, neque inter illos & Iudæos vnquam conuenit : Hæ colonie Assyriorum in Samariam, proprie post captiuitatem vocatæ sunt Samaritani. Eorum fit mentio 4. Reg. cap. 17. Hoc dissidium auerat factum Sanabalath (annotatore Iosepho lib. Antiquitatum 11. cap. 7. & 8.) qui à Dario rege Persarum præfectus constitutus, regionem Samariæ administrabat : is dedit vxorem suam Isacham Manassæ fratri Iaddi summi sacerdotis, ob quam (quòd ethnica esset) ille à fratre & populo, sacerdotio fuit eiecctus : cui quum hæc repulsa plurimum doleret, cogitaretque Isacham

Christus neque scandalizet, neque crimen occultum reuelat.

Christus non est mendicatus. Pecuniam habere non est peccatum.

Iudæi abominantur Samaritanos.

Samaritanorum & Iudæorum discordia.

Dissidium inter Iudæos & Samaritanos vnde ortum. Chutæi.

Samaritani vnde dicti. Sanabalath.

Isacham vxorem Ethnicam repudiare, Sanabalath focer promisit templum se illi instar Hierosolymitani edificaturum in monte Garizin, qui super alios Samariæ montes eminebat, in quo posset sacerdotio fungi. Addiditque se illi (quòd senio iam premeretur) omnem ditionem & potestatem cessurum. His persuasus Manassæ, neglecto fratre, & lege prohibente ne quis Ethnicam vxorem acciperet, Isacham retinuit. Sanabalath à Dario ad Alexandrum deficiens, & condendi templi facultatem iuxta promissum ab Alexandro impetrans, loco constituto templum edificauit. Hac occasione multi Iudæi qui ob Ethnicas vxores & alias legis transgressiones Hierosolymis non poterant commode agere, transfugiebant ad Manassæ. Quibus in gratiam Manassæ generi sui Sanabalath & terram colendam dabat, & pecuniam ministrabat : maximum arbitratus præmium ex filia nepotibus profuturum. Ex his accidit, vt mons & templum hoc Samaritanorum (qui & Sichimitæ dicebantur à metropoli Sichima) vocarentur Mons & Templum transgressorum. Hæ ergo fuerunt causæ propter quas Iudæi non communicabant cum Samaritanis : vnde quum alicui vellent insigniter conuitiari, Samaritanum vocabant, hoc est transgressorem legis, transfugam, profanum & impium. Legito Iosephum loco adducto.

### Respondit IESVS, & dixit ei.

Hoc colloquium CHRIS TI cum muliere, ostendit quanto amore non modò huius mulierculæ, sed & omnium salutem desyderet, qui omnibus omnia fit, vt omnes lucretur. Hoc simul indicat, mulierem hanc laborare ignorantia, quæ pro simplici Iudæo CHRIS TVM agnoscit. Quare occasione præbita, CHRIS TVS hoc responso vrget in muliere ignorantiam, & ad respicientiam peccatricem adducere laborat, vt cognoscat CHRIS TVM non simplicem Iudæum esse, sed amplius aliquid, hoc est & Iudæorum & totius mundi Saluatorem. Ex his colligimus, nos natura neque CHRIS TVM neque Euangelium Dei agnoscere, nisi diuinitus celsitudoque erudiamur. Respondit aliquis, Quid hoc, quòd nihil ad mulieris obiectionem responderit CHRIS TVS : Puto id factum quòd Christus non probaret hoc Iudæorum institutum : nam neque religionis studium, neque animus auersans impietatem, sed superstitio & propria gloriæ cura, ita eos ab hac communione abstrahat. Non adeo exactè seruandum erat institutum illud : licet enim cum infidelibus citra Creatoris cõtremeliam, & fidei periculum, habitare, edere, bibere, mutuæque ciuilia commercia habere : non licebit opera eorum mala sequi, & in infidelitate cõsentire.

### Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere.

Si agnosceres donum, id est gratiam Dei ac beneficium eius quod tibi nunc adhuc ignaræ offertur per me, nempe quòd tibi contigerit CHRIS TVM ipsum audire & videre, & quòd ille orbi Saluator aduenerit : Si item scires, quòd is colloquutor est Filius Dei, Saluator mundi & viuificator, qui ex gratia & liberalitate sua, non autem tuis meritis dicit tibi, Da mihi bibere. Quasi dicat, qui non tam sitit aquam illam (tametsi verè iuxta carnis naturam sitiat) quàm animarum salutem, teque ad Euangelicæ gratiæ cognitionem pelliciat. Obserua : nõ agnoscit quòd hic sit Christus, vtilitate & abiectioe personæ offensa,

### Tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

A potu, anagogen, hoc est excelsum siue superiorem intelligentiam facit CHRIS TVS ad Spiritum Sanctum, quem metaphoricè Aquam vocat viuentem. Non est anxia allegorizandi ratio probanda, sed recipienda est allegoria præsertim si historiæ argumenta inueniet, & concinnitate quadam illustret. Deum petere siue postulare aquam à nobis, est Deum mandare & præcipere. Dominus itaque petit à nobis aquam, dum lege præcipit, Non oderis inimicum, non furèris, non scõrteris, non concupiscas, dilige proximum : hoc est postulo à te animum in hostes candidum, postulo cor liberale, purum ac sanctum. At quum carnales sumus, non est nobis communicatio cum corde puro & liberali : dicitur nobis, Si tu scires donum Dei, hoc est, si agnosceres quanta est Dei misericordia per IESVM CHRIS TVM filium suum, deinde scires quis ego sum, qui à te aquam peto, tu vltro petiisses à me, & dedissem tibi aquam non stagnantem aut putealem, sed viuam, hoc est ebullientem & effluentem, hoc est dedissem tibi Spiritum Sanctum. Vt enim fontalis & viuua aqua ad extinguendam sitim semper scaturit, ita Spiritus Sanctus, nostro spiritui testimonium perhibens quòd filii Dei sumus, in æternum arceat sitim bonorum, dum planè beatos tandem reddit, & nos hinc spe viuua recreat. Aut, tu peteres ab eo, & daret tibi aquam viuam, IESVM CHRIS TVM filium suum, quo iustificantur & saluantur omnes. Præterea CHRIS TVS sub metaphora aquæ, intelligit viuum Euangelii verbum, quod in tantam altitudinem

Sichimitæ.

Anagoge. Spiritus Sanctus vocatur Aqua. Allegoria, multæ anxia ratio non probatur. Deum petere àquam à nobis.



ebullit, vt in vitam æternam saliat. De his aquis mentionem facit Esaias cap. 12, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Dici potest ad hunc modum, Tu scilicet qui aridus es, & eges c h r i s t o Saluatore, F O R S I T A N, id est si gratiam habuisses petendi, petisses ab eo, & dedisses ex gratia & liberalitate, tibi petenti & volenti: vult enim Deus vt petamus & accipiamus aquam viuam, gratiam & tranquillitatem conscientia. F O R S I T A N particula, insinuat liberum arbitrium, quo homo liber est ad petendam gratiam etiam præsentente auxilio Dei, sine quo petere non potest. Qui ad hunc modum anagogas fecerit, & metaphoras atque allegorias formauerit, firmæ erunt, & ad docendum in Ecclesia idoneæ.

Eorsitan.

Anagogæ vsu.

## Dicit ei mulier.

Hoc mulieris Samaritanæ exemplo docemur quàm natura nostra cæca est, & ignarâ rerum spiritualium, quæ rationis suæ argumentis impedita, non capit ea quæ sunt Spiritus. Non est quod mireris si muliercula Samaritana non intellexerit: quum Nicodemus ille & Iudæus & Rabbini non potuerit assequi quod aliquanto clarius dixerat I E S V S de renascendo è supernis. Quin ille crassius etiam responderit quàm hæc mulier, Quomodo (inquit) potest homo nasci, quum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire & renasci? Argumento ab impossibili, quo ductabatur Nicodemus, arguit hæc mulier: Alterum argumentum oritur ab absentia occasionis præsentis, ad hunc modum: Vasculum tibi deest, ergo aquam haurire non potes. Rursus, puteus altus est, ergo sine vasculo haurire aquam non potes. Hæc argumenta iuxta Aristotelicas rationes probabilia sunt: sed Christianus agnoscit c h r i s t v m, seclusâ quavis vasculorum occasione, haurire aquam. Ad hæc facit quod aqua de qua hoc loco mentionem facit c h r i s t v s, non fluuiialis aut terrestris est, sed spiritalis: ergo ad hanc hauriendam aquam, non erat necessarium vasculum. Præter hæc argumenta addere videtur & alia, quod vilitate & abiectione personæ sibi colloquētis offenderetur: Hic qui mihi loquitur, abiecta est persona, ergo non potest aliam aquam præter terrenam dare. Rursus, Hic videtur contemptus & semimortuus, ergo aquam viuam dare non potest. Hæc sunt vana & futilia humanæ rationis argumenta, hæc est carnis sapientia, quæ apud Deum stultitia est. Corinth. 3.

Nicodemus confertur Samaritanæ.

Carnis argumenta aduersus potentiam Dei.

## Domine.

Paulo antè duriusculè & sine honoris præfatione loquuta, dixit, Tu quum Iudæus sis, modò quum magnificum quiddam cõcepisset ex eo quod dixerat I E S V S, Si scires donum Dei, & si nosse quis esset, & daret aquam viuam, non indignè fert audire fontem puteo Iacob præstantiorem, de quo religiosè sentiebat: non contemnit, sed admiranda audit magnificam orationem, & hospitis, & ignoti, & Iudæi. Propterea discere cupiens, quid esset hoc, quod ceu nouum ac præclarum ostendebat, nempe daret aquam viuam, honoris gratia Dominum eum appellat: quo nomine iam videtur de illo præclaram concepisse opinionem. Hoc mulierculæ Samaritanæ exemplum diuina providentia procuratum est, ad conuincendam Iudæorum peruicacitatem, qui tantum abest se Domino I E S V dociles præberet, vt beneficia quoque illius, & salutarem doctrinam impiè calumniarentur, quum hæc muliercula vel hoc primo colloquio ciuilitè & mansuete respondeat ad omnia: tanto ardore doceri adeò gestit æstuatque, vt oblita eius rei cuius gratia venerat, tota penderet a benevolentia est à dignitate personæ.

## Neque in quo haurias habes, &amp; puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam?

Muliercula hæc in sermone Christi, Aquam viuam intelligit aquam canalè & visibilem illam externam, effluentem & scaturientem: quo fit vt ipsissimæ rationis & carnis verba proferat, quæ ciuilitè, & iuxta captum hominis loquendo, non errat: sed errat, quia non discernit inter c h r i s t v m Filium Dei, & purum hominem. Solas intuetur requiritque vires humanas & terrestria adiutoria. Dicens, N E Q V E in quo haurias habes, id est neque haustoriū, situlam aut vnam (qua hauritur aqua) habes: neque ibi fons viuus inuenitur, sed P V T E V S est altus, id est profundus. V N D E ergo habes aquam viuam? Hoc est, vnde suppetit tibi aquæ viuæ copia quam polliceri vidèris? postquam destitutus es omnibus præsentibus occasionibus, quibus potest parari aqua? Non ab similia adducit argumenta caro cum sua sapientia, dum nobis per fidem viuam c h r i s t v s pollicetur iustitiam in se, sanctificationem, redemptionem, remissionem peccatorum, salutem & vitam æternam. Quæ omnia rationi

Aqua vna opinione Samaritanæ.

Carnis argumenta.

Samaritana ratiocinatur Christum non esse maiorem Iacob &amp; Moise.

Puteus Iacob commendatio.

Aqua terrestri.

tioni humanæ & prudentiæ carnis non tam stultitia quàm scandalum sunt. Obicit enim caro, c h r i s t v s aquam promittit, sed caret situla: promittit iustitiam, sed caret iustitiæ fama: dicunt enim, En hominem comedonem & vini potorem, publicanis amicum & peccatoribus: promittit sanctitatem, sed tanquam impiissimus condemnatur: promittit redemptionem, sed seipsum saluum facere non potest: promittit remissionem peccatorum, quam pro se impetrare nequit: crucifigitur enim, vt peccatorum maximus: promittit vitam, sed ecce morti traditur. Hæc sunt vana & impia carnis argumenta, quæ qui sibi persuaserit, nihil sibi de c h r i s t o magnificum audeat polliceri. Quare vt impia abiiciantur hæc, atque audiatur Spiritus c h r i s t i qui pullat in animis nostris, & testimonium reddit spiritui nostro quod I E S V S est c h r i s t v s, in quo est nostri iustificatio, salus, redemptio, & fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam.

## Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?

Per antithesin confert c h r i s t v m cum Iacob Patriarcha: acsi diceret, Quomodo audes præstantiora dona polliceri quàm Iacob: quum hic maximus & sanctus habeatur Patriarcha: tu verò nulla vidèris pollere sanctitate? hic facie ad faciem Deum vidit, tu ne multos quidem homines nouisse videris, qui veneranda canicie atque ille, non polleas: hic cum Angelo totam noctem luctatus, victor factus est, vnde & Israelis nomen est sortitus: tu admodum imbellis, parum roboris habere videris: hic miraculis claruit, tu nihil splendidum præ te fers, quid hoc est quod maius polliceris quàm pater Iacob præstiterit? Putabat certè Dominum sibi arrogasse facultatem fontis educendi, vt Moses è petra aquam excussit: vnde autoritatem illi obiecit Iacob. Atque rursus videtur dicere, Est ne tibi satis hic puteus, quem nobis ceu præclarum munus dedit, & adeò non contempsit hanc aquam, vt ipse ex ea bibere sit solitus & tota familia eius, vna cū pecoribus: quam tu aliam aquam promittis? Nunquid exemplo Moysi virga percussurus es petram, è qua vitam aquam elicias? Quæ te facis? Num maior vis haberi patre nostro Iacob? Tametsi alienigenæ essent Samaritani, & ex Gentibus translati, tamen antecessoribus adhærebant incolis, & de iis gloriabantur, dicentes se nepotes magni illius Ioseph, authore Iosepho lib. Antiquitatū, 9. cap. vltimo: vnde hæc muliercula iam stat gloriaturque se habere patrem Iacob, sese in nobilitatè Iudaicâ introducēs: & mira pudètia statim à varietate aquarū ratiocinatur & dantiū varietatè.

## Qui dedit nobis puteum, &amp; ipse ex eo bibit, &amp; filii eius, &amp; pecora eius.

Argumento ab autoritate Iacob probare studet c h r i s t v m non solum non esse maiorem Iacob, sed nec posse meliorem aquam dare quàm dedit Iacob. Iacob hunc puteum dedit, bibisque cum filiis & pecoribus ex hac aqua. Qui si cognouisset nostra referre, fontem habere viuū, potuisset hoc à Deo, cui acceptissimus erat, impetrare. Sed quum dedit hunc puteum, non fontem viuū, certò statuo inter homines nullum esse qui posset nobis aut præstantiora aut maiora præstare. Quod Iacob ex hac aqua biberit, indicat aquæ bonitatè: quod autem filiis & pecoribus eius satisfecerit, copiam & abundantiam putei arguit.

## Respondit I E S V S, &amp; dixit ei.

EN I E S V C H R I S T I philanthropia, qui contemplatus mulierculam esse docilem, quæ non magum aut incantatorem suspicata est, sed magnum aliquem virum, aut Prophetam, qui aquam sine instrumento viuam, vel ab eo vel ab alio fonte repente posset afferre, (vnde cum sancto propheta Iacob eum contulit) non dedignatur illam paulatim allicere ad maiorem sui admirationem, ostendens aquam de qua mentionem facit non canalem & terrestrem, sed spirituale, quæ nõ pecora, sed animas reficeret. Non vrget hic locus vt probet c h r i s t v s se maiore Iacob, quanquàm interim maior sit: sed se aquam meliorem dare posse.

## Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.

Quo magis sit sollicita mulier ad quæredum cognoscendum huius aquæ mysterium, protrahit allegoriam Dominus, subinde tamen clarius declaras quæ sit aqua illa viuam, non corporalis, sed saliens in vitam æternam. Qui biberit (inquit) ex hac aqua quam nobis dedit Patriarcha Iacob, vt ab ipso effossa fuerit, ad breue modo tempus sitim corporis sedat: mox recursum.

## Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.



Mulieris animum erigit ad capiendā quæ caro assequi nequit. Quasi diceret, Sum tibi loquutus de dono Dei hoc, ut intelligas quàm magnificum præstantque sit hoc Dei beneficium, Si quis ex hac terrestri aqua biberit, sitim non extinguet, quin mox redeat: Quia autem ex mea aqua, quam illi (si desideret) daturus sum, biberit, non sitiet in æternum, hoc est omnis qui credit in me, & accipit Spiritum meum promissum, nunquam postea sitit periclitabitur. Hæc omnia vrgent intelligamus quàm maxime differre has sensibiles & de venis terræ scaturientes aquas, à spiritalibus & intelligibilibus. Atque eum qui maiora largitur, eo superiorem qui vix minora præbere potest. Obserua: non sitiet in æternum, hoc est, is exaturabitur iustitia, salute, vita, adeoque omni cælesti gaudio. Quemadmodum enim is nunquam sitiet, qui fontem in visceribus haberet continuo scaturientem, ita saturum esse oportet bonorum omnium, & præsentem semper & in omnibus habere consolationem, cui adest Spiritus Domini Sanctus, Spiritus filiorum.

Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Certum est hanc aquam, Spiritum Sanctum, cuiusque dona siue gratiam esse. Atque particulam sēd aduersatiuam, indicare repetitam aquæ viuæ in nobis causam efficientem, quæ CHRISTVS est. Quasi diceret, Hæc aqua, quam sitienti & desideranti dabo, non solum manet, sed etiam scaturit multiplicaturque, & fit fons perpetuo scaturiens in vitam æternā. Huius doctrinæ paradigma nobis erit Paulus, cui Dominus aquam dedit per Ananiam instructiones, Act. cap. 9. At breuem illum fontem doctrinarum Ananiam scaturientem multiplicatum & salientem in vitam æternam ostendit, ita ut ab Hierusalem vsque ad Illyricum peruenerint illius profliantes fluxus, qui in cælum salierunt. Huc pertinet quod infra cap. 7. scribitur, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dicit Scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Qui enim fide viua CHRIS TV M amplectatur, siue credit in Christum, Spiritum CHRIS TI accipit, habetque venam scaturientem à peccato in iustitiam, ab impietate ad fidem & pietatem, à damnatione in salutem, à morte ad vitam, de terra in cælum. Et qui bibit ex hoc fonte, cuius largitor est CHRIS TV S per fidem viuam, FIET IN EO fons aquæ salientis in vitam æternam: id est non solum certus erit de salute, habebitque verbum Dei (quod certissima est ad vitam æternam via) verum etiam verbo & dono Spiritus (quod in se habet) alios ad vitam æternam adducet. Obserua, quum dicitur, Hic fons est qui in vitam æternam salit, id est qui vitam æternam suppeditat: donat enim cognoscere Deum cuiusque iugiter & in æternū frui bonitate. Obserua rursus: quum Verbum Dei profliat & permanet in aliorum salutem, eosdem faciens fecundos, & cognatam habeat vitam æternam, non erit ergo Verbum seu Euangelium occasio carnalis liberationis. Colligamus ex prænotatis Scripturam diuinitus inspiratam, duplicem nobis aquam expressisse, viuam atque mortuam, diuinam atque humanam: hæc explicatur ab Hieremia cap. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō valent aquas. Et Esa. cap. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite. Viua est aqua cælestis sapientiæ, IESVS CHRIS TV S Dominus noster, quam qui biberit, non sitiet in æternum. Hic vnus est fons aquæ viuæ, qui viuificat in perpetuum, nec est vita in quoquam, nisi hauserit ex hoc fonte, vnde manant flumina aquæ viuæ, Ioan. 7. Fides in IESVM CHRIS TV M producit hunc laticem, qui est Spiritus Sanctus, interprete ipso Spiritu in Prophetis, Esa. 44. Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam Spiritum meum super semen tuum: & benedictionem meam super stirpem meam, & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Et Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: dicit itaque CHRIS TV S, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet posthac vnquam: id est, Qui credit in me, & Spiritum meum accipit, non curabit, neque quæret de alio fonte: sat habebit, si me vnum gustauerit: suauis est haustus meus: Qui autem biberit ex aqua mortua, cisternis dissipatis, fonte humano, hoc est terrestri & humanitus excogitata doctrina, quæ non fluit ex Spiritu Sancto, etiam si se perpetuo ingurgitauerit, nunquam satiabitur, redit sitis sedata ad tempus tantillum, nunquam tranquillam & pacatam reqdet conscientiam.

Dicit ad eum mulier.

Mulierem nondum mysterij de fide (per quem datur Spiritus) capacem, per ænigma Christus

Aqua cælestis Spiritus.

Non sitire in æternum.

Aqua viua est Spiritus Sanctus siue dona ipsius.

Credēs in Christum, Spiritum accipit.

Salire in vitam æternam.

Euāgelium non est occasio carnalis liberationis. Aqua duplex.

CHRISTVS compellauit, cuius simplicitatem hoc indicat, quod quum Iudæi soleant parabolas sinistrè interpretari, hæc mulier non intelligens quod dictum est, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, & c. tamen humiliter seipsam gerit, & credit: Nam prius dubitans dixit, vnde habes aquam viuam? nunc autem credit, & amans ait,

Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

Crassum quidem est hoc mulieris respōsum, tamen animum arguit ad credulitatem pronum. Quæ quia iam conceperat non humilem de IESV opinionem, captat benevolentiam à dignitate personæ CHRIS TI: Domine impari quæso mihi aquam, ne subinde recurrente sitit, cogar tanta itineris difficultate & labore ex hoc puteo aquam petere. Videtur hæc mulier Nicodemus prudentior, qui quum multa huiusmodi à CHRIS TO audiuisset, tamen incredulus adhuc dicebat, Quomodo hæc possunt fieri? hæc autem audita promissione aquæ viuæ, statim cepit fontem Iacob contemnere, dicens, Domine da mihi hanc aquam, ut vltra non huc veniam haustura aquam.

Samaritana Nō eodem prudentior.

Dicit ei IESVS, vade voca virum tuum, & veni huc.

His veluti parasceue ad futuram peccati ostensionem CHRIS TV S vitur, qui iubens vocare virum, inde venatur occasionem eam admonendi vitæ suæ corruptioris.

Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum.

Pro more muliebri cupiēs hæc mulier dissimulare turpitudinem suam, existimansque sese non apud Deum, sed hominem tantum loqui, Domine, inquit, virum non habeo: inficiatur matrimonium, sed dissimulat stuprum.

Dicit ei IESVS, bene dixisti, Quia non habeo virum.

Manifestaturus IESVS CHRIS TV S diuinitatem suam, & mulieris corruptam vitam comiter arguturus, hoc responso, non tantum in aures quantum in cor mulieris intonat, & peccatum intus reuelat. Obserua: CHRIS TV S hoc scortum prius confundit & ei reuelat, deinde iustificat & consolatur. BENE DIXISTI, Quia non habeo virum: hoc est, recte dixisti quod non habeas virum coniugem. Es enim scortum, & turpiter viuus.

Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti.

Ætiologia est, qua non solū reddit causam, cur verè dixerit se non habere legitimum virū, sed etiā cōuincit cōscientiā mulieris, ut cōuicta dicat, Hoc verè dixisti. Turpiter hæc tenus vixisti, utpote quæ pudicitiam tuam prostituisti quinque viris, & hunc sexto adhaeres qui non est maritus tuus legitimus, sed clancularius scortator. Interim tamen proba videri vis, quod hoc facinus ignoret vulgus, & tergas os tuum dicēs, & labiis ferè cōstricis pronuntians: Non sum operata mali, pudicè viuo: hoc verè dixisti, id est nihil hinc mēta es, quod dixeris te nō habere virum legitimum. En vide quàm leniter CHRIS TV S manu ducat hanc mulierculam: quæ ut veræ iustitiæ capax fiat, in peccati cognitionem ducitur, non ut sciat, sed ut sentiat: nō ut damnetur prorsus, sed ut à damnatione per Euāgelium liberetur.

Domine, video quia Propheta es tu.

Vbi hæc mulier sensit vitæ suæ domestica probra non latere IESVM, hospitem, & Iudæum, qui quod narrabat, ex hominum narratione scire non poterat, non recedit ab illo pudesca, non irrita regerit contumeliam more Phariseorum, quibus si quid tale dixisset IESVS, clamassent, Magus est, & dæmonium habet: sed peccati admonita, mox sollicita redditur ad quærendum, conscientiam propter peccatum territa, remedium. Tituli Prophetici honorem tribuit, quod ex sese nosset aliorum arcana. VIDE O (inquit) quia Propheta es tu. Quasi dicat, Video quod habeas priuatas à Deo reuelationes, qui & præterita & futura videre potens es, quum arcana hominis cognoscas.

Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.

Impietate sua agnita, mox quærit de iustificatione sui, & questionē velut inexplicabilem de ratione adorandi Deum (quod hinc longè diuersum sentirent Iudæi & Samaritani) proponit. Quasi diceret, Te reuelatore sentio peccatū meū & periculū damnationis meæ: sitio iustitiam & peccati absterionē. Sed vbi quæram, quod diuertam ignoro: quem fugiam

h. i.



scio, ad quem cōfugiam nescio, diuersæ enim sunt Rabinorū nostrorū sententiæ. Nam sunt Iudæi, multa etiā sanctitate pollentes, qui contēdunt Deum nusquam adorādum, nisi Hierosolymis in tēplo, & ibi iustitiā quarendam, quasi Deus alibi non audiatur vota precātium. Contrā sunt & inter nos viri admodum docti, religione & vitæ sanctitate clari, qui negant Deum vsquam adorādum, nisi in hoc monte Garizin: idque exemplo Patrū qui Deum verum Israel, in hoc monte coluerunt. Legitur enim Genes. 23, quod Iacob, erecto in hoc loco altari, super illud inuocauerit fortissimū Deum Israel. Similiter tradit Isaac illuc in sacrificium adductū. Quod si sanctis Patriarchis hoc licuerit, cur idē nobis non licebit? Quum igitur vtrinque sint Rabini, vtrinque Sancti, quibus credam, vt voto meo satisfiat? Ego à te Propheta talium rerum nō ignaro, magnopere cupio discere, vtrius nationis sanctior est cultus. In hac re limatissimū tuum expecto iudiciū, ne vaga hinc inde à quouis doctrinæ vōto impellar, sed vt certa, meā cōfirmem cōscientiā. Rogo te qui tam accuratē de peccatis meis iudicasti, & occulta mea scelera tam apertē nouisti (vnde te spiritu Prophetico donatum esse video) vt mihi misellæ peccatrici succurras, & viā verē adorandi doceas, qua liceat tantum cōscientiæ meæ ignem, nunc propter peccati mei agnitiōē in me accensum, effugere & extinguere. Quis enim fieri potest occultum reuelare peccatū, nisi & viam ad iustitiā, quā à peccato liberet, docere scias? Agnito meo peccato, me mortuam deprehendi, edue me de morte ad vitam: Inferorum fauces ad me deuorandum sensi, libera me, & liberatam cælo me ipsam restitue. Doce me viam, vt ad veram pietatem descendam. Obserua. Extructo templo, vetitum fuit in montibus rem sacram facere: quare excelsa in scripturis reprehenduntur. Iudæi vt erant superstitiosissimi, non contenti domo Dei in Hierusalem, in aliis etiam locis in stabarā excelsa, lucos, & id generis cultus, vbi sacrificabāt, non idolis, sed Deo vero Israel. At quoniam tales extranei cultus, instituti erant cōtra Verbum Domini (Deutero. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus) non alio loco à Spiritu Domini & Prophetis habentur quā pro Idololatria. Vnde frequenter in scripturis legimus Iudæis Idololatriam exprobratam. Et ob id Samaritanos Iudæi vocabāt Idololatra, quod in alio quā electo loco à Domino, tēplum & excelsa in stabarā essent. Locus autē primō electus à Domino fuit Silo, vt scribitur Iosue cap. 8. Congregati, inquit, sunt omnes filii Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculū testimonii. Deinde Dauide regnāte, reducta est arca Domini de domo Aminadab, in qua aliquādiu māserat, in Hierusalem: vbi postea per Salomonem ædificatum est templum celeberrimum, locus à Domino electus. 3. Reg. cap. 9. Quod autē Iacob in monte illo Garizin cultum diuinū instituit, priuilegio fidei fecit: nondum enim erat lex data de loco vnico electo: nec adhuc tēplum erat ædificatum in Hierusalē. At vbi data est lex de adorationis loco, nemo contra Dei præscriptū poterat in aliis locis, vt in excelsis, lucis & mōtib, cultus statuere. Obiter dixerim A D O R A R E, in hoc Euāgelistæ loco, nō est solū incuruare nos, quod obseruatæ genus solemus etiā hominibus exhibere. Genes. 18. de Abraham & Lot. Angelos adorauit, id est incuruauit se ante illos: sed vsurpatur pro cultu & tenore integræque religionē Dei, siue pro omnibus quæ ad cultū diuinū pertinent. 1. Reg. cap. 1. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercitū in Silo, hoc est vt solennē Deo cultū exhiberet. Et hoc loco mulier ait, Patres nostri in mōte hoc adorauerūt, hoc est Deū solēniter coluerunt. Eodē significatu scribit Lucas Act. cap. 8. Eunuchū illū Aethiopiē venisse Hierusalē, adoraturū. Obseruandum venit ex mulieris colloquio, quod periculosum sit ab exemplo, incōsulto verbo, vitā suā cōparare. Dicebat illa, Patres in hoc mōte adorauerunt, ergo & nobis licebit. Non aduertebat vnicū à Domino electū locū. Non sequitur: Patres in mōte hoc adorauerūt, ergo statuerūt in hoc mōte tantū adorandū esse: Ergo alligatū orationē ad hunc montē tantū. Nouerūt enim Patres, sine Dei præscripto, cultū Dei non esse certo alicui loco alligādū. Quare impiū est contra Verbum Domini cultū diuinū instituire.

Dicit ei IESVS.

Euāgelicæ libertatis simul & pietatis mysterium CHRISTVS aperit.

Mulier crede mihi.

Reuocat CHRISTVS mulierem ab impia opinione, quā exemplo Patrum induerat contra Dei Verbum & præscriptum de cultu Dei exercendo. Primo loco aperit fidem habendam esse, sine qua neque purificantur corda, neque idoneus fieri potest auditor, cui cælestis Philosophiæ arcana credantur. MVLIER, inquit, crede mihi. Quia nisi credideris, non intelliges. Fidem habe mihi, vt auctori totius pietatis, & libertatis Christiane.

Quia

Samaritana cōsulit Christum de sui iustificatione.

Peccati cognitio.

Excelsa, in scripturis cur reprehenduntur.

Cultus extra Hierusalem habiti pro Idololatria.

Samaritani, cur à Iudæis Idololatra dicit.

Silo locus primō electus ad sacra Templum Hierosolymitanum locus à Domino electus ad sacra.

Iacob adorans in Garizim. Lex de loco adorationis. Adorare.

Vitam ab exemplo comparare periculosum.

Cultus sine verbo Dei non præscribitur.

Fides. Christiane Philosophiæ idoneus auditor.

Quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem.

Causam explicat, cur quidē credere debeat mulier: nimirum tempus instare, imō horam adesse, quando & Samaritanorum impius abolebitur cultus, & Iudæorum carnalis religio transferetur, & illa antiquata, pius & verus cultus, hoc est Spiritus fiet & apparebit manifestus, in quo Patrem adorabitis, NON IN HOC MONTE, quasi in hoc conclusus dicitur: Est re vera non solum huius mōtis Deus, sed & totius orbis Dominus: NON HIEROSOLYMIS, quasi verō ne alius quidem sit ad adorandum Patrem locus idoneus: sed vbicunq; erit piorum congregatio, ibi futura est Hierosolyma, ibi Spiritus erit cultus, non nidore pecudum delinitus, sed sanctis precibus, sed piis votis, sed castis affectibus.

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus.

Explicat quibus rebus Iudæi Samaritanis præstant. Nos vobis in hoc præstamus, quod Deum per legem cognitum adoramus, ex præscripto & iubente Verbo exercemus cultum Dei, certo loco ad montem Sion, in quo se habitaturum multis oraculis promisit Deus. vos adoratis quod nescitis, existimantes Deum non esse Deum nisi Iudæorum & vestrum, quem in monte illo colitis (4. Reg. cap. 17) sed citra fidem, citra Verbum Dei. Et talem exercetis cultum, vt dæmonū admittat consortium, quorum nulla cum Deo est cōmunicatio. Reprimat ergo CHRIS TVS hoc loco vanam Samaritanorū iactantiam, testatus eos adorare quod nescirent, hoc est cultum obseruare Dei, de quo non essent certi, quod Deo probaretur, imō qui apertis Dei oraculis esset reiectus, vt paulo antè dictum est. Quum enim principio suæ transmigrations à Leonibus vastaretur, huius plagæ depellendæ gratia, ritus aliquot in lege Dei traditos susceperant, in reliquis perseverantes, vnde Idololatra & impii, à viris pietate & prophetia claris, habiti sunt. Quum ait, NOS ADORAMUS quod scimus, præponit se CHRIS TVS in numerum eorū qui adorant Deum, explicās se hominem esse. At quem maximè cōueniat hominibus tāquam debitam Deo adorationem offerre, adoratur etiam CHRIS TVS postquam factus est homo, vt homo. Adoratur autem semper cum Patre & Spiritu Sancto, quoniam Deus verus secundum naturam est.

Quia salus ex Iudæis est.

Rationem reddit scientiæ Iudæorum de vero cultu: Nam non ex Gentibus Samaritanis, sed EX IVDÆIS est salus, hoc est omnis vera Dei cognitio ortū à Iudæis habuit, sicut & ipsum mūdi Redēptorem, quantū ad carnē attinet, à Iudæis accepimus. Quia ergo Iudæi Verbum, promissiones & oracula Dei habent, ideo verē colunt Deum, & sciunt quod adorāt. Esa. 2. De Sion exhibit lex, & verbum Dei de Hierusalē: Euāgelium in totū orbem terrarum à Iudæis deriuatū est: & in nulla alia gēte publicitus doctrina Dei purē viguit. Verūque simile est, quicquid sani de Deo sapiētes Gentium vnquam docuerunt, id à Iudæis fuisse mutuatos. Quare iure optimo dictum est, Quia salus ex Iudæis est. Hanc Iudæorū prærogatiuam Paulus Rom. 4. explicuit, Quid ergo, inquit, amplius Iudæo est? aut quæ utilitas circūcisionis? Multū per omnem modū. Primū quidē, quia credita sunt illis eloquia Dei. Ad Rom. 9. Qui sunt Israelitæ, quorū adoptio est filiorū, & gloria, & testamētū, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorū Patres, ex quibus est CHRIS TVS secundum carnem.

Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.

Tamet si multis rebus ad cultum Dei facientibus, præstant Iudæi, instat tamen huius prærogatiuæ & omnium ceremoniarum finis: adest tēpus vt falsa religio Gentium pereat: carnalis cultus cedat spirituali: & vmbra legis cedant Euāgelicæ luci. En tempus transcendendi sacerdotium, ergo & legem & locum & ritum adorationis. Vetera transeunt, noua fiunt omnia. Adest tempus in quo A D O R A T O R E S, hoc est cultores nō hypocritæ, sed VERI, id est spirituales, adorabunt P A T R E M, hoc est Deum vt patrem (Pater hoc loco nomen est essentiæ) IN S P I R I T V, hoc est ex animo, & cultu, cuius formator & præparator est Spiritus Sanctus. Patrem adorare in Spiritu, est Spiritū adoptionis filiorum accepisse, in quo clamamus Abba Pater, Rom. 8: Aut est Patrem puro corde & regenerato per Spiritum Sanctum colere, & tali cultu, cuius autor est ipse Spiritus Sanctus. Non ergo putaueris, o mulier, Patrem gaudere his sacrificiis & cultibus carnalibus & Mosaicis, siue in monte hoc siue Hierosolymis: sed in Spiritu vult coli & adorari. Spiritus adorator (ait Cyrillus) Deo est gratus, qui non forma & figuris Iudæicis ad pietatem obumbratur, sed

Spiritualis cultus.

Hierosolyma, vbi st piorum cultus. Cultus pius.

Templum in monte Sion.

Samaritanorū cultus vanus.

Samaritanorū Idololatra à Prophetis dicit.

Salus ex Iudæis.

Euāgelium à Iudæis in orbem deriuatum.

Iudæorum prærogatiua.

Prærogatiua Iudæorum finis.

Patrem adorare in Spiritu. Pater nomen est essentiæ.

Spiritualis cultus. Cultor Spiritus.

h. ii.



Adorare in veritate. Veritas. Adoratur in Spiritu & veritate.

Adoratio est Spiritus operatio.

Gratia praeuenies necessaria.

Templum quod Spiritus inhabitat.

Adorationis ratio.

Deus mente colendus.

Ceremoniae externae. Spiritus.

Vox Spiritus. Verbis, oportet.

In Samaritana fidei & doctrinae gradus.

Pentateuchum Samaritani recipiebant.

Messias. Venit pro veniet.

Euangelica virtute refulgens, recta dogmatum disciplina veram peragit adorationem. In VERITATE, id est non in typis & figura, ut haecenus adoravit ritus ille Mosaiicus. Aut in veritate, id est animo non fictitio & mendace. Aut quid est Adorare Patrem in veritate, nisi in Filio eius manendo (qui ait, Ego sum veritas) Patrem invocare? Et ut paucis dicam, In Spiritu & veritate adorare, est fide viua Deum ut Patrem invocare. Non abs re putauerim ab Euangelista dictum, In Spiritu & veritate, non autem In veritate & Spiritu: quia sicut nemo venit ad Patrem nisi per Filium (Ioan. 14) ita Filium nemo cognoscit nisi per Spiritum. Nemo enim. (1. Corinth. cap. 12.) potest dicere Dominus IESVS, nisi in Spiritu Sancto. Ipsa quoque vera adoratio, propria Sancti Spiritus operatio est. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus. Rom. 8, sed Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quare necessarium est, ut homo per praeuenientem gratiam, accipiat Spiritum Sanctum, quo CHRIS TI cognitionem accipiat, & per CHRIS TVM ad Patrem accessum habeat. Ex his colligamus: Quum Spiritu colendus sit Deus, nihil gratum exhibueris rebus corporeis, nisi illae inseruiant Spiritui excitando. Tum quia in veritate adorandus Dominus, hoc est certa fide, solidaque vitae innocetia & integritate, nihil morabitur Deus externa ista, quae impii hypocritae praestare possunt, nisi ea valeant ad promouendam in nobis & aliis pietatem, & iuuent proximos in huius vitae rebus.

Nam & Pater tales quaerit, qui adorent eum.

Argumento a voluntate Patris, causam adorationis Patris in Spiritu & veritate, adducit. Quando ita Patri Deo placitum est, ut haecenus satis vmbri ac figuris Mosaiicae legis sit. Posthac quaerit & ordinat sub nouo Testamento tales, supple, adoratores in Spiritu & veritate, qui adorent eum mente per fidem Euangelicam a vitis pura, ut sit ibi templum, Deo dignum. Hoc est templum quod inhabitat.

Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum in Spiritu & veritate oportet adorare.

Prima ratio adorationis Patris in Spiritu & veritate, data est a voluntate & ordinatione Patris. Nunc aliam adducit rationem, a natura & essentia Patris. Ex cognatis seu coniugatis, & a necessario argumentatur. Deus Spiritus est, & vult adorari, ergo vult adorationem conformem esse rei adoratae, Ergo vult in Spiritu coli & adorari. Sicut enim Deus mens est, ita & mente colendus est, hoc est sincera fide, studioque sedulo gloriae ipsius promouendae vbique, & in omnibus. Huc pertinet quod dicebat Sapiens ille,

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt:

Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

Deus veritas est, ergo in veritate vult adorari. Nihil ergo morabimur actum & ceremonias externas, nisi ordinentur ad cultum internum, qui fit in Spiritu & veritate. VOX SPIRITVS est genus, qua in describenda & explicanda Trinitate vitimur. Nam Pater est Spiritus, filius est Spiritus, similiter & Spiritus Sanctus: Sunt & Angeli & animae rationales Spiritus, sed creati. Vox Spiritus hoc loco non motum spiritualem aut actionem, sed spirituale substantiam significat. Verbum OPORTE, necessitatem indicat: quia Deus Spiritus est, necesse est adoretur cultu spiritali.

Dicit ei mulier.

Hoc sublimi respõso CHRIS TI non perterrita mulier, sed constantiae exemplum praebens, tantum profecit, & in fide promouit, ut quem prius Iudaeum, mox Dominum, deinde Prophetam appellarat, nunc ipsum Messiam esse suspicetur. Vulgo enim non apud Iudaeos solum, sed & Samaritanos ex Moyse oraculo, eximii illius Prophetae ex Iudaeis, erat expectatio. Itaque ad hunc modum muliercula Dominum prouocat, dum non haberet quid Domini verbis responderet.

Scio quia Messias venit, qui dicitur CHRIS TVS.

Quinque libros Moyse Samaritani recipiebant: unde haec mulier didicerat Messiam venturum. Genes. 49, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Et Deut. 18, Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, sicut me, illum audietis. S C I O, inquit, fide, & ex quorundam relatu, Messiam venisse, & quod inter Iudaeos diuersatur: illius nomen & fama hucusque peruenit: is dicitur CHRIS TVS. Appellationibus Messiae & CHRIS TI testatur mulier se credere CHRIS TVM, omnium instauratorem, verum doctorem, interpellatorem, intercessorem, sacerdotem, regem, defensorem, &c. Videtur propter id quod sequitur, Quum ergo venerit ille, &c. dicendum esse, VENIT, pro veniet dictum,

niet dictum, quod Graeci nonnunquam vsurpant praesens pro futuro. Atque ad hunc modum legit Theophylactus, Scio quod Messias venturus est.

Quum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia.

Praedicant Iudaei de Messia, id est CHRIS TO venturo, qui sit omnia explicaturus, & verum Dei cultum docturus: at tu iam dicis horam verae adorationis aduentasse, qua veri adoratores adorabunt in Spiritu & veritate. Ergo quum credam te verum dixisse, oportet Messiam nunc adesse & venisse. Proinde hoc unum te effragito, ut quum me peccato pressam & anxiam in conscientia sentiam, intelligamque peccati mei deletionem non aliter mihi obuenturam, quam adoratione Patris in Spiritu & veritate, noli me animo suspensam tenere, quin potius ingenuè doceas me viam ad iustificationem: aut dicas an te ille iustificator Messias es, an aliud mihi abeundum sit, ut ingenti hoc conscientiae meae onere leuete me is, ad quem me miseris, & iustificet.

Dicit ei IESVS, Ego sum qui loquor tecum.

EN IESV CHRIS TI ingens philanthropia, qui videt mulieris docilitatem, & ardes cognoscendae veritatis desiderium, quale non repererat in suis Rabinis Iudaeis, dignatur illi aperire quis esset. Tu, inquit, expectas Messiam venturum, intelligito hunc venisse: iamque illum vides: nam EGO sum qui loquor tecum. His praeclare gestis commendatur efficacia & potentia fidei, ad quam non potest non se CHRIS TVS manifestare, tanta est viua fidei vis & energia. Credentibus CHRIS TVS se & credit & committit, non autem incredulis, quales erant de quibus supra cap. 2. dicit Euangelista, Ipse autem IESVS non credebat semetipsum eis.

Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur,

quia cum muliere loquebatur.

Aduentus discipulorum colloquutioni fine imposuit. Mirantur tantam praecceptoris humanitatem, quae cum muliercula pauperula & eadem Samaritana tam familiariter colloqueretur.

Nemo tamen dixit, Quid quaeris, aut quid loqueris cum ea?

Tanta erat Christi modestia in colloquutione hac, ut conspicati discipuli hoc colloquium, suam erga praecceptorem reuerentiam seruarint. Admirantes enim tacent, non quaerunt quid loquutus sit cum muliercula: mirantur tamen quomodo id fiat, quod tam facilem se praebat Samaritanæ: quum vetuerit discipulis ne in ciuitates Samaritanorum intraret. Matth. 10, & alias durum se exhibuerit alienigenis. Quare hoc suo aduentu videntur Apostoli voluisse dirimere colloquium CHRIS TI cum muliere: verum non ausi sunt hoc facere, sed tacuerunt, quia fortassis suspicati sunt, hoc factum aliud ipsis adhuc ignotum portendere: Nempe Euangelium non vni genti esse reuelandum, nec Christum, vnius gentis CHRIS TVM fore, sed omnibus credentibus communem.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem.

Hausta & accepta quam promiserat CHRIS TVS aqua spiritali, nihil moratur mulier aquam terrestrem: sed relicta apud puteum hydria, nihil respondens Domini verbis, properat in ciuitatem. Ecce fructus viuae fidei, quae otiosa esse nequit, quin ex se germinet bona opera. Gustato enim CHRIS TO, & eo per fidem accepto, relinquuntur omnia: quod & Petrus testatur Matthaei cap. 19, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Nec mirum: qui enim CHRIS TVM induit, est noua creatura: Ergo iam contemptis terrestribus, caelestia & superna curat, non quaerens quae sua sunt, sed quae sunt IESV CHRIS TI. Ad hunc modum haec mulier, quum coepit Patrem colere Spiritu, hoc est fide viua Deum amplectari, fit filia Dei, & confestim quaerit quae sunt Dei, hoc est in veritate Deum colere fatagit, & proximo aquam illam spiritalem communicare.

Et dicit illis hominibus.

Natura verae cognitionis CHRIS TI est, ut qui eam nactus fuerit, nihil habeat prius, quam plurimis illa communicare. Huius negotii egregium est paradigma in muliere, cuius fides nescit se continere, sed erumpit in confessionem, etiam per tela, per ignes. Credidi, (inquit Dauid) propter quod loquutus sum. Et Paulus Rom. 10, Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem, scilicet & propriam & aliorum.

Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci.

Hoc exemplo & facto manifestatur quod docuit Veritas Matthaei cap. 21, Amen, amen dico vobis, quia publicani & meretrices praecedunt vos in regno Dei. En peccatrix & Sarah, iii.

Messias officium.

Samaritana peccatrix a se sua salutis desyderium.

Christus Samaritanam Messiam se declarat. Filiae viuae energia. Credentibus Christum se credit.

Colloquium Christi cum Samaritana Apostolis admirandum.

Christo gustata abiicitur terra.

Cognitio Euangelii. Fides viua mererit.

Peccatrix facta Abrahae filia.



*Samaritana apostola. Permutatio rerum admiranda.*

maritana, fit filia Abrahæ, è scorto, subito facta est apostola: narrat palam omnibus, vt plurimum conscientia suam fidem confirmaret. Hæc est mirabilis, sed tamen sapientissima rerum permutatio. **V E N I T E** inquit, & videte hominem admirandum, occultarum rerum referatorem, qui abscondita cordis cognoscit, quem quum nunquam viderim, tamen narrauit mihi secreta omnia quæ fecerim. Miraculi narratione præparat auditorum animos ad fidem. Sufficiet quidem auditus ad fidem, sed si veneritis, ille multis & ingentibus miraculis certiores vos faciet. **Qui enim cordium secreta nouit, & hanc diuinam habet dignitatem, quomodo cuncta non efficiet quæ voluerit? Nolite meis fidere dictis, ipsi potius facite periculum, & me non vanam comperietis. Venite & videte hominem, & c.**

**Nunquid ipse est CHRISTVS?**

Nō affirmatiuè (hic est Christus) sed interrogatiuè dixit, **N V N Q V I D** ipse est **C H R I S T V S**? Idque consulto ita pronuntiasse videtur: volebat enim illis calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem: ne si primo verbo affirmasset, forsitan non credidissent, quod tam proficitur famæ mulier apud illos haberetur.

**Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.**

*Samaritani ad Christum. Verbi accepti vsus. Iudæorum durities.*

Ecce iam cœpit fructus fidei, & prædicationis mulieris Samaritanæ apparere. Non redit verbum mulieris vacuum: in verbo exiit Samaritani ad **C H R I S T V M**. Vfus enim verbi accepti & confessi, est adducere homines ad **C H R I S T V M**. Hæc facilitas Samaritanorum arguit duritiem Iudæorum, quibus Christus lege Mosaiica venturus prædicabatur: Quibus Prophetarum multitudo, iam in ianuis ipsum esse præmonstrabat, imò digito ostendebat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: **Quibus**, quod mirabilis est, cælesti quadam potestate signorum, seipsum **C H R I S T V S** reuelabat: & tamen rebus iis omnibus instituti, eadem meditatur iniustam, impiè insidiantur, pellunt à se vitam, lucem, & peccatorum remissionem. At Samaritani longe meliores videntur, qui tametsi alienigenæ, non Prophetarum voce præmoniti, non Ioannis doctrina firmati, sed vnica muliere, & illa peccatrice, vnicum narrante miraculum, cateruatim ex vrbe ad **C H R I S T V M** effunduntur contéduntque. Quare ista cōsiderantes, admirabūdi clamemus cum Paulo Rom. 11, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incōprehensibilia sunt iudicia eius! Et cum Dauide admirantes dicamus, Psal. 118, Iustus es Domine & rectum iudicium tuum.

**Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, manduca.**

*Samaritani Iudæis meliores.*

Dum huius miraculi rumor inter ciues Sichar spargeretur, interea suspicatur discipuli **C H R I S T V M** præceptorem iam fame cruciari, inuitat vt cibum non emendicatim quæsitus, sed emptum caperet & comederet: quod longa peregrinatione & calore flagrante defatigatus esset. Infirmi adhuc & ignari erant officii **C H R I S T I**, quod in cibandis cōscientiis, præponitur priuatis commodis, vtilitati, necessitati & voluptati. Non tamen temeraria quadam sententia ductos putauerim discipulos, sed magna erga præceptorem dilectione. Obserua. Vt intelligeremus Dominum etiam in huiusmodi temporibus ieiunasse, Euangelista nō prætermisit, quomodo Christus à discipulis rogabatur vt manducaret. Rogabit aliquis, **Quid mirabantur discipuli de illo, quod cum muliere Samaritana loqueretur, quum cibos quos à Samaritanis emerent, illi ad manducandum offerebant? Respondeo.** Carnalis & superciliosa quædam erat iustitia Scribarum & Phariseorum, vt ab alienigenis cōmerent quidem, sed nullatenus præparatos ab illis cibos aut potum propinatum perciperent.

*Cibus Christi. Christi officium.*

*Scribarum traditio.*

**Ille autè dixit eis, Ego cibū habeo manducare quem vos nescitis.**

*Christi studium vt eubat homines ad pietatem.*

Ferè vbique solet **C H R I S T V S** captare occasionem euehendi homines è re sensili, & cura corporalium rerum ad studium spiritualium. Quemadmodum Samaritanam ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionem fidei Euangelicæ: ita discipulos adhuc rudes, ex occasione cibi prouocat ad studium Euangelizandi: & tum forte aquam putealem non sitiebat, & si sitiebat, magis sitiebat & mulieris & aliorum salutem: & tamen ex affectu mulieris quæ venerat aquam haustum, captata est sacri sermonis occasio. Ita tametsi tunc secundum carnis naturam esuriret, maiore tamen tenebatur fame seruandi generis humani, cuius gratia venerat à Patre. Rogantibus ergo discipulis, vt corpus inedia famèque leuaret, Respondet, **E G O** cibum & c. Elegans est hæc officii **C H R I S T I** periphrasis, quod est docere Euangelium. Esa. 61, Ad Euangelizandum pauperibus misit me. Peruenusta est metaphora, quæ à cibo corporis ad Spiritalem transit. Vbi obserua, **Quomodo C H R I S T V S** studet subducere singulari anagoga, discipulorum animos à cibo corporeo ad

*Officium Christi periphrasis. Metaphora à cibo ad Spiritum. Anagoga à cibo corporeo ad Spirituales.*

reo ad id quod tum esuriebat, profectum scilicet gloriæ Patris & salutis hominum. Atque vt Aquæ vocabulo superius ipsam fidem & doctrinam Euangelicam est circunloquutus: ita & Cibi voce ipsam salutarem & Euangelicam doctrinam explicat, quæ non aliter se habet quàm cibus. Nam hic incurrit in stomachum ad alendum ac sustentandum corpus: illa in aures, & ab auribus in cor, ad alendum & sustentandum animam. Huic loco plurimum lucis affert Psalmus ille Dauidis 49, Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Nequaquam. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. **Q**uoniam mea sunt omnes feræ sylvarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Sed quid immola Deo sacrificium laudis. De quo sacrificio ciboque congruente, ait, Ego habeo cibum manducare, non carnalem: de quo vos loquimini, sed Spiritualem: non esurio corporealem, neque enim in hunc mundum veni vt nihil aliud agam quàm vt edam, bibam, & cutem curem, quales sunt terreni homines, nati consumere fruges. Cibus per me desideratum vos nescitis. Hoc re vera nesciebant, quod abiectis cibis & potibus (Hebræ. 6.) variis baptismatibus & iustitiis carnis, veri adoratores adoraturi essent Patrem in Spiritu & veritate: quod verum est laudis sacrificium Deo Patri Filio & Spiritui Sancto immolare. Aut dici potest: **Q**uem vos nescitis, supple, adhuc, donec didiceritis. Quasi diceret **C H R I S T V S**: Terreni adhuc estis, & rebus externis tatum hæere videmini: **Q**ui de tali cibo mihi prospicitis, qualem me Regem iudicatis? Nam me adhuc non cælestem & cælitus missum cognoscitis, sed terrenum: ideo terrenum offeritis cibum, suspicatis me nullo alio quàm terrestri cibo pasci posse, nullumque alium in votis cibū habere quàm quem comedendum offeritis.

*Homines nati consumere fruges.*

*Sacrificium laudis immolare.*

**Dicebant ergo discipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit illi manducare?**

Egregium ignorantie & tarditatis nostræ in discipulis proponitur exemplum: qui ne admoniti quidem de ignorantia, oculatiores fiunt, adeo ad intelligendum tardi sumus. Nihil ergo mirum si Samaritana in aquæ vocabulo hæsitauerit, quum discipuli in nomine cibi nihilo velociores ad intelligendum fuerint: qui admirabundi, nec audentes tamen interrogare pro reuerentia præceptoris, nequid offenderetur, inter se loquebantur. **Q**uid istud est? Nihil cibi hodie sumpsit, quod viderimus, iam dies inclinat, longa est peregrinatione fatigatus, vrget calor, affligit labor, longiore est vsus colloquio: quæ omnia, & famem & sitim pariunt non mediocrem. An interim dum nos absumimus, alius quispiam attulit ei cibum?

*Humani ingenii tarditas.*

*Sitis & mediæ causa.*

**Dicit eis IESVS.**

Quum allegoriam non intelligerent discipuli, mox eis aperuit, exponens quis sit suus cibus quem habet manducare, vt reiecto omni orationis velamine, mysterium apertissime intelligerent. Nam quia futuri erant totius orbis magistri, exemplo sui eos docet multo maiorem salutis hominum, quàm proprii corporis curam habendam esse: atque officium Ecclesiastæ & pastoris spiritalis in cibandis cōscientiis præferendum esse priuata vtilitati, necessitati, & voluptati.

*Ecclesiastæ officium in cibandis cōscientiis.*

**Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.**

Cibus iste corporum quem mihi offeritis, leuissime mouet me. Est alius cibus qui mihi præcipuè curæ est: Nimirum vt perficiam id, cuius gratia me huc misit Pater cælestis. Hæc est mea fames, hæc est mea sitis. **C I B V S** meus est, id est, hoc ante omnia desidero, vt voluntas Patris compleatur: quæ est, vt quàm plurimi agnoscant ipsius in me & per me bonitatem, & salutem assequantur. Id ipsum erat opus eius, quod Pater eum operari voluit. Quasi diceret **C H R I S T V S**, Huc solum respicio, hoc solum ago & ardentissimis votis desidero, vt homines iustitiam ac salutem æternam assequantur. Itaque meus cibus est, vt faciam voluntatem tuam Deus, qui me huc misisti. Non huc veni, o discipuli mei, vt faciam id quod ego volo, sed quod vult is qui misit me. **Q**uid ille vult? Vt ne quid perdam ex omnibus iis quæ dedit mihi, Et vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: hoc est voluntas Patris, vt saluem: nam opus eius est saluare & liberare: Et non saluat, nisi per crucem: & paratus sum mortem obire, quum venerit hora. Interim tempus vrget, & hominum pronæ mentes ad Euangelicam fidem, flagitant, vt relicto illo

*Christi fames & sitis.*



Christum accere voluntatem Patri.

cibo corporeo, accingam me muneri meo, & obeam quod Pater mandauit. VT FACIAM voluntatem eius, id est prædicem Euangelium, præbeam hominibus spiritalem cibum pro anima, & doceam viam ad salutem. VT PERFICIAM opus eius: Id est, consummem & exequar iniunctum mihi à Patre officium.

Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?

Messum & messis & spiritalis.

Videtur Dominus allegoriis & parabolis singulariter delectatus, tum quod similitudine, quam in se continent, aptæ sunt ad docendum rudiores: tum quod in se habent aliquid reconditum & ænigmaticum, per commodam sunt ad excitandum animos auditorum, & ad infigendum animis quæ docentur: hærent enim diutius, quæ quis quasi ipse inuenit. Vnde rursus anagogica vsus est allegoria, probans discipulorum testimonio, quod potius curare debeat suum in docendo officium, quam priuatæ rei studere. Vnde dicitis messem adhuc procul abesse, quatuor scilicet mensibus: hæc messis sensibilis est: ego autem dico vobis, iam iam messem instare. Si temporis circumscriptionem, Quatuor menses sunt, & messis venit, considerauerimus, dici potest, hic transitus à Iudæa in Galilæam per mediam Samariam fuisse mense, qui nobis vocatur Februarius, à quo ad messem quæ in Syria mense Maio fieri solet, quatuor menses supputantur, si extremos includerimus. Quare diligenter perpenso tempore, ex quo Dominus aquam in vinum conuertit in Cana Galilææ, & qua in Iudæam migravit, & nunc in Galilæam reuertitur, reuolutum ferè annum obseruabimus, qui est ætatis CHRISTI trigessimus primus, Ioanne baptista adhuc superstitite, qui quoto mense, quotove mensis die sequentis anni in manus Herodis tyranni inciderit, & quandiu à tyranno carcere conclusus fuerit, nihil ex Scripturis definimus, quum nihil tale prodiderint.

Carceris Ioannis incertus dies & mensis.

Ecce dico vobis.

Attentos reddit discipulos hac particula, ECCE. Quasi diciturus sit CHRIVS de re necessaria, & quæ festinationem requirit. DICO vobis (emphaticè pronuntianda sunt hæc) qui solum rei priuatæ intenditis, aliò vos vocat instans hæc messis, quàm ad hos corporis cibos parandos: ad alias operas vos inuitat hoc tempus.

Leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem.

Messum spiritalem Christi exhortatio ad intendendum.

Inuitat discipulos, vt dimissa messe terrestri, intendant animos, & acceptis fidei oculis, videant longè vltra Iudæam messem, hoc est humanas mentes ad Euangelicam fidem pronas & paratas. ATTOLITE oculos vestros & videte regiones, quoniam albæ sunt iam ad messem. Hoc est videte non solum Iudæos salutis, & aquæ viuæ esse sitientes: sed etiam Samaritanos & Ethnicos properare ad Euangelicam doctrinam, & suam sitire salutem. Nunc vndique canas maturasque segetes videtis: quid superest nisi vt demetantur? operam nostram, nostrum studium efflagitant. Quum ait, VIDETE regiones, amplificationis est copiam auditorum Euangelii. Nam regio, non vnum aut alterum hominem, sed quamplurimos continet. Obiter dixerim, conuersionem hominum per Euangelium, demissionem vocat Scriptura sancta, quod ita essent animi hominum Euangelio preparati atque maturi, vt minimo negotio sæpe ad vnam duntaxat annuntiationem, plurimi illud reciperent: quod cum aliàs, tum hoc loco in Samaritis. Huius demissionis messores sunt Apostoli. Alterius messis meminit Scriptura, Matthæi cap. 13. quæ erit consummatio seculi, cuius messores futuri sunt angeli.

Apostoli messores.

Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

Prophetarum & Apostolorum collatio.

Prophetarum & Apostolorum perueniunt collatio cõiuncta occupationi, qua CHRIVS occupat simul & inuitat discipulos, vt alacriter messorum munus obeant, argumeto à præmio & vtili sumpto. Prophetæ in veteri testameto seminauerunt, quorù messis nunc albescit. Nam Hebr. cap. 11. Patres non acceperunt re promissionem, hoc est promissionis executionem sine reuelatione, qui solum fide CHRIVM acceperunt, sed nondum reuelatum: typos & vmbas solum habebant, veluti semina futurorum in CHRISTO reuelandorù. Quare per Prophetas seminatù est, quum de futuro CHRISTO & iustitia ipsi prædicauerunt. In nouo Testamento Apostoli messores sunt: & metitur quod in veteri seminatam

Vmbra legis, semina futurorum.

natum est. Vulgata parcemia dici solet, Spes fouet agricolas: quod si fructuù spes facile prouocat messorem ad operam, quanto magis oportet vos alacres esse (ait CHRIVS) ad hæc messem Patri recolligendam, quæ messoribus præmium in cælis amplissimum parabit. Atque non triticum, sed animas Euangelio imbutas, ex agro mudi demessas, in horreum regni cælorum colligent, in quo, vt cognitio Dei habetur, ita vita æterna illi perfruentur. Sed aduertendum: hoc in negotio secus accidit quàm in messe corporali: nam illic quù fructus messis ad alium deuenit quàm ad seminantem, gaudet quidem messor, sed discruciatu seminator. Hic contra fit: nam Prophetæ seminarunt, Apostoli messuerunt, & messores dicuntur: quorum, Prophetarum scilicet & Apostolorum idem est gaudium, qui eadem tractant. Rogabit aliquis: Num messores erant Prophetæ? dicebantur Seminatores, non quod tunc messis non fuerit rerum Spiritualium: biberunt enim de spiritali consequente eos petra, petra autem erat CHRIVS. I. Corinth. 10. Et Abraham vidit diem Christi, & gaudius est: sed quod nondù Christus reuelatè prædicabatur, nec bona spiritualia palam inter omnes Gentes distribuebantur: quod postea aduentante Christo, per Apostolos, tanquàm per messores factum est. Vnde hoc præuidens Esaias cap. 9. ait, Lætabitur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Aut dici potest, Primò MERCEM mercedem accipit, deinde congregat fructum in vitam æternam: de qua mercede meminit Dominus Matthæi cap. 10. In quantum que domù intraueritis, ibi manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Quam legem egregius ille athleta CHRIVS, Paulus defendens, I. Cor. 9. quauis potestate sua vti noluit, ne cui offenculo esset. Quis, inquit, militat suis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius nõ edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scribitur enim in lege Moysi, Nõ alligabis os boui triturati. Et paulo post, Si nos vobis, inquit, spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Nescitis quoniam qui in sacratio operantur, quæ de sacratio sunt, edunt: & qui altario deseruunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Ergo qui metit, id est prædicat Euangelium, optimo iure præsentis vitæ alimoniam quærere potest, cõgregans fructum in vitam æternam. Quia prædicatione Euangelii multi saluantur, & vitam æternam acquirunt.

Spes fouet agricolas.

Apostolorum & Prophetarum vni gaudium. Prophetæ fuerunt seminatores.

Meres. Operarius mercede dignus.

In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

Causam præcedentium adducit argumeto à vulgata parcemia sumpto, quæ in Prophetarum & Apostolorum collatione locum & veritatè habet: Illi seminarunt, hi metunt. Verbo SEMINANDI respicit ad typicam & occultam Euangelii cognitionem, sub veteri Testamento. VERBUM, id est Promissiones patrù: IN hoc est verum, id est cõfirmatæ sunt: quia semè regionis, (quæ iam ad messem canescit,) id est benedictionem vniuersam Gætium, iam me aduentante, præsentè habet, QUIA alius est qui seminat, hoc est seminauerunt Prophetæ: & alius est qui metit, quia vos illarum promissionum messores estis. Rogabit aliquis, Quod est istud VERBUM? Respondeo, quod ad Abraham (Genes. 22. In semine tuo benedicetur omnes gentes:) & ad Moysen, & ad omnes sanctos Prophetas factum est. Et hoc verum est verbum: quia vt illis promissum, & ab illis creditum: ita me adueniente (ait Christus) est impletum: illi enim fide & spe ducti, propagatione suæ carnis, tanquam in bona terra gratiæ Dei seminauerunt, euntes & stantes, & semina mittentes, cum fide hac, qua profitebantur, quod peregrini essent & aduenæ super terram, & non haberent hinc manentem ciuitatem, sed futuram inquirerent. Ad hunc modum rigidam passi sunt hyemem, seminauerunt & non messuerunt. Etenim iuxta fidem defuncti sunt (Hebræo. cap. 11.) omnes isti, non acceptis promissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes. Et ecce nunc alii metunt, id est, vos estis messores, qui metentes habetis effectum illarum promissionum.

Seminare, verbum. Verbum, id est promissiones.

Apostoli messores.

Propheta seminauerunt.

Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Multo nunc apertius totam rem & allegoriam ob oculos ponit, Manichæos cõfutans, qui vetus Testamentum à nouo abalienant. Si alienum fuisset, quomodo messuissent Apostoli à Prophetis seminata? vnde & quæ seminarunt, & quæ messuerunt vtraque vnum sunt. Ergo, emphasim habet, & declarat Apostolos missos ad officia Christi, vt prædicent idem

Manichæi cõfutati. Apostoli, officia Christi habent.



Euangelium, illud miraculis confirmet, eandem crucem ferant, irreprehensibiliter uiuant. Obserua: Ego misi vos, non vestro merito ad hoc munus obeundū, sed quia ita Patri placitum est. Non enim vos me elegistis, sed ego elegi vos ut eatis, & fructum afferatis. **M E T E R E**, id est, gladio & falce diuini Verbi fideles colligere. Videtur mihi messoria falx esse, Apostolorum splendida prædicatio, quæ à legalibus figuris auditores abscondēs ad aream, id est ad Ecclesiam Dei transponit: ubi labore viuæ fidei & virtutis contriti, in triticum diuino dignum horreo efficiuntur. Verbum **M I S I**, indicat Christum, illo elapso anno quo in Iudæa est versatus, misisse discipulos ad prædicandum. **Q U O D** vos non laborastis: Quasi diceret, Non tantum laboris insumitis metentes, quantum ii qui seminarent. Plus enim laboris est in semente quam in messe. Profcindenda est tellus rastro, sarculōque comminuendæ glebæ, latamine stercorendus ager, iaciendum semen, occandum ac tuendum, reuellendæ zizaniæ. Cæterum ubi iam seges maturuit, non magno negotio demeritur: Et si quod est tædium, paratus fructus illud lenit. Vos non laborastis, sed Prophetæ laboribus subegerunt aua, & mundum adhuc intractabilem, sua doctrina præpararunt Euangelio, etiam cum vitæ periculo, Matthæi cap. 23, Hierusalem Hierusalem quæ occidit Prophetas, & lapidas eos: & c. **E T V O S** in labores eorum introistis, id est in eorum laborem succeditis, & rem paratam aggredimini. Quæ illi obscurius per ænigmata sunt loquuti, vos palam & apertè aperietis mundo iam vltro se præbenti & offerenti doctrinæ cælesti. Vos ò Discipuli mei, sine lteris & idiotæ, qui hætenus agrū Dei neque verbo, neque opere sciebatis, in labores Prophetarum introistis, ut quod ab illis est seminatum, per vos conferatur in horreum, id est quæ illis promissa est vniuersarum benedictio Gētium, à vobis prædicetur impleta esse, & annuntietur per vniuersum mundum. Huc pertinet quod dicebat Christus, Luc. 10, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerūt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. O verè beatos discipulorum oculos, qui albescentes iam messes viderunt, & collectas in horreum cæleste reportarunt!

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

En fructus fidei, en primitiæ Gentium, en præludium vocationis Gentium, subita hæc Samaritanorū conuersio, qui medium quoddam genus inter Ethnicos & Iudæos, primi post Iudæos Euangelii receperūt, ut legimus Actorum cap. 8. Vnde miratur Euangelista & emphaticè ista pronuntiat, scribitque cū exaggeratione potentia Verbi à circumstantia & copia personarum facile credentium: qui ad vnus mulierculæ, & non satis probæ, multi illico, & quidem Samaritani, Euangelio crederent, Christumque amplecterentur, quum qui & Lege & Prophetis ad agnitionem eius deducerentur, omnia recusarint. Vnde iure optimo à gratia & spe (quam in Christo habemus) decedit Israel: multitudo autem Gentium locum eorum obtinuit. Hæc res declarat verum esse quod Dominus dicebat de messe iam albescente. Nam multi testimonio mulieris, (fides enim ex auditu est, auditus autem per verbum) crediderunt, tamen si illa nihil aliud esset testificata de **I E S V**, nisi quod aperuisset sibi occulta vitæ dedecora. Quæ audientes Samaritani, prudētèr apud se iudicabant, quod vitam suam mulier non vulgasset gratificandi gratia alteri, nisi verè magnus esset qui ab illa prædicabatur. Quum audis mulierculam hanc nihil veritatem nuntiasse Christum detexisse peccata sua, exēplum est animi, qui iusta Christi cognitione donatus, susque deque omnia habet, & sua quoque errata libenter confitetur, modo **C H R I S T V M** possit multis commendare. Hoc idem legimus à Paulo factum, qui 1. Corinth. 15. Ephe. 2. 1. Timoth. cap. 1. Tit. 3, & alibi, quo Dei erga se misericordiam magnificentius prædicaret, ignorantiam suam, ac etiam blasphemiam, atque Christianorum persecutionem ingenue & multis verbis confessus est.

Quum venissent ergo ad illum Samaritani.

Exuscitata fide in Samaritanis per mulierem, procurrit Samaritarum multitudo è ciuitate, ut quod tanto prædicabat affectu mulier, oculis cernerent. Veniunt ad Christum, quem ut viderunt, non minuit præsentia famam, non offenduntur humili cultu raroque, & tenuium ac idiotarum discipulorum comitatu, sed rogauerunt:

Rogauerunt

Rogauerunt eum, ut ibi maneret.

Tam ardens horum erat fides, ut quem nondum loquentem audierāt, à quo nihil præclare gestum viderant, sed tenuiter doctrinam salutarem gustauerant, ut Dominum rogēt, precibusque inuitet apud se maneat, vrbisque suæ hospitio dignetur vti.

Et mansit ibi duos dies:

Exemplum facilitatis & humanitatis in **C H R I S T O**, qui sua doctrina & præsentia dignatus est Samaritas quamlibet inuisos Iudæis, illustrare. Quod Samaritis hoc humanitatis præstiterit, commendat quàm potens & efficax sit oratio ex fide facta. Ea enim retinere potest **C H R I S T V M**, non solum ad duos dies, sed & perpetuum.

Et multo plures crediderunt propter sermonem eius.

Rogabit aliquis, Quid per illos duos dies Christus apud Samaritas egit? Respondeo, Samaritanis prædicauit Euangelium, & se Saluatorem mundi esse, eoque huc venisse, ut saluum faceret quod perierat: cui crediderunt. Præclaram quidem de **I E S V** opinionem ex mulieris testimonio cōceperant, quam audito Christo confirmant. Quū dicitur **P R O P T E R** sermonem eius, supple Christi, ostenditur quàm efficax & potens fuerit verbum Christi, qui multo plures, etiam modico negotio oues errantes, in suas reduxit caulas.

Et mulieri dicebant: quia non propter tuam loquelam credimus.

Quasi dicerent: Tu quidē vera dixisti de Christo, sed parcius (ut videmus) de illo prædicabas, quàm res habet: fuit tamen nobis tua prædicatio aliqua occasio ad credendum; ut pote quæ nos impulit ut cursum illum veniremus. Sed si hanc tuæ prædicationi contuleris, ymbram Soli comparaueris. Quo fit, ut iam nobis copiosior fructus cōtigerit ex huius Prophetæ verbis, quàm ex iis quæ nobis tanto affectu prædicasti.

Ipsi enim audiimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi.

Causam præcedentium explicant, argumento à certa & indubia experientia per verbū **C H R I S T I** sumpto. Suasisti quidem, ò mulier, hunc esse Prophetam: sed ex eius admirandis sermonibus **S C I M V S**, hoc est certum habemus, firmumque statuimus, **Q U O D** hic est verè Saluator mundi, Messias ille à Iudæis expectatus, qui salutem adferet non Iudæicæ genti tantum, sed toti mundo. O plenum & verò Christiano dignum testimonium, quo suam credulitatem declarat Samaritani, & Iudæorum impiam incredulitatem coarguunt! Obferua: Saluatorem vocant **C H R I S T V M**. Primum, quod suapte natura est salus, & extra eam non est salus: deinde ab effectu, quia alios saluos facit. Dicitur **M V N D I**, in genere, quo ostendatur **C H R I S T V S** non vnus gentis, sed vniuersalis Saluator pro omnibus, non tantum pro Iudæis, sed etiam pro Gentibus. Vnde additus articulus, **H I C**, emphasim habet, quasi dicant, hic est Saluator ille, qui propriè & verè omnes saluat. Venerunt enim multi ut saluarent, & Lex, & Prophetæ & Angelus, sed hic est ille vnicus & verus saluator: Colligamus ex superioribus, quemadmodum Samaritani primum crediderūt propter sermonem mulieris: fides enim ex auditu est, auditus autem per verbū, sed postea in fide cōfirmantur Christi sermone: Ita fideles primum propter sermonem Apostolorum & concionatorum credunt quidem, at nondum in fide firmantur nisi audito **C H R I S T O**, qui sua ipsius voce cor alloquatur, & obfignet Spiritu Sancto, qui est arrabo & certificatio nostri cordis. Dicebat enim ille infra cap. 16, Quū venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Huc etiam pertinet quod hortabatur Paulus dicēs, Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, 1. Corinth. cap. 3.

Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.

Seminato in vrbe Euangelio, & fide in Samaritarum animis posita, quorum hospitio biduum est vnus, nullōque inibi miraculo edito, tum ne Iudæis daret odii maioris & inuidentiæ materiam: tum quia nondum venerat hora, ut regnum Dei magnificentius apud illos reuelaretur: antea Iudæis regnū Dei erat offerendum, **C H R I S T I Q V E** morte mediis paries (hoc est lex, quæ à Iudæis reliquas Gentes diuidebat) diruendus. Mox **E X I I T** inde, id est, ex Samaria, & institutum iter peragit ac proficiscitur in Galilæam: non ut Samaritæ eorum quæ docuerat obliuiscerentur, sed ut absentia eius, maiore arderent desiderio, & hac via ad maius peruenirent. Matthæus, 13, Marcus 6, & Lucas, cap. 4, habet. Et abiit.

Metere.  
Falx messoria.

Labor maior est  
in serendo quàm  
metendo.

Vocationis Gen-  
tium primitiæ.  
Samaritanime-  
ditate inter Iudæos  
& Gentes.

Ingenium ani-  
mi Christiani.

Penitentia ve-  
rum genitæ.

Samaritarum  
fides.

Christus apud  
Samaritanas r. se-  
dit.

Sermonis Chri-  
sti efficacia.

Samaritarum  
cōfessio de Chri-  
sto.  
Christus vere  
mundi Saluator.  
Saluator cir-  
Christus dicitur  
Mundi non vnus  
gentis Saluator.

Auditores verbi  
à Christo audi-  
to cōfirmantur.



in patriam suam, hoc est in Nazareth Galilææ viculum, ubi non est honorificè exceptus. Dicebant enim, Vnde huic sapientia hæc? Nōne hic est Fabri filius? nōne mater eius dicitur Maria? &c. Nisi malueris dicere hanc profecionem fuisse longe ante illam cuius meminerunt reliqui Euangelistæ: quæ fuit post multa ædita apud Capharnaum miracula. Dicitur enim Lucæ cap. 4. Quanta audiuius facta in Capharnaum, sic & hic in patria tua. Quare ait, ET ABIIIT in Galilæam, quasi diceret: Tametsi Nazareth, ubi enutritus fuit, in Galilæam descendenti primùm occurrebat, tamen in eam non diuertit.

Ipse enim IESVS testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.

Propheta in patria non acceptus. Contemptus verum vulgari quânis optimarum. Christus cur à Nazareth sine miraculis egres- sus.

Ætiologia est, cur CHRISTVS à Nazareth secesserit. CHRISTVS non diuer- tens in Nazareth quum haberet illam obuiâ, testatur vetus prouerbium verum esse, Quod Propheta, siue syncerus prædicator & fidelis, etsi veritatem doceat, non habet honorem in patria sua, id est non est gratus patriæ, cognatis & notis: huiusmodi enim est genius & affectus hominum, vt quod tritum est atque quotidianum, etiam si magnum sit, parui pendat, vtque familiaritas contemptum pariat: & plaræque res illis non ob aliud in pretio sint, quàm quod è longinquo venerint. Non ergo à Nazareth deflexit CHRISTVS, quod illam contemneret, sed quod ob contemptum & incredulitatem suorum (quibus secundum carnem erat notus & cognatus) non speraret aliquem Euangelii fructum: & crimen in- credulitatis conduplicarent: non ex prædicatione quæ sancta est, sed propria malitia. Hos quum præterit, nō parum gratiæ illis facit, qui quum neglecturi sermonem eius essent, huius contemptus supplicia effugerunt, quæ duros omnes scimus qui prædicationem veritatis parui faciunt. Docemur hoc factò ex contemptu personarum frequenter offensos auditores, & ob id contemni doctrinam. Hoc certe vsu & experientia probatū videmus. At CHRISTVS docet & vult vt personas ex doctrina, non doctrinam ex personis æstimemus. Personæ enim fictilia & testacea sunt vascula, fragilia, & infirma. At verbum & doctrina CHRISTI, virtus & potentia Dei est. Rom. 1.

Verbi contemp- tores penas luunt. Persona ex do- ctina non falsè æstimanda.

Quum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: ipsi enim venerant ad diem festum.

Samaritarum laus.

Galilæi Iudæis præstantiores. Hierosolymita- ni etiam multis adiuti donis ver- bum non susci- piunt.

Quum rumor honestus idemque magnificus de CHRISTO in Galilæa sparsus esset propter Ioannis testimonium ac miraculum quod superiore anno ædiderat, mutato vino in aquam: Galilæi venientem exceperunt honorifice, præsertim quod Hierosolymis vidis- sent eum eiicientem vendentes & ementes de templo, multaque alia teste populo, magna cum autoritate facientem. Hi enim Galilæi ad diem festum Hierosolymam cõuenerant: qui velut & Samaritani religione ac pietate sua, Iudæorum condemnant superbiam, & Euangelicam gratiam ad Gentes demigraturam præludunt. Credunt Samaritani ad vnus mulierculæ, & illius quidem ab illis non probatæ vitæ, prædicationem: quorum precibus ad eos diuertit CHRISTVS, quorum hospitio biduum est vsus: quos tametsi nullo di- gnatus est miraculo, Messiam tamen, mundi que Saluatorem profitentur Galilæi, rudes ad- modum populi, inter quos non extiterat Propheta: cognitis visisque miraculis quæ Hiero- solymis egit, credere cœperunt. At Hierosolymitani sacerdotes, Pharisei & Scribæ, legis cardines, à quibus omnis pendeat autoritas & docendi facultas, quibus familiares fue- runt Propheta, qui intelligerent tempus Messia sibi promissi aduentasse, qui iam CHRIS- TVM miracula operaque diuinitatem indicantia operantem viderant, ipsum non exci- piunt, sed expellunt: non audiunt, sed tum dicta tum facta IESV pertinaciter calumnian- tur, impiè insidiantur, & cædem meditantur iniustam. Obserua: Quod Galilæi CHRIS- TVM exceperint, exemplum est hospitalitatis & humanitatis in ipsis.

Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum.

Christi reditus in Canam.

Cum his qui beneficiorum memores sunt, & pro illis grati sunt, CHRISTVS liben- tius conuersatur, grandioraque largiri est paratus. Ferè annus absoluebatur, quo apud Canam Galilææ mutauerat aquam in vinum: nunc Canam repetit: non vt ex miraculo illic ædito gloriam aucuparetur, sed vt ex ea semente, quam ante paucos conuiuas fecerat, nunc messem aliquam meteret. Nihil enim aliud in votis habebat, nihil magis sitiebat, quàm fidem hominum Euangelio dignam.

Et erat

Et erat quidam regulus.

Hunc euentum apposuit præcedentibus Euangelista, vt aperiat ostendatque infirmi- tatem & difficultatem Galilæorum in credendo in Christū, & in suscipiendo Euangelio. ET ERAT in Cana Galilææ, regulus nec Iudæus, nec Samaritanus, sed Ethnicus, & ab omni religione Iudæorum alienus, prophanū aliquem, Cæsaris nomine, magistratum gerens. Imperabat enim tum per suos in Galilæa Cæsar, & sic in tota Iudæa. Hunc puta- uerim Herodis regis ministrū fuisse. Nōnus dicit hunc regentē exercitum fuisse. Quidam putant illum Iudæum religione fuisse ex eo, quod Dominus ei fidei infirmitatem oppro- brauit: Nisi signa & prodigia videritis, &c. Magis mihi probatur prior sententia, quod Ethnicus fuerit. Hic alius est ab eo Centurione de quo meminit Matthæus cap. 8.

Regulus.

Cæsar Galilæis imperabat.

Cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Necessitatem proponit, infirmitatē filii, addens exaggerationem in voce FILII: vnde necesse est fidem amplectetur, qua ad CHRISTVM veluti ad vnicum medicum & salu- tis sui filii authorem accedat. Quod filium habuerit infirmum, id plerisque aliis homini- bus contigit, sed quæ Euangelista subscribit, obseruanda sunt. CAPHARNAVM inter- pretatur Ager penitentia vel Villa cõsolationis. Oppidum est iuxta stagnum Genezareth in Galilæa gentium situm, in finibus Zabulon & Neptali, in quo CHRISTVS Centu- rionis filium sanauit, Matthæi cap. 8: qui diu multumque in eo versatus est, multaque mi- racula ædidi: vnde ciuitas eius appellata est, Matthæi cap. 9, & 11.

Christus mor- borum omnium medicus. Capharnaum.

Capharnaum Christi ciuitas.

Hic quum audisset quia IESVS adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum.

Altera fidei causa auditur. Fides ex auditu est, auditus autem per verbum: tantus rumor tam magna de humanitate, philanthropia, & officiis CHRISTI fama audiebatur, vt regu- lus qui audisset quod IESVS relicta Iudæa, se reciperet in Galilæa, profectus fuerit reli- cto filio iam agente animâ, è Capharnaum in Canam ad CHRISTVM. Quod via se ac- cinxerit vt ad Christum veniat, hoc indicat, quod CHRISTO fidit. Audiuerat de Chri- sto quomodo ægrotos sanaret, inde spem totâ in illum reicit & CHRISTO se adiun- git, ita cogitans, Si omnes homines adiuuar, & me iuuabit, meumque Filium curabit: En Christianum pectus, in quo iam fiducia in CHRISTVM versatur & habitat, nihil hæsi- tans: si enim hæsitasset, deflexisset à via, & ad Christum non properasset, sed rogat eum.

Reguli fides.

Et rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius.

Abiit sub aliqua fide & spe, precibusque ab eo conuendit, vt vnâ secum proficisceretur Capharnaum. Fides huius reguli non est quod CHRISTVS sit Deus: qui quanuis igno- ret natura Deum Christum esse, vt hominem tamen adiit, qui filium eius ab imminente periculo mortis posset liberare. Exemplum naturæ fidei proponitur nobis in hoc regulo: quæ, vt ætas hominis suas habet partes, infantiam, adolescentiam, & virilitatem: ita fides, inquam, sua habet rudimenta, suos profectus, & sua fastigia. Ista legamus in regulo. Pri- mo infantem & tenuem de CHRISTO habet fidem: nam rogabat eum vt descende- ret & sanaret filium. Quod rogat CHRISTVM, vt filium sanet, fidei est conceptæ è visis Christi miraculis: quod rogat vt descendat Capharnaum, vt sanet, infantem & infirmam suam fidem ostendit: quasi verò CHRISTVS verbo non potens sit etiam absentem sa- nare. Legimus & in magnis Apostolis modicam & magnam fidem, vnde constat ipsos quandoque in fide & firmos & vacillantes fuisse: Petro in mari fides erat, ideo ab vndis ferebatur, ne submergeretur. Si ita in fide perseuerasset, centum imo plura miliaria super mare ambulâdo confecisset. At quum vacillaret fide, mergi incipiebat. Siue magna, siue par- ua fuerit fides, modo firma sit, vim suam exerit, & robotis plurimum habet: quæ si infirma & vacillans fuerit, vana est, nihil virtutis habens.

Regulus qualè primo Christi credidit.

Fidei quasi per- etates incre- mentum.

Fides infirma.

Fides firma.

Incipiebat enim mori.

Cur Christum vrgeret vt descenderet Capharnaum, causam explicat. à necessitate, & ea quidem extrema: INCIPIEBAT enim mori, hoc est iam cœperat agere animam, quum abiret regulus Capharnaum ad Canam, compellandi gratia CHRISTVM.

Dicit ei IESVS Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Docet his verbis & hoc suo exemplo CHRISTVS, primùm, vt simplici verbo con- tenti simus, illique credamus, quod omnia possit, quodque salus est omni credenti. Deinde

Verbo simplici credendum.



Signa ab incre-  
dulis petuntur.  
Fides infirma  
Deo inuenta.  
Signa & prodigi-  
a petere quid  
est.

dehortatur à petitione signorum, ne desideremus rebus externis certificari, an possit petita cōcedere. Tertio ostēdit fidē dubitationi annexā, ingratiā esse Deo. Postremo cōmendat viuā & firmā fidē. Velle videre signa & prodigia, est non contentū esse simplici verbo Dei. Hic vocat SIGNA & prodigia, res omnes illas, per quas volunt homines certificari de veritate & potentia verbi. Arguit ergo hoc loco CHRIS TVS Iudæorum, & huius reguli incredulitatem, qui ne miraculis quidem etiam visis, credunt. Est mihi, inquit, gratissimus, qui nudo ac simplici verbo, nullis miraculis cōfirmato credit. Vos mihi non creditis, nisi videritis signa & prodigia, quasi dicat: nō credis potentiam verbi ipsiusque efficaciam: vis enim descendam Capharnaum: quasi vero non possim etiam absentem filium sanare: nec hoc crediturus es nisi prius factō per me miraculo, tanta est tua & Iudæorum incredulitas, & ad credendum somnolentia. Colligimus ex his, Verbum esse sufficientem causam fidei pro omnibus piis. Signa autem & prodigia esse, quibus commouetur vulgus ad fidē, vt causæ sint: sic vulgi & plæbeculæ fides est. Deinde duriusculè hoc respōso regulum tractauit CHRIS TVS, fortassis hac ratione, vt imbecillum eius fidem manifestiorē faceret. Quemadmodum & mulieri Cananæ, Matth. cap. 15, pro filia sua deprecanti, durissimè respondit, Non est bonum, id est honestum, sumere panem filiorum, & dare canibus: non hæc agit CHRIS TVS quod succurrere nolit, sed vt magnanimitatem fidei eius, omnibus conspicuam faceret. Ita & hoc loco videtur CHRIS TVS reguli durus, non vt animum despondeat, sed vt agnitā fidei imbecillitatem, fortiorē faceret. Obserua, PR O D I G I V M fit præter naturam, vt est aperire oculos cæci nati, & excitare mortuum. S I G N V M autem, quod non præter naturam, vt est, sanare infirmum.

Cananæ fides

Prodigium.  
Signum.

Dicit ad eum regulus, Domine descende priusquam moriatur filius meus.

Quum morbus filii, præfens posceret remedium, pater regulus totus periculo filii intentus, videtur non attentus fuisse CHRIS TI respōso: propterea adhuc suæ fidei infantiam prodens, petit descensum Christi, vt gētque vt properet venire Capharnaum, priusquam moreretur filius: quasi vanus foret CHRIS TI aduentus post exhalatam animā, quum nihilo difficilius esset IES V puellum è mortuis exuscitare, atque ægrotum incolunitati restituere. Obserua. Quum ait, Domine, benevolentiam captat: confitetur enim in Christo aliquam esse potentiam, quum D O M I N V S, sit vox domini & potentia. Addit, Descende priusquam & c. hoc quæsto suam prodit regulus incredulitatem. Non solum enim non credit quod CHRIS TVS solo suo verbo possit sanitatem conferre, sed etiam non credit posse suscitare mortuum.

Dicit ei IESVS.

Tanta est CHRIS TI philanthropia, longanimitas & bonitas, vt hunc regulum in fide periclitantem, & mergi incipientem, non reiciat, non deserat, sed erigat, patienterque eum patietur, donec in fide excreseat. Atque hoc vt fiat, nouas addit promissiones, quibus solidior fiat fides, & in desperationem non coniciatur regulus, Ait enim,

Vade, Filius tuus viuuit.

En CHRIS TI misericordia, hoc est promissio quam sequitur veritas: sine descensu, sine prodigijs, signis & miraculis, hoc verbo IES V CHRIS TI sanatur puer à febre, & Pater ab incredulitate: deinde non tam incolumis redditur filius, quam grandescit adolescentique reguli fides. Vt enim filius hoc verbo, tãquam herba medica sanitatem accipit: ita & regulus eo robur fidei concipit: nam de priori sua fide primùm descendit, quā credidit CHRIS TVM præsentem sanare posse: at nunc ad sublimiorem fidem peruenit, vt iam verbo, sine signis & descensu adhibeat fidē: nisi enim verbo habuisset fidem, non dimississet CHRIS TVM, nec ab eo discessisset vsque dū ad ædes suas peruenisset. Quare in eo quod ait, V A D E, fides est: in eo verò quod dicit, F I L I V S tuus viuuit, rei optatæ consummatio magna cum potestate perspicitur. Hæc bella fortis fides est, quod homo sensus sapientiam, rationem & cor exuat, seque in paruum immergat verbum, nihil dubitans, quin ita sit, atque verbū sonat: Vade, inquit, filius tuus viuuit. Et regulus apud se ait, procul dubio verum est. Ego sic inueniam, vnde ait Euangelista,

Credidit homo sermoni quem dixit ei IESVS.

Diximus paulo antè, fidem suas habere ætates, suos profectus, sua fastigia. Prius quidem regulus credidit infantili quadam fide & ex miraculis: nunc virilis, firma constansque est eius fides.

Christi humanitas.

Verbo sanatur reguli filius.

Fidei magnitudo in regulo.

Fides infantilis.

eius fides, non ex miraculis, sed nudo soloque CHRIS TI verbo. CREDIDIT, hoc est se commisit sermoni, quem dixit ei IESVS, hoc est simplici verbo, nihil postulans quod descenderet. Ex his colligimus: Fides viuua, certa est fiducia in verbū Dei sine dubitatione committens se simplici verbo. Infidelis autem voluisset certificari quomodo, aut quo medicamento sanatus fuisset filius, rogans, num & medicina opus esset, & quando ea vtendum fuisset. En viuæ fidei genius, quæ non feriat, non tacet: audito verbo, Vade, filius tuus viuuit, & eodem credito, regulus in ædes suas ad filium illico properat, gestiens, nihilque hæsitans de promissione. Ad hūc modum Abraham, audito verbo promissionis de terra Chanaan, & credito, Genes. cap. 12, statim exiit in locum quē accepturus erat in hereditatem.

Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt, dicentes, Quia filius eius viuueret.

Obstupescunt serui repentina morbi mutatione: mirantur medici puerū adeo repente conualuisse, quem manè iam animam agentem inuiferant, & de ipsius salute ex Hippocratis prognostico variisque symptomatis actum esse iudicauerant. Charitatis exemplum legitur in seruis, qui congratulaturi de filii salute, occurrunt Domino: rem lætam nuntiant patri, quod filius qui animam agebat, cuius sepultura apparatus erat, qui ad mortem tendebat, subito reualuisset. Nihil opus est, aiunt, sollicitus CHRIS TVM, ob filii salutem, certè illico conualuit: suspicabantur enim puerum casu quopiam conualuisse, ignari eorum quæ inter CHRIS TVM & regulum gesta sunt.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei IESVS, filius tuus viuuit.

Miraculum famulis aperturus, ne totam rem, & tam exuberantem gratiam alteri quam CHRIS T O tribuant, interrogat de hora: quam vbi à seruis rescit, C O G N O V I T, id est expertus est, quod verbo didicit. Fidem recepit regulus, quæ iam vires exeret & foras prorumpit. Nam familiae suæ exposuit, quomodo ad CHRIS TVM venerit, & quam ab eo consolationem acceperit: cuius concioni crediderunt auditores.

Et credidit ipse, & domus eius tota.

Non fructu suo caruit hoc miraculum, quanquam in hominem Ethnicū collocat qui factus cōcionator & apostolus nuntiat quæ CHRIS T I verbo didicerat. Cōuertit totam suam familiam vt credat: quam frequentem ac numerosam esse oportuit, vt pote hominis opulenti & magistratu fungentis. Quid est quod dicitur, E T C R E D I D I T regulus? an quod prius non crediderat? proculdubio auctior facta est eius fides: multis enim grande scere solet argumentis. Credebat quidem prius filium sanatum: nūc vero cum re ipsa verbi energiam experiatur, per miraculum in fide confirmatur. Miracula enim fidem confirmant, & de verbo testificantur. Vnde quod verbo sanatus est filius, confirmat nobis aliud verbum, Ego sum lux mundi, ego sum vita, &c. Ad hunc modum vt Christus Matthæi 9, cōfirmat hoc verbum, Remittuntur tibi peccata: addit miraculum, dicens, Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) surge, tolle lectū tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Quare miracula vera nouo verbo non dant veritatem, sed veritatem noui verbi & inauditi cōfirmant ac veluti obsignant. Vnde Moyses, Deutero. cap. 13, prohibet ne Prophetæ miracula faciant, & interim contra legem docenti, propter miracula credamus. Miracula enim ex falso verbo, non faciunt verum esse, sed seducunt: quod si vero verbo adiuncta fuerint, non faciunt quod verum sit verbum, quia iam verum est, sed cōfirmant ipsam verum verbum in sua veritate, & obsignant.

Hoc iterum secundum signum fecit IESVS cum venisset à Iudæa in Galilæam.

Putat Chrysostomus, SECUNDVM, data opera additum, quō magis inculcaret Galilæorū incredulitatem, qui viso in nuptijs factō miraculo, ac rursus hoc de sanato puero, tamen persistebent diffidere CHRIS T O. Aut, secundum hoc signum in Cana fecit, vt

Fidei magnitudo in regulo.

Abrahæ fides.

Medicorū admiratio de sanato filio re. Ais.

Regulus Euangelii pater.

Fides grandescens.

Miracula fidei confirmant.

Miraculorum signa.



prius miraculum superiore anno in Cana æditū, rursus altero maiore cōfirmaret, subōque prouocaret hominis Ethnici exemplo, ad fidem, quo veluti quodam preludio indicat Iudæos ob suā incredulitatē repellendos, & Gentes per fidē ad Euangelij gratiā recipiēdas.

CONCILIATIO PRIMA.

Aduerfatur hæc sententia: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, ei quæ à Sapientia dicitur (Ecclef. 24) Qui me bibunt, adhuc sitient, Respōdeo: Alio respexit Ecclesiasticus, aliō CHRIS TVS. Ad naturam Verbi dictum refert Ecclesiasticus, quod primū granum est, postea spica, tandem frumentum. CHRIS TVS autem respexit ad potissimum fructum Verbi sui: cuius Verbi fructus est vita æterna, qua non priuatur qui Verbum Dei apprehendit, & in fide viua retinet. Quare quod Ecclesiasticus inquit situros amplius qui bibunt de fonte isto sapientiæ: sic accipe fideles, quandiu in carne viuunt, semper sitire iustitiam, præterea nihil. Sitient adhuc, id est pergent in cognitione CHRIS TI, de fide in fidem: de gloria in gloriam: de virtute in virtutem: & magis esurient panem qui de cælo descendit, & sitient aquam cælestis sapientiæ, vt sic iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Apoc. 22, Omni enim habenti dabitur. Luc. 19, Et omnis palmes qui fert fructum, purgabitur, vt fructum copiosorem afferat. Ioan. cap. 15, Sancti semper sitiunt iustitiam Dei, nunquam non cupiunt esse cum CHRIS TO: vnicum quærunt Saluatorem IESVM CHRIS TVM: illuminati enim gustauerunt donum cælestis, & participes facti Spiritus Sancti, gustauerunt bonum Dei verbum ac virtutes futuri sæculi. Vnde fit vt isthac aqua contenti, aliunde nolint saturari: hanc aquam sitiunt perpetuo, præterea nullam hac meliorem: inuitantur enim huc solū cum audiunt, Si quis sitit, veniat & bibat. Ioan. 7, Non, inquit, bibat ex fonte Iacob, sed bibat ex me: hoc est credat in vnigenitum Filium Dei, & habebit vitam æternam. Semper esuriunt & sitiunt fideles: quia videmus nunc tantū per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. I. Corinth. 13, desyderat Paulus dissolui & esse cum CHRIS TO. Philipp. cap. 1, Tunc similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. I. Ioan. 3, Huc properat & anhælant pauperes Spiritu: hæc est fames aut sitis Spiritalis, de qua etiā Dauid Psal. 41, Quæ admodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

CONCILIATIO SECUNDA.

Si Deus Spiritus est, & ob id non alios quærit adoratores, quàm qui in Spiritu & veritate adorant: cur ipse veteribus tot ceremonias tradidit? Respondeo: Tempore Patrum, Deus Spiritus erat (est enim æternus) & tunc non alium nisi qui Spiritalem cultum sub vmbra latentem spiraret, agnouit, sed quia populus rudior erat, ac puero similis, & placitū visumque est Deo, etiam in rudi sic, & puerili populo suam gloriam declarare, cultūque aliquem habere. Imprimis exegit sui timorem Verbi que sui obedientiam, & eam ex toto corde. En cultum Spiritus & veritatis. Iam ad hunc cultum vt eos perduceret, atque perductos seruaret, ceremonias multas illis permisit, quibus ad cogitanda ipsius erga se beneficia prouocarentur: & legibus occupati, à malo (ad quod vehementer propensi essent) eohibebantur: dumque maiestatis diuinæ continuò admonerentur, timor Dei apud eos non exoleret: at nunc quum à CHRIS TI glorificatione lōgè amplior datus sit Spiritus, voluerit Deus non in Iudæa solum notus magnūque haberi, transferitque ætas puerilis, & potuerit satis sup̄e fieri admonitio & exhibitio omnis bonitatis diuinæ per prædicationem Euangelij, non occurrit ratio tam multas ceremonias in Dei cultum adhibendi. Sed septem sacramentis, & paucis admodum tum præceptis, tum ceremoniis ad pietatem facientibus Ecclesiam suam ornauit: quæ (quod alibi de his susus scripsi) impræsentiarum tractare operæ pretium non duxi. Aut ad locorum conciliationem dici potest: Quales nunc quærit, quales nunc esse præcipit, tales Deus (qui Spiritus est) semper adoratores quæsiuit: quū semper Spiritu & veritate adorari fuerit oblectatus: quare multiplices illos & varios ritus permisit quidem, sed non iussit, veluti his tanquam ex se bonis delectatus. Ait enim per Hier. cap. 7, Holocauftomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum loquutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauftomatū & victimarū, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, &c. Et per Esaiam cap. 1, Holocaufta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui: quum veniretis ante conspectum meū, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? Permisit ergo Dominus iuxta

Verbi fructus.

Sancti non sitientes in æternum, semper iustitiam sitiunt.

Fames Spiritu. Sitis Spiritalis.

Deus Spiritus est. Ceremoniis cur Deus Iudæos ornauit.

nus iuxta hominum qualitatem, vt adoratores qualescunque, mactarent & comederent sacrificiorum carnes: posita lege de sacrificiis, propter transgressiones. Galatas cap. 3. vt tãquam pædagogus adolescentem petulantem cohiberet lex, donec gratia veniret: aleret figura, donec veritas illucesceret: foueret vmbra, donec res clara succederet. At nunc illuxit nobis lux remoto pædagogo: Quia gratia & veritas per IESVM CHRIS TVM facta est: Et quia IESVS est glorificatus, abunde est Spiritus datus.

Legis pædagogus.

CAPVT QVINTVM.



In ysaia Piscina) natatorium.

Secundum tempus) certo tempore.

Mouebatur aqua) turbabat aquam.

Et qui) qui ergo

Habens in infirmitate) motus detentus.

Quia iam multum) Quod iam multum tempus morbo tenebatur.

Dum venio) Intra autem dum venio.

Declinavit à turba) vel fecerat vt non magis à turba cognosceretur quàm alienus aliquis & peregrinus. Persequébatur) & quærebant ipsū interficere. Vsq̄ modo operatur) q̄ d. Pa tri meo nullum est Sabbathum: nam à mundi creatione usque ad hunc diem, nõ cessat operari & agere, cum quo & ego operor.

OST hæc erat dies festus Iudæorū: & ascendit IESVS Hierosolymam. Est autem Hierosolymis in Probatia, piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens, in his iacebat multitudo magna languētium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectātium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundū tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui primus descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc quum vidisset IESVS iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? Respōdit ei languidus: Domine, hominem non habeo vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei IESVS, Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo. Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset: IESVS enim declinavit à turba cōstituta in loco. Postea inuenit eū IESVS in tēplo, & dixit illi, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi cōtingat. Abiit ille homo: & nūtiavit Iudæis, quia IESVS esset qui fecit eum sanum. Propterea persequébantur Iudæi IESVM, quia hæc faciebat in Sabbatho. IESVS autē respōdit eis, Pater meus vsquemodo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebāt eum Iudæi interficere, quia nõ solū soluebat Sabbathū, sed & Patrē suū dicebat Deū, æqualem se faciens Deo. Respōdit itaq; IESVS, & dixit eis, Amē amen dico vobis, nõ potest Filius à se facere quicquā, nisi quod viderit Patrē facientem: quæcunque enim ille facit, hæc &

Leuit. 23. 4. Deuter. 16. 6. Piscina Hierosolym.

Angelus.

In Sabbatho sanatur infirmus.

Sabbathum.

Infirmitas ob peccata.

Christus Filius Dei.

Christus omnia Patri tribuit.



Filius similiter facit, Pater enim diligit Filiū, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater suscitatur mortuos & vivificat, sic & Filius quos vult vivificat. Neque enim Pater iudicat quemquā: sed omne iudiciū dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificat Patrem: qui nō honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudiciū non venit, sed transit à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quādo mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumento sunt, audient vocem Filii Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Nō possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autē habeo testimonium maius Ioāne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiā ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me quia Pater misit me: & qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me, neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quæ misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis: quomodo verbis meis credetis?

Posthæc

Demonstrat id est, commutat, quasi dicat, in partem omnium que agit accersit illum.

Non venit non veniturus est.

Quia Filius) Quidam sic distinguunt, Quia filius hominis est, nolite mirari.

Procedere) Prodiit.

Hebr. Alii exci tabuntur ut vivunt, alii ut sententia Domini, damnati pereant.

Et iudicium) Pro preterea.

Testimonium meum) q. d. alius dicere potest, testimonium meum non esse verum, propterea alius est, &c.

Ego autem) q. d.

Nam hæc dico quasi mihi sit opus testimonio hominis, sed, &c. cetera.

Ioannis) subaudi testimonio. Quæ dedit) quæ iussit mihi ut faciam.

Et ille) Et quænis ille sunt quæ testimonium perhibent de me, nam non, &c.

Clarity) gloriam, id est, non curio quid homines de me sentiant.

Nomine suo) id est, laudem suam captans, nō missus à Deo, sed à seipso intrusus.

Suscitare. Vivificare.

Iudicium. Honorificare Christum. Fides.

Matth. 25. d.

Resurrectio) voluntatem patris Christi suscipit.

Testimonium patris de Christo.

Matth. 3. d.

Ioannes lucerna.

Deuter. 4. 6. 9.


Scripturas.

Dilectio Dei.

Moses accusat Moyses de Christo scripsit.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit IESVS Hierosolymam.

CAP. V.



ONNECTIT Evangelista CHRISTI reditum in Hierusalem, ut ex collatione rerum, manifestet quanto alienigenæ, tum moribus, tum credendi facilitate Iudæis præsent, ut planè intelligant Iudæi se iusto Dei iudicio à gratia Dei decidisse, & in locū eorū Gentes susceptas esse. Facile crediderunt Samaritani, qui ad vnius mulierculæ prædicationē CHRISTO crediderunt. Regulus cum tota domo eius in Cana CHRISTVM sibi persuasit. Hac ergo facilitate manifestata, iactisque his rerum initiis, redit Hierosolymam: ubi facile deprehendes ex paralytici curatione, alienigenis difficiliores fuisse Iudæos: qui non solum non crediderunt, sed & CHRISTVM benefactorem, quasi hominē perditum persequuntur. Confert se CHRISTVS Hierosolymam, idque sub diem festum Pentecostes, ut opinatur Chrysothomus, nimirum qui apertus & publicus prædicator erat, nō abhorres lucē. Frequenter in solennitatibus, civitatē petit, tū vt sua præsentia festos dies confirmet, tū vt simplicem multitudinē ad se alliciat. Vbi ob frequentiam populi, pluribus suā declaraturus est autoritatem, & Phariseis falsā sanctorum scientiæque persuasionis turgentibus, exprobraturus suam incredulitatē: vt intelligat quāto intervallo Samaritanis & Ethnicis minus præcelleret, præstarentque. Nō ergo sua, sed nostra causa ascendit: sicut & toti legi se subditum volens fecit, vt nos à maledicto legis liberaret: ad Galatas cap. 3:

Est autem Hierosolymis in Probatice piscina.

Varia apud varios est hæc lectio. Quidam legunt, IN probatica: alii SVPER probaticā aut Probatice: alii sine præpositione. Certe, Probatice, ablativus est, & Piscina, nominativus. Vt iuxta Græcam lectiōnem dicatur, Est Hierosolymis in probatica, natatorij: vt intelligas Hierosolymis fuisse locū siue aream, quæ *περὶ βανη* id est, ouilla siue pecualis dicta, quod illic ones ad sacrificia faciendā servarētur. Et illic erat piscina & natatorium, in quo sacerdotes hostias immoladas abluerē solebant. PISCINA hoc loco nō vivarium piscium, sed in qua natatur: ad id consentiente Græca voce, quæ dicta est *βηθσαيدا* id est, à natando. Piscinam enim & Latini pro natatorio accipiunt: imo & vasa ampliora ad continentium aquam Plinio, Piscinæ vocantur. Tameñ initio, Piscinæ à piscibus qui illic vivu feruabantur, dictæ fuerint. Tamen quoniam in piscinis natate etiam solebant, inualuit consuetudo, vt omnes in hunc vsū collectæ aquæ, siue frigidæ, siue calidæ, piscinæ dicantur, & in balneis piscinæ dictæ sunt, quod homines piscibus natando similes fiant. Cicero, Latiore, inquit, piscinam voluissē, vbi iactata brachia non offenderentur.

Quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida.

Græcis legitur *βηθσα* id est, Bethesda, id est domus pecualis, vel domus defluxionis, ab aquis illuc defluentibus. Memorat enim Hieronymus ostēdi Hierosolymis geminos lacus, quorum vnus hybernis pluuiis adimpleri soleat, vnde forte nōnunquam inundat & effunditur: aut certe ita dictus est, quod pluuialis aqua è tectis, & aliis ædificiis locis effunderetur in illum. Bethsaida, ciuitas Galilææ, patria est trium Apostolorū, Andrææ, Petri, & Philippi, iuxta stagnū Genesareth. Pronomē, QUAE, per synecdochen monstrare potest piscinam, & domum siue aream illam ouillam, piscinæ adiacētē: verisimile est totum illum locū, vñ cum domo adiuncta & quinque porticibus, dictum fuisse piscinam in Probatice:

Quinque porticus habens.

Hic lacus QUINQUE porticus sibi imminētes, hoc est quinque distincta loca seu atria seu lotoria habet. Adumbrabat nobis piscina Baptisimum, & curationem per Euangelium.

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.

IN HIS, supple porticibus, decumbebat magna vis hominum, variis corporū morbis laborantium. Ex certis morbis quosdam infirmos ponit, pro omnibus ex omni morborum genere infirmis.

Expectantium aquæ motum.

Certa ductabantur spe consequendi tum sanitatem, tum media ad sanitatem per aquæ motum, qui miraculosè fiebat.

Iudæorum ingratitude. Christus cur die festo ascendit Hierosolymam.

Probatice.

Piscina.

Natatorium.

Bethsaida. Bethesda.

Porticus probatice. Piscina Baptisimum adumbrabat.



Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam.

Israel peculium Dei. Dicitur & vocatur sine penitentia. Beneficia maxima quibus a Deo donati sunt Iudeis. Testimonia verissima benedictionis Dei erga Iudeos. Egressus ab Aegypto. Angelus aquae piscinae mouebatur.

Israel electus a Domino, & veluti peculium Deo factus est: cui Dominus promiserat se habitaturum in medio eius: unde quamlibet grauerit ipsum offenderent, tamen ut ostenderet quod sine penitentia sunt dona & vocatio, quodque firma esset Iudaeorum electio, semper praeter aliis populis illos magnifice ornavit, miraque beneficia praestitit. Quale fuit & hoc ab Euangelista pronuntiatum, de commotione salutaris aquae. Hoc miraculum indicat quam praesens Israel fuerit Dominus: ut non abs re dixerit Moyses Deuteronomii cap. 4. Non est alia natio tam gravis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. In primis suam praesentiam Deus Israel maximis miraculis manifestavit: quum egredientes ex Aegypto, de domo servitutis in terram fluentem lacte & melle deduxit. Deinde sese per miracula praesentem demonstravit Samuelis, Davidis, Heliae, Helizae, & aliorum Prophetarum tempore, quae praestat tacere, quam pauca dicere: quando ea prompte peri possunt ex libris Regum & Prophetarum. Postremo sub CHRIS TI tempus iussu Dei descendebat Angelus in piscinam, simulque movebatur aqua, & sanabat primum post aquae turbationem in aquam descendentem. Hoc miraculo ingens CHRIS TI philanthropia declaratur: qui tamen iam verum in carne praesens esset, voluit tamen & alia suae cum potentiae tum praesentiae testimonia praestare. Quum dicit, secundum tempus, significare videtur Evangelista Angelum certo tempore in piscinam descendisse. Cui applaudit divus Cyrillus dicens, Die Pentecostes Angeli de caelo descendentes, piscinam illius aquam movebant, & huius motionis sonus adeste ipsos ad sanctificandum aquam significabat.

Et movebatur aqua.

Immisiones angelorum malorum. Angeli mali dicitur Immisiones. Angelorum bonorum ministeria. Vigiles Angeli. Angelis tribuitur facies.

Ab Angelo aqua movebatur ut salutaris esset. Non enim huic vis sanandi perpetua aderat. Hoc motu veluti quodam symbolo declarabatur divina virtus & potentia, cuius ministri sunt Angeli, in ministerium missi. Plaga Dei, immisiones sunt Angelorum malorum: Psal. 77. Misit in eos iram indignationis suae, indignationem & iram & tribulationem, immisiones per angelos malos. Beneficia vero, sunt operationes & ministeria bonorum, quibus Dominus timetes se circumvallare solet: ut videre est passim in Psalmis: imo hi quoque portant in manibus eos qui Domino fidunt. Psalm. 90. Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Unde Angeli vigiles, apud Danielem, cap. 9, dicitur: ad significandum quod singula facta externa explorat ac cognoscant: quibus, quavis incorporei sint, tribuitur tamen facies, alae, ac pedes: facies cum oculis, vim cognitivam declarant, pedibus, sedulum ipsorum ministerium & alacritatem obedientiam significamus: alis, in cuncta discursum velocissimum intelligimus: Vide Esaiam cap. 6. MOVEBATUR aqua, supple ab Angelo, id est Angelus turbabat aquam. Paulo post enim dicitur, ut quum turbata fuerit, &c. Rogabit aliquis: quum limpida & perspicua aqua ad sanandum commodior sit quam turbida, cur turbabatur illa aqua? Respondet deo. Sub contraria specie solet Dominus sua opera exequi: nam sub paupertate diuitias largitur effundit: rursus nihil magis vitae contrarium, quam mors: & tamen per mortem vitam operatur: gaudium per tristitiam: pacem per bellum inter Spiritum & carnem. In hac piscina per aquam turbidam, quae aliis & stomachum inficit, & aegritudinem infert, sanitatem & incolumitatem largitur. Ad hunc modum virtute Dei legimus Prophetas operatos esse. Sal dispersum sterilitatem terrae inducit, Iudic. cap. 9: tamen 4. Reg. 2, dixerunt ad Helisaeum, Ecce habitatio civitatis huius, sed aquae pessimae sunt, & terra sterilis. At ille ait, Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal: qui quum attulissent, egressus ad fontes aquarum, immisit illuc sal: & ait, Haec dicit Dominus, Sanavi aquas has: & non erit in eis ultra mors neque sterilitas, &c. Ita hoc loco aqua turbida instrumentum erat quo sanaretur aeger, qui post descensum Angeli, in illam descendisset. Non est ergo natura aquae, ut per se sanet, alioqui hoc perpetuo fieret: sed totum in ministerio Angeli virtute divina operantis, situm erat quicquid erat efficaciae. Sicut apud nos aqua baptisterii, aqua simpliciter est: quum autem accesserit Spiritus Sancti gratia, propter invocationem Dei, morbos solvit animarum.

Aqua piscinae cui turbabatur ad sanandum. Deus sua opera sub specie modo contraria operatur.

Aqua piscinae.

Aqua baptisterii.

Et qui primus descendisset in piscinam, post motionem aquae.

Piscinam solus qui primus ingrediebatur, sanavit.

Alludere videtur ad primogenituram illam primae legis quae sola Deo consecrata erat. Numeri cap. 2, Meum est omne primogenitum, & Exodi cap. 13, Sanctifica mihi omne primogenitum. Hoc erat Dei beneplacitum, ut primus & non secundus in piscinam descendens, sanaretur.

sanaretur. Siquidem Deus sanat quos vult. Iam quemadmodum nullus in natatorio & lanacro probatice sanabatur, nisi primus descenderet: Ita nemo sanus fit, nemo a peccato abluitur, nisi per Christum vnigenitum & primogenitum, fuerit & ipse primogenitus factus. Adtribuitur enim omnia legis primogenita, CHRIS TV M primogenitum. Fide viua in CHRIS TV M ducti primogenitura donantur, & in album primogenitorum conscribuntur in caelis. Ad Hebr. 12. Sed accessistis ad Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis. Praeterea in festo Pentecostes mota aqua, & primum qui descenderet sanans, respicit ad missionem illam Spiritus Sancti, die Pentecostes factam, qua ab omnibus animae morbis sanamur, & ad novam ducimur regenerationem, quae rationem habet primogenitorum in veram & non typicam descendentium piscinam: hoc est ad CHRIS TV M accedentium. Tunc vnicus primus fiebat ut sanaretur a corporis morbo, non quouis, sed certo tempore. Nunc omnes fide viua accedant, quouis etiam tempore, & salui fient.

Sanus fiebat a quacunquē detinebatur infirmitate.

En effectus aquae ab Angelo motae, quae Dei virtute primum descendentem in piscinam liberabat a morbo seu corporis vitio quocunquē teneretur. Haec tum erat nostri Baptismi imago, quo sordes morbi que animarum quamlibet capitales semel abluuntur, quoties ad elementum aquae, baptizantis opera & diuina vis caelitus accesserit. Magna & ingens est haec vis piscinae, quae typus fuit CHRIS TI omnipotentis medici, valentis curare omnes non solum corporis sed & animae morbos. Hic locus commendat verbum Dei & potentiam eius, quae est curare homines infirmos ab omni infirmitate. Obserua: Quum dicitur SANVS fiebat, supple comitatus fide mysterii latentis in descensu post aquae motionem, fiebat sanus in signum futurae sanitatis in anima sub Messia futuro.

Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

Multis eiusdemque vrgentissimis circumstantiis Euangelista miraculi magnitudine commendat. Ex aegrotis, quorum copia in quinque porticibus decumbebat, vnus elegit CHRIS TV S omnium maxime deploratum, qui morbo periculoso penesque immedicabili teneretur, qui diutissime expectans a morbo liberari, assidebat, & impediabatur a potentiore praesentis: adeoque tenuis fortunae erat, ut neminem parare posset a quo tempestiue deferretur in aquam. Haec simul indicant commendantque hominis aegroti constantiam, qui quum multis annis porticui assedit, non destitit, non animum despondit, sed perseveravit spe bona ductus. Obserua: non fato, casu, aut fortuna haec huic aegroti contigerunt, sed voluntate Dei sic omnia dispensata sunt, ut glorificaretur CHRIS TV S. Sicut infra cap. 9, Caecus quidam nascitur, qui neque peccauit neque parentes eius: caecus tamen manet vsque ad iustam viri aetate. Quare ut manifestarentur opera Dei in illo. Ad hunc modum Israelitae in Aegypto non tam dure quam diu sub Pharaone afflicti sunt: non ut perderetur, sed ut glorificaretur nomen Dei ipsis liberatis, & Pharaone potentissimo cum exercitu suo in mare deiecto & submerso. Multa & similia ex Sacris peti possunt exempla, quae longum esset enarrare. Eadem ergo causa huius languidi infirmitas in trigentesimo octauo annu dilata est, donec veniret CHRIS TV S & glorificaretur. Nostras ergo cruce non fato aut fortunae adscribamus, sed patienter dremus, expectemusque Dei bonitatem: qui certo nos non affligit ut perdat, sed ut medeatur: & appareat quam verax sit in suis promissis: qui nouit tu qui sunt tui, tu quado opportunum erit suis praesentissimè fauere, quos nunquam deserit. Quare si quis afflictus fuerit, non horaria sed diuturna cruce, patienter ferat manum Domini pro sua bona voluntate affligentis: non per infidelitatem festinet, sed fidat & expectet spe & oratione, iuxta eius voluntatem ductus: certumque sit quod non confundetur. At si Dominus veniens, moram fecerit: veniens tamen veniet, & non tardabit. Adhuc procul visus, apparebit in fine & non mentietur. Colligamus ergo ex his, si illico non adstet auxiliatrix manus Dei, omnia nihilominus tandem ut in gloria Dei, ita & in nostra tandem salute cessura. Facit & hoc exemplum, ut Christum imitantes, iis potissimum opereramus, quos maiore videmus necessitate premi. Circumstantia temporis (TRIGINTA & octo annos habens) exaggeratio est necessitatis, ut postea manifestior clariorque fiat IESVS CHRIS TI potentia, qui tam diuturnam pelere potuit infirmitatem. Rursus quum ait IN infirmitate erat: typum magni ac profundi peccatoris insinuat, qui ex se tanquam ex se non seruatur, sed gratuito per CHRIS TV M ex impio fit pius, ex infirmo firmus & sanus: imo nullus est morbus animi tam capitalis tamque inueteratus, quem non facile tollat Baptismus & fides viua in IESVM CHRIS TV M.

Primogenitus Christi adumbrabant. Primogenitus fuit omnes in Christum crediti.

Piscinae morbo effectus.

Baptismi typus, piscina.

Afflictiones huius sunt, sed pro bona dei voluntate. Morbi & afflictiones pro gloria Dei.

Speciem confidit.

Necessitati subueniendum.

Peccatis oppressorum typus.



## Hunc quum vidisset IESVS iacentem.

*Piorū preces preuenit Christus.* Iacet peccator peccatis oblitus: hūc oculo misericordiā misericordissimus ille IESVS cōspicitur: hunc immēsa sua bonitate & gratia praeoccupat. Piorum preces praecurrere solet, testante Spiritu ipsius apud Esaiam cap. 65, Erūtque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

Et cognouisset quia multum iam tempus haberet.

Quo clarior fiat lectio, subaudiendum est quod mox praecessit (in infirmitate) ut hoc contextu legatur, ET COGNOVISSET, quia iam multum tempus haberet in infirmitate, quasi dicas, Dominus misericordia tactus est, quū cognouisset hunc hominē tam longo tēpore rem habuisse cum paralyti, vidissetque malū hoc esse deploratius, quōd iam triginta & octo totos annos detinuisset miserum: super infirmum commiseratus est, dicens,

Dicit ei,

En magna IESV CHRISTI philāthropia, qui laborantis aegroti preces non expectat, sed sua misericordia, praenit, & se ad medendum accingit. DICIT EI, id est huic colloqui dignatur: scilicet ut aperiat se sūmū esse medicū, se verā & non typicā esse piscinā.

*Piscina vera.*

Vis sanus fieri?

Dominus, qui omnia nouit, interrogatione utitur: non quōd dubitet (neque enim dubium erat quin infirmus cuperet sanitatem, qui iam tot annis, tam pertinaci spe salutis piscinam obsederat, nec toties frustratus, animum desponderat: sed ut fidem & tolerantiam circumstantibus insinuet, simulque vim morbi omnibus cōspiciam faciat: subindicans neminem ab animi vitiis sanari posse, nisi morbū suū oderit, & salutis desyderio teneatur. Si enim à peccato mundari volo, necessarium est peccatū veteremque hominē oderim, & gratiā CHRISTI ex animo desyderē: Velle enim fieri sanū, quid est aliud quā agitudine odisse, & incolumitatem desyderare? Deinde interrogat, ut eum ad petendum inuitet, & doceat se eum esse, qui inuocatus iuuare possit. Ad hūc modum Dominus nos in omnibus nostris afflictionibus interrogat, num liberari velimus, quū nos sua gratia praeoccupat, simulque iniicit nobis desyderium liberationis: quibus omnibus nobis occulte insinuat, non esse in nostris solis viribus situm, ut à malo liberemur: sed aliō respiciendum est, ad Deum scilicet, in cuius manu sita sunt omnia, & à quo solo omnis liberatio & redemptio expectanda est fide viuā, qua Domino inferimur, & vnum cum illo sumus.

*Sanari nequit cui morbus placet.*

*Velle fieri sanū.*

Respondit ei languidus.

Præsentem non agnoscit medicum languidus: qui tametsi non respondeat ad id quod rogat IESVS, tamen ex tam alacri interrogatione, aliquid bonæ spei cōcipiens, explicat non sibi deesse voluntatem, nec ob deploratum morbum illiusque magnitudinem & vultustatem diffidit animūve despondet, quin si in piscinam deferretur, posset sanari.

Domine, hominem non habeo, ut quū turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit.

*Paralyticus Christum compellat.*

Captata beneuolentia hoc verbo, DOMINE, responderet languidus, Non animus, non voluntas deest mihi. Qui enim fieri potest sanitatem recusem, quum tam graui eodēque deplorato & longo morbo sim affectus: semper mihi fuit spes sanitatis recuperandæ. Nunquam enim tam demisso fui animo, etiam si tot annis lectū aeger seruauerim, quin hūc aquæ motū expectarim: sed hominis baiuli opera est mihi necessaria, qui me in piscinā, aqua ab Angelo mota, deportet. Hæc confirmat eleganti ætiologiā à tarditate sua sumpta, dicens, DVM venio enim & c. ac si dicat: Nam ubi alii senserunt moueri piscinam, properarunt in lacum: ego vero ægritudine tardus, ac baiulo destitutus, frustra iam prorepeo in lacum, quū alius prior descenderit. Videtur his verbis paralyticus eō tendere, ut verecundē rogaret CHRISTVM (quem corpore validum & ex cōpellatione misericordem videret) ut quū tempus esset, sese deferret in piscinam. Non audeat hoc palā ab eo petere, sed exposita necessitate subindicabat quid obstaret ad salutē, quasi diceret, Si, qui rogas, Nū sanus vis fieri? habes iam aliquid cōsiliū, obsecro, mihi ter misero succurras. Nā hæc tua quæstio apud me facit, ut subodorē non vanū hoc esse, quōd me vnum, aliis præteritis, tā amicē & benigniter cōpellas. Hæc tā benigna interrogatio videtur mihi auxilium polliceri. Ex hoc respōso cōligamus, languidū ex suauissima CHRISTI cōpellatione, fidē cōcepisse, quanquā nescierit esse CHRISTVM. Aliquādo enim Christus sese, quāuis ignotū, verbo suo tamē insinuauit. Deinde legimus in hoc lāgūdo exēplū charitatis, ut quæ p suo genio nō inuidet, nō iratur: ita

ritatur: ita languidus non accusat CHRISTVM, ut stultā interrogationem interrogatē: non conuiciatur, non maledicit aliis qui ipsum praeuenerūt, sed candidē & citra contumeliam aliorum (quod plerique calamitosi solent) narrat quod praeueniatur. Postremō hominis languidū tolerantia in cruce obseruamus. Nihil blasphemū respōdet, non deuouet seipsum, non execratur diē in quo natus est, sicut pusillanimes facimus, idque quū in leuiore morbos incidimus: sed māsuete & placidē respōdens, patientissimē suā calamitatē deplorat.

*Paralyticū commendatio.*

Dicit ei IESVS.

Ecce ineffabilem IESV CHRISTI charitatem, qui tam pertinaci spe languidi commotus, denique volens ostendere se veram piscinam esse, & eos qui post motam aquam in piscina sanabantur, sua virtute sanari: seque ad manum habere, in promptūque sibi esse solito nutu omnes & corporum & animorum morbos posse tollere, dicit. Quid dicit?

Surge.

Imperat CHRISTVS, verbōque curat: ut hoc exemplo discamus quā diligenter & firmiter Verbo fidē adhibere debeamus: etiam si interim multa aduersa per carnem excitentur. Hoc imperio ostendit se summum esse medicum, & alium à nostris medicis: qui neque morbis, ut recedat, neque infirmis ut surgat atque sanentur imperat. Solius Dei est, non hominis tanta potestas & virtus, ut sic imperare possit. Non hūc orat Dominus, ut homo curetur, ne de Prophetarum numero aliquis esse videatur, sed ut virtutū omnium Dominus, fieri quod vult imperat.

*Verbo firmiter adherendum.*

*Christus medicus alius à Galeno.*

Tolle grabatum tuum, & ambula.

Multis variisque pharmacis nostri medici febrem aliōsve morbos aliquando depellunt, & aegrotum sanant: sed debilem & qui baculo innitatur, quoad vires resumserit, relinquunt. At longē aliter CHRISTVS, qui non frustratim aut imperfectē, sed in integrum sanat. Vnico enim verbo, Surge, expulsa paralyti, addit vires, & solidam membrorum compagem, dicens, TOLLE grabatum tuum & ambula.

Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit

grabatum suum, & ambulabat.

Simulatque audiuit, credidit: nihil disceptans aut ad hūc modum murmurans, Me iubes surgere? qui fieri potest tam longa ægritudine pressus surgam? tollam tam graue pondus & ambulem? Nihil tale cogitauit: sed credidit & surrexit sanatus: ut non solum liber esset à morbo, alioqui languidus & imbecillis, quemadmodum solent qui medicorum arte sanantur, sed sine hominis auxilio sese in pedes subrigens, lectulum suum in humeros solus sustulit: atque ita sui lectuli baiulus fortis & robustus, domum rectā abiit, longissimæ ægritudinis monumentum cunctis spectantibus obuium faciens, vnde apertē cognoscere poterant, quanta Domini virtus esset. GRABATVS, lectuli genus est, seu lecticæ potius, in quo meridiari solent. Perotus etymologiam vocis petit à Græcis. Dicitur enim putari quasi καράβατον, à καρά, caput, & βατον, peruium. De his in præsentia non disputo: in magno Græcorum Etymologico reperitur καράβατον dictum καράβατον ἢ καράβατον, id est à suspendendo pedes, quōd sic in lecticis portarentur, ut pedibus non contingerent terram. Quod plerisque in templis audiam vocem, Grabatus, perperam pronuntiarī, admonendū duxi, Grabatus, pronuntiantum penultima longa, doctore Vergilio, Membra leuat sensim, vili demissa grabato: & Martiale, Sed si nec focus est, mundi nec sponda grabati.

*Paralyticū ut bo credens sanus factus.*

*Grabatum.*

Erat autem Sabbathum in die illo.

A circumstantia tēporis, quæ sequuntur, superioribus connectit Euāgelista, aperiens lecturibus quale fuerit Phariseis calumniæ seminariū, qui quæ solū ad tēpus erāt data, & ea quidē carnalia, superstitionē tuebantur, neglectis quæ erāt præcipue ac perpetuō duratura.

Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat.

Hoc opus Dominus iu Sabbatho fecit, ut se Dominum Sabbathi, & omnium, hoc miraculo declararet. Quōque magis inuulgaretur, iussit eum pariter qui tam diu à grabato portatus fuerat, grabatum in humeros sublatum die Sabbatho vicissim portare & ambulare. Hoc quum non solum insolentissimū, sed etiam inauditā haberetur impietatis, astantium & omnium intuentium animos plurimum permouit: ut de causā tantæ audaciæ (quæ violaret Sabbathum) seiscitaretur, quo fit, ut hac occasione virtutem & auctoritatem Domini discerent. Quærentes enim facti causam, certiores de miraculo facti sunt.

i. iiii.



## Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

Sabbatho feri-  
andum.

Ferentem grabatum adoriuntur, obiiicētes legis solutionē. Sabbathi dies est, inquit, cui debetur otium: non est fas tibi tollere grabatū tuum. Scribitur Exodi cap. 20, Sabbatho nō facies omne opus tuum. Item Hierē. 17, Hęc dicit Dominus, Custodite animas vestras: & nolite portare pondera in die Sabbathi, nec inferatis per portas Hierusalem: & nolite eiicere onera de domibus vestris in die Sabbathi: & omne opus nō facietis. Rursus Exodi cap. 31, Videte vt Sabbathū meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos. Sed iuxta carnem hęc intelligentes, neque fidem, neque charitatem agnoscunt, veluti peruersi religiosi, impii erga Deum, & inuidi erga proximum. Debuerant enim ex tanto miraculo fidem confirmare,

Impiorum ge-  
nium.

CHRISTI potentiam admirari, & illum multa laude celebrare: interim sanato congratulari, & in eo CHRISTVM maximē illustrare. Hoc si facerent, intelligerent charitatis opera non violare Sabbathum. Sed impiorum iste solet esse genius, candida in nigra mutare, & ē mirabilibus Dei obstinatior fieri. Huius impię obstinationis exēplum habes in Pharaone. Negligunt præcipua: superstitiosē defendunt externa, & ad tēpus solum concessa. Nefarium erat apud illos violasse Sabbathorū otium: proximū fraudasse Sabbatho, nullius erat momēti. Sabbatho sustulisse grabatū, impium videri volebāt: inuidere misero sanitatem, culpa non erat. Similiter boues ouēsque suas die Sabbathi adaquabāt. Huic negotio mirū in modū applaudit ratio Sabbathi. Sabbathū enim quietem sonat: sed sanatio quietē inducit & cōfert, morbus vero inquietudinē parit. Ergo hęc sanatio nō est Sabbathi violatio, sed molestiarū & inquietudinis ablatio, quę ad Sabbathi rationem nō parum confert. Obiiciet aliquis: Non improbo morbi curationem, etiam die Sabbatho, sed quū Sabbathum erat illo die, cur sui grabati baiulationem non distulit in sequētem diem, quo per legem licebat onus ferre? Qui tot annis præ morbi pressura otiatu est, potuit eo die ferriari, & expectare diem sequentem: quid magni retulisset, eo die nō sustulisse grabatum?

Sabbatum  
quies dicitur.  
Sanatio nō vi-  
olat sabbathū.

Respondēdo: parendū erat ei qui Sabbathi & omnium est Dominus, cui morē gerens baiulus verē sabbathizabat: quandoquidem quiescebat ab omni opere malo, qui veterem exuebat hominem, & nouum induebat. Adhęc non erat vetitum portare quę ad decorem tum templi tū Dei faciebant. Licebat enim portare, lauare hostias, & alia huiuscemodi facere, quę ad cultū Dei cōducebant. Malē ferriari Iudæi sola delectati vmbra, veritatem recusant, turbati quū hominē sanitati restitutū sabbatho vidēt. Hoc præcepto, Surge, tolle grabatū tuū & ambula, CHRISTVS miraculū reddit celebrius: nā iubens ferre grabatū, manifestius fiebat hunc esse sanatū, qui infirmus ferre nō potuisset: pluresque miraculo aderant die Sabbatho quā profesto die. Viderant omnes nouerantque paralyticū, quem sciebāt multis annis decubuisse: iam constabat eū validū esse, nec vlla morbi vestigia præ se ferentem. Deinde ita factū est, vt sua impietate cōmoti, quærerēt facti causam: & certiores facti, Christi virtutē, potentiam & autoritatē discerent, cognitā exciperent, exceptā seruarent.

Opera quę non  
violant sabbathū.

Præterea non ægrotatione hominum, sed potius sanatione & curatione honoratur Sabbathum. Nihil ergo erat causę apud hęc genimina viperarum, mutantium bona in mala, cur hunc solutionis Sabbathi accusarent. Sed puto in istos Prophetam Hieremiam cap. 5, dixisse, Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Quid his Iudæis insanius & cæcius, qui quū tantam CHRISTI gloriam admirari debuissent, non modo id non faciunt, verū etiam increpant atque reprehendūt, & transgressionis crimine hominem accusant, cui re vera congratulandum erat. Calumni-  
antur in homine sanato offensum Deum, sine cuius ope non poterat sanari homo: tamen in asino subleuato non existimant violari Sabbathi religionem. Est Sabbathum propter hominem, siue causa hominis repertū. Cedunt ergo legis ceremonię præceptis & officii sanctioribus. Hoc si considerassent Iudæi, non præposterē religionem tutati fuissent.

Sabbatum sa-  
natione honora-  
tur.

Iudæi cæci.

Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula.

Paralytici con-  
fessio de Chri-  
sto.

Iudæorum criminationes repulsurus, seipsum armat & defendit autoritate medici, à quo tantum accepit beneficium: ad illum rem totam transfert qui sanitatem est largitus. Quasi diceret: Vultis me ingratum profiteri? illius iussu hęc facio qui me sanum fecit: illius honor Sabbathismo præferendus est: cui tanta vis, tanta gratia inest, vt me ter miserū, & deplorato morbo triginta octo annis laborantem sanauerit, solo vnicōque verbo morbum meum

bum meum fugauerit. Hoc non est hominis sed Dei opus: Qui rem tantam verbo præstare potuit, homine simul & Sabbatho maior videtur. Delirio & dispiciētia magna laboratis, iubentes ne morem geram ei, qui me tantis beneficiis cumulauit, & à tam diuturno eodēque difficili morbo liberauit. Iure igitur optimo parendum est illi, portando grabatum meum, etiam Sabbatho. Obserua hoc loco libertatem Christianam, & huius hominis erga Iudæos in dicendo liberam vocem admirare, quando aduersantibus Iudæis & obiurgantibus, Non licet tibi tollere grabatum tuum per Sabbathum: ipse cum fiducia liberē prædicat benefactorem: Qui me, inquit, sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum.

Christiana li-  
bertas.

Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?

Cognito miraculo, quod euidentius erat quā vt negari posset: & sanctius, quā vt reprehendi deberet, Pharisei & primores Hierosolymitę, vrbis nobilitate & templi religione tumētes, non solum inuidebāt sanato, verū etiam restituta sanitatis auctori struunt calumniam, moliuntur insidias, dicentes, Quis est ille homo qui dixit, &c. Quasi dicerent: Quis tam effrænis & perfriētæ frontis est, qui nobis etiam insciis, & nihil in hoc negotio dispensantibus permittenti būsve, se violatorem legis constituit, arrogaueritque sibi auctoritatē violandę legis? Re vera sciebāt quis esset miraculi auctor: sed hoc suo supercilio & fastu terrorem simplici plebeculę incutiebat, vt nomen Domini IESVS obscuraretur & prorsus extingueretur. Iam cædis cupiditate seruescere videbantur Iudæorum animi.

Iudei superbi  
& inuidi.

Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset.

Tanto perfusus erat gaudio de restituta sanitate baiulus ille, vt vix de facie, de nomine certē non nouerat IESVM CHRISTVM. Christus enim non manifestauit sanato personam suam: vt doceamur Verbo adhærescendum potius quā personę. Verbum est cui credendum venit. Proinde cum de facie tantum nouisse poterat, tum quidem cōmonstrare IESVM non valebat, quod statim miraculo factō, subduxit sese à turba.

Verbo potius  
quā personā  
adherendum.

IESVS enim declinavit à turba constituta in loco.

Non absque dispensatione in multitudine hominum occultatus est Iesus, & clanculum se subduxit à turba: non quod timeret mortem: qui potuit omnes aduersarios spiritu oris sui perdere: sed vt exemplo eius discamus non quærere fauorem humanum ex aliquo nostro opere bono: deinde vt doceamur non tentare Deum, sed aliquantisper declinare iratorum insaniam, donec malignantium ira aliquatulum deferbuerit. Graue enim est saxum (ait Sapiens Prouer. 27) & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & imperiū concitati ferre quis poterit? Deinde subtraxit se à turba CHRISTVS, partim ne sua præsentia Iudæorū inuidiam magis accenderet (Sole enim & aspectus eius cui inuidetur, non paruam inuidię flammam immittere inuidentibus) quare cōsulto secessit. Inquirentes enim de miraculo curiosius, celebrius illud reddunt. Partim vt ipso absente miraculum maiore cum fide cognosceretur ex eo, qui sanitatis beneficiū senserat. Huius sententię sensus est, IESVS subduxit sese, quū turba esset in loco, quod inter plurimos facile est vnū aliquem latere, quem deinde nō cognoscas. Non putaueris Iesum secessisse extra urbem, sed velut peregrinū & ignotum sese turbę immiscuisse.

Opera nostra va-  
cent gloria.  
I. e. eorum insa-  
nia aliquantisper  
seruanda.

Postea inuenit eum IESVS in templo, & dixit illi.

Circa CHRISTVM nihil temerē fieri solet: vt enim dispensatione quadam latuit, ita ex consilio & ordinatione Dei apparet, seruata temporum opportunitate in omni re: mansisset restituto sanitati incognitus cum de facie, tum de nomine, nisi seipsum manifestasset ei. Vnde Euangelista ait, Et dixit ei, Obserua: CHRISTVS inuenit sanū hominem, non autem sanus CHRISTVS. Prius enim est Deum nos inuenire, quā quod Deum inueniamus. Sap. 6, Præoccupat eos, qui se concupiscunt.

Christus in po-  
tulo latuit.Deus prior nos  
inuenit.

Ecce, sanus factus es.

ECCE, particula est attētionis. Attende tu: Rem seriam sum tibi narraturus: considera & apud te cogita, Factus es sanus, supple & corpore & anima. Hoc est ex gratia iustificatus es: non solum pristinę incolumitati es restitutus, sed etiam à peccatis absolutus. Iste est curationis Euangelicę finis, cognationem habens cum re, quę est, nouam incipere vitam. In qua per bona opera grandescere oportet, donec in virum perfectum ætatis plenitudinis Christi perueniatur. De hoc sine curationis Euangelicę cōsulere oportet Paulum ad Rom. cap. 6, Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abūdet? Absit. Qui enim mor-

Particula, Ecce.

Euangelicę cu-  
rationis finis.



tui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Et ad Ephesios cap. 2. Ipsi enim sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis quae praeprauit Deus, vt in illis ambulemus.

### Iam noli peccare.

*Iustificatio  
fructus.*

I A M, ac si diceret, Quum acceperis beneficium tum restituta sanitatis, tum remissionis peccatorum, posthac noli peccare. Fructus, imò finis ipsius sanitatis & iustificationis est bene operari, & totam vitam in melius mutare.

### Ne deterius tibi aliquid contingat.

*Recidendum  
pena grauior.*

Grauiorem penam, & excæcationem comminatur in eos qui peccant, nec mutant vitam in melius, post oblatam gratiam & acceptam iustificationem. Ne deterius quid contingat tibi, supple, quàm fuit infirmitas tua. Quasi diceret, Pro primis peccatis luunt penas homines, in quae si reciderint, grauiiores patientur, idque merito. Quare tu sanitatem es consequutus, depulso corporis morbo, qui tibi natus erat ex animi morbo, vtrunque sustulisti malum. Tu caue posthac ne recidens in pristina peccata, grauius aliquod malum tibi accersas. Huc pertinet quod scribitur 2. Petr. cap. 2. Melius enim erat illis nò cognoscere viam iustitiae, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Summa exhortationis CHRISTUS est, vt iustificati, bene operemur, & totam vitam mutemus in melius. Ex hoc loco docemur: ex peccatis quidem primùm natos hominum morbos: deinde non solum ad futurum iudicium peccatoribus supplicia reseruari, verùm etiam multis ac variis modis in hac vita plerunque ipsos puniri. Quod ita fieri etiam Paulus testatur 1. ad Cor. cap. 11. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos iudicemus, non vti que diiudicaremur. Pius afflictio est disciplina, qua docentur effugere iram Domini & voluntati eius obsequi: dicte Paulo 1. Cor. cap. 11. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Rogabis: Quid dicendum de iis qui cum morbis nascuntur, quos nondum meruisse videntur? Respondeo: Ex mala quadam radice adnata, immisos esse morbos. Atque quos suis immittit Deus morbos, non solum in hoc immittit, vt castigatos in viam reducat: sed hæc immissio sæpe fit in hoc, vt eos in officio cõtineat, atque à flagitiis ad quæ natura propendit, arceat. Afflictiones quas in hoc mundo toleramus, loco admonitionis sunt, quæ in altero seculo, supplicia dicuntur. Colligamus ex his quosdam esse morbos ex peccatis ortos, vt huius Paralytici: & Asa, 2. Paralip. 16. quosdam verò propter probationem, qualis fuit morbus Iob, vt monstraretur eius virtus. Videtur is qui restitutus est sanitati fuisse pius, qui non ad volupè viuendum abierit, sed sese in templum receperit, vbi audito CHRISTO, non parum in Euangelio promouit: qui nihil Iudæorum insaniam veritus, CHRISTVM suæ sanitatis authorem imperterritus palam confitetur, & se tanti beneficii non immemorem prodit.

### Abiit ille homo: & nuntiauit Iudæis quia

#### IESVS esset qui fecit eum sanum.

*Paralyticus  
Euangelicus.*

Posteaquam is cui contigerat sanitas cognouit didicitque, eundem esse qui prius iussur rat tolli grabatum, & qui nunc testatus est se sanitatis authorem esse, admoneretque ne peccatis iteratis in grauiorem morbum recideret, eique nomen esse IESVM, credidit, propter quod loquutus est. Nam abiit ad calumniatores Iudæos, clamans & palam manifestans IESVM esse cui suam deberet sanitatem. Non vt mali quidpiam in eum criminarentur aut cogitarent, sed vt non ignorarent medicum, si quis etiam eorū curari desideraret. Existimabat enim illud multorum interesse vt omnibus notus esset, qui verbo sic posset morbo mederi iam deplorato. Non prodiit hic homo, veluti accusaret, dicens, quia IESVS esset qui tollere grabatum in Sabbatho iussisset, id quod illi audire volebant: sed is qui ipsum sanum fecit, id quod audire non ferebant. Nec mirum. Nam ex diabolo nati, quo magis diuinitatem CHRISTI sentiebant, eo magis contra eum efferebatur, agente eos hoste Dei, Satana. Huc pertinet quod Paulus ad Rom. cap. 1. ait, Euangelium non erubescio. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Vox (IESVS) & naturæ & officii nomē in CHRISTO est.

*Iesu nomen na  
ture & officii  
in Christo.*

### Propterea persequebantur Iudæi IESVM, quia hæc faciebat in Sabbatho.

Ista est mundi ingratitude erga CHRISTVM: hæc vnica est causa qua mundus Christum

CHRISTVM persequitur, oblata scilicet aut tradita summa beneficentia. Vnde hæc est Euangelii fortuna, vt pro bonis mala, pro beneficiis conuitia accipiat. Huius rei exemplum ministrat nobis hic locus, explicans quàm se prodat Iudæorum peruersitas exitio digna, qui pro accepto beneficio, IESVS struunt calumniam adeò destinata malitia, vt vitio dent CHRISTO quòd hominem Sabbatho sanauerit: qui tamē in asino subleuato non existimant violari Sabbathi religionem. Neque solum calumniabantur IESVM, sed etiã obstinatis animis persequebantur: non ob aliud, nisi quod rem sanctã ac piam fecisset in Sabbatho.

### IESVS autem respondit eis:

Videns IESVS Iudæorum calumnias, technas & insidias, cœpit certis argumentis retundere cauillos, & se nihil mali egisse in restitutione infirmi in Sabbatho, ostendere.

### Pater meus vsque modo operatur: & ego operor.

Argumento ab authoritate & exemplo Patris causatur CHRISTVS se iure optimo operatum esse in Sabbatho, idque altiore stylo quàm aliàs Matthæi 12. & Lucæ 6. pronuntiat. Nam alibi rationem violati Sabbathi afferens, causatur exemplum Dauidis, Sacerdotum, & eorū qui ouem in foueam die Sabbathi delapsam è fouea liberant: addens Filium hominis, Sabbathi Dominum, non seruum: authorem, non subditum esse. Hic vero altius & diuinius rationem dat, quare Sabbathum iure violauerit, hoc est in Sabbatho operari seu grabatum ferre iusserit. Elegans est hæc IESVS CHRISTI aduersus Iudæos apologia: Scio ait & intelligo Dei præcepto admandatum esse, Sabbatho ab opere cessandum esse, quo à consideratione & glorificatione bonitatis Dei, homines auocantur. Hoc verò meum opus tale est, vt nihil æquè homines possit incitare ad glorificandum Deum: imò quod ego feci, ex iis operibus est, quæ Pater meus vsque modo operatur, id est omnino, cõtinue, semper & sine tēporis respectu, OPERATUR, id est benefacit, confert beneficia: & ego illa operor. Quieuit quidem die septimo ab omni opere quod patrat, hoc est cessauit condere noua creaturarum genera, & à mundo condendo. Non enim vnquam mundum visibilem & eundem externum creaturus est. Sed non requieuit à mundo administrando & gubernando, à quo si vel tantisper manum auxiliatricem substraheret, in nihilum abiret. Si quis desiderauerit videre, quomodo adhuc operetur Deus, videat dispensationem rerum, & diffeat opera prouidentiae, solem orientem, mare, flumina, animalia, & reliquas creaturas, quæ omnia ineffabili prouidentiae verbo, etiam die Sabbathi moueri videbit. Videat ille illuminationes, inspirationes, miracula, & id genus opera, quæ Deus vsque modo citra dierum delectum, hoc est tam in Sabbathis quàm profestis aliis diebus, operatur, iugque successione omnia conseruat. Quare ergo temerè atque imperitè, accusatis eum, per quem omnia Pater operatur, & ego operor, id est benefacio, & confero semper beneficia sine respectu temporis, Patris authoritate & exemplo. Omnia enim Deus Pater non aliter quàm per virtutem & sapientiam suam, qui Filius eius est, peragit. Tantum igitur abest arguendus veniam, vt honore dignus sim, qui tanta diligentia Patris opus exequar. Hac oratione CHRISTVS breuissima atque apertissima, docet in omnibus se Patri cooperari, tollens supercilium & imperitiam Iudæorum, qui naturam Vnigeniti penitus ignorantes, soli Deo Patri, Mosaicam legem attribuebant, cui omnino parendum censebant. At quum Filius eiusdem naturæ cum Patre sit, nec aliud sit præter illum, quantum ad identitatem substantiæ pertinet: ideo non potest velle alia quàm Pater velit. Ipse enim (ait Cyrillus) viuens consilium, atque virtus Patris subsistens est, ac ideo vniuersa operatur cum Patre. Totus hic locus ad prouidentiam diuinam pertinet, quo discimus Deum omnia in omnibus operari, dicente Paulo ad Rom. cap. 11. Ex ipso tanquam principio: per ipsum tanquam medium: & in ipso tanquam fine sunt omnia. Quare in omnibus etiam aduersis suspicamus Deum, in cuius manu nos nostraque omnia sunt posita: cuius cogitationes, sunt cogitationes pacis & non afflictionis. Qui non affligit vt perdat, sed seruet. Nolo enim, ait ille per Prophetam, mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.

### Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere:

Iudæi inuidia corrupti, qui sacris IESVS CHRISTI sermonibus commutari debebant, acris exacerbantur, tumultuantur, & incenduntur in cædem eius, qui rebus magis quàm verbis nihil in Deum commissum esse docebat, si homini salutem suam in Sabbatho largitus est. Contemunt CHRISTVM, vt vilem & abiectam personam, qua contempta, necesse est cõtēmnatur & doctrina. Hominem enim eum esse videtes, & habitantem in eo Deum non cognoscentes, ferre non poterant, Deum veluti propriū Patrē ab eo appellari:

*Euangelii for-  
tuna.*

*Apologia Chri-  
sti aduersus Iu-  
dæos.*

*Christi proba-  
tio quod nō vio-  
laris Sabbathi.  
Christus & Pa-  
ter cooperatores.*

*Iudæorum igno-  
ratio de vni-  
genito Filio.*

*Filius eadē vult  
& operatur at-  
que pater.*



Quia non solum soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

*Conspirationis Iudæorum in Christum occisio.*

*Arriani.*

*Christum non facit se æqualem Deo.*

*Blasphemia est plures facere deos. Deus vnus in trinitate.*

Aetiologia est conspirationis in eadem Domini, à violatione Sabbathi, & à blasphemia in Patrem. *C H R I S T V S* non simpliciter dixit, Patrem suum esse Deum: sed quum explicaret quod omnia sua opera, sunt opera Dei Patris, hoc est quod ipse & Pater sunt eiusdem essentia, potentia, & gloria, subodorauerunt *C H R I S T V S* insinuasse se æqualem Deo Patri, atque se Deum habere Patrem, non adoptione, sed natura. Quod ferre non poterant: sicut nec Arriani, diuinitatem *C H R I S T I* negantes. Illi enim ex Lege contendunt vnum solum esse Deum: & blasphemiam esse æqualem se facere Deo: quod verum est in creatura, non autem in *C H R I S T O*, qui (vt verum fatear) non facit se æqualem Deo, quum ipse ab æterno natura sit æqualis Deo, & cum Patre eiusdem gloriae & potentia: Ad Philipp. cap. 2, Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Non intelligebant ter miseri, Filium Dei, Deum esse, & propter nos hominem factum esse. Blasphemia est plures deos facere aut constiturere: vnus enim est Deus natura, sed tres hypostases siue substantiae proprietate, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Fides catholica in vnum Deum credit, sed vnum Deum in trinitate, id est in tribus proprietatibus personarum adorat.

Respondit itaque IESVS:

Hæc est ingens IESV *C H R I S T I* philanthropia, vehemensque erga genus humanum amor, qui Iudæorum intellecta malitia, illorumque ingratitude cognita, illis tamen mederi incipit: pergitque clarius exponere potestatem quam à Patre accepit, simulque deterere eos ab impia crudelitate: Sic sermonem suum temperans, vt nunc sublimiora loquutus, se Deo Patri consubstantialem insinuaret: nunc humiliora quædam admiscens, quæ verum hominem testarentur: vt hæc humanitate hominisque affinitate, ad sui amorem illos non pelliceret, sublimis illius potentia maiestas, ab impietate illos deturbaret.

Et dixit eis,

Furore Iudæorum *C H R I S T V S* nihil territus, suo more quæ dixerat (Pater meus vsque modo operatur, & ego operor) & asseueratione magis confirmat, & explicatione reddit dilucidiora: loquutus hunc in modum,

Amen, amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.

*Diuinitas Patris & Filii communis.*

*Patris & Filii eadem potentia.*

*Filius videre Patrem facientem.*

*Filius Patri eo operatur. Videre pro habere.*

Argumento à iuramento, quo propter nos tam imbecilles vitur (tanta enim est nostra infirmitas) confirmat probatque se communem cum Deo Patre diuinitatem habere, sicut & cum Patre simul operari. Vos me calumniimini o Iudæi (ait Christus) quod hominem Sabbatho curauit, ob idque Sabbathum à me non honorari putatis: sed quod ego feci, hoc fecit Pater meus, quem vt Deum verum colitis. Eadem enim est eius & mea potentia. Nam impossibile est, quum Filius eius & ex eo naturaliter sim, me aliud velle, aut aliud facere, quam quod Pater & vult & facit. Non quia exemplo aut imitatione illud faciendum didicerim, sed quia video Patrem facientem: hoc est (ait Cyrillus) Naturæ legibus ad eandem operationem atque consilium conscendo. Hoc est: Cum Patre cooperor. Naturæ enim legibus sibi inuicem ita coherent Pater & Filius, vt alter sine altero nihil operetur. Quum ait, non potest Filius, &c. argumentatur ab impossibili: Quasi dicat, Impossibile est aliam esse potentiam Patris à potentia & virtute Filii, sed vna eademque est. Non potest Filius, qualis ego sum naturalis Filius Dei, facere quicquam à seipso, nisi quod viderit Patrem facientem: Hoc est Patris & Filii eadem est potestas, eadem voluntas, eadem operatio. Patris & Filii opera sunt communia. *N I S I* quod viderit, id est cuius operis coauthorem simul & cooperatorem habuerit. Obserua. *V I D E R E*, pro Habere vel Accipere, Scriptura vsurpat, vt supra cap. 3, Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei, id est non potest habere siue possidere regnum Dei: Ita & hoc loco, Nisi viderit, id est habuerit Patrem facientem & cooperantem. Quo fit vt rectè verèque inferamus: Filius facit quæ Pater facit, ergo Filius est Deus. Similiter: Filius operatur opera Patris: ergo Filius Patri non est dissimilis, 2. ad Corinth. cap. 4. ad Coloss. cap. 1. & ad Hebr. cap. 1, Qui quum sit splendor gloriae, & figura substantia eius.

Quæcunque enim ille facit, hæc & Filius similiter facit.

Aetiologia

Aetiologia est, qua non tam dictorum ratione adducit, quam quæ probanda assumpsit, expolitione illustrat. *Q V A E C V N Q V E* enim, &c. id est Pater & Filius æqualiter operantur, quæcunque operantur. Non enim aliam virtutem habet Filius, vel inferiorem, vel superiorem Paterna: sed vna est substantia, vna virtus, vna operatio Patris & Filii. Quare, o Iudæi, nolite tanta animi procacitate opus Filii carpere: propterea quod qui Filium calumniatur, Patrem calumnia afficit: & qui Filium auerfat, Patrem similiter auerfat.

*Patris & Filii vna virtus & substantia.*

Pater enim diligit Filium.

Pergit rationem reddere propter quam nihil priuatim operatur Pater absque Filio: comminaturque exitium iis qui Filium calumniatur, & Patri inæqualè prædicant. Quasi dicat, Si quis Filii opera calumnetur, contumeliâque Filium affecerit, tantum facinus non finet inultum Pater, qui *D I L I G I T* Filium, scilicet non alia dilectione, nisi Spiritu Sancto: quia Spiritus Sanctus, Patris & Filii dilectio est. Quum ergo Pater diligit Filium, consentit ei in Sabbathi solutione: oditque eos qui persequantur vnice dilectum. Proinde vbi perfecta Dei similitudo, ibi perfecta Dei dilectio reperitur: sed perfecta similitudo Patris, est Filius, ad Coloss. cap. 1, & ad Hebr. cap. 1, Qui quum sit splendor gloriae, & figura substantia eius. Ergo quia Pater diligit Filium, signum est quod Pater generatione communicauit ei suam potestatem & naturam: non se spoliens sua potentia, sed huic eandem quam habet virtutem, communicans. Huc pertinet locus ille, supra cap. 3, Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Vide quæ in eum annotauimus locum.

*Spiritus Sanctus Patris & Filii amor.*

Et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.

Elegans epanaphora est, qua idem expolit, quod dixerat: Patrem scilicet & Filium idem operari. Obserua. Verbum, *D E M O N S T R A R E*, siue ostendere, Scriptura vsurpat pro Donare siue Dare, vt Exod. cap. 33. ait Dominus ad Moysen, Ego ostendam omne bonum tibi, id est Dabo. Ita & hoc loco, *E T* omnia demonstrat, &c. id est Donat siue communicat generatione illa æterna Filio (vt paulo antè diximus) eadem facere quæ ipse facit: hoc est Pater priuatim nihil agit sine Filio. Diuus Cyrillus ait, Pater Filio demonstrat quæ facit, non quasi depicta in tabulis, nec quasi ignorantem doctrina iuuans (omnia enim Filii veluti Deus nouit) sed totum se ipsum in natura Filii sic pingens, vt quæcunque in se habeat, in Filio demonstret. Idcirco dictum est, quod nullus cognoscit Filium nisi Pater, nec Patrem nouit aliquis, nisi Filius. Est autem in vtroque, non per doctrinam, sed naturaliter vtriusque cognitio. Et Pater quidè in seipso Filium videt, & Patrem Filius in seipso videt. Propterea infra cap. 14. dicit, Ego in Patre, & Pater in me est. Quare quæ voluerit secreta Patris agnoscere, ad Filium festinet, qui est expressa Patris imago, vt paulo antè diximus. Sût iudicia Dei inscrutabilia, & viæ eius imperuestigabiles. At in *C H R I S T O* & per Christum aperiuntur nobis, qui nobis immensam Dei bonitatem demonstrat, prædicauit & docuit.

*Ostendere pro Dare.*

*Demonstrare. Patrem omnia demonstrantem Filio.*

*Filius facere omnia quæ Pater.*

*Filius expressa Patris imago.*

Et maiora his demonstrabit ei opera.

Ab effectis & discretione operum diuinitatis, quorum aliud maius aliud minus, pergit persuadere coæqualem esse Patris & Filii potentiam & virtutem. Quum dixerit, Omnia Pater ei demonstrat: quod significauit Patrem sibi demonstrare, id est conferre facultatem faciendi ea quæcunque ipse facit, idque ab æterno habeat à Patre: quid hîc ait, Maiora his demonstrabit, quasi prius non demonstrauerit? Verbum, *D E M O N S T R A R E*, hoc loco pro Reuelare accipitur. Pater ab æterno sua bona in Filio impressit, demonstrat & donauit: nunc autem eam demonstrationem in Filio reuelat, & mundo conspicuam proponit ab effectis ipsis. Hinc languido restituta sanitas (quæ Dei est opus) declarat, quod Pater sanandi propellendique morbos corporales potentiam Filio dederit, hoc est quod eadem est Patris & Filii potestas. Sanasse hunc ægrotum, magnum quidem opus est: & hæc res diuinam virtutem eius qui gessit, & potestatem patefecit: quem ita mirabiliter, & cum tanta potestate facientem nullus iure carpere potest, si Deum se esse dicat, & filium Dei Patri æqualem in omnibus. At propter hoc opus, inquit, tumultuamini commotique estis, & credere mihi nõ vultis. Maiora certè his corporum sanationibus in me & per me demonstrabit, id est reuelabit. Rogabit aliquis: Quæ sunt illa maiora? Fugare principem huius mundi: ligare Satanam mille annis: exaltari, & omnia ad se trahere: mortè vincere: è morte resurgere: ascendere in cælum: mittere Spiritum Sanctum: iustificare credentes, & mortuos suscitare.

*Demonstrare. Filii potestas eadem cum Patre monstratur.*

*Operum Christi magnitudo.*

Vt vos miremini.

Visu audituque mirabile est, atque humanis viribus maius, deplorato illi paralytico sanitatem restituisse. Sed Pater declarabit quod suo Filio etiam maiora demonstrabit opes.



ra, quod magis etiam miremini ex ratione & iudicio vestro : quia is qui caeli & terrae Deus est, & Pater, communia faciat sua opera cum Filio.

Sicut enim Pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat.

Pater ostendit Filii sui opera maiora quam sit sanitas. Filius mortuos suscitatur.

Suscitare mortuos, diuinitatis opus.

Suscitare & viuificare.

Argumento à similibus operibus petito, praecedentium rationem & causam adducit, probans Patrem Filio ostendere maiora opera, quam sint sanitatis opera. Potentius enim est excitare mortuos ad vitam, quam restituere aegroti sanitatem. Hanc autem potestatem Pater ab aeterno tradidit Filio : ita vt eadem sit Patris & Filii potestas, quemadmodum eadem voluntas. Qui enim non aliter quam Pater mortuos suscitatur, quomodo minor erit eo? Aut quomodo non eiusdem erit cum eo substantia, qui eiusdem naturae habet proprietates? Suscitare mortuos & viuificare, sunt opera diuinitatis : quae quia Pater operatur, ergo Deus est : quae eadem quia Filius operatur, ergo Deus est. Per verbum (Q V O S V V I T) declaratur Filii cum Patre potestatis aequalitas, eademque voluntas, qui non aliud vult quam Pater. Vna enim est Patris & Filii substantia, ergo & voluntas & potestas. Haec verba (S V S C I T A T & V I V I F I C A T) intelligo potius à peccatis, quam à corporali morbo, aut morte. Parum prodesset, si Pater demonstrasset Filio suo solam sanandi morbos corporales potentiam : sed in eo reuelata est nostrae iustificationis, viuificationis, & saluationis potentia. I. ad Cor. cap. 1, Ex ipso autem vos estis in C H R I S T O I E S V, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Obserua, Quos vult viuificat : Ergo viuificari à C H R I S T O, est gratiae, non meriti nostri. Non enim (ait Paulus ad Tit. cap. 3) ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ad Ephes. cap. 2, Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis : Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Hic locus, F I L I V S quos vult viuificat, aduersari videtur dicto Pauli, I N C H R I S T O omnes viuificabuntur : sed ad huius difficultatis explanationem, legito secundam quam scripsimus Conciliationem, in 15. cap. prioris ad Corinth.

Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.

Ingenio rudes calcari indigent.

Potestas vitae & necis.

Filium habere iudicium à Patre.

Consolatio aduersus timorem de necessitate rerum.

In Christo peruestigare nos debemus. Praedestinationis nostrae signum.

Consueuerunt homines, praesertim qui sunt obtusiore ingenio & mente, metu & terroculamentis potius, quam beneficiis addiscere quod oportet : calcari enim indigent. Vnde C H R I S T V S iudicii meminit, quo Iudaeos pelliceat ad cognoscendum quam magna polleret autoritate, quae paterna potestate non esset inferior. Vniuersa enim iudicandi autoritas, ad Deum solū pertinet. Hanc potestatem habet Filius, ergo Filius est Deus. Filius est Deus, ergo aequalis modis omnibus Deo Patri. Quum dicit, N E Q V E enim Pater iudicat, & c. Probat quod dixerat, se viuificare quos velit. Nam si quos vult viuificat, necesse est eum supremam habere potestatem in omnibus : quae vitae necisque potestas est. Hanc habet Filius : nam Pater non iudicat quenquam priuatum & seorsum à Filio, quum vna eademque sit Patris & Filii operatio. S E D O M N E iudicium dedit Filio, generatione : quia Pater author est Filio, vt sit omnia quaecumque habet Filius. Et accipere iudicium à Patre dicitur, eo quod ex illo naturaliter haec habeat. Ne putaueris haec audiens, Patrem à se potestatem hanc iudicariam abdicasse, quia eandem quam habet, Filio generatione & natura communicat. Si prospexerimus ad id quod homo factus est (quoniam ad hominem dicitur 1. Corinth. cap. 4, Quid enim habes quod non accepisti?) hanc potestatem illum accepisse à Patre quando incarnatus est, apertis plenisque buccis profitendum est. Omne iudicium Filio dedit, qui in Filio manifesta facit iudicia, & per Filium exequitur. Hic locus mirabilem affert consolationem, & pacem conscientiae eorum, qui anguntur & torquentur cura praedestinationis. Nemo vel mediocriter eruditus nescit Deum, etiam ante iacta mundi fundamenta, quibusdam reiectis & repulsis, alios ad aeternam vitam elegisse. Quum res ita se habeat, & Deus in abscondito habitet, sintque eius iudicia occulta & imperscrutabilia, non debemus hanc peruestigare in Deo profunditatem, putantes nos posse illam assequi : sed fide viuua, quae certè respicientiam seu poenitentiam non excludit, ad Christum accedamus, cui Pater omne iudicium dedit, & in quo reuelabitur nobis occulta praedestinationis sententia, fidei & obseruationis mandatorum perseverantiae signo. Quia qualem te repereris in C H R I S T O, talem te apud Deum haberi credito. Quod certò scis ex indicio per C H R I S T V M reuelato, quod est, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluabitur : qui non crediderit, condemnabitur. Amas C H R I S T V M, & in eum credis, iam es filius Dei, & in

& in album filiorum Dei repositus es. Si verbum persequeris, & te ductum fide in C H R I S T V M non videris, reiectus es : sed redi ad Deum : respice : age poenitentiam, & ne animum despondeas. Dicit potest ad hunc modum, O M N E iudicium dedit Filio : Quia miseris & damnatis in generali iudicio, Deus in propria natura non apparebit : Si ita fieret, beati essent : sed solus Filius in natura assumpta omnium iudex conspicuus perspicietur : vt videat eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc. cap. 1, Idque fiet autoritate, quam à Patre habuit, Acto. cap. 10.

Christus qualis in magno iudicio miseris apparerebit.

Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.

Iudaeorum supercilium demittit : quum necessarium esse aperiat Filium ab ipsis honorandum : quum Pater omnia condiderit per Filium, omnia moderetur per Filium, omnia restituat per Filium, omne iudicium Filio dederit : hoc est alter sine altero nihil agat : quorum vna est essentia, vna potestas, vna voluntas, vna maiestas, necesse est vtique vnus & idem competat honor. Quare, si rogaueris, Cur Pater sua omnia generatione aeterna in Filium effudit? Respondeo : Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Quasi diceretur, Non est nobis aditus siue accessus ad Deum, nisi per Filium : cui Pater omnia in manu dedit. Quaecumque ergo vuleris in Deo assequi, hoc per Filium habere necesse est. Vis salutem in Deo assequi? credere in Deum? venerari Deum? haec facito per C H R I S T V M Filium eius. Salus Dei in C H R I S T V M Filium effusa est, ergo per C H R I S T V M nobis quaerenda est. Qui quum sit Dei sapientia & potentia, per ipsum quaerendus est Dei cultus & honor. Qui quia est osium, via, veritas, & vita : per ipsum est nobis in caelum aditus : per ipsum veritatem & misericordiam consequimur : per ipsum fumus & viuimus : Quo fit vt qui non honorificat Filium, non honorificet Patrem, qui misit illum, id est, Qui per incredulitatem C H R I S T V M Filium Dei reiecit, is Deum reiecit. Huius loci summa est : sine honore Filii, nullum cultum placere Deo Patri, quia honor Patris & Filii aequalis. Patrem non honorat, qui Filium non honorat : nec e contra. Facessant hinc Ethnici, Iudaei & Impii, solo nomine Christianus : qui asseuerant se adorare Deum creatorem caeli & terrae. Sed quia Ethnico C H R I S T V S est stultitia, Iudaeo scandalum, & Impio contemptus, nullus illorum Deum adoratur, nullus verè in Deum credit, quia non per Filium ad Deum accedit. Quum subiungit, Q V I misit illum : ostendit non minuendum esse honorem Filii, quod incarnatus sit. Qui enim legatum spernit, & legantem spernere dicitur : qui Filium contemnit, & Patrem contemnit. Huc pertinent sententiae illae Matth. 3. & 17. Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Ad Rom. 14, Quod non est ex fide, peccatum est. & ad Hebr. 11, Impossibile est placere Deo sine fide. Qui loci valent idem cum hoc, Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Obserua. Hoc aduerbium, S I C V T, ostendit eundem cultum Filio deberi, qui Patri debetur : nec dissimile, sed simile & aequalè esse Dei Patris honorè, honori siue cultui Filii : Verbo Honorificandi, circumloquimur omnem cultum Patris, qui & Filio debetur, vt vero Deo cum Patre. O altitudo diuinitatis & bonitatis Dei! Quid istud est? In hoc nunquam satis admiranda Dei dignatio erga nos ostenditur, quod Verbum suum hominem fieri voluit, diuinamque omnia per hominè exercere, vt Filium iam hominè factum, sicut Patrem ipsum, omnes honoraret.

Patris & Filii honor vnus.

Christus, via ad Patrem. Per Filium quaerenda & perscrutanda omnia.

Turca, Iudaei & Impii non verè adorant Deum.

Legatus à Deo honorificet excipiendus. Fides.

Particula Sicut Honorificare.

Amen, amen dico vobis.

Confirmaturus quae dixerat, iurat C H R I S T V S : & sacramentali quadam obtestatione vtitur. Aperiens quis est honor ille praecipuus, quo honorandus est Filius : quis cultus, quo afficiendus est.

Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me.

Locus hic promissionem & methodum ad vitam aeternam habet. Q V I A V D I T verbum meum, id est qui credit Euangelio meo, quod ego praedico : E T C R E D I T ei qui me misit, id est certò statuit apud se Deum Patrem, esse meum Patrem : credens nihil non commune inter me & illum, siue quid honoris est, siue quid ignominiae est. Rursum, Deum Patrem esse authorem doctrinae meae, & aequalem cooperatorem operationum mearum, quae sunt diuinæ potentiae opera, is verè audit verbum, & credit in eum qui me misit. Haec fides est honor ille, quo ego & Pater delectamur, volumusque honorari : Q V I ergo verbum meum audit, & credit ei qui me misit, id est qui me & Patrem honorare voluerit, credat. Obserua, hoc loco C R E D E R E, non idem esse quod intelligere, meminisse, scire & opinari. Sed est certò statuere apud se, quod ex Euangelio scimus : & illi ex animo adherere. Haec

Euangelii summa. Verbum audire.

Honor quo Pater & Filius delectantur.



*Fides viua.* non est historica, sed viua fides, qua à peccatis iustificati, per iustitiam Deo viuimus, ducti Spiritu Sancto. Hanc fidem humanis viribus assequi non possumus, donum enim Dei est, & non ex operibus, vt ne quis gloriatur, Ephes. 2.

**Habet vitam æternam.**

*Credens habet vitam æternam* Fide viua ornatus, re vera vitam habet æternam: quia Deum habet, qui est vita æterna. Sed actualement illam visionem beatificam non habet. Sub spe tamen certa vitam habet æternam. ad Rom. 8, Spe salui facti sumus.

**Et in iudicium non venit.**

*In iudicium non venit.* Exegesis est illius quod dixit, Habet vitam æternam. Qui credit in CHRIS T V M, iustificatus est à peccatis, vitam habens: sed iustificatus, pacem habet apud Deum. Roma. 5, hoc est tranquillam pacatamque habet conscientiam. Ergo is non venit in iudicium, id est, huic ne metuenda quidem erit damnatio mortis æternæ (quæ manet incredulos, imò quæ iam habet incredulos) quia credit. Credentes ergo non tantum vitæ participes futuros affirmat CHRIS T V S, sed iudicii quoque periculum euasuros asserit. IVDICIVM hoc loco, pro condemnatione vsurpatur: de quo dicebat Dauid, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, &c. Est & iudicium discretionis, quo parebunt omnes ante tribunal IESV CHRIS TI. 2. Cor. 5, Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal CHRIS TI, vt referat vnusquisque propria corporis pro vt gessit, siue bonum siue malum.

**Sed transit à morte in vitam.**

*Transire à morte ad vitam.* Credens à peccatis iustificatur. Non venit in iudicium, id est in supplicium æternum: sed viuunt vitam æternam, non sustinens mortem animæ: vel æternam, etiam si naturalem & temporalem non effugiat, quæ mors temporalis in credentibus absorbetur, & fit vitæ ianua. Dicitur potest ad hunc modum: Credens ablutus à pristinis flagitiis, exiit veterem hominem, & nouum induit. Vnde per fidem viuam demigrat à morte ad vitam, à peccato ad gratiam, ab iniustitia ad iustitiam, ab impietate ad vitæ puritatem. Incredulus non viuunt tyrannis enim mortis dominatur in eo. Credens autem neque æternæ mortis timore concutitur, neque illius tyrannidem veretur, sed tranquillam pacatamque habet conscientiam, viuens Deo. Quo fit, vt qui non credebatur & modo credit, dicatur transisse à morte in vitam. I. Ioan. cap. 4, Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Si legatur, TRANSIT, verbum præsentis temporis, dicendum est, Transit hinc per mortem corporalem ad vitam æternam, quam nunc inchoat (vt ita loquar) & in spe habet. In eundem sensum redibit, si legeris (transiet.) Magis mihi arridet lectio (transiit.) Hoc enim argumentum probat CHRIS T V S se eadem potestate viuificare mortuos, qua Pater viuificat. Vbi præcipua magis habenda est viuificatio animæ quàm corporis. Plus enim est animam peccato mortuam reuocare ad vitam, quàm corpus exanimam vitæ restituere. Vtriusque tamen suscitacionis potestatem habet CHRIS T V S à Patre.

**Amen, amen dico vobis.**

In re etiam seria & indubia iurat CHRIS T V S, confirmatque argumento à reuelatione Euangelii: Quod qui audiunt verbum, audientes credunt verbo CHRIS TI, credentes fide statuunt Deum Patrem misisse Filium, & esse Euangelii seu doctrinæ CHRIS TI autorem, neque mortis tyrannidem, neque ignis æterni supplicium verebuntur, sed transeant à morte ad vitam, & æternum Deo vitant.

**Quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, viuunt.**

*In iudicium non auctor, christus.* CHRIS T V S modo aperit seipsum autorem esse vitæ illius ad quam à morte transierunt. Hoc est, Hic fit sermo de resurrectione iustificationis, qua impius ab impietate sua resurgit: & peccator à morte peccatorum, ad vitam iustitiæ reuocatur. At quia inter omnes Gentes, homines planè mortui reputantur, videtur hinc Gentium animos excitare, vt intelligant se vocatas esse. VENIT hora, hoc est instat tempus: quod (ne in longum protrahas) ET NUNC EST, id est, imò iam adest, quo MORTVI, id est qui sine fide in peccatis iacent, AUDIENT vocem Filii Dei, id est credent Euangelio: ET qui audierint, id est qui crediderint in fide viua perseuerantes, VIVENT, id est neque iudicium siue supplicium æternum, neque mortis & peccati tyrannidem verebuntur: sed spe salui, Deo æternum viuunt, pacatam & tranquillam habentes conscientiam. Hæc est iustificationis resurrectio, per auditum vocis Filii Dei. Rogabis, Quid est audire vocem Filii Dei? Respondeo. Non est

Non est his carnalibus & amplè auribus verba & articulatas voces capere, sed ex animo & corde credere, ac cum fiducia se attentum præstare. Non enim audit, qui diffidens audit. Ad Rom. cap. 10, Corde creditur ad iustitiam. Et cap. 4, Credit Abraham Deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Non pauci etiam grauissimi nominis viri, quibus subscribit Theophylactus, aiunt. Ne videantur per arrogantiam & inanem gloriam dicta, quæ de viuificatione & suscitacione paulo antè est loquutus, adiungit & demonstrationem per operam: ait enim aduenisse hanc horam: postea fidem fecit: dum filiam principis Synagogæ, filium viduæ, denique & Lazarum in vitam solo verbo reuocauit. Hi ergo audierunt vocem Filii Dei, & reuixerunt. Quia postea dicturus est de resurrectione carnis, magis mihi arridet huius loci prior sensus. Fiunt tamè ambæ resurrectiones per Verbum, quod est Filius Dei.

**Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.**

*Christus vita & vite fons.* Hæc sunt per occupationem dicta, ne qui audierant dicentem, Et qui audierint, viuunt: dubitarent quàm possit Filius audientes viuificare, & eisdem vitam dare. Argumeto à simili, manifestat Filium esse vitam, & vitæ fontem. SICVT Pater habet vitam, id est, vita est IN semetipso, id est suapte natura: SIC DEDIT & Filio habere vitam, id est infudit hanc vitam in Filio: non illam relinquendo, sed eandem communicando ipsi Filio. IN semetipso, supple Filio, hoc est Filius est suapte natura, vita: sicut & Pater. Vna enim & eadem est vita, voluntas & potentia. Adeo omnia sua Pater Filio impressit, vt totum illud possideat quod Pater possidet. Proinde vt Pater est vita, & alios viuere facit, ita & Filius. Vt Pater natura est vita, ita & Filius. Vt Pater est iustitia, vita, veritas, salus & redemptio: similiter & est iudex omnium viuorum & mortuorum, & est cõdemnator omnium impiorum: ita & Filius. Habet enim omnia à Patre, cui naturaliter æqualis est. Obserua, quum dicit, PATER & Filio habere vitam, &c. ne intelligeres Patrem dedisse vitam Filio, quasi Filius antè fuerit sine vita, atque à Patre, vt viuere, accepisse vitam: addit IN semetipso, id est vt Pater suapte natura est vita, ita & Filius: cuius vita non est separata à Paterna, sed vnica & Patris & Filii est vita, non duæ. Non enim sunt duo Dii, sed vnus Deus. Et hoc ipsum est, esse vita. Rogabis quid est, quod ait, dedit Filio habere vitam in semetipso? Breuiter dixerim, ait Augustinus, Genuit Filium. Neque erat sine vita & accepit vitam, sed nascendo vita est. Pater vita est non nascendo, Filius vita est nascendo. Pater de nullo Patre, Filius de Deo Patre. Pater quod est, à nullo est: quod autem Pater est, propter Filium est. Filius verò & quod Filius est, propter Patrem est: & quod est, à Patre est. Et hoc ergo dixit, VITAM DEDIT Filio, vt haberet eam in semetipso, tanquam diceret, Pater qui est vita in semetipso, genuit Filium, qui esset vita in semetipso.

**Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.**

*Christus. Christus Deus natura iudex. Christus homo constitutus iudex. Christus iudex quia filius hominis.* Quemadmodum dicimus, ait Augustinus, hominem esse animam habentem corpus: ita si quis rogauerit, Quid est CHRIS T V S? Respondeo: Est Verbum habens hominè: est ergo CHRIS T V S Deus & homo. Atque quæ CHRIS T V S est Deus, natura sua potestatem habet iudicandi: sed quæ est homo factus, constitutus est iudex viuorum & mortuorum: accepitque potestatem faciendi iudicium visibiliter in cælo, in contemptores Euangelii, & qui Euangelio non crediderunt. Reuelatque est in eo iudicandi potestas, & omnibus conspicua est: vt cognoscant manifestè quis iustificet aut saluet, & quis condemnet. Huius iudicii dati Filio, & cur visibiliter iudicaturus est, ætiologiam addit, dicens, Quia filius hominis est: quasi diceret, Quia qui Deus homo factus est, inter homines est versatus: & homines docuit viam, veritatè & Euangelium, decès est vt iudicium faciat in homines Euangelii contemptores. Obserua scripturæ clauem: DE CHRIS T O qui Deus & homo est, ali quando loquimur quæ Deus est, vt quum ille diceret, Ego & Pater vnus sumus: Aliquãdo quæ homo est, hoc modo dicebat, Pater maior me est: Aliquãdo quæ Deus & homo est, hoc est quum dicimus Christum remisisse peccata: mortuos suscitasse, Matthæi cap. 9, Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittere peccata, &c. Ad hunc etiam modum accepit potestatem iudicandi in generali iudicio: quam potestatem non haberet, si purus esset homo. Vnde hoc loco nõ dicitur, Dedit potestatem Filio hominis, ne parem rationem inferres, de quolibet filio hominis: vt Paulus ille Samosatenus hæreticus assererat, CHRIS T I diuinitatem non admittens. Sed ait, Potestatem dedit ei Filio Dei, quia est filius hominis: vt intelligamus, collatam hanc potestatem iudicariam ipsi coniuncto, scilicet, I.

*Diffidens non audit vocem Dei*

*Duplex resurrectio.*

*Christus vita & vite fons.*

*Patrem dedisse Filio habere vitam, quid est.*

*Christus. Christus Deus natura iudex. Christus homo constitutus iudex. Christus iudex quia filius hominis.*

*Scriptura clauis proprietates loquendi de Christo.*

*Pauli Samosatæni error.*



cet Filio Dei, iam filio hominis: quam potestatem habuit ab instanti cōceptionis suæ. Hoc indicat verbum præteriti tēporis, **D E D I T**. Rogabis, **Quare** oportuit Filium Dei esse filium hominis, ad hoc ut iudex viuorū & mortuorū constitueretur? Respondeo: Congruum est & decens ut iudex, à iudicandis tam bonis quàm malis videatur: sed quum magna iudicandorum pars sit reproba, quæ visionis Dei non est capax (visio enim Dei, beatos illos faceret) in natura assumpta Filius Dei cōstitutus est iudex viuorū & mortuorum. Atque ita Deo visum est, in assumpto homine omnia instaurare. Ephes. cap. 1. Illa forma erit iudex, quæ stetit sub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata est: iudicata est iniquè, iudicabit iustè. Talis apparebit iudex, qualis videri possit, & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Proinde iudicare nulli creaturæ competit, sed soli Deo: sicut & vindicare. Mihi enim vindictam, & ego retribuam: dicebat ille per Prophetam. Deutero. cap. 32. & Roma. cap. 12. Iam quum homini datum sit à Deo iudicium, oportet igitur hunc hominem Deum esse. Huic sententiæ, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: arrident quæ dicit Psalms 8, Minuisti eum paulo minus ab angelis: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Et ad Philipp. cap. 2, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomē quod est super omne nomē. Ac si dicatur: **Quia** humilis ita modo apparet, ideo in illam gloriam, ut iudicaturus sit omnia, exaltabitur.

### Nolite mirari hoc.

*Syllogismi, caro & ratio humana in rebus dicitur.* Quia natura & ratione nostra, hæc quæ de se **C H R I S T V S** sublimia asserit, non possumus assequi (illa enim ut stulta, existimat ratio, & ridet caro) docet ne de hac Filii Dei potestate syllogismis & rationibus humanis solliciti inquiramus. **Quasi** dicat: **Quod** dixi de potestate dandi vitam æternam, quod de potestate iudicandi, nolite meæ personæ abiectione offendi & admirari, quod me versantem cum hominibus veluti hominem intueamini, quasi id quod dixi vobis, videatur incredibile: credite potius,

### Quia venit hora.

*Præsentis præsentis.* Prius de resurrectione iustificationis mentionem fecit, nunc cœpit de resurrectione carnis agere, Tanta est generalis resurrectionis & iudicii vniuersalis certitudo, ut verbo præsentis temporis vtatur pro futuro. Peculiaris est hæc phrasis apud Prophetas.

### In qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.

*Iudicium dicitur.* Pergit **C H R I S T V S** de vniuersali omnium futura resurrectione agere, quæ quoto anno quotæve hora & determinata erit, nescitur. Matthæi cap. 24. De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi Pater. Dicens (**O M N E S**) refellit errorem eorum qui ex superioribus fortasse suspicarentur, solos credentes resurrecturos carne, sicut soli resurrexerunt fide viua. Verum est solos pios & credentes resurgere vita spiritali, impiis in peccato & morte manentibus: sed tamen **O M N E S** qui, & c. id est Generalis futura est resurrectio carnis piorum & impiorum in nouissimo die. Quum dicit, **Q V I** in monumentis sunt, intelligit omnes olim mortuos, & vita hac functos, siue omnium corpora defuncta: omnes enim morientur, quum sit statutum omnibus hominibus mori. Ad Hebr. cap. 9. Imo ne Henoeh quidē & Elias excipientur. **Quæ** **A V D I E N T** vocē filii Dei iudicis, id est virtute Dei, signo aliquo sensibili excitabuntur, parebuntque, ut audiant supremum illū iudicem. De quo Paulus 1. Thess. cap. 4, Ipse Dominus in iussu & in voce Archægeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Et 1. Cor. cap. 15, Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Huc pertinet quæ **C H R I S T V S** dicebat Matth. cap. 24. Et mittet Angelos suos cum tuba, & c.

### Et procedent.

*Procedent iudicandi.* **P R O C E D E N T**, id est prodibunt, supple omnes è monumentis ad vocē Angeli tubæ canentis. Exibunt inquam in resurrectione qua omnes animæ resumēt propria corpora, & sistēt corā tribunali Christi, in quo sedebit iudicaturus alios ad vitam, alios ad supplicia.

### Qui bona fecerunt.

*Iudicium seruum dum merita fiet.* Quum bonos segregat, non meminit iudicii, sed tacito & suppresso nomine iudicii, locum, præmium & vitam affert. Vnde quia iuxta merita fiet iudicium, meminit operum. Non ait, Procedent qui crediderunt, sed qui bona fecerunt: quia fides sine operibus mortua est. Subscribam verba Theophylacti: Non igitur (ait) sola fides absque operibus iustificat, sed oportet etiam opera adesse, tunc enim proprie fides est. His nostris temporibus multi sunt (proh dolor) qui ore fidem assiduo profitentur, sunt tamen à Spiritu viuæ fidei alienissimi,

simi, magisque libertatem carnis (si libertas est) quàm Spiritus sequuntur: qui quales sint, seipso veluti forices, suo iudicio produunt. Viua fides irrequieta est, semper aliquid boni operatur. Corpus vigiliis, ieiuniis, & aliis id genus operibus bonis macerat, lasciuia carnis comprimit, superbiam mentis humanæ frangit: charitatem, humilitatē, & in summa omnes virtutes in classe sua socias habet. Hæc est quæ iustificat hominem apud Deum. Quare vbi viua fides, ibi sunt opera, sine quibus mortua est fides: quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est: quum impiissimi quique tyranni, vel dæmones ipsi habent & contremiscunt. Omnes quidem qui Christianum nomen profitentur, credunt **C H R I S T V M** natum, passum, & c. Rem actam & historiam audiunt & sciunt, sed fidei vsum nesciunt. Legitur quæ in primum caput ad Rom. scripsimus in dictione, Iustificatio.

### In resurrectionem vitæ.

*Resurrectio vitæ.* Prima voce Filii Dei audita, & eadem suscepta, prima resurrectione viuunt, id est iustificantur: in qua perferentes spe viua ambulat, quoad secunda voce Filii audita, perueniant in rem speratam, hoc est in eam vitam, qua Deum videntes, æternum Deo viuunt. Hic est fructus & effectus viuæ fidei, siue bonorum operum ex charitate omnium operationum. Vita. Obserua. Nihil non lætum in hac piorum exhortatione legis, ne vocula quidem tristitia significans, auditur. Quam igitur læta sunt omnia apud Deum!

### Qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

*Impiorum resurrectio.* Impiorum eorumque qui neque crediderunt, neque quicquam boni operati sunt, sed volupè viuētes carnem & eius desideria sunt sequuti, retributionē ostendit, supplicium æternū. Hi resurgent quidem corpora sua resumentes, sed in condemnationē & pœnas, quas luent nūquam interituras. De præmiis & suppliciis post vitam, de sacrosancto beatorum regno, de terribili carcere malorum, de carnificibus infernis multæ tum Platonis tum Pindari, imò & Mercurii illius trimegisti extant sententiæ. Quodque hæc religio, fidēsque non fuit nisi cælitus antiquis reuelata, eleganter & copiose docet Augustinus Eugubinus, vir mea quidem sententia doctus, libro de perenni philosophia decimo.

### Non possum ego à meipso facere quicquam.

*Patris & Filii eadem potestas.* Peruenusta occupatione retundit Iudæorum cauillos, qui fortassis dicerent æquum Patris esse iudicium, non item Filii: simul virget ut cognoscat Patris & Filii æqualitas. Per tapinosim, hoc est humiliationem (ne priuatam videatur querere gloriam) ait, **N O N** possum ego, & c. hoc est opera mea sunt Patris: & Patris sunt mea. Non facio quicquam à **M E I P S O**, id est priuata autoritate. Eadem enim est autoritas, quorū eadem est essentia, sed Patris & Filii vna est essentia & æqualitas: Ergo eandem operationem & potestatem naturaliter habet Filius, quam habet Pater. Nam nec Pater absque Filio (qui virtus eius est) aliquid vnquam operabitur. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nec Filius absque Patre quicquam effecit, propterea nihil à seipso facere se dicit.

### Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est.

*Iudicium Filii sicut & Patris.* Quum omnia Filius habeat à Patre: Pater enim omnia sua in Filio trāsfundit generatione, nō illa deserēdo, sed eadē cōmunicādo ipsi Filio, irreprehensibiliter Filius operū suorum virtutē Patri attribuit, & eandē suā & propriā esse dicit. **S I C V T** audio, & c. ac si diceret, Non est quod quisquam calumniatur Filii iudiciū, velut iniquum. Si Patris iudiciū iniquum esse nō possit, nec Filii iudiciū iniquum esse potest. Nam vnū & idem est iudicium Patris & Filii. Nec aliud iudicat Filius, quàm quod præscripsit Pater. Qui metuit Patris iudiciū, metuere debet & Filii iudicium. **S I C V T** audio, id est accipio à Patre, sic do vitā, iudico, doceo, operor, & c. Ergo quum hæc omnia mea opera, siue iudiciū, siue doctrina, siue sanatio etiam in Sabbatho sint Deo Patri accepta & grata, vobis acceptissima esse debent.

### Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius.

*Iudicium iustitiam.* Rationem iusti iudicii sui adducit **C H R I S T V S**, argumento ab identitate voluntatis Patris & Filii. Iustum est meū iudiciū: **Q U I A** fieri nō potest, ut aliud Pater velit, aliud Filius: vnus enim Deitatis vna eadēque volūtas est. Nec dissentire vnquam Filii à Patre pius quisquā crediderit, sed voluntatē Patris, Filii quoque voluntatē esse prædicabit. Necessario igitur (ait Cyrillus) Filius ad cōsentientē (ut ita dixerim) Patre, omnia referēs, nihil se posse ait quod præter volūtatē Patris sit. Id enim significatur, quum à seipso, dicitur. Horū sensus est, Non quæro voluntatē meam, & c. id est nihil priuatim & ex priuato arbitrio, aut doceo aut operor. Mea volūtas non est alia quàm Patris: nec aliud natura quæro, quàm quod Patri placet.



## Qui misit me.

Si legationem, officium, & functionem meam conspexeritis, ego nihil præter præscriptum Patris facio. Vocationis meæ est sic docere & operari, sicut docco & operor. Huc pertinet quod scribitur Psalmo 39, In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, &c. Augustinus locum hunc interpretatus ait, Ideo tamen dicit Filius, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: quia CHRIS TVS non de se, sed de Patre suo est. Quod autem habuit ut homo appareret, de creatura assumpsit, quam ipse foris auit. Quia obiecerant Iudæi non licuisse CHRIS TO operari Sabbatho, quum multa sint, quæ si per Deum fiunt, iusta fiunt, si per Deum fiunt. non tamen licebit cuius homini, ea sibi propria autoritate arrogare. Hactenus hanc objectionem diluit CHRIS TVS, dicens: quod non temerè sibi opera Dei Patris usurpet, sed Patrem omnia sua in Filium effudisse siue communicasse, ac subinde sua opera in Filio, quem misit, declarare.

Multa à Deo fiunt quæ non licent hominibus.

## Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum.

Per mimesim & occupationem hæc dicuntur. Imitatur enim aduersarius qui ita dicebant: quasi insurgeret aliquis aduersarius, huius mundi sapiens, dicens, Heus tu IES V Nazarenè, hactenus ad plenum non diluisti crimen tibi obiectum de violato Sabbatho: nam dicis te habere Patrem Deum, Patrem omnia tibi communicasse, te non inferiorem Patre, æqualem te Patri facis: sed de teipso testimonium fers. Hoc dum facis, aduersaris dicto Sapientis, Prouerb. cap. 27, Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua. Molestum certe est auditoribus propria non aliena voce suarum rerum maximarum velle testimonium perhibere. Nati enim ita natura sumus, ut minus eis credamus, qui præcipuum sibi decus attribuunt. Hactenus aduersarius: quem præoccupat CHRIS TVS: Scio, inquit, te dicturum, ô Pharisee, Tu de teipso testimonium perhibes, ac ideo testimonium tuum non est verum: vindicas tibi magna, sed tua ipsius voce non aliorum testimonio. Possent aduersarii, ait CHRIS TVS, quæ de mea autoritate dicta sunt, calumniari, tanquam falsa & à meipso excogitata, si solus ego illa de meipso canerem, si non haberem testes. Iam quum non vnū solum, sed plura non leuis fidei testimonia habeam, fieri nõ potest, ut sermo meus mendax videatur. Primò Ioannes Baptista testimonium perhibet de me: deinde miracula quæ facio: item vox Patris audita de celo: postremò Scripturæ de me testificantur.

Aduersarii ad Christum verba de eius testimonio.

Testes de Christi divinitate & operibus.

## Alius est qui testimonium perhibet de me.

Hæc sententia ita legitur ut possit aut ad Patrè aut ad Ioannem Baptistam referri: ego sequutus Cyrillum, ad Patrè refero. Cum emphasi legendus est hic textus: ac si diceret CHRIS TVS, Longè alius est quàm me videre existimatis: Deus est, non hic contemptus à vobis fabri filius: hic de me testificatur. Non ergo opus habeo, ut solus me commendem & testimonium de me dicam: nam ALIUS est, scilicet Deus Pater. Ex his discamus, alium esse personaliter Patrè, alium Filium: Alius enim, inquit, est, qui de me testimonium perhibet.

## Et scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me.

Argumento à natura rei, ætiologiã veri testimonii adducit: Ego mea natura (quæ mendacii est nescia) sum Patris scientia, sciens igitur meipsum, scio quia nihil falsi Pater de me dicit: impossibile est enim mendacè esse. Quum ergo testimonium eius sit verum, scilicet quod sum Filius Dei, verus cum Deo Patre Deus, quod vera doceam, quæ opera mea placeat Deo, nihil causæ est cur me violati Sabbathi, aut blasphemiam in Deum accusare debueritis.

Christi natura verax.

## Vos misistis ad Ioannem, &amp; testimonium perhibuit veritati.

Occupatio est, fortassis obiecerant Pharisei: Quemadmodum turpe est quempiam proprio ore seipsum laudibus efferre, etiam si vera dicat: ita ab omnibus improbat, si quis non vocatus, vltro ad testificandum accedat: quod plerumque videatur aut adulatione, aut odio, aut favore eius qui accusatur, testificari. Huic Phariseorum cauillo respondet CHRIS TVS, vos misistis ad Ioannem, non vltro ille ad vos accessit: laudes & titulos quibus ornare illum voluistis recusavit, atque cui debebantur est testatus: neque favore neque odio ad testificandum illectus est. Non potestis tergiuersari, grauis enim testis est ad quem sacerdotès & leuitas viros graues (cui vos plurimum tribuitis in cæteris) misistis, ut intelligerent tanquam à certissimo teste & doctore, num ipse esset Messias. Interrogatus, non vendicauit

Testimonii baptiste de Christo commendatio.

vendicauit sibi falsam laudem, quam volebatis sibi adscriberet, sed veritatem professus est, & palam testatus se non esse CHRIS TVM, sed missum ante CHRIS TVM: atque me esse Messiam, qui tollo peccata mundi. Hoc testimonium quum à me non fuerit procuratum, sed à vobis, non leuis fidei apud vos esse debet. Testificatus est igitur veritati: VERITAS autem CHRIS TVS est.

## Ego autem non ab homine testimonium accipio.

Correctio est per occupationem, qua Iudæorum inobedientiam & procacitatem corrigit, sublimiora de se afferens quàm quæ ab hominibus reprehendi possint. Nam quæ etiam à sanctis viris Prophetis testificata sunt, calumniati sunt Iudæi, dicens, Errorem nobis nuntiatis: didicimus enim ex Esaiã, cap. 30, & Hierem. cap. 43, Azariam Osee filium, & Ioannam filium Carie in Aegyptum fugisse, aduersus Hieremiam multa tractantes, atque dicentes, Mentiris, nõ misit te Dominus, ut diceret, Nolite Aegyptum ingredi. Quasi diceret, Magnæ autoritatis est apud vos Ioannis testimonium, sed quia vestra pernicitate suspicari soletis de omnibus hominibus: ego, quod ad me attinet, vestri gratia prætereo Ioannis testimonium. Non opus habeo hominum testimonio commendari: habeo enim testimonium Patris desuper. EGO autem non accipio, &c. hoc est, Testimonium meum non pendet ex hominibus & humana autoritate. Hæc est conuictio Iudæorum, quam effugere nequeunt, quin conuincantur: Nam demonstratio quæ per miracula fit, & Dei Patris testimonio roborata est, quomodo repellere potest? aut quid calumnie aduersus eam affert cogitari potest? calumniabuntur quidem ore, sed conuicti erunt in animis. Audiant Nicodemum suum Rabbinum & principem, qui miraculorum testimonium fortissimum putauit, dicens Ioannis cap. 3, Rabbi scimus quia magister à Deo venisti: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi ex Deo sit.

Christus hominum testimonio non indiget.

Iudæi conuicti.

## Sed hæc dico, ut vos salui sitis.

Non adduxi Ioannis testimonium, quod (quantum ad me attinet) illo indigeam, qui scio me esse lucem, viam, salutem, veritatem, & vitam: sed ego vestra causa ingressi vobis Ioannis testimonium, ut vos (apud quos tantum valet Ioannis autoritas) credentes ei, de quo testificatus est, quod Messias esset, vitetis incredulitatis iudicium, & pœnas nunquam interituras, quæ omnes incredulos manent, & per fidem in eum assequamini salutem.

Christus quare assumpsit testimonium Ioannis.

## Ille erat lucerna ardens &amp; lucens.

Metaphora à lucerna sumpta, dotes magni illius Prophetæ Ioannis Baptistæ commendat, ut & testimonium eius commendabile reddat. Magnus quidem erat Baptista, sed non erat lux illa omnibus promissa, de qua tam ardua & sublimia loquuti sunt Prophetæ. Tantum ille erat lucerna de nostro igni ardens, & de nostro lumine lucens. Præluxit ille, mox verò Soli cessurus, & vero lumine emicante, obscurandus. Ab effectu verbi, de quo testabatur Ioannes, dicitur esse lucerna ardens & lucens. ARDENS quidem intrinseco affectu & amore testificandæ veritatis: LUCENS verò extrinsecus verbo & opere.

Ioannes lucerna ardens & lucens.

## Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

Quamquam verè Spiritu Dei ille arderet, & doctrina salutis luceret: nec esset lux illa vera, quæ semper illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, maluistis tamen præ inuidia, quam in me conceperatis, ad breue tempus in illius luce gloriari, deserentes ei honorem Messie, ac verè lucis: ut saltem vel ad breue tempus (si Ioannes inescari voluisset his honorum titulis quos offerebatis) abuteremini eo, ad me persequendum, & nomen meum (si fieri potuisset) delendum, pro vestræ incredulitatis & pernicitatis iustificatione. Tantus est fuitque iste vester furor, & rabies vestra in me, de quo tanta consequuti estis beneficia. O quanto perfusi fuissetis gaudio, si oblatum sibi honore Messie arrogasset Ioannes! quanta insultassetis mihi insania, donec me perdidissetis! Sed ad minimum tempus IN LUCE eius voluistis exultare: id est doctrinã eius amplecti. Nam cateruatim ad Baptistam eius aduolantes, prædicantè audiistis, & modico tẽpore tanto præceptoris congratulamini, Matth. cap. 5, & Lucæ cap. 3. Sed simul atque vos pro meritis vestris corripuit, & omnem iustitiã à sequente se CHRIS TO expectare hortatus est: aduersari ei cœpistis, ad eodẽ dæmonium eum habere (dum nihil aliud possitis) calumniati fueritis. Matth. cap. 11.

Iudæi ad horam in Baptista exultarunt.

## Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.

Argumento à dissimili & collatione testimoniorum Patris & Ioannis, aduersariorum incredulitatem euertit, simul diluens occulta occupatione quorundam objectionem; qui lz. iii.

Christus testimonium maius quàm Baptista habet.



fortassis dicerent. Quid nostra refert, & ad nos spectat, si Ioannes tibi gratificari voluerit, & propterea blandiora quaedam attestatus sit. Tameñi voce Prophetarum prænunciatus sit venturus Ioannes ad parandam viam Domini, functusque fuerit sanctissimè sua legatione, nihilque fuerit argumenti, quo illius testimonio & probitati detrahere possitis: tamen illi diffiditis, & eius quod de me perhibuit testimonium non recipitis: ego maius habeo testimoniu, nimirum Patris mei, qui maior est Ioanne: cuius testimoniu refelli non potest.

Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiã, ea ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia Pater misit me.

Baptista etiam tacente, opera testimoniu perhibent de Christo. Opera Christi testificantur ipsi sum Deo.

Argumento à miraculis, signis, & diuinitatis operibus atque logiam maioris testimonii quàm Ioannis adducit. Hoc vobis condonetur, ita res habeat, vt nihil ponderis apud vos habeat Ioannis & autoritas & testimonium de me perhibitum, propter vestram arrogantiam, qua omnino decipimini, & in ipsa luce cæci estis tenebrosissimi. Veruntamen licet neque verbis neque autoritate hominum sum adiutus, miraculorum splendore ac gloria me à Deo missum, & ex Deo natum, & natura Deum esse ostendo. Nullum est certius testimonium ipsis factis. Quæ si videtis digna Deo: si videtis ea à me fieri, quæ nemini congruere & conuenire possunt, nisi natura Deus sit: necessarium est fateamini me natura Deum esse, & à Patre missum. Si ego Patris opera, vtputa miracula efficio, & quæ nullus præter Deum facere potest, ea meo iure perago, qui fieri potest, non fuerit euident, quod eandem naturam cum Patre habeam, & Deitatis perfectionibus resplendam? Hæc ergo palam de me satis testificantur, me nihil ex meipso, hoc est priuatim facere: sed ex eo qui me salutis vestræ causa misit in mundum. Quid enim ait? Quasi dicat. Ipsa opera testificantur, quod Pater misit me, id est quod sum Filius Dei, verus Deus cum Deo Patre, quod doctrina mea, vita mea, & opera mea placeant Deo & sint illi acceptissima. Observa. Dationis nomine vitur, humiliter de se loquens propter dispensationem carnis, aut propter consensum Patris in miraculis faciendis. Omnia enim Pater Filio communicat, & à Patre dicitur accipere, qui eandem cum Patre, habet à Patre essentiam. Quomodo dicitur, et a I P s A, Ipsa positum est pro vltro, siue per sese. Opera quæ ego facio vltro testatur qui sum, etiam si nullus testetur hominum. Cæterum iteratio operum ad asseuerationem facit.

Quomodo Pater filio dedisse dicitur.

Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me.

Patris testimoniu de Filio.

Pater qui misit me, id est cuius autoritate ego factus sum homo, testificatus est de me. Quid? Quod miserit me: quod sum Filius Dei: quod mihi omnes obedire debet. Matthæi cap. 3. quum baptizatus est CHRISTVS in Iordane, audita est vox de caelis. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Similiter in transfiguratione. Matthæi cap. 17. & 2. Petr. cap. 1. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite: & hanc vocem nos audiimus de caelo allatam, quum essemus cum ipso in monte sancto. Sunt & huiuscemodi multa quæ per scripturas videre est, in quibus Pater CHRISTVM vocat filium, promittit CHRISTVM Saluatorem mundi, confirmat doctrinam Filii, dicit accepta esse Filii opera, &c.

Neque vocẽ eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis.

Clavis scriptura

Si cupiam fortassis videantur hæc nihil ad superiora pertinere. Quod Pharisei neque Patris vocem audierint, neque speciem eius viderint. Quid enim ad Patris testimonium refert, si Phariseus aut Patrem viderit aut non viderit? Huic vt satisfaciam, subscribam & ex diuo Cyrillo dabo clauem scripturæ, qua fiet ad cognitionem huius loci, & aliorum eandem difficultatem afferentium facilis ingressus. Consuevit CHRISTVS tum maxime quando ad imperitos Phariseos sermonem dirigit, corda illorum aspicere, cogitationisque motus, vt Deus, examinare, & ad ea quæ illi mente versabant, orationem suam accommodare: quod fit vt non semper serie à superioribus sermo procedat, sed ad ea maxime respiciat quæ auditorum vsui maxime accommodata sunt. Hoc vltimatissimum fuisse manifestant Euagelistæ: scribitur enim Marci cap. 2. Quum CHRISTVS dixisset ei, qui è lecto demissus esset, Dimittuntur tibi peccata tua, Pharisei mente conciti & perturbati, hæc secum voluebant, Quis est iste qui blasphematur? quis potest dimittere peccata nisi solus Deus: quo statim cognito, IESVS spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dixit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Vide quomodo non expectauit verba eorum, sed cogitationibus, vt Deus, respondit. Simile est apud Lucam cap. 6. de eo cuius manus arida sanata est in Sabbatho. Tale quid in hoc loco factum fuisse intelligimus. Nam quum CHRIS-

Christus non verborum sermone sed animos loquentium respicit.

STVS

STVS testimonium Patris afferens, de voce Patris differuisset, auditores Pharisei mente voluebant, Quid hic vocem Patris iactat, quasi verò Patrem Deum non viderimus, aut audiuerimus? Nonne nos aut Patres nostri vocem Dei audiimus, doctore Moyse magno Propheta, Deutero. 4. Vocem verborum eius audiistis? Nonne qualemcunque formam aut speciem vidimus in nube, dum fumaret mons, tonitrua & fulgetræ fierent. Quare si hic gloriatur de paterna voce, qua auctoritatem sibi arrogat soluendi Sabbathum, gloria-bimur & nos de voce Dei in monte Sinai, qua Sabbathum obseruare nos iussit. His tacitis cogitationibus id obuam CHRISTVS, dicens, Fallimini dum ista cogitatis, inuisibilis est Pater: qui quum Spiritus sit, neque vocem habet quæ possit auribus humanis percipi, neque speciem, quæ cerni possit oculis corporeis. Nam Moyse non talis apparuit & auditus est, qualis est suapte natura, quemadmodum vos existimatis. Sic enim soli Filio visus est & auditus, & tamen aliqua voce, aliqua specie se & Moyse & Patribus insinuauit, sed vos quum sola carne & sensu ductemini, qui fieri potest Deum ipsum aut audiueritis aut videritis? Tantum abest speciem eius videritis & audiueritis, vt ne eius quidem vocem audire & eius expressam imaginem videre volueritis. Ego sum Verbum Dei, & eius expressa imago: neque me audire neque videre vultis, sed repellitis.

Deum inuisibilem.

Et verbum eius non habetis in vobis manens.

Verbum Dei, est Filius, est & Scriptura sancta, siue lex, siue Prophetæ. Hoc verbum non manet in Phariseis, id est non intelligunt Pharisei verbum.

Verbum Dei.

Quia quem misit ille, huic vos non creditis.

Argumento ab incredulitate Iudæorum petito, rationem adducit, qua probat Iudæos, neque habere verbum manens in se, neque Scripturas intelligere. Quasi diceret CHRISTVS, Ego sum is quem Pater misit: ego sum vox Dei: per me vobis Deus loquitur: ego sum expressa imago & species eius: ego sum lex viva, & legis impletio. Quare quum huic non credatis, hoc est quum hunc pro Filio Dei, pro Deo cum Patre æquali, & pro doctore verò non accipiat, nihil lucis in vobis esse potest. Qui non audit me, non audit vocem Dei: qui non videt me, non videt speciem Dei: qui non habet me per fidem, non habet legem, non implet legem, non obseruat Sabbathum, etiam si externo ritu seruare videatur: non satisfacit mandatis legis, vt maxime rebus externis incumbat.

Christus qualis nobis propostus credendus.

Videre Christum.

Scrutamini Scripturas.

Ab vsu & effectu Scripturarum (qui est testari de CHRISTO) quartum adducit testimonium: ego Patris testimonium de caelo factum, testimonium Ioannis, & testimonium miraculorum & aliorum signorum adduxi: nunc vobis produco testimonium Scripturarum, in quibus gloriamini: has si CRTATI fueritis, hoc est non obiter, sed attentè & ex animo legeritis, expenditisque diligenter vt intelligatis, cognoscetis testimonium quod de me perhibuerunt, in eam venire sententiam, & idem testificari, quod reliqua tria. Obserua. Non minus Græcis quàm Latinis incertum est, vtrum, CRTAMINI, imperandi modo dictum sit, an indicandi. Et vterque sensus tolerabilis est: nisi quod Cyrillus ait, quoniam illud copulauit CHRISTVS (Et non vultis venire ad me) & causam inuestigationis adiecit (Quia vos in ipsis putatis vitam æternam habere) nullo pacto hæc oratio cum imperio, sed cum indicio proferenda est. Nam si cum imperio legitur, similiter propter copulam, totus sermo proferendus esset: Scrutamini, & non vultis venire ad me: quod non protulit.

Scripturarum vsus.

Quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere.

Argumento à fiducia quam in Scripturas Iudæi habebant, reddit rationem cur vult Iudæos scrutari Scripturas. Vos per cognitionem Scripturarum putatis vobis viam esse ad vitam æternam: hoc non improbo, si modo attentè legeritis: sed ad contradicendum veritati legis Scripturam: quæ verò ad vitam æternam conducunt, ne in mentem quidem vestram veniant. Quod ergo putatis in ipsis esse, hoc spiritualiter & non carnaliter querite. Obserua, quomodo non dixerit, Habetis, sed CRTATI habere, id est videmini: significans quod nihil fructus percipient, si à lectione salutem expectent, non accedente Spiritu & fide. Huc pertinet quod scribit Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in CHRISTO IESVS, &c. Hic locus insinuat non postremum esse Scripturæ effectum, accipere consolationem. Cui applaudit Paulus Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

Scripturarum cognitio ad vitam æternam.

Scripturae quomodo legenda.



Et illae sunt quae testimonium perhibent de me.

Vita aeterna in scripturis quaerenda. Scripturae de Messia.

Non impium est in Scripturis vitam aeternam quaerere: quum de me, qui sum vita aeterna, scriptae sint. Quae ergo dementia tanta, tanta imperitia, tanta excacatio vos tenet, vt quum illa testificetur Patrem promississe se missurum Filium suum, per quem salus fit dari da mortalibus, huic Filio non creditis? Praeter Abrahae, Isaac, & Iacob factas promissiones, Scripturae, hoc est Prophetae de femine Dauidis futuro scripserunt, vt Esaias cap. 2. 7. 9. 40. & deinceps. Hieremias cap. 23. 30. Ezech. 34. Oseas cap. 3. Amos cap. 9. Et quis omnes Scripturae locos enumerare posset, qui de salute per CHRISTVM mentionem faciunt? quum totum vetus testimonium non aliud spectet, quam de CHRISTO testificetur? Huc pertinet quod dicebat Petrus Act. cap. 10. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Et Paulus ad Rom. cap. 1. Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promisit per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem.

Et non vultis venire ad me.

Liberum arbitrium.

Hic locus ostendit in nobis liberum arbitrium, etiam in rebus & negotio fidei & salutis. Licet enim praesens sit auxilium & gratia sine qua non potest in id fidei bonum tendere voluntas: tamen non necessario vult, imo potest non velle. Vnde ait ET NON VULTIS. Quasi diceret CHRISTVS, Non desunt vobis ea, quibus adiuti credere potestis. Nam illa praesto sunt, & vobis praesentissima offeruntur, tum ex lectione scripturarum, tum maxime ex me, qui paratus sum vos adiuuare vt credatis. ET NON VULTIS VENIRE AD ME, id est non vultis credere. In vos eudenda est haec faba, & culpa reiicienda malos: non enim dicitur, Non potestis venire: sed, Non vultis venire. Quare facessant hinc Manichaei, qui asserunt natura non voluntate, malum constare: AD ME, scilicet autorem vitae.

Vt vitam habeatis.

Manichaeorum heresis.

Quaerenda est vita ab eo qui suapte natura est vita. Vitae fons CHRISTVS, ergo ab eo petenda vita. Est ergo donum CHRISTI & opus eius, habere vitam. Quum ergo (ait CHRISTVS) tam multis testimoniis comprobatum sit, non esse aditum ad vitam nisi per me: tamen omnibus contemptis non vultis venire ad me, id est non vultis apud vos ex certa fide statuere, me esse Filium Dei, Deum verum, docetem doctrinam veram & caelestem, ac per me credentibus contingere vitam aeternam, hoc est vt credentes in me, minimo etiam negotio vitam aeternam habeatis.

Claritatem ab hominibus non accipio.

Vitam habere est opus Dei.

Occupatio est, qua praue nit Iudaeorum calumniam. HIC CHRISTVM veluti ambitiosum calumniari potuissent, quia dixit, Et non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Tu te ipsum commendas (aiunt) & magnifica de te dicis, quum te vitae autorem narras. Ego (inquit) hominum gloria non inescor, non quaero priuatam, non humanam laudem, quae gloriae a me ipso plenus sum. Nolo testimonio Ioannis, aut Prophetarum venari apud vos humanam, & eam quidem inanem gloriam. Absit vt captem auram popularem: si enim gloriae humanae sitibundus fuisset, nunquam me in extremam carnis humilitatem coniecisset: sed haec dico vestrae salutis cupidus.

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

Christum gloriam ab hominibus non accipit.

Argumento ab effectis, approbrat illis contemptum sui, quum in Scripturis tam manifeste sit commedatus. Quum ego tot testimonia protuli, quibus vos aliis in rebus plurimam tribuitis auctoritatem: in me solo (in quem & Prophetarum omnes, & miracula ipsa testimonium perhibent) non recipitis: sed aspernamini me a Prophetis praenuntiatum: & quem lex iubet ex tota anima, totisque viribus diligere, contemnitis. Hoc nimirum est argumentum, quod non verè sed fide Deum diligitis. Hanc ignorantiam affectatis: scientes, ignorare vultis. Incredulitas haec vestra non est ex inopia testium, aut doctorum: sed ex inopia verae charitatis in Deum, quem si verè diligeretis, veneremini & Filium eius quem misit. Apertissimum est quam caeci sitis: quod enim magis vos salutis vestrae admonere, eo obstinatiores estis: quod magis vos illuminare studeo, eo magis excacaminis. Vnde euidentis est quod Deum ex toto corde, & tota anima (vt est in lege) non diligitis. COGNOVIT VOS quia dilectionem, &c. id est Cognoui quod veram viam ad vitam aeternam non tenetis, licet putetis eam probe tenere, quod zelum quidem habetis, sed non secundum scientiam.

Zelus non secundum scientiam.

Ego veni

Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me.

Ne Pharisei putaret se iniuria affectos, quod dixerit CHRISTVS, Cognoui quia dilectionem Dei non habetis in vobis, dictum confirmat. EGO VENI IN NOMINE PATRIS MEI, id est ego veni hortaturus vos omnia in gloriam Patris facere. Veni in hunc mundum, vt Deo Patri suam gloriam vindicem: vt quod ille praescripsit, faciam: vt voluntatem eius exequar. Voluntas eius est, vt mundus per me seruetur: hoc facere sum paratus. Et tamen me ista oporteri & facere gestientem, non accipitis: id est, Sermoni meo non creditis: non cognoscitis me Filium a Patre missum.

Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

CHRISTVS qui vt cordis consilia, ita futura cognoscit, Prophetice hunc sermonem pronuntiat, qui tempore suo re ipsa veritatem habebit. SI ALIUS VENERIT, &c. Quasi diceret, Est venturus alius, scilicet Antichristus, in nomine suo: quia monstraturus est se, quod ipse sit solus Deus. NO REFERET GLORIAM DEO PATRI, sed ad se transferre conabitur. Qui quia a vobis gloriam quaeret, & gloriam humanam cum multo fauore (quem ambitis) pollicebitur, vos accipietis illum, incidentes in errorem, vt credatis mendacio. Aut si alius venerit suam gloriam quaerens, & commoda propria spectans, illum recipietis: id est huic credetis, quia impietas quosvis citius recipit, quam veros Dei nuntios. Sic venit Aegyptius ille magus, quem Ben Cuziba vocarunt, qui triginta hominum sibi milia congregarat, se CHRISTVM esse mentitus. De quo Iosephus 2. lib. de bello Iudaico. Item alter Ben Cuziba sub Adriano, qui innumerabilem turbam seduxit, vt Iudaei ipsi scribunt in libro Seder olam: hos & multos alios Iudaei, nomine CHRISTI receperunt, qui dederunt poenas contemptus CHRISTI. Hic locus comminatione plenus est aduersus ingratos Iudaeos, quos propter ingratitude[m] erga oblatam gratiam, Deus spiritu erroris aliquando puniet: vt magis ac magis per pseudoprophetas seducantur & excacentur: Sicut postea factum est, & adhuc fit. His alludere videtur Beatus Paulus 2. ad Thessal. cap. 2, de Iudaeis, & de iniquitatis filio mentionem faciens, Quia charitatem veritatis (inquit) non receperunt, vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Hic locus nos admonet, quae sint optimi Euangelistae partes, qui non gloriam suam spirant, nec sua commoda spectant, sed munus Euangelistae fideliter in gloriam Dei pro publica hominum salute exequitur. Scio tamen huic pedibus & manibus mundum aduersaturum: qui (quod vique adeo sibi adulatur) mendacium amat, veritatem odit, & suae ipsius salutis negligens est, dignus est vt falsa doctrina illum sequatur, qua potus in abyssum praecipit ruat.

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quae a solo Deo est, non quaeritis?

Vera pietas est omnem gloriam Deo ascribere: & propter Dei obsequium, seipsum abnegare, & si necesse fuerit, seipsum captiuum tradere pro Dei gloria. Ista est vera fides: iste est optimi Christiani status: cui ex diametro aduersatur is, qui gloriam accipit ab hominibus, qui sibi ipsi aliquid videtur & tribuit, sibi soli bene cupit, sibi omnia ascribit. QUOMODO potestis credere: quasi dicat, Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur ambitio & fides. Nolite mirari si me non recipitis, si Euangelio non creditis. Causa est, GLORIAM, hoc est humanum fauorem & commendationem ACCIPERE ab inuicem, id est mutuò vobis adulamini. Hoc autem maxime alienum est a fide & charitate: quae non ambit, non emulatur, non quaerit quae sua sunt, non perperam agit. Proinde vbi ambitio fuerit, ibi non erit viua fides: vbi fides est, ibi non est ambitio. Huc pertinet quod ait Paulus ad Galatas cap. 1, Si adhuc hominibus placerem, CHRISTI seruus non essem. Quomodo igitur potestis mihi credere, nihil aliud praedicanti quam veram Dei gloriam, quum repellatis me veram gloriam a Deo proficiscentem? Deo inuidetis suam gloriam, sordidum huius mundi lucrum venamini. Non igitur mirum est si Deum habetis iratum, cui tam pertinaciter resistitis. Idem videtur Apostolus dicere ad Romanos cap. 10, Testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quaerentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. ET GLORIAM QUAE A SOLO DEO EST, &c. id est, Vultis ab hominibus commendari, non quaerentes commendationem, honorem, iustitiam & aestimationem a Deo. Vera laus est meruisse laudem apud Deum.

Christus in nomine Patris venit.

Antichristus in nomine suo venit.

Ben Cuziba magus Christi. Venientes nomine suo luerunt poenas.

Spiritus erroris in poenas.

Predicatorum partes.

Pietas vera.

Christiani optimi status.

Gloriam accipere ab inuicem.



Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem.

Tanta est CHRISTI erga nos philàthropia, amor & benignitas, vt quò magis nos alliciat, accusatoris nomen à se abiiciens, occupatione pràueniat Iudæos, qui obicere potuissent, Heus tu IESV Nazaræne, tu nos accusas: nam dicis nos non velle credere, nos abinuicem & non à Deo gloriam quærere, ergo accusatoris & non miserentis personam induisti. Nolite (inquit) putare, quòd ego cupiens vlcisci contemptum mei, vos delaturus sum apud Patrem: nihil opus est me delatore. Mearum partium est, & in hoc totus sum, excusare homines coram Patre, eos Patri reconciliare, adducere, lucrari, pro eis intercedere, interpellare, mortem deglutire, peccata remittere, misericordem esse: tatum abest vt aculem. NOLITE ergo putare, scilicet quia dixi vos magis ad gloriam quàm ad pietatem viuere, quòd ego accusaturus sim vos apud Patrem, à quo iudicandi non autem accusandi potestatem accepi. Ego præcedam ad iudicium, in quo, quod in vestris iudiciis fieri solet, obseruabo, vt non sit vnus idemque accusator & iudex.

Christus non accusat nos apud Patrem. Christi officium.

Iudex & accusator vnus nemo sit.

Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis.

Quia impii Iudæi doctrinam CHRISTI contemnebant, & Moysi se disciplinã seruare contendebant, dicentes, Ioan. cap. 6, Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Necessario nunc Moysen, id est legem, in qua gloriabantur & se iactabant (cuius autoritas apud illos sacrosancta erat, cui summam fidem adhibebant, habentes pro oraculo quicquid ille scripsit) sperni ab eis ostendit. Nec opus esse alio accusatore, quum Moyses reliquis omnibus tacentibus, solus sit satis ad confundendum & condemnandum omnes impios & incredulos Iudæos. Qui quum IN Moysè, id est, in lege SPERANT, id est gloriantur, & ex ea credit se habere iustitiam corã Deo valentem, interim CHRIS TVM contemnescentes, suo gladio seipos iugulant & interficiunt. Nam putantes se habituros Moysen defensorem coram iudicio Dei, interim spreto CHRIS TV, habebunt Moysen carnificem & accusatorem. Moyses enim accusabit illos, quòd CHRIS TV (de quo scripsit, & cui omnes parere debent) non audiuerint.

Moses accusat vos Iudæos.

Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

Ætiologia est, qua cõfirmat Moysen accusatorem futurum. Si verbis meis non creditis, ego iniuria à vobis affectus, patiar: sed cur Moysen vestrum non suscipitis? cur illius scripturis (quas pro oraculo habetis) nõ creditis? Accommodate vestri animi aures illi, & cognoscetis adorandum, & maximo honore excipiendum, quem contemnitis. Si huic creditis (vt gloriãmini) creditis & mihi: sed tantum abest mihi creditis, vt me persequamini. Quare quemadmodum fide Deum colitis, cuius opera non agnoscitis, cuius Filium odistis: ita Moysen fide colitis, cuius autoritas vobis est leuis, in eo in quo debebat maxime valere. Cyrillus nõ legit FORSITAN, sed VT IQVE, affirmatiue. Sed quia ita vulgata & ab Ecclesia recepta æditio habet Forsitan, putauerim dictum, non quòd in dubium reuocetur quod affirmat CHRIS TVS, sed vt ostendatur voluntatis nostræ libertas: quæ tametsi nihil possit boni sine præuio Dei auxilio, tamè libera est, vt præsentè etiã auxilio, nõ sequatur ipsius Spiritus CHRISTI instinctum. Vt paulo antè docuimus.

Moses Christum docuit.

Libertati arbitrii.

De me enim ille scripsit.

Ratione adducit CHRIS TVS, cur Iudæi sibi crederet, si Moysi crederet: argumento à teste ad personam de qua testatur testis, petito. Per omnes quinque libros suos prædicauit Christum Moysen, qui nihil spirat præter vnum CHRIS TVM, si quis introspexerit, nõ cortice cõtentus. Apertissimè scripsit Deuteronomii cap. 18, Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Oreb, quando concio congregata est, &c. de CHRIS TV futuro loquebatur. Sunt & alia multa tam in verbis quàm in signis & symbolis, vt miraculum rubi: nam & ignis quidem, Deitas: rubus autem spinosus, Peccatrix natura, quam suscepit ignis Deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam, & suos illi quidem radios communicauit: imperfectiones autem illius in se non suscepit.

In Moysè iuxta Spiritum leuissimum, cognoscitur Christus.

Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Argumento à maiore ad minus iuxta Iudæorum opinionem, ostendit argumenta quæ Iudæos à fide in CHRIS TVM auertunt. Quotquot extant doctores & Scripturæ, nihil sunt ad

sunt ad vestrum Moysen. Quum ergo libris & Scripturis Mosaicis non credatis, nec mihi credetis, quem longè inferiorem vestro Moysè arbitramini. Hierosolymita, Scribæ, Pharisei, & Sacerdotes nihil ad hæc respondent conuicti: persistunt tamen in paricidalibus suis cogitationibus, & æternæ vitæ beneficium offerenti, mortis struunt consilia. Maxima & apertissima sunt quæ CHRIS TVS Phariseis testimonia adduxit, aduersariorum os obstruentia: sed quoniam externa sunt, non adsecurant & confirmant auditorum corda, nisi adit interim ipsius Spiritus Sancti testimonium, qui cor nostrum confirmat de CHRIS TV & eius Euangelio. Ioan. cap. 15. Quum venerit Paracletus (quem ego mittam vobis à Patre) Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimoniũ phibeat de me. 2. corinth. cap. 1, Qui autem confirmat nos vobiscum in CHRIS TVM, & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Quare maxime certificatur cor nostrum Spiritus Sancti testimonio, Et certificatum confirmant signa, miracula, & alia huiusmodi, veluti Spiritus Sancti instrumenta, qualia sunt prædicatio, & sacra litera, quæ non pauci tempore CHRIS TV audiuerunt, viderunt & legerunt: sed quia testimonium Spiritus non receperunt, & illo non sunt confirmati, manserunt increduli. Rogabit aliquis. Cur CHRIS TVS illis hæc omnia obiecit, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me ille scripsit. &c. quò sciret quod nõ credituri essent? his mihi respondere videtur CHRIS TVS. Quamuis sciam (inquit) quod non credant, dico tamen, vt ne habeant postea quod prætexant: si dixisset, credidisset. Aut tametsi ingrati nõ crediderunt, tamen æquò non videbatur, verborum CHRIS TV utilitatem ab iis qui postea credituri erant, auferri.

Iudæorum ingratiudo.

Spiritus confirmat cor nostrum de Christo.

CONCILIATIO PRIMA.

Videtur hic locus: Pater omne iudicium dedit Filio: pugnare cum eo qui scribitur infra cap. 8. Ego non iudico quenquam. Respondeo, nihil pugnantie esse si obseruauerimus, CHRIS TVM Ioan. cap. 8, condemnare temerarium & carnale Iudæorum iudicium, qui iuxta ea quæ ratio humana comprehendit iudicabant, condemnantes citra respectum & integram causæ cognitionem: dicebat illis IESVS. Vos secundum carnem iudicatis, hoc est iuxta humanam rationem, non perspecta & cognita causa, existimantes me sequi vestrum iudicandi ritum & morem. Ego (inquit) non iudico quenquam, supple vestro more. Ego cor & affectum eius, qui iudicandus est perpendo: & cognita causa iudico citra acceptionem personæ. Et si iudico ego (inquit) iudicium verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater: nihil humana temeritate iudico, velut cæca caro, cuius estis filii. Hæc manifestè ostendunt adductos locos nihil controuersie inuicem habere.

Iudicare secundum carnem.

CONCILIATIO SECUNDA.

Quid hic narrat CHRIS TVS: Pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit Filio. Quum infra cap. 8, dicat, Nõ quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Si ergo iudicat Pater, quomodo non iudicat quenquam? Respondeo, duplex iudicium esse, alterum Damnationis, alterum Discretionis. Priore iudicio Pater non dicitur quenquam iudicare, sed omne iudicium dedit Filio: quoniam iudicandis viuus & mortuis forma hominis apparebit, quæ nõ habet Pater. Propter quod ait Propheta Zacha. cap. 12. & Apoc. cap. 1. Videbunt in quem pupugerunt: sed inuisibiliter etiam Pater erit cum illo, quia inseparabilis est ab eo. Si enim non sum solus, quoniam Pater mecum est (ait ipse moriturus) quanto magis habebit secum Patrem, de mortuis & viuus iudicaturus? Cum illo erit etiam Spiritus Sanctus. Quomodo enim deseret eum Spiritus Sanctus in regali sede, quo plenus regressus est à Iordane? Altero iudicio quod est discretionis, & non damnationis, iudicabit Pater: quomodo exponit ille qui dicit Psal. 42, Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Et iuxta id quod dictum est, Iudica me. &c. CHRIS TVS ait, Ego non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Quomodo est qui quærat & iudicet? Est Pater meus, qui gloriam meam à vestra gloria discernat & separet. Vos enim secundum carnem & hoc sæculum gloriãmini. Ego non venor gloriam mundi: qui dico. Pater glorifica me ea gloria quam habui apud te, antequàm mundus esset. Hæc gloria discreta & separeta est à vestra, & carnali inflatione & gloria. Legito Augustinum parte sexta, lib. 37, cap. 18, contra Maximinum Arrianorum episcopum.

Iudicium duplex.

Discretionis iudicium.

CONCILIATIO TERTIA.

Locus hic: Nihil possum ego à meipso facere quicquam: videtur aduersari dicto infra, cap. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed pono eam à meipso. Respondeo, Vehemèns est



Filius cum Patre omnia habet communia.

Christi humilitas.

Christi testimonium de seipso.

Sanguis Christi non clamat accusationem, sed remissionem.

hac tapinosis & humiliatio, qua CHRISTVS velut humilis & infirmus ab alieno auxilio pendens, vitur: dicens se nihil a seipso posse facere: declarans se nihil priuatim agere, sed omnia in Patrem reiciens, insinuat se omnia cum Patre communia habere, vt vna eademque credatur a nobis, Patris & Filii voluntas & potentia. Hoc si facit Filius, obediens Patri vsque ad mortem: quāto magis nos nihili homines studere debemus, vt nos ipsos abnegantes, omnem gloriam demus Deo: nihilque nos posse citra eius fauorem & auxilium ingenuè fateamur. Velut Paulus quoque fecit, magistrum suū imitatus, Ad Philip. cap. 4. Omnia possum, inquit, in eo qui me confortat. Deinde quum dicitur, Nemo tollit animam meam, &c. discimus diuinam virtutem in CHRISTO esse: qui potestatem habet ponendi animam, & potestatem rursus sumendi. Ipse semetipsum volens tradidit in mortem, doctore Esaiā, cap. 53, Oblatus est, quia ipse voluit: & velut sua sponte sese obtulit in supplicium mortis. Ita quoque propria potētia semetipsum excitauit a mortuis, vt Filium Dei se declararet magnifica victoria.

CONCILIATIO QUARTA.

Non conuenit hic locus: si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum: cum eo qui infra cap. 8. scribitur: si ego testimonium perhibeam de meipso, verum est testimonium meum. Respondeo: Hoc loco CHRISTVS, hominum carnale testimonium more humano loquentium reicit, qui de se magnificis verbis gloriantur, sed plerumque vanissimè testantur: est enim omnis homo mendax: At CHRISTVS cōtrā agit, Ego, inquit, ab homine testimonium non accipio: non meipsum humano more commendando: Non quæro vt faciam, inquit, voluntatem meam, sed eius qui misit me. Et infra cap. 7, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Non ambio, inquit, popularis gloriæ fumum: Opera quæ ego facio, testimonium perhibēt de me, quod Pater misit me. Si ego solus velut homo tantum, meipsum magnificis verbis commendarem, leuis ponderis esset testimonium meum, imo eumentum foret: At quia ego, & homo & Deus sum, veritas ipsa, quæ mentiri non potest, non seruiō hominibus vt illorum vener gloriā. Quare si ego testimonium perhibeā de meipso, verum est testimonium meū. Id est, Quia Dei Filius sum, mentiri non possum.

CONCILIATIO QUINTA.

Quid hoc loco ait CHRISTVS, se non accusaturum Phariseos & pessimos quosque apud Patrem: quū Matthæi cap. 10. dicat, Quicūque negabit me corā hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo? Quo dicto patet accusatū iri omnes apud Patrem per CHRISTVM, qui eum non susceperunt. Respondeo: Non misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde sanguis CHRISTI non clamat accusationē, sed remissionē. Ad Hebr. cap. 12, Accessistis ad testamenti noui mediatorē IESVM, & sanguinis asperionem melius loquentem quā Abel. Ad Romā. 8, Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat: Quis est qui condemnet? CHRISTVS IESVS qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis: negaturus est impios ad se pertinere, quando sedens in maiestātē sua, non accusatorem, sed iudicem ager. Ab hac tamen negatione, quæ quodammodo dici potest accusatio, impii non erunt liberi. Aut dici potest, quod non solus est accusaturus: quia iam Moyſes accusat, accusabitque.

Post hæc

CAPVT SEXTVM.

Aliud est istud miraculum ab eo quod scribitur Matth. 14. b. Marc. 6. c. & Luc. 9. b.

Erat autem appropinquabat autem.

Ad eum) ad se.

Vnusquisque) eorum.

Tantos) tot vel tam multos. Fenum) herba, gramen.

Impleti) satiati.

Ergo) iterum) fecisset.


Exurgebat) intum) scibat.

Proximū) nauis) appropinquauit) nauis. Fuit) venit.

Altera) postero die.

Nisi) vna) illa) quæ ingressi sunt discipuli eius.

Nauim) nauiculam.



OST hæc abiit IESVS trās mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eū multitudo magna: quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabātur. Subit ergo in montem IESVS: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autē proximum Paschæ dies festus Iudæorū. Quū subleuasset ergo oculos IESVS, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippū, Vnde ememus panes, vt māducent hi? Hoc autē dicebat tentans eū: Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri, Est puer vnus hīc, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo IESVS, facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo IESVS panes: & quum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines quū vidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. IESVS ergo quū cognouisset quia vēturi essent vt raperent eum, & facerent eum regē, fugit iterū in montem ipse solus. Vt autem serò factum est, descendērūt discipuli eius ad mare. Et quum ascendissent nauim, venerunt trās mare in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos IESVS. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Quum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vidēt IESVM ambulātem supra mare, & proximum nauis fieri, & timuerūt: ille autem dixit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terrā in quam ibant. Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis IESVS in nauim, sed soli discipuli eius abiissent, aliæ vero superuenerunt naues à Tiberiadē, iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Quum ergo vidisset turba, quia IESVS non esset ibi, neque discipuli eius.

Matth. 14. b. Marc. 6. c. Luc. 9. b.

Quinque panibus, & duobus piscibus saturātur quinque millia. Leuit. 13. a. Deuter. 10. d.

Miracula) quæ faciunt.

Discipuli) agitati in mari. Matth. 14. e. Marc. 6. f.



Ut fatuentur  
querant Chri-  
stum.  
Operari cibum.

Opus Dei, fides  
1. Ioan. 3. d  
Miracula petu

Manna.  
Exod. 16. c  
Numeri. 11. b  
Psal. 77. c  
Sapient. 16. c  
Panis verus  
Christus.  
Eccel. 14. e

Credere Chri-  
sto.  
Venire ad Chri-  
stum.

Voluntas Dei.

Voluntas Dei.  
Fides.  
Vita.  
Scandalizatur  
in Christo  
Iudaei.  
Matth. 13. g

Fides in Chri-  
stum, a Patre.

Doceri a Deo.  
Esa. 54. c

Exod. 16. c  
Panis vitae.

Caro Christi.

1. Corinth. 11. f

ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes IESVM. Et quum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis IESVS, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respondit IESVS, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de caelo dedit eis manducare. Dixit ergo eis IESVS, Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de caelo. Panis enim verus est qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis IESVS, Ego sum panis vitae: qui venit ad me, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Sed dixi vobis quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiiciam foras: quia descendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: Hæc est enim voluntas eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabat ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de caelo descendi: & dicebat, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de caelo descendi? Respondit ergo IESVS, & dixit eis, Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a Patre & didicit: venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitae. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis IESVS, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui mandu-

Operamini) id est in eo occupati estote vt habeatis non cibum qui in ventre radit: & in secessum emittitur. Dabit vobis) de se loquitur in vtriusque persona. Signavit) id est sigillauit & ob signavit: me enim pater suo testimonio, velut annulo signatorio apposito confirmauit in filium suum vnicum dilectum. Quid faciem?) Quid censetis nobis faciendum vt &c. De caelo) subaudi verum, sed tantum manna. Ego sum) quæ alio & vitam laudat. In æternum) vnuquam. Et non credidistis) q. d. quæuis vidistis me, tamen me non credidistis. In inuicem) inter vos. Venire ad me) id est credere me esse Messiam. Traxerit eum) subaudi in cognitionem meam. Docibiles) doctiles dei vel docti a Deo. Hebraice ad verbum legitur. Periti domini) q. d. omnes ecclesie filios docebit fide in Christum. Si quis ex ipso manduc.) quis ex ipso edat. Caro mea est) quæ ego dabo. Litigabant) decertabant, concertabant. Non habebitis) non viuuetis.

Et ego) Et, pro id est, vel Na.

Propter Patrem) id est ad gloriam Patris. Propter me) id est vt me glorificet. Hic) Talis. Mortui) sicut hæc creatura dissectina est, cuius hæc est altera pars, ita qui de hoc pane edidit, morietur.

Spiritus & vita) id est Spiritus) intellegenda sunt, & ita consensent vitanam.

Ex hoc) subaudi tempore. Retro) ad ea que retro, id est d. scilicet me eo relicto.

Diabolus) delator, vel calumniator qui de se ret me apud principes. Quis esset) uirum esset.

cat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuuet propter me. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuuet in æternum. Hæc dixit in Synagoga, docēs in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem IESVS apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio IESVS, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat, Propterea dixi vobis, Quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datū a Patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es CHRISTVS Filius Dei. Respondit eis IESVS, Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariotæ. Hic enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim.

Manducare carnem Christi, & bibere sanguinem eius.

Scandalum.


Spiritus. Caro. Fides.

Pater trahit ad Christum. Discipuli scandalizati recedunt a Christo. Matth. 16. Verba vitæ. Confessio apostolorum.

Diabolus Iudæus.

Post hæc abiit IESVS trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.

CAP. VI.



OGNITA Iudæorum uasania, post longam de potentia Verbi disputationem, subduxit se CHRISTVS ab illis, & reddidit sese simplicioribus, denuo proficiscens in Galilæam: non iam in Cana, sed in eam quæ est extra lacum. Is lacus est qui in Scriptura à Græcis Genesar vel Genesareth dictus est: Tiberiadis mare, eum Ioanes vocat, quod Tiberias, vrbs ab Herode Tetrarcha in honorem Tiberii Cæsaris ita vocata, huic lacui ad partem occidentalem adiacet. Si quis rogauerit, Quæ causa fuit præsentis traiectionis Domini? Respondeo: Fuit partim vt Herodè (quæ audierat, nuntiis discipulis, decollasse Ioan-nem) declinaret. Matth. cap. 14. Marc. 6. & Luc. 9. partim vt furori Iudæorum cederet, & quiesceret: nimium enim premebatur à turbis, vt Marcus memorat, quanquam non diu quiete illæ ei permiserint, quæ mox illi sunt sequutæ. Obserua. Hebræi generali nomine omnes aquarum cõgregationes, Maria vocant, & quod lacus specimen quoddam maris præ se ferat.

Genesareth. Tiberiadis mare. Tiberias vrbs.

Mare, cõgregatio aquarum.

Et sequebatur eum multitudo magna.

Hæc est potentia Verbi, nimirum ad se attrahere ingentem auditorum multitudinem: attentos & veritatis cognoscendæ cupidissimos reddere homines, qui nihil non tentant, vt verbum sequantur.



Turba cur sequebatur Christum. Miracula sunt doctrinae oblationes.

Ceremonia solennes, miracula.

Legis confirmatio.

Cur Christus miracula sua addiderit doctrinae.

Evangelii sigilla. Quare nunc non sunt miracula.

Christus relicta turba in montem secessit.

Pastor ecclesiae in simis interdum se immiscet.

Quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Sequendi causam adducit miracula. Alliciebatur turba miraculorum cupiditate: partim quia viderant CHRIS TVM insolita virtute tollentem morbos hominum: partim ut qui infirmi essent, sanitati ab illo restituerentur: partim illius inhiantes doctrinae. Signa & miracula, oblationes fuerunt doctrinae CHRIS TI, & Apostolorum. Vnde quemadmodum Euangelista priore capite, doctrinam CHRIS TI, docentis se esse Dei Filium, Patri coaequalem, & omnem qui suo credit sermoni habere vitam aeternam (quaevis per se verissima esset doctrina) praecedenti miraculo in veritate sua confirmavit, & paralytici curatione auctoritatem asseruit: Ita & hoc capite, priusquam doceat CHRIS TVS, se esse panem verum & viuum, ut si quis ex ipso manducaverit, vivat in aeternum: miraculum de quinque panibus & duobus piscibus (quibus Dominus quinque millia virorum cibavit) Euangelista proponit: ne nudam doctrinam, sed miraculo confirmatam scripsisse videatur: atque ut omnis hoc nostro seculo (quo huiusmodi cessarunt externa miracula) hanc CHRIS TI doctrinam cum fiducia praedicet: certusque sit hoc esse Dei Verbum, etiam si non operetur miracula, qualia CHRIS TVS, & Apostoli. Videntur mihi miracula fuisse veluti quaedam solennes ceremoniae, quibus solent homines rei magnae & inaudite applaudere, & eandem confirmare. Confirmant enim miracula doctrinam, & illam veluti in possessione (ut ita loquar) collocant veritatis. Quemadmodum enim multis huius seculi rebus arduis contingit, ut quum aliquid duraturum ceperit esse, id solennibus pompis confirmamus: inungitur Rex: solennes fiunt populi in confirmationem Regiae auctoritatis: nouo marito cum solenni pompa datur sponsa: idque sit non alia causa, quam ut res aliquandiu duratura, nobilitate incepti confirmetur. Sic & doctrina Dei (humanum dico, qui sacra prophana confero) quae cepit promulgari, per solennia miracula auctoritatem accepit. Mosaicam doctrinam (ne vana videretur) adiecta sunt miracula: traiecit per mare rubrum, aqua de petra, manna de caelo, tonitrua & fulgura in aere, nubes interdiu, & columna ignis noctu: ut ab his diuina quadam dispensatione dispositis, legis auctoritas confirmaretur: & intelligeret omnis (qui postea legem aut doceret aut audiret) se certum esse docere & audire legem Dei. Vnde non fuit necessarium Prophetas, qui postea legem docuerunt, multis claruisse miraculis, quibus suam doctrinam confirmarent, quae solenni pompa Moysi tempore, per miracula posita erat in possessionem. Ad hunc modum CHRIS TVS fecit: qui suae doctrinae addidit miracula, eamque potestatem Apostolis suis dedit: ut principio praedicationis Evangelii, per miracula & aliquas solennes ceremonias, Evangelii veritas confirmaretur: quibus hoc nostro seculo non indigemus ad confirmationem veritatis Evangelicae: sed si quis miracula quaesierit, huic proponantur miracula a CHRIS TO & Apostolis facta: quae sunt antiqua sigilla, doctrinae apposita, quibus si quis non credat, nec nouis crediturus est. Quemadmodum enim inter res ciuiles, plus auctoritatis antiqua sigilla literis appensa afferunt, quam noua, quae ob nouitatem suspecta & adultera frequenter habentur: ita & in rebus diuinis multum auctoritatis habet miraculorum (quae sunt sigilli loco) vetustas. Quare Ecclesiasticis & verbi Dei praedicationibus, etiam si non faciant miracula, credendum est. Quod si quis obiecerit quod scribitur Marci ultimo, Signa eos qui crediderint, haec sequentur: in nomine meo daemones eiicient: linguis loquentur nouis, &c: nihil tale videtur fieri. Respondeo: Non incipit Evangelium, iam enim annis mille quingentis quadraginta tribus coeptum est. Non praedicatur nouum verbum, sed vetus illud Evangelium: quod per id quod a Marco narratur, confirmatum & in possessionem veritatis collocatum est. Respondabit adhuc quispiam: Non sum concionatori & parochi meo crediturus, nisi suae doctrinae adiecerit miracula. Huic respondeo: Heus tu, audi CHRIS TVM. Generatio (inquit) praua & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae.

Subiit ergo in montem IESVS.

Traiecto mari abiit pro more, vel ut oraret, vel ut sic omnibus pateret liber ad eum accessus, in desertum, in montem litori vicinum. Hoc suo exemplo CHRIS TVS docet, eum qui se populi pastorem profitetur, interdum sese, ut proficit, etiam in simis miscere: interdum oportere mentem ad sublimiora quaedam erigere, quoties ad sacras literas, aut preces, aut rerum caelestium contemplationem prouocatus est animus. Et ob id solent quaeri locus, ab omni strepitu purus. Aut ascendit in montem, ut discipulos miraculo praepararet, quibus volebat id quod facturus erat, maxime compertum esse, CHRIS TVM enim turba

enim turba in desertum vehementi ardore sequuta, fusque com meatus oblita, miraculi occasionem dedit, conspicuamque omnibus illius cognitionem praestitit.

Et ibi sedebat cum discipulis suis.

Secessit CHRIS TVS cum discipulis suis in montem, ita tamen ut turba esset in prospectu: & omnibus conspicuus sedebat, volens mystica quaedam discipulis (qui adhuc ruderes erant) communicare. Turba in humiliori montis loco iacebat. soli discipuli praepceptorem IESVM, sequuntur, quod oporteat episcopos negotiis fordidis, & temporalium reru curis vacuos esse. Castra & loca ab urbibus remota hodie habent Episcopi, in quae paullisper & pro tempore sese recipiunt: non ut volupate viuant, & cuticulam curent, si sapiunt: sed in hoc secedunt, ut in otio animus crassioribus negotiis fatigatus, sacrorum meditatione puriore, voto sacro, colloquio, & continua oratione ad sacram functionem instauretur. Atque his peractis, alacriores redeant ex charitatis affectu ad consulendum gregi sibi commisso. Quo cum non sedent, sed ambulant veluti non domini, sed ministri illius qui commisit gregem, & cui reddiduri sunt rationem. I. Cor. cap. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros CHRIS TI, & dispensatores mysteriorum Dei.

Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudaeorum.

Quum haec gererentur in Galilea, proxime instabat PASCHA, id est transitus, dies festus, in quo agnus brutus, veri & rationalis agni typus immolabatur. Couenientius fuisset eo die versari Hierosolymis, nisi obstitisset Iudaeorum incredulitas, quorum malitia occasionem dedit paulatim abrogandi legem, simul & manifestandi figuram coepisse cedere, dum praesens aduentaret veritas. Vnde Euangelista non dixit, Festum diem CHRIS TI, sed Iudaeorum. Obserua: hoc secundum Pascha esse: quod Euangelista recensuit a miraculo in Cana factu, quum aqua facta est vinum. Hic locus significat, non procul tum abfuisse festum veri Paschae, quo immolandum erat CHRIS TVS, a quo, vniuerso orbi cibus Evangelii erat administrandus.

Quum subleuasset ergo oculos IESVS.

Ex his quae paulo post hoc Euangelista, & ab aliis, Matthaei cap. 14. Marci cap. 6. Lucae cap. 9. narrantur, discimus, CHRIS TVM de mote ad turbas descendisse, qui ad vesperum vsque curandis sanandisque infirmis diem protraxit. Instante autem vespera, & rogantibus discipulis ut turbam dimitteret, quae sibi (quod desertus esset locus, & nihil ciborum alati esset) comeatui pararet: IESVS ex commiserationis affectu, aperuit in populum oculos.

Et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum.

Quum quadam commiseratione vidisset supra modum numerosam esse multitudinem, ceperit parare animos discipulorum suorum ad certam miraculi fidem, ut prius cognosceret cibariorum penuriam, ac populi multitudinem animaduerneret, quam quod de inedia coquereretur turba: simulque intelligeret se oportere in motibus, & deserto paratos esse ad hospitalitatis virtutem, qua nihil beatius homini (qui Dei charitate assequi desiderat) contingere potest.

Dicit ad Philippum.

Tentat CHRIS TVS Philippum, illiusque fidem probat, ut cognito sequenti miraculo, postea tenacius seruet quae a praepceptore didicerit. Haec exploratio insinuat, quid ratio humana, & eius sectatores de potentia CHRIS TI, seu Verbi indicent: Cui nescio an grauior contingat tentatio, quam quum annona victusque abesse narratur. Nam quum victum deficere audit ratio, statim de victu desperat, & statuit moriendum esse. Prima enim hominum cura est de victu, quae carni nostrae agnata est, & facile erupit, quum veter reclamat. Hac tentatione, veluti fortissimo telo est vsus Satan aduersus CHRIS TVM: at CHRIS TVS tentat, ut piorum probet fidem: Satana vero, ut desperationis laqueum iniiciat. Quod autem praeter alios ad Philippum direxerit sermonem, id argumento est fortassis, quod maiori indigeret eruditione (ait Theophylactus) qui postea didurus est. Ioannis cap. 14. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Purauerim id factum, quod libenter Philippus dicebat, quarebaturque saepius: sed non erat adeo acutus, ut altiora posset intelligere.

Vnde ememus panes, ut manducet hi?

Admirabilis Philippo fuit haec interrogatio: Quid ni? Rudis erat adhuc Philippus. Confunditur ratio humana dum haec audit. Quum enim quasi aquarum fluentia innumeri homines ad CHRIS TVM confluerent, & in eum locum, in quo neque quicquam ciborum aut annonae erat, neque solliciti erant ista curare, aut de com meatu providere, discipuli se-

Episcopi fordidis negotiis vacui.

Episcoporum secessus a turbis, ut orationi aliquantisper vacent.

Pascha. Agnus brutus.

Evangelii cibus.

Preparantur discipulorum animi ad miraculum. Hospitalitas.

Philippus probatur.

Inedia, tentatio grauis. Hominum cura est de victu. Satanae telum aduersus Christum.



quentes I E S V M , quanquã plebeio vilisq; cibo contenti essent:tamen ad sustentandos illos cibo,iubetur:Matthæi cap.14.,Date illis vos mâducare,ait C H R I S T V S.Huius rei magnitudine atque difficultate,cum propter multitudinem hominum,tum propter locorum solitudinem,quis diues non fuisset perterritus?At C H R I S T V S mox omnem solitudinem adimit,adhortaturque omnem huiuscemodi formidinem,spe gratiæ suæ abiiciendam. Interrogat ergo C H R I S T V S, vt carnis sapientiam & iudicium confundat: quæ ad solas occasiones præsentis respicit,nec credere potest verbum nutrire posse, vbi nulla est victus præfens occasio.Atque hac victa, fidamus credamûsque oportet verbo,& Dei promissis: cuius tanta est virtus & potentia, vt nutrire possit, demptis etiam victus occasionibus. Quod ostendit populo suo Israelitico, Exod.cap.13.& 16. Nume.cap.11.& 21. Hic locus significat quàm C H R I S T V S declaret se cura sua præuenire omnem nostram indigentiam,ac planè nobis etiam dormientibus, patremfamilias agere, dummodo vocationi nostræ ex fide diligenter inferuiamus.Primùm(inquit)querite regnum Dei, & hæc omnia adicientur vobis,Matthæi cap.6. Querite regnum Dei, hoc est vocationi vestræ satissimacite,sive huic vocationi toti incûbite; & nihil deerit timētibus & inuocātibus Deū in veritate.Dicit ergo,Vnde mercabimur panes, vt sit isti tā numerosæ multitudini quod edat.

Carnis iudiciū.  
Promissis Christi & verbo adherendum.

Querere regnū Dei.

Hoc autem dicebat tentans eum.

Vt intelligamus quales tunc erant discipuli, experimento aperire vult modicam Philippi fiduciam,vt cognita magnitudine miraculi, Philippus postea cognoscat potentiam verbi.Et quod non in solo pane viuut homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Quid dicebat? Ex vna parte proponebat turbæ multitudinem, ex altera panis defectum. T E N T A N S eum,hoc est fidem eius explorans, non credat C H R I S T V M non derelicturum turbam in fame,vt inedia & esurie pereat. Esuries & panis defectus, sunt seges patientiæ,& officina non perditionis, sed duntaxat tentationis,hoc est probationis fidei.

Christus suos in fide probat.

Patientia seges.

Ipsè enim sciebat quid esset facturum.

Qui scit quid est in homine,non nescius erat quantum esset panum aut obsonii: sed rogat, vt Apostolos attentos reddat ad miraculi considerationem. Sciebat se posse cibare populum potentia verbi,etiam in deserto,etiam nulla molitorum, pistorum, furnorum, frumenti, aut qualisqualis farinæ præfente copia & occasione.

Respondit ei Philippus.

Responsum Philippi ostendit quanto adhuc humano ductaretur affectu, qui nihil de miraculo aut verbi potentia (tametsi viderat in nuptiis C H R I S T V M vertentem aquam in vinum)cogitans, solùm animo reuoluit quàm exiguum esset ipsis pecuniæ subsidium,ad comparandum victum tam numerosæ multitudini.

Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.

Audito C H R I S T O statim Philippus refugit trepidus ad pecuniarum viam, nullo alio modo rem hanc peragi posse existimans,nisi communi tritòque pecuniarum medio: nihil interim cogitans de virtute & omnipotentia verbi. Quasi diceret,Domine,quid rogas de emendis panibus?ducentis denariis panes empti vix suffecerint, nõ dicam ad saturandos istos qui longa iam inedia famelici sunt, sed vt vel paululum gustantes,singuli famis periculum effugiant. Argumentatur Philippus ab impossibili, iuxta humanam rationem, nihil respiciens ad C H R I S T V M, qui potens est ex paucis multos qui sufficiant panes facere, & hanc multitudinem alere, etiam sine præfente panum occasione. Hoc responsum continet mimesim,hoc est imitationem responsionis omnium hominum sola ratione humana ductorum,quando ex deficientis annonæ occasione,tentantur.Huiusmodi enim homines carnalibus oculis præditi sunt, non longius prospicientes, quàm in præfentia & carnalia, in cibum & nummos: quæ si defecerint, animos despondent, nesciunt quò se vertant. At qui Spiritu Dei & fide ducuntur ( quorum cõuersatio iam in cælis est ) rebus his præfentibus & visibilibus nihil hærent, sed in res ipsas inuisibiles, & in alterum prospiciunt mundum. Si enim aut domi, aut in foro victum & annonam nõ præsto esse, sed deficere intelligant,statim alacres animo oculos dirigunt vsque in alterum mundum:nihil hæstantes quin illis tutus per C H R I S T V M pateat accessus. In quo statim Deum reperiunt optima quæque promittentem, omnibus bonis abundantem, & benigniter

Philippi terrena meditatio de saturandis hominibus. Christi potentia. Mimesis. Impii semper egentes.

Pii semper abundant.

benigniter nobis necessaria administrantem. Propterea dictum est à Propheta,Psalmo 36, Non vidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem. Exemplo erit Helias, quem coruus Dei nuntius,multis diebus pauit,3.Reg.17. Quare pii semper abundant:impii autè & auari,ne suæ quidem fidei quicquam committunt, tantum abest alteri credant. Quo fit vt nihil habeant,nihil possideant, quibus tam deest quod habent, quàm quod non habent. Obserua:Ducenti denarii(supputatore magno illo Budæo de partibus assis)valent viginti aureos coronatos Gallicos:hoc est quadraginta quinque francos. Tātū pecuniæ videtur habuisse discipuli. Marcus cap.6,narrat eos dixisse,Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare. Huc dilectionis iam venerat,vt quæcunq; haberent,in vsum populi parati essent exponere: quasi dicat Philippus,Si etiam omnem nostrā pecuniā,ducentos quos habemus denarios,in sumeremus,non foret satis pro tam copiosa multitudine.

Denarii ducenti valent 20. aureos.

Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri.

A personarū circumstantia historiæ certitudo declaratur.Audito Philippo Andreas frater Petri affurgit: infirmus quidem, sed aliquatō prudentior,& iam vtunque ad spem aliquam miraculi aures arrigens,nondum tamen plena fiducia. Philippo enim dicente, Ducentorum denariorum panes non sufficiant, ille quinque panes hordeaceos, & duos pisces commonstrauit.

Andreas fides.

Est puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.

Quia Andreas viderat aquam in vinum conuersam,& nunc conspicit pauculos panes cum piscibus præfentes, videtur non omnino diffidere panes illos posse crescere, sed ad moderatam portionem,vt ex paucioribus minus,ex pluribus plus accresceret.Hæc est Andree incredulitas, qua impeditur credere C H R I S T V M etiam ex parua occasione æquè multos cibare,atque ex magna,quum C H R I S T V S nulla opus habeat materia ad creandos panes,qui vel ex nihilo quod vult & quū vult creat. Q V I N Q V E panes,significant externum verbum voce comprehensum, vt à sensibus recipitur. Quinarius enim numerus externam & sensibilem hominis vitam significat,propter quinque sensus,quibus vita corporea transigitur. Hi panes in sporta inclusi sunt, & portantur à puero.Id significat Verbū in Scriptura inclusum à seruli populo & sacerdotio Iudæorū,(quibus eloquia Dei cre dita fuerūt,Rom.cap. 3.)portari, etsi ipsis,quod Spiritu vacat,frui nequeat. Obserua:Græcis legitur. *ἑπτά ὄψαρια*. Duo obsonia. Et apud Terentium in Adelphis, pisces,obsonium vocantur. Siquidem ὄψα Græci vocant edulium, quod additur pani, præsertim coctum: vnde Obsonare,lautius vesci: Et Obsonatores olim malè audiebant.

Andree incredulitas d. paucis panibus. Crastio. Anagoga de panibus. Quinarius numerus quid significat.

Obsonium.

Obsonatores.

Sed hæc quid sunt inter tantos?

Singularis est hæc mimesis siue imitatio alienorum morum & verborum, quæ homines,sola ducti humana ratione,dicunt, veluti desperabundi & dubitantes ex re quam factu impossibilem ducunt,propter insufficientem aut parua occasionem. Paucitatem enim ciborum Andreas præ oculis habens, cum Philippo,de tam numerosæ multitudinis releuanda inedia desperare videtur, & nihil ad potentiam & promissiones C H R I S T I prospiciens,ait, Quid hæc inter tam multos?abeundum nobis est.Sed quò nos vertemus? Timèdum nobis,ne hæc quæ nos in desertum sequuta est turba, lapidibus obruat, si cibos non ministrauerimus. Hi enim sunt minores & posteriores eorum qui aduersus suos duces, Moysen & Aaron,(Nume.cap. 20.) in deserto huic non dissimili, ob panis & aquæ defectum murmurarunt: parumque abfuit quin eos lapidibus obruissent. Non existimemus hos suis maioribus mitiores,qui nobis illæsis velint ieiuni hinc abire. Nulla vel eloquentissima oratione molliri solet venter reclamans: qui nullis est ornatus auribus. Non est quod modis omnibus conemur, multitudini huic, patientiæ partes persuadere: non nouit ciborum dilationem. Vnde non est existimandum nos posse diutius eos hîc detinere:Fames enim & mora bilem in nasum conciant. Ergo quò nobis abeundum est? Quorsum diuertemus? Quid faciendum putamus in tanto discrimine constituti, vt cum nostræ, rum populi saluti consulamus? Hæc manifestè indicant Apostolorum corda, nondum pleno cornu Spiritum hausisse: imò multa diffidentia fuisse commota: quibus videtur persuasum, nullam aut euadendi, aut auxiliandi viam fuisse. Iste est infidelitatis & incredulitatis genius, vt multa discruciatione inuiter ad despondendos animos. At contra fideles, qui in rebus etiam desperatis solent fidere, vt Abraham, qui contra

Humana ratio in rebus dei desperat.

Venter eloquentia non stectitur.

Fames & moram bilem in nasum conciant.

Infidelitatis genium.



Verbo simplici credendum.

Christiani veri

Deum differant, ut maiorem gratiam sentiant.

Christi officium, Christi potestatem, Discipulorum officium.

Fœnum quid significat.

Apostolorum obedientia.

spem in spem credidit: ita & qui viua ductatur fide, Dei promissis adhærens, quietus agit & securus consulat, certo apud se statuens quod misericordiam consequetur, & gratiam inueniet in tempore opportuno. Hebr. cap. 4. Huc pertinet quod dicebat Dauid Psal. 144. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam eorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione. Colligamus ex his: quum Deus fecisset aliquid, aut facturus esse dicitur, id simplici fide credamus: relicta humana ratione, verbo adhæreamus: nec putemus nos, aut nostra ratione assequi, aut imbecillitate nostra vires diuinas metiri posse. Quum nulla sint nobis principia, quibus quæ supra nos sunt, aut his nostris oculis videamus, aut nostris viribus comprehendere possimus, nostrarum partium erit (si veri nominari & esse volumus Christiani) credere, vt fide comprehendamus quod nostra cognitione non attingimus. Et vt laudatur qui credit, ita non caret culpa qui dubitat, doctore Domino, Ioannis cap. 3, Qui credit in Filium non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est.

Dicit ergo IESVS:

EN IESV CHRISTI philanthropia, qui fide discipulorum explorata, cœpit cum ipsorum, tum carnis argumenta confundere, vt in extremis rebus etiam deploratis, & quas ratio impossibiles iudicat, suis (quos elegit) tempore opportuno deesse non videatur. Qui vt gloria sua innotescat, solet nonnunquam auxilium suum differre vsque ad extremam necessitatem: vt tunc maxime cognoscibilis fiat, quum omnia desperata videatur. Expectauit ergo Christus hoc subsidii cōferre, quoad vidit discipulis non ignota ciborum inopia, & animaduersam immensam multitudinem, vt postea miraculum altius eorum cordibus inhæreat.

Facite homines discumbere.

Singularis est hæc IESV CHRISTI mansuetudo, qui neque increpat, neque quouis modo discipulos reprehendit: sed animos illorum erigere volens ad expectationem miraculi, mandauit curarent vt populus discumberet: quod est charitatis & curæ exemplum in CHRISTO pro nobis, quasi diceret, Vos exigua fide præditi estis: nec scitis meum munus & officium esse, populi salutem curare? vos solam exilitatem panum respicitis, nihil in me attendentes, qui quinque illos panes possum in multos multiplicare, qui huius numerosæ multitudinis inedia reuertent. Hæc sunt meæ partes. Quantum ad vos attinet, Facite homines discumbere: ego dabo quod edant. Plantate solum & rigate, ego incrementum dabo. Qui dicitis panes ducentis denariis emptos non sufficere ad huius multitudinis saturitatem, videbitis quanta mea est potentia. Nonne qui potuit facere, ne viduæ vasculum oleo vacuaretur, & hydriam effecit non carere farina, 3. Reg. cap. 17. poterit hos quinque panes abunde multiplicare: aut ex nihilo, quæ ad saturandum hunc populum erunt satis, creare? Hæc valde emphaticè pronuntianda veniunt.

Erat autem fœnum multum in loco.

Circumstantia insinuans loci opportunitatem ad discumbendum. Erat illic graminis siue herbæ magna copia: quoniam in vere abundat herba: erat enim instans Pascha, quod semper in primo mense veris perficiebatur. Hoc Fœnum adumbrat nobis populum Iudaicum, qui externa illa sanctimonia, sapientia, & opibus mirificè virebat & vernabat. Esaiæ cap. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus. In hoc populo exortum est verbum Domini, quia salus ex Iudæis est. Ioan. cap. 4. Et datus est nobis verus cibus. Quemadmodum fœnum non hominum, sed iumentorum est cibus, ita externa illa Iudæorum sanctimonia, quæ Spiritum Dei ignorat, non est Christianorum, sed carnalium eordum esca & cibus. Vnde in hoc miraculo qui Verbo Dei adhæserunt, sederunt super fœnum, hoc est veterem illam ceremoniarum obseruantiam in posticam partem remittentes contempserunt, & sub pedes remiserunt. Ad hunc modum & Paulus hanc pro stercore & damno habuit, Ad Philipp. cap. 3. Gloriamur in CHRISTO IESV, & non in carne fiduciam habentes. Sequitur, Sed quæ fuerunt mihi lucra, hæc arbitratus sum propter CHRISTVM detrimenta, propter CHRISTVM omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt CHRISTVM lucrificam.

Discubuerunt ergo viri.

Nihil responsum discipuli: Quid opus est discumbat hæc multitudo cui nihil ciborum apparatus est? nã hoc quod habemus, vix nobis suffecerit: sed simpliciter obedientes IESV iussis, videntur

iussis, videtur illud Psalmistæ Psalmo 22, dicere, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: mox enim nihil hæsitantes digerunt populum in certos ordines, ac velut ad conuiuium iubent discumbere. Licet nihil apparatus videret populus, tamen simplici fiducia ductus, Apostolorum vocibus paret. Non erant hic nec Caiphas, nec Annas, non Pharisei, neque Scribæ: horum vt nemo dignatur CHRISTVM sequi, ita nemo miraculum hoc videt: CHRISTVM, miracula, & cibum eius potius contemnunt: fœnum enim sunt, & fœnum edunt, carnales & à CHRISTO alieni: at simplices, atque abiectiones, qui externa sanctimonia & dignitate non magnopere splendent, à Domino verbum & cibum accipiunt, & in Spiritu aluntur. Hæc docent quid nobis faciendum est, vt cibemur. DISCVMBENDVM est, hoc est Vocationi Dei respondendum & obsequendum. Quod enim huic populo est Discumbere, hoc nobis est Vocationi nostræ inseruire. Quemadmodum Dei præceptum, vt discumbant, per Apostolos audiunt: ita nobis per concionatores mandat Deus vt vocationi nostræ respondentes, fideliter nostrum munus exequamur. Atque vt illi nihil solliciti quid mensis apponderetur, discubuerunt, sequentes Dei mandatum: ita discumbamus, hoc est Deum vocantem nos sequamur, omnem nostram curam ipsi relinquentes. Huc pertinet quod ait Paulus ad Philipp. cap. 4. Dominus prope est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Porro quod certo ordine (quem Marcus & Lucas memorant) fecit homines illos discumbere, factum arbitror vt ad suscipiendum miraculum animi eorum magis erigerentur. Nam mirabile fuit tot conuiuas facere discubere, & ceu mensam eis sterni, quum agerentur non nisi quinque panes & duos pisciculos adesse.

Numero quasi quinque millia.

Hic numerus commendat simul & exaggerat potentiam CHRISTI, Verbi & copiosæ benedictionis per Verbum. Iuxta legis & Scripturæ consuetudinem, neque mulieres, neque pueros, qui viris permixti erant, annumeravit: ita Moysi dictum est, Numeri cap. 1, vt synagogam filiorum Israel secundum cognationes ex nomine numeraret, vt vnusquisque vltra vigesimum annum præcepta faceret, nec puer aliquis numeraretur. Hoc docet nihil Spiritu digni esse, quod aut puerile aut muliebre est. Cōstantia Christiana nullam habet aut puerilem, aut muliebrem in bonis leuitatem: infractos & non muliebres habet animos.

Acceptit ergo IESVS panes.

Iussit quinque illos panes hordeaceos ad se afferri, & delatos in manus suas, recepit. Potuisset panes ex nihilo facere, sed dispensatione diuina ita factum est, vt creatura sua vteretur in materiam miraculorum, ostendens creaturam omnem esse ex ipsius sapientia. Facessant hinc Manichæi dicentes quod panis & omnes creaturæ factæ sunt à malo Deo, quum videant CHRISTVM boni Dei Filium, panes multiplicasse, qui si fuissent mala creatura, bonus Deus vtique non illos multiplicasset, vt tacet interim quodd & ipse panes comedit.

Et quum gratias egisset.

Tametsi Matthæus non egisse gratias IESVM, sed benedixisse scripserit, nihil tamen pugnantia in vtriusque sententia contingit ex sola verborum varietate: vnum enim vtriusque verbis denotari Paulus 1. ad Timotheum, cap. 4. ostendit, dicens, Bonum esse omnem cibum, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum & orationem: hoc est (ait Cyrillus) sanctificatur verbo & appellatione Dei. Ecce, verbum Dei, precatio & gratiarum actio, sunt benedictio & sanctificatio. Obserua, Benedicere & Gratias agere interdum pro eodè in Scripturis accipi, vt Matthæi cap. 26. & Marci cap. 4. Quare quum dicitur quod accepit panes & gratias egit, hoc est benedixit & sanctificauit, hoc est non solum Deum laudauit, sed & diuina autoritate & potentia adauxit, fecundauit, & multiplicauit panes quos in manu gestabat. Iam vide quibus rebus multiplicetur aut benedicatur panis, non è sua natura, sed è verbo Dei. Vnde dictum est Moysi Deuteronomij cap. 8. Dedi tibi manna vt ostenderem quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hæc nos docent quàm memores esse debeamus diuinæ erga nos bonitatis. Etenim non solum hoc loco, sed quoties sacrae literæ CHRISTVM sumpsisse panem in manus memorant, gratias simul egisse Patri testatur. Vnde qui sumendo cibum atque alia quauis Dei beneficia tractando, benedictionem Dei gratiarumque actionem non præferunt, sed quiduis potius animo, & ore tractant, hi profecto alio se probant Spiritu agi quàm CHRISTVS actus fuerit.

Populus parit discipulis.

Discumbere. Vocationi inseruire.

Populus fide discumbens.

Suppletio vtriusque.

Christiana constantia nihil puerile habet.

Panes in manu Christi.

Manichæorum error cōstat.

Matthæus & Ioannes cōsistentur.

Benedictio & sanctificatio. Gratias egit Christus, id est benedixit.

Panis multiplicatio è verbo Dei.

Benedictio mensæ & ciborum.



Gratiarū actio  
vitatissima  
Christo.

Scripturarū a-  
peritio à Chri-  
sto.

Consolatio in  
paupertate.

Panes nostri  
Christo commi-  
tendi.

Otium.  
Paupertas vnde  
Divitia vnde.

Labor benedi-  
ctus.

Prædicatores nō  
sui, sed à Chri-  
sto accepti mi-  
nistri.

Spontā scripu-  
rari figurabat.

Piscis assu.

Fuit hic modus gratias agendi ante suam passionē CHRISTO vītatissimus (ait Cy-  
rillus) vt omnia Deo Patri referret, atque suæ diuinitatis dignitatem occultans, ex humili-  
tate simul seculi huius principem omnia ista cæaret. Quod CHRISTVS in manus  
suas panes accepit, & benedixit, vnde sic augmentati fuerunt, id significat, CHRISTI  
opus & benedictionem esse non nostram industriam, vt scriptura Dei aperiat, ritè intel-  
ligatur & dignè prædicetur. Hæc qui contemplatus fuerit, mirabilem consequetur consci-  
entiæ consolationem. Si fide tam paucos panes in tantam copiam multiplicatos vides, ita  
ex fide memineris multiplicandos esse tuos paucos panes: habes (inquis) tenuem victū qui  
vixori & familiæ nō sufficit, addis artificium quod exerces, sed ex eo non speras totius tuæ  
familiæ victum: caue animum despondeas: facito quod vides Apostolos fecisse: repone  
paucos tuos panes aut modicam tuam annonam, & tenuem tuum victum in manum Do-  
mini: nihil te moretur parua illa occasio aut materia victus, sed per fidem respice in pro-  
missionem Dei, qua victum promisit, eo ipso quo quis regnum Dei quaerens se totum illi  
committit, tunc tuos panes eius fidei credito, Dominus accipiet & mirabiliter multipli-  
cabit: fidelis enim Deus est, seipsum negare non potest, si modò fiducia promissionē eius  
acceperis, & ei inhæseris. Ad hunc modum multiplicata est farina in hydria, oleum in va-  
seulo viduæ Sareptanæ, 3. Reg. cap. 17. Similiter & paucissimum oleum in vacuis vasis mu-  
lieris de vxoribus Prophetarum benedictū est, 4. Reg. cap. 4. Hæc scripta sunt ad nostram  
doctrinam, vt his veluti certissimis testimoniis confidamus nostros paucos panes benedi-  
cendos, si cum gratiarum actione sumantur, & per verbum ac prædicationem sanctificetur,  
hoc est si multa fiducia è manu Domini victum expectemus, & interim non negligamus  
nostrum artificium, aut nostrā vocationem, sed fideliter & diligenter eam curemus & ex-  
erceamus, otium enim paupertatem & egestatem affert, manus autem non otiosa, sed sedu-  
la dat: non tantum propter laborem, sed propter fidem & spem in Deum, in quem qui la-  
bore victum querunt, sperant: quæ fides est radix & fundamentum illius benedicti labo-  
ris, cui & spiritalis & temporalis merces copiosa respondet.

**Distribuit discumbentibus.**

Ceteri Euangelistæ aiunt Dominum non dedisse panes turbæ, sed discipulis: deinde  
discipulos distribuisse multitudini discumbenti in partes, per centenos & quinquagenos,  
vt ait Marcus cap. 6. Cyrillus & Theophylactus ad eundem modum legūt, Distribuit di-  
scipulis: discipuli verò discumbentibus. Nihil pugnantia est inter Euangelistas: quod enim  
in narrāda historia vnus tacuit, alius explicuit. Dominus per manus discipulorum distri-  
buit discumbentibus. Hac traditione iam CHRISTVS Apostolos suos fingebat ac for-  
mabat, vt hoc exemplo corporali virtutem suam velut in manibus ipsorum exereret, atque  
ita ad fidendum sibi tantò magis animaret, consuescerentque pastores agere, & verbi diui-  
ni dispensatores esse, animosque gregis Christiani cibo spiritali pascere: ille enim panis  
verus est qui de cælo descendit, & dat vitam ex fide viuā vscensibus. Proinde hoc intelli-  
gant pastores, se hunc spiritalem panem tradere gregi suo, sed nō aliunde quam è CHRIS-  
TI manibus acceptum. Si verū manet (vt verè est) id quod Matthæi cap. 23, ait, Vnus est  
magister vester CHRISTVS qui in cælis est. Et solus omnes docet suo Spiritu, licet ad  
id vtatur prædicatorum opera & ministerio. Hinc ergo abeant pseudodoctores qui sua,  
non quæ à CHRISTO acceperunt, docent.

**Similiter & ex piscibus quantum volebant.**

Quod de quinque panibus CHRISTVS fecerat, idem fecit de duobus piscibus, di-  
stribuens discipulis, ac inter distribuentis manus, arbitrato ipsius crescebat multiplicaba-  
turque obsonium, quantum sufficiebat omnibus saturandis, etiam vsque ad copiosam &  
largam redundantiam, ex qua apparuit certissima miraculi fides. PISCES illi adumbrāt  
exempla & testimonia Patriarcharum, qui & ipsi in sporta sunt, hoc est in scriptura, qui-  
bus Apostoli confirmant doctrinam CHRISTI & fidem piorum. Id Paulus fecit Rom.  
cap. 4, adducens Abraham & Dauid, & c. DVOS autem dixit, vt significaret quod exem-  
pla illa plena sunt dilectione, quæ nequit sola esse, sed semper iungit se proximo, vt illi be-  
nefaciat. Ad hæc ASSI sunt, multa enim tribulatione & aduersitate mortificati, ac pœu i-  
gni tostī sunt pii, vt nihil in eis reliquum sit affectus carnalis, quo doceant rebus terrenis  
non adherendum, sed CHRISTO fidendum vnico Saluatori.

**Vt autem impleti sunt.**

Hi sunt

Hi sunt effectus potentia CHRISTI, seu Verbi & benedictionis per Verbum, im-  
pleri & saturari. Hoc præfens Christi factum, præfens est momentum ad erigendam fi-  
dem. Testatur enim non posse vlla re necessaria destitui, qui CHRISTVM sequuntur,  
eiusque verbo adhærent, quamlibet in vasta solitudine agant, vt planè agunt pii omnes ver-  
fantes in hoc mundo. Neque enim tam horrida solitudo ac destituta omni hominum sola-  
tio, & referta feritate bestiarum esse potest, atque sunt verè sanctis & piis in CHRISTO  
viuere volentibus, etiam cultissima loca mundi. Nam & frater in fratrem, & pater in fi-  
lium, mater in filiam ferocit: atque domestici eorum immanius quàm vlli serpentes, leo-  
nes, tigrides in eos sæuunt: igni & aqua illis interdicit, vt non minore miraculo viuunt  
& necessaria accipiant, quàm si agerent in aliquo vastissimo deserto, vbi nihil cibi nihil a-  
quæ, & omnia nocentissimis feris essent repleta. Sequamur ergo CHRISTVM in deser-  
tum, hoc est, hęc tanquam in deserto constanter agamus, & vitam ducamus, propter quam  
nos mundus vniuersus oderit. Omnium rerū atque vitæ adeò dispendium adeamus, securi  
quod nulla re ad veram vitam necessaria destituemur. Dicente Domino Matthæi cap. 6,  
Nolite solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur?  
Hæc enim omnia Gentes inquirunt: Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.  
Querite ergo primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis.

**Dixit discipulis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.**

Quum saturata & cibo expleta esset multitudo, iubet discipulos fragmenta colligere:  
non quod existimandum veniat, id quadam parsimonia admandatum esse, sed vt alio ar-  
gumento procuraret CHRISTVS miraculi certitudinem, & ex tanta reliquiarum copia  
commendaretur facti magnitudo. Ac ne quis phantasma, præstigium aut imaginationem  
esse causaretur, dixit discipulis, Colligite reliquias conuiuii, ne quid pereat. Verbum COTI-  
GITIB, indicat mandatum Dei: qui vult dona suæ benedictionis habeamus in pretio,  
& pro illis gratias agamus. Docemur item hoc mandato, ne bona quæ ex benedictione  
Dei suscepimus, decoquamus, prodigaliterque infumamus, & ne per luxum aut negligen-  
tiam illa blattis tineisue pascendis exponamus, aut perire sinamus: sed cum gratiarum a-  
ctione ea diligenter colligamus, collecta conseruemus, conseruatis in Dei laudem vta-  
mur. Nam signum est ingrati animi erga beneficia Dei, quum quis bona à Deo accepta  
perire sinat, aut accepto beneficio abutitur.

**Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos frag-  
mentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ super-  
fuerunt his qui manducauerunt.**

Solent homines frustillatim & frigidè, quum benedicunt, benedicere, at non item  
CHRISTVS, qui copiose & adeò abundanter benedixit, vt non modo tam paucis pani-  
bus multiplicatis saturarit ferè quinque millia hominum, sed etiam tantum reliquiarum  
superfuisse compertum sit, vt ex reliquiis impleti sint duodecim cophini. Hæc non sine di-  
tina dispensatione facta sunt, vt ne quis causaretur phantasmata esse: quum & qui come-  
derunt viderunt, & qui ministrabant colligendo & portando senserunt. DVODECIM  
cophini fragmentis pleni, videntur mihi adumbrare scripta & libros quos Apostoli atque  
Euangelistæ post se reliquerunt. Vnde duodecim fuerunt, quot & Apostolos CHRIS-  
TVS sibi delegerat. Neque aliud hi libri cōtinent, quàm quod ex Veteri scriptura desum-  
ptum, atque explicatione luculentiore Spiritus augmentatum est. Vnde sicut quinque libri  
Moyfi, ita quinque panes fuerunt, & sicut magno numero collecta fragmenta sunt, ita in-  
numeri quoque libri de CHRISTO & factis verbisque eius scribi poterant, vt Ioannes  
testatur, infra cap. vltimo quæ omnia tamen in veteri Testamento de CHRISTO antè  
scripta & annuntiata sunt.

**Illi ergo homines quum vidissent quod IESVS fecerat signum, di-  
cebant, Quia hic est verè Propheta, qui vêturus est in mundū.**

Miraculorum vsus est non solùm allicere homines ad credendum Verbo, sed etiam i-  
psos de veritate confirmare. Quum hi non ignorarent non plures panes quàm quinque, &  
pisces quàm duos fuisse repertos, iamque videret tantum reliquiarum superesse, quæ duo-  
decim cophinos implerent, ceperunt magnificè de CHRISTO prædicare, dicentes, HIC  
est verè Propheta, diu expectatus, qui venturus erat in mundum. Quum dicunt, IN MVN-  
DUM, l. iiii.

Impleti & sa-  
turati sunt effe-  
ctus Christi.

Mundus horri-  
da solitudo.

Desertum.

Christus in de-  
sertum sequen-  
das.

Sollicitudo ter-  
renorum abili-  
cenda.

Miraculi de pa-  
nibus amplifi-  
cario.

Dona Dei in  
pretio habēda.

Prodigalitas  
vitanda.  
Ingratus qui bo-  
na perire sinat.

Miraculorum  
vsus.



*Christus vniuersalis Prophetæ.  
Vulgi genius.  
Saturitatis virtus.*

DOM, confitentur CHRISTVM fore vniuersalem Prophetam pro omnibus hominibus, non tantum pro Iudæis, ad quos solum olim mittebantur Prophetæ. Iste est vulgi genius, vt eò feratur eius iudicium, quò se externarum rerum fortuna inclinat. En vides hanc plebeculam citius sensisse ventris quàm mètis beneficium. Vide gulam vulgi, quum fecisset CHRISTVS innumera miracula & hoc maiora, nunquam tam magnificum elogium illi tribuerunt. Hic est ille Prophetæ & c. non amplius illum violati Sabbathi arguunt, sed adeò illum propter panes & saturitatem colunt, vt & Prophetæ, & regno dignum prædicent. Hanc vocem extorquere potuit saturitas. Sed postea iubens Cæsari quæ sunt Cæsaris dare, adulatòr ab eis dictus est, & quum crucem ferret, seductòr erat populi, & dignus qui è terra tolleretur. Hæc ex sequentibus manifesta fiunt.

**I E S V S ergo quum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem.**

*Vulgi carnale iudicium de Christo.*

Rudes admodum & crassi erant hi Iudæi, Messiam solum in hoc expectantes, vt regnum mundanum sibi vindicaret. Còsultantes inter sese iudicant CHRISTVM fore carnalem Saluatorem mundi: vnde & student ei carnales exhibere honores, & ex carnalibus affectibus illi gratias agere pro tanto beneficio & miraculo: atque si huc còstituerint suum regem, pollicetur sibi vbertatè rerum, annonæ copiam, opes, libertatè, quæ homines sine labore alere possent, & cætera huius mundi còmoda. Nam è Scriptura didicerat Messiam regem è semine Dauidis venturum, qui ab omni molestia, miseria, & calamitate liberaret. Ita enim Dominus per Esaiam cap. 9, promittit, Iugum oneris eius, & virgâ humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiâ, quia cuius violenta prædatio est tumultus, & vestimentum mixtum sanguine erit in còbustionè, & cibus, ignis. & cap. 65, Obluioni traditæ sunt angustia priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo caelos novos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum. Propterea volunt violentia & temeritate quadam (quæ solet frequens in vulgo esse) illum rapere & regem sibi còstituere, scilicet carnalem. Hoc factum declarat quid caro quærat in CHRISTO, nam quum sit Dei ignorans, & Spiritus CHRISTI expers, non potest spiritualia in CHRISTO, querere, sed solum quæ sunt sibi cognata, hoc est humana & carnalia. Qui fieri enim potest altius conscendat quàm ad id quod videt aut sentit? At solam carnem videt, solos cibos & huiusmodi: hæc igitur sola querit. Quo fit vt beneficio CHRISTI semper abuti soleat, qui ducem habet carnem: nam creatura Dei à Deo nobis data est, vt in ea Deum creatorem cognoscamus & timeamus. Inuisibilia enim Dei (ait Paulus) per ea quæ facta sunt, intellectu còspiciuntur: sed carnis prudentia fallitur, nam mutauit gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinè imaginis corruptibilis hominis, & c. Rom. cap. 1, Ad hunc modum data est lex dono Dei ad cognitionem peccati, ad correctionem & pædagogiam in CHRISTVM. Sed caro & eius humana ratio vult accipere legem non tanquàm occidentem, sed iustificatè & viuificatè, adeò peruersa est & hypocritica. Similiter quum Dominus noster sit maximum Dei donum, quo maius ipsi orbi contingere non potest, atque in hoc sit nobis propositus vt in eo salutem, iustitiam & vitam æternam quæramus: tamen adeò tenebrosus est caro, vt cum his Iudæis consultans, nihil quærat in Christo quàm licentiam, ventris saturitatem, & (vt vnò absoluam verbo) omnia & sola carnalia.

*Lex cur data.*

*Christus orbi propositus, salus.*

**Fugit iterum in montem ipse solus.**

*Christus fugit regnum mundi.*

*Schola Christi.*

*Christus quia est Rex.*

CHRISTVS non ignarus quid illi suo consilio agerent, fugit, solusque clanculum secessit in montem, vnde pasturus eos descenderat: atque sic sese subduxit, vt non sentiretur aufugisse. Hoc istud magnum est in oculis nostris: ad regnum vocantibus furtim secesserit, ad crucem rapientibus vltro occurrit. Hoc suo exemplo CHRISTVS nos docet, opes, voluptates, & gloriam mundi (quæ in sua classe non fouet) contemnere: atque qui dispensaturi sunt sermonem Euangelicum, neque auram popularem captare, neque fauorem vulgi approbare, neque pati se intrudi in alienam vocationem, in aliorum honores, officia & mundi titulos studeant: quæ adeò non sunt affectanda pastoribus, vt etiam si vltro deferantur, fugere oporteat. Nihil enim magis conuenit regno mundi cum regno cælesti, quàm luci cù tenebris. Hac sua fuga CHRISTVS docuit aperuitque qualis ipse rex sit, nempe spiritualis pro conscientis: quale regnum habeat, nempe spirituale: quanquam enim toti orbi præsit, & dominetur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum,

orbis terrarum, Psal. 71, non tamen dominatur pro mundi huius ratione, nec tale regnum ambit affectatve quale administrant mundi rectores & principes. Vnde Pilato respondit, Regnum meum non est de hoc mundo, hoc est, non est carnale, sed spirituale: In quo iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum. Huius regni ciuitates sunt Veritas, Iustitia, Pax, & Vita æterna. Proinde impie Herodes, hoc si sensisses, non timuisses ablatum iri regnum tuum, non persequutus fuisses eum, qui nihil tuo regno còmune quærebat: non enim affectat nec eripit mortalia, qui regna dat cælestia. En vides hunc clanculum sese subduxisse, ne in regem externum eligatur, vt interim taceam quantum tuum regnum desiderarit, scilicet, occultè fugit ne sistemma & seditio in populo volète eum in regem rapere, fiat. Non populi seditio affectibus seruit, sed secedit, ne causeris hunc defectiois regni tui authorem esse. Non venit reges & innocentes occisurus, sed regibus iustè regnandi scientiam prædicaturus. Non regna terrarum tributis & vectigalibus pressurus, omnemque populi substantiam tyrannicè rapturus, sed quod deest regibus & populis, de thesauro regni cælorum vitæ æternæ donaria producturus. Hæc fuga præoccupatio est aduersus eos qui falsis accusationibus CHRISTVM impetierunt, dicentes, Se regem fecit; Omnis enim qui se regem facit, còtradicit Cæsari: Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris.

*Ciuitates Christi.*

*Christus quale regnum administraturus ventur.*

**Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.** Facto miraculo quum discipuli Domini expectassent in monte Dominum, iamque vespera appeteret, ne in tam vasta heremo nox occuparet, descendunt ad lacum (quem more scripturæ mare vocat Euangelista) vt traicerent in ciuitatem Capharnaum. Pulchre dictum est, discipulos descendisse ad mare sub noctem: Serotinum tempus respondet cruci & periculo quæ per mare significatur. Viso cognitòque miraculo, non abs re descendunt ad mare, vt fides illorum ex miraculo concepta, per crucem probetur.

*Serotinum tempus.*

**Et quum ascèdissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.** Quum diu multumque expectatus fuisset IESVS, nec interim ad suos venisset, adornauerunt nauigationem vt traicerent in Capharnaum (nam ibi domicilium habebat IESVS) sperantes fore, vt vel inter nauigandum obuium illum haberent in alia naui, aut in ciuitate eum reperirent. Vide infra secundam conciliationem.

**Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos IESVS.**

TENEBRÆ erant, quia aberat lux IESVS, qui diu expectatus, non venerat ad discipulos, quorum desiderium sua absentia magis accendere voluit, simulque docere quantum periculi nobis imminet, quantæ sint tenebræ, quanta tempestas huius mundi præsto sit, quantæ aduersariorum insidiæ aduersus nos fiunt, quoties à IESVS se iungimur. Hæc non fortuna aut casu, sed diuina quadam dispensatione fiebant, vt interim maiori miraculo pararetur argumentum, & omnibus modis mentem Apostolorum in fide roboraret. Nam quoniam doctores futuri erant, & quasi luminaria mundi (vt Paulus ad Philipp. cap. 2, ait) necessario illos vndique confirmat, quorum doctrina ad veritatem cæteri confirmandi erant. Circumstantia temporis non temerè ab Euangelista scribitur, Quod neque vespera eos retinuerit, significat vehementem illorum charitatem & desiderium quæredi Dominum;

*Periculi est insidiæ à Christo.*

**Mare autem vento magno flante exurgebat.**

Magnæ tentationis elegans est hæc periphrasis. Quorsum hæc non fortuna quadam, sed prudenti dispensatione, maris maxima tempestas absente CHRISTO circa discipulos orta est, vt compellantur discipuli ardentius Saluatorem inuocare, discantque omnes pii quàm necessarius sit CHRISTVS in aduersis: qui quo plus affliguntur, eo arctius CHRISTVM complectantur. Affligebat eos magna tenebrarum obscuritas, conturbabat nimia & eadem aduersa vis ventorum & impetus: quo funditus euerit mare, & fluctus in montes erigi videbantur, & quod plus timoris inferebat, CHRISTVS non aderat. Proinde videant quantis procellis necesse fuerit omnes agitari, qui diuinorum præceptorum contemptu atque delictis à CHRISTO decisi sunt.

*Magna Apostolorum tentatio.*

**Quum remigassent ergo quasi stadia viginti quinq; aut triginta.** Quum multo procellarum impetu agerentur discipuli, & iam remigio ementi fuissent stadia ferme viginti quinque aut triginta, essentque tanto labore pressi, vt prope in summa desperatione vererentur, viderentque se longius à litore abesse, & certior mors mari vndique circumdatis imminere, conclamaruntque esset de salute, visus est illis inexpectatus Dominus IESVS. Obserua: Non satis potentiam Domini ex miraculo panum

*Apostoli in periculo maris tentati.*



Stadium.

discipuli agnouerant, exercendi igitur erant, & hoc tanto maris periculo. Hoc exemplo discipulorum, monemur, CHRIS TVM finire nos aliquantulum in afflictionibus ludere & morari, qui auxilio opportuno verè suis aderit. Oiber dixerim: STADIUM continet octauam mille passuum partem, quod centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos viginti quinque, authore Plinio: quæ mēsurā osties, efficit mille passus. Quum dicit Euāgelista viginti quinque aut triginta, rem gestam humano more describit, nisi mysticum sensum numeris attendere volueris, cui abunde facit satis glossa ordinaria.

Vident IESVM ambulātem supra mare & proximum nauī fieri.

Christus ambulat super aquas.

Oculi charitatis.

Christus seruat &amp; illuminat.

Mare quid significat.

Christum ambulare super mare.

Permisit illos CHRIS TVS tempestate periclitari, vt postea quā pacata sunt omnia, miraculo magis lætetur & indelebili memoria tātum beneficiū magistri in peccatoribus tenerent. Vident per tenebras pedibus ambulātem super vndas lacus, perinde ac si solidam terram calcaret: quare se & maris, sicut & reliquorum elementorum Dominum declarauit. Quod si quis rogauerit, Quomodo videbant per tenebras? Respondeo: Duo habet oculos charitas Euangelica, etiā in tenebris: & ibi nox non est vbi adest IESVS, nec tēpestas illic exitialis est, vbi in propinquo est is qui omnia seruat. Magnam piis affert consolationem quum hoc exemplo vident CHRIS TVM ita secedere in afflictionibus, & ita subtrahere nobis solatia ex Verbo, vt tamē redeat & re vera appareat. MARE designat tribulationes & afflictiones. CHRIS TVM ergo ambulare super mare, est Christum esse Dominū crucis seu afflictionum. Consolatoriū est CHRIS TVM proximum nauī fieri, quasi antecesserit & præcesserit discipulos in afflictionibus & periculis. Nihil enim acceptius pugnātibz militibus, quā quod suum ducem in acie primum & totam aciem præcedere, videant.

Et timuerunt.

Spectrum.

Fiducia virtus.

Christus fide aspicendus.

Quum iam CHRIS TVS nauī vicinus esset, discipuli paucifaci sunt, nō suspicantes CHRIS TVM, sed spectrum esse nocturnum, qualia nauigantibus noctu multa conspici credit imperitum vulgus. Putabant enim propter tenebras se non certum quicquā videre. Apparet quæ exigua adhuc fiducia præditi fuerint discipuli. Si enim in CHRIS TVM auxiliatorem verè credidissent, neque spectrum, neque totam Satanæ cohortem formidassent. Est spectrum mendax, CHRIS TVS verax: est Satan victus, CHRIS TVS victor. Quid igitur times, qui CHRIS TO fide viuā teipsum commisisti? Non est CHRIS TVS per tenebras, hoc est in specie tantum externa, aspiciendus, vt multam & abundantem consolationem recipiamus: sed in externa & interna: hoc est CHRIS TVM fide aspicimus vt Filium Dei, æqualem cum Deo Patre, Deum, saluatorem & conseruatorem omnium. Huc pertinet quod ad huius loci lucidiorem explanationem ait Paulus 1. Corinthiorum, cap. 1, Verbum enim crucis (inquit) pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est.

Ille autem dicit eis.

Verbo Christus cognoscendus.

Gentes &amp; Iudei non agnoscunt Christum.

Verbum audiendum.

Consolatio in afflictione.

EN IESV CHRIS TI philanthropam, qui & animo & corpore periclitantibus discipulis desyderatus apparet: quibus tanto gratiorem salutem confert, quanto magis vitam desperarant: nam voce iam illis nota ac familiari loquutus est, & metum omnem ademit. Rogabit aliquis, Quare de causa illis loquitur, & non suo nomine se illis manifestat, sed sola loquela? Respondeo: hoc ita voluit, vt intelligeremus, maximè nos Dei cognitionem consequuturos Verbo, extra quod qui vagatur, neque CHRIS TVM neque eius beneficia agnoscit? Vnde Iudæi non attendentes verbo, sed personæ CHRIS TI, quam vilem existimabant, dicentes, Nōne hic est filius fabri? nunquam potuerunt ad veram CHRIS TI cognitionem peruenire: Gentes verò relinquentes verbum, & intuentes CHRIS TVM, vt simplicem hominem & contemptam personam, habuerunt eum pro stultitia: quare audiendum est verbum, & audito credendū, vt cōfirmetur cor, & nihil timeat. Audiens enim in afflictione loquetur Dominus verbum, quo miram accipiet consolationem. Quod verbum? Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Ego sum, nolite timere.

Euangelium quid est. Quibus adest Dominus.

Vox hæc suauissima omnem in se Euangelii rationem habens, ego sum, nolite timere. Si quis enim definire Euāgelium voluerit, rectè explicabit dicens, Euāgelium est doctrina annuntians propter præsentiam Christi nihil esse timendum. Nulla enim quamlibet atrox mundi tēpestas formidanda est, his quibus adest Dominus: adest autē Dominus omnibus suis vsque ad finem sæculi, qui simplici firmāque fiducia pendent ab ipso, audito suo præceptore

præceptore discipuli animos recipiunt, cedit omnis turbatio, cuncta pericula desinunt CHRIS TO præsentē. Timoris expulsio, siue Nō timere, est effectus CHRIS TI præsentis, similiter & Euangelii: nam Non timere, est certò apud se statuere de Christi præsidio, tutela, & defensione præsentissima omnibus inuocantibus eum in veritate: & quouis loco fuerimus, certò sibi persuadere de CHRIS TO omnia bona, qui piis pro veritate afflictis paratus est loqui, Ego sum, nolite timere.

Timoris expulsio. Non timere.

Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram in quam ibant.

Receptis cum animi, tum fidei viribus, ad magistri vocē, illum in nauim recipere voluerunt. Sed vt magis illos confirmaret ostenderetque omnia non casu, sed sua potentia & virtute fuisse sedata, addit alterum miraculum: Nauis enim quæ procul à litore aberat, momento temporis appulit terræ, quam petebant. Colligamus ex his miracula quæ hic locus nobis aperit. Primum CHRIS TVS ambulauit super mare: secundu, Compefcuit fluctus & imperauit ventis: tertiu, Nauim quæ procul à litore aberat, momento temporis terræ appellere fecit. Alii Euangelistæ memorant eum etiā ab illis fuisse in nauim receptum: id noster Euangelista non negat, sed memorat simul vel ilico nauim appulisse terræ ad quam ibant: vt aliis & hoc miraculum adiiiceret. Miraculum siquidem fuit, quod ilico nauis, virtute Domini, terræ appulit.

Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introiisset cum discipulis suis IESVS in nauim, sed soli discipuli eius abiissent.

Pergit Euangelista alterum narrare miraculum, quod est ambulatio CHRIS TI super mare: cuius cognitio, fidei ex priore signo conceptæ, seruit. Consilio & ordinatione Dei contigit, vt postero die quo CHRIS TVS secessit solus in montem, visis tot miraculis turba (quæ remanserat in vltiore ripa lacus, vbi multiplicati fuerunt panes) cuperet semper Domino adesse. Vnde quum vidit, id est cognouit, quod illic præcedente vespera nulla esset nauicula (hæc est occasio ad considerandum opus diuinitatis in CHRIS TO) præter vnam qua transmiserant Apostoli: quos quum solos sine præceptore IESV vidisset soluentes à litore, & IESVM alio non potuisse transire nauigio (sola enim Apostolorum nauicula ibi erat) ceperunt turbæ sedulo illum quærere: miratur quoniam se subduxisset, quod quum ne mane quidem vsquam appareret, diu multumque desyderatus à populo, statim suspicantur miraculum, quod mare pedes transierit, id quod verum erat.

Ambulatio Christi super mare.

Aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo.

Hæc personarum temporum & locorum circumstantiæ faciunt ad historiæ certitudinem. Quum suspicauerent turbæ CHRIS TVM non diutius à suis discipulis abfuturum, quos intellexerant transfretasse Capharnaum, decreuerunt & ipsi traicere, si forte illum in vltiore ripa possent inuenire. Obserua, turbæ studium pro Euangelio. His traiciendi faciendique quod desyderabant offertur occasio. Nam aderant illic naues quæ Tiberiade uenerant, ad eum locum vbi quinque milia, quinque panibus & duobus piscibus cibauit CHRIS TVS, pro cuius beneficiis quod affatim saturati essent, non ingrati gratias egerunt Deo, qui talem Prophetam misisset populo suo.

Turbarum studium erga Euāgelium.

Quum ergo vidisset turba, quia IESVS non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt

Capharnaum, quærentes IESVM.

Elegans est hæc periphrasis qua describitur labor cum desyderio audiendi & suscipiendi Euāgelium. Hic locus aperit quā confundatur hi qui pro foribus & in ianua habent verbum, nec tamen illud audituri exeunt: non hos imitantur, qui nihil non quamlibet aut durum aut periculosum subeunt quærentes IESVM. Qui licet se omnibus obuium præstet, tamen fide quærendus est. Quum igitur turbis traiciendi oblata esset occasio (aderant enim naues) nec IESVS diu multumque quæsitus vsquam appareret, conscendunt naues, traiciunt Capharnaum, desyderio videndi IESVM, quod sciebant eum ibi habere domicilium, & nolle à discipulis diu abesse, quos cō transfretasse cognouerant. Istud

Desyderium audiendi Euāgelium.

Domiciliū Christi in Capharnaum.



*Studium Christi  
hominis.*

est Christiani hominis studium, quærere ac inuenire CHRISTUM, ad quem qui ex animo eoque studioso non peruenierit, nūquam se quietum expectauerit. Quærunt hæc turbæ tantisque labores subeunt pro audiendo Euangelio & audiendo CHRISTUM, in quo se quietem habituros sperant. Obserua, QUÆRERE, studii verbum est.

Et quum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei:

*Quæreres Christum  
iuxta carnem.*

Quæsitum CHRISTUM inuenerunt: quem quia non iuxta Spiritum, sed secundum carnem quæsiuerunt (nempe propter ventrem, & propter alia priuata commoda) non senserunt ipsius fructum, & eam quam piis attulit libertatem: Hos enim reprehendit, quod prætextu Euangelii, libertatem carnis quærerent, significans Euangelium non docere quæ ad carnem faciunt, sed solam Spiritus libertatem. Obserua: Inuenerunt illum in synagoga Capharnatarum cum eruditis in lege.

Rabbi.

Hypocritica est hæc salutatio, simulatione plena, quam humani oculi non capiunt. Sed CHRISTVS (cui etiam intima cordis sunt nuda & aperta) videt eam: uti sequetur.

Quando huc venisti?

Blandiuntur & adulationis verba proferunt, solo ventre impulsus, ut sine labore otiosi viuant, qui semel à CHRISTO sine commatu satiati fuerant. Idem & postea fore sperabant. Vnde Moysen Domino obiecerunt, qui perpetuos quadraginta annos ingentem populum in deserto, absque omni eorum labore pauerat. Hoc beneficii ut à CHRISTO consequantur, vocant illum Rabbi. Tacent se cognouisse quod pedes traiecerit Capharnaum: tantum rogant, Quando huc venisti? Cupientes ex ipso discere, quod ex variis circumstantiis verum esse sciebant. Obserua vulgi mobilitatem & inconstantiam: vide quantum ardor ille superioris diei (quo volebant illum in regem rapere) refrixerit.

*Vulgi mobilitas.*

Respondit eis IESVS, & dixit,

Post enarratum multis verbis turbæ studium, ut Euangelium audiret, nunc multa subiicit Euangelista, quibus cognosci facile potest quam non recte quærerent CHRISTUM. Hoc nemo rescuiisset, nisi CHRISTVS verus cordium inspector illud in turba perspexisset, & perspectum reuelasset. Dirigit ergo sermonem ad illos potissimum quos venter illuc impulerat. Atque cibo (quem ipsi quærebant) anagogen facit ad cibum cælestem, scilicet fide viua receptum & ut Saluatorem agnitum.

Amen, amen dico vobis.

Iurat CHRISTVS, & iuramentali confirmatione ostendit rem ipsam certam, & non aliter se habere cum turba. Quid? affectum turbæ demonstrat inconstantem & indignum libertate Christiana. Nam quum multiplicationem panum & alia miracula diuinam virtutem in CHRISTO arguentia vidissent, tamen magis illos mouit saturitas vnius conuiuii, quam æternæ salutis desiderium. AMEN, amen, hoc est Profecto verum est, quod dico. Quid? Quæritis me ut ventrem potius expleatis quam mentem erudiatis: appellatis me Magistrum, non quod auidi sitis meæ doctrinæ, quæ tota spiritualis est, sed quod humana leuiâque commoda venemini.

*Turbæ affectus  
infidelis.*

Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaftis ex panibus, & saturati estis.

Arguit quidē illos, sed cum mansuetudine. Non sunt dura verba, qualia forent, O mancipia ventris, o gastrimargi & gulosi. Blanda admodum est hæc correctio, qua simul detegit occulta cordis illorum, volens illos ad maiorem fidem pellicere. Non studium sed finalem studii causam improbat, quæ est carnem ventremque curare, & libertatem carnis assequi. Quasi dicat, Quæritis me, non ut glorificetis Deum, non ut fidem iam ex miraculis conceptam confirmetis, non ut iustificationem accipiatis: sed ut ventrem cibo diffarciatis, & saturemini: non ut Messiam, sed obsonatorem, qui mensam vobis etiam semper otiantibus apparare debeam. Miracula quæ vobis etiam spectantibus feci, satis roboris habebant, ut vos ad fidem & salutem quærendam excitarent. Sed ut video, nihil illa vos mouent: nam vos me sequimini, non quia vidistis me signa operantem: SED quod manducaftis ex panibus, id est propter libertatem carnis & temporalia bona assequenda: imo & si spiritalia quæritis, non in gloriam Dei, sed ut pro libidine vestra viuatis. Obserua: Fides & caro in rebus à Deo quærendis distant, non opinione sed affectu quærendi. Nam fides, ut caro, id est homo

*Studium vulgi  
carnale Christi  
corrigit.*

est homo fidelis & Christianus terrenis indigens, quærit panem, quærit victum, quærit & quibus tegatur. Nam si hæc non essent de manu Domini expectanda, non iuberet CHRISTVS fidere, & non prohiberet, ne solliciti simus. Sed quærit affectu pio & Christiano, hoc est in gloriam Dei, non sui & priuati commodi gratia: non ut carni & eius desiderio seruiat. Quis negauerit Salomonem de Spiritu orasse, Prouerb. cap. 3, Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. En vides illum quærere carnalia, victus enim res carnalis est: at non quærit carnali affectu. Audi enim quid subiungit, Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer & periurem nomen Dei mei. Hæc aperte indicat victum carnalem à fidei etiam obfito carne, spiritu fidei sue spirituali affectu quæri, non carnaliter, hoc est non ut in deliciis & volupè viuat, sed ut glorificet Deum. Huc pertinet quod CHRISTVS docens nos orare, ait, dicite, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Caro autem carnalia à Deo quærunt, non spirituali sed carnali affectu, & sordidata opinione: imo sue carnalia, sue spiritalia petierit, lutofo & carnali affectu quærunt. Caro enim est, ergo Spiritus esse nequit. Si carnalia rogauerit, hoc faciet sui priuati commodi studio & affectu, nihil ad honorem CHRISTVS spectans. Si pro vita æterna aut re aliqua spirituali rogauerit, non id faciet ut Deo honor & gloria exhibeatur, sed ut ipsa bene habeat: ut dies lætos pro sua libidine & voluptate ducat. Sunt nobis exemplo hi quos nunc memorat Euangelista, qui non affectu spirituali desiderant sequi CHRISTUM: sed ut ventri & deliciis incumbant ex beneficiis CHRISTVS: qui deberent solam (si sciperent) Dei gloriam toto affectu curare, solam Dei voluntatem spectare, non suum priuatum comidum.

*Fides & caro a  
liter res quærunt.*

*Salomonis oratio.*

Operamini non cibum qui perit:

Auditorum animos singulari anagoga erigit à cibo corporali, quem illi tætopere quærabant, ad cælestem & spiritalem panem transiens. Operamini non cibum qui perit. Reuocat eos à solitudine illa qua solum ventrem opplere intendebant, & carnalibus rebus animos addebant. Hoc verbum OPERAMINI, insinuat nauare operam suæ operari, unde fructus aliquis & aliquod operæpretium proueniat: OPERAMINI non cibum qui perit, id est operam vestram & laborem culturamque huc impendite, ut alio cibo pascamini. Verbum Operamini, videtur insinuare quam molestum opus sit carni, operari cibum non perentē. Masselliani (ex hoc loco & Luc. cap. 10, Martha sollicita es & turbaris erga plurima, Maria optimam partem elegit, & c. Et Matth. cap. 6, Ne solliciti sitis in crastinum) dicunt Dominum, corporalem operationem exclusisse: & ob id per ignauiam & otium aiunt viuendum esse. Facestant hinc, non intelligentes Scripturas, & religionem Christianam calumniantes, ut suam tueantur socordiam. Dominus (ut his respondeam) non prohibet operari & labore victum quærere: qui maxime otium & eos qui otiositatem omnium scelerum genitricem fouent, odit: sed prohibet ne tanta solitudine erga res caducas & terrenas ducamur, quæ nos à Spiritu & rebus cælestibus auocet. Audiant isti Paulum qui Ephes. cap. 4, 1. Corinth. 9, & Act. cap. 20, laborem, & operas manuum ad victum quærendum commendat. Hic nollet præceptoris sui doctrinæ aduersari, qui nihil quod Spiritum Christi non spirarit, docuit. Quod autem obijciunt dictum Christi ad Martham: non reprehendit CHRISTVS Martham quod operaretur, sed docuit considerandum tempus & id distribuendum esse, ne audiendi verbi Dei occasio in carnalium rerum cura consumatur. Martham non ad desidiâ, sed ad audiendum verbum alliciebat: Quasi diceret, Veni ut vos cælestia docerem, & animos vestros cælestibus pascerem, tu vero circa prandium occuparis; Qui pigritiæ incumbit, ventri viuat, deliciis vacat, is cibum operatur qui perit; qui vero ex labore suo CHRISTVS nutrit, hoc est pauperes alit, vestit, docet, quis adeo insensatus eum cibum pereuntem operari dixerit? per quem & cæleste regnum & illius bona nobis promittuntur. Quod CHRISTVS in Matthæo dicit, Ne solliciti sitis, & c. non vetat operandum, sed ne toti rebus terrenis inhiemus, veluti rerum spiritalium obliti. Aliud est sollicitudo, aliud operatio: fieri enim potest ut quis operetur nulla auocatus sollicitudine.

*Anagoga à cibo  
corporali.*

*Operari.*

*Otium vitand-  
dum.*

*Martha allec-  
ta ad audiendum  
verbum.*

Sed qui permanet in vitam æternam.

Non magnum est quod pascamini cibo qui in alium recipitur, deinde in secessum abit: non deerit cibum lucem Euangelicam desiderantibus. Quin omnem operam vestram & laborem culturamque huc impendite, ut pane semper perennante & viuificante potiamini & fruamini: omnem curam conuertite ad eum panem, qui sumptus, neque concoctio- ne perit, neque in breue tempus vitam corporis protrahit, quemadmodum cibum ille fru-

*Euangelium de-  
siderantibus, ni-  
hil deerit.*



Cibus perma-  
nens

mentaceus, cuius gratia huc venistis, mox recurrens fame, sed permanet in homine, spiri-  
tali alimonia vegetans animam, vitam illi tribuens æternam. Cibum hunc permanentem,  
insinuat seipsum esse, siue mysticam sui corporis sumptionem, quam nobis ipse dat Filius  
hominis factus, ut paulo post ostendetur: Hæc nos docent: quum Deus nos non creavit ut  
tātum edamus, sed ut iuste viuamus, quid tam solliciti sumus de vi&u: quid adeo insanimus,  
& nihil non quamlibet durum sustinemus ad cumulandas opes: qui, quibus congregamus  
nescimus. Huc pertinet quod dicebat c h r i s t v s Matthæi cap. 6. Nolite thesaurizare  
vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.  
Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, &c. Obserua: quum dicitur, q u i permanet in  
vitam, &c. significat c h r i s t i veluti fidelis & optimi medici officium, qui non solum à  
noxiiis dehortatur, sed etiam salutaria antidota & remedia concedit. Quærite (ait) non vt  
ventrem, sed vt mentem pascatis: quærite vt iustificemini, & æternum cum Deo viuatis.

Edendum vt vi-  
uamus.

Christus verè  
medicus.

Quem Filius hominis dabit vobis.

Occupatio, qua præuenit eos qui solliciti rogabunt fortassis, Quis dat nobis cibum qui  
nos nutrit in vitam æternam? Poterimusne hunc nostris viribus assequi & operari? Re-  
spondet, Hunc panem tam eximium, si illius appetentes & famelicos vos viderit, dabit vo-  
bis F I L I V S H O M I N I S, id est vt homo. c h r i s t v s homo, noster est mediator, i. ad  
Timoth. cap. 2. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo c h r i s t v s  
I E S V S, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: qui solus omnia nobis cum  
meruit, tum præstat, cui Pater omnia in manu & omne iudicium dedit, id est omnium gu-  
bernationem & regnum dedit, vt supra 3. & 4. cap. diffusius declarauimus.

Christus homo  
dat cibum per-  
ennem.

Hunc enim Pater signauit Deus.

Ætiologia est. Reddit rationem quare Filius hominis dat nobis panem permanentem  
in vitam æternam. Quia Deus hunc signauit siue sigillauit, vt ita loquar. Recurrit c h r i-  
s t v s ad Patris auctoritatem: quia iuxta carnis oculos (quales habebant Iudæi) c h r i-  
s t v s habebatur pro contempta persona, ideo necessarium duxit allegare auctoritatem  
Patris pro certitudine cibi quem affirmat se daturum. Quum Filius sit expressa Patris ima-  
go & character verè à Patre consignatus (habet enim imaginem, hoc est Imago est Patris)  
intelligamus hunc à Patre signatum, sicut Imago sigillum est. Hunc ergo qui est Filius ho-  
minis s i g n a v i t Pater, hoc est signaculum suum & imaginem genuit, quæ haberet in  
se quod ipse habebat, & naturalem cum ipso identitatem. Pater sese totum vna cum omni-  
bus suis in c h r i s t v m effudit, non sua deserendo, sed communicando illa eadem Filio.  
Similiter Filium hominis signauit Pater, hoc est eum Spiritu Sancto, præ omnibus par-  
ticipibus suis donauit & vnxit, vt esset omnium saluator, & dominus, etiam Angelorum  
caput & princeps. In hunc omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi sunt.  
Coloss. cap. 2. Propterea solus Patrem nouit, & nosse donat, misso Spiritu Sancto omnis  
veritatis doctore in corda suorum. Ipse est omnium secularum thesaurus, ex quo suam iu-  
sticiam mutuo acceperunt Patriarchæ, Adam, Abel, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Pro-  
phetæ, Apostoli, Martyres, omnesque pii quotquot crediderunt, credunt, credentque in no-  
men eius. Quum ergo Patri visum placitumque fuerit hæc per Filium perficere, per quem  
omnia quoque condidit, & Filium quidem hominem factum, per quem instaurare vult om-  
nia, Ephes. cap. 1. dictum est, Hunc cibum dabit vobis Filius hominis. Obserua: Hæc cõsi-  
gnatione, incarnationis mysterium significatur. Quemadmodum sigillato imprimitur si-  
gilli imago, ita Filio hominis impressus quodammodo est Filius Dei, assumens humanita-  
tem, qui Filius Dei, est expressissima Dei Patris imago, Hebr. cap. 1. Qui quum sit splen-  
dor gloriæ & figura substantiæ eius. Est enim Filius similis Patri in substantia, quia vna ead-  
emque est substantia, voluntas, & potentia Patris & Filii.

Panis à Deo sig-  
natus.

Imago Dei.

Theauri Sapie-  
tiæ Dei in Chri-  
sto omnes.

Filius Dei, Ima-  
go Dei.  
Filius similis  
Patri.

Dixerunt ergo ad eum.

Prodiit hæc interrogatio non ex cupiditate discendi, sed ex præsumptione & contem-  
ptu quodam. Quasi omnia scirent ex Mose, ac nihil sibi discendum restaret, ita interroga-  
runt. Non vsus est Euangelista verbo Responderunt, sed d i x e r u n t: vt insinuet non  
illos fuisse plebeios qui dixerunt, Quando huc venisti? sed Rabbinos, & in lege eruditos,  
quos in Synagoga c h r i s t v s inuenerat: leuioris enim disciplinæ viri, aut qui nihil  
eruditionis habebant, ex verbis c h r i s t i non accepissent occasionem rogandi, cum  
quodam pronuntiationis fastu, Quid faciemus vt operemur opera Dei?

Rabbini ad  
Christum.

Quid

Quid faciemus vt operemur opera Dei?

Hoc in votis semper habet caro, vt neque Deo quicquam honoris deferat, neque cui-  
quam consulat, sed solum sibi ipsi viuat. Quærit vt hinc longam & prosperam agat vitam,  
pro sua libidine, non Dei voluntate, impunè que possit verè bona opera negligere. Hæc in-  
terrogatio ex carne est & procedit. Putant enim hi Iudæi hinc Dominum per panem, hoc  
est cibum, quem Hebræi omnem panis nomine vocant, intellexisse id quo consequimur  
vitam æternam. Vnde supercilioso quodam animo rogant, Quoniam admones nos vt ope-  
remur cibum quendam qui perennat & viuificat, Quid faciendum vt operemur ea quæ  
Deo digna sunt, & vitam promereamur æternam, quorum gratia tu dicis te huc venisse?  
Quid istud est? Nonne Mosen habemus, qui nos docet quæ opera Deus à nobis efflagitet?  
Vinc nouam legem condere, & cuius præscripto nouam vitam relicto Mose, formare de-  
beamus? Quum lex à Deo sit data, oportet opera illius nos iustificare, quum Deo sint ac-  
cepta, & iuxta præscriptum & voluntatem eius sint facta. Circuncidimur, offerimus quo-  
tidie sacrificia, non vescimur suilla carne, sabbatum agimus, interim & ieiunamus. Hæc  
verè sunt bona opera, hæc nos facere docuit Moses, Dei amicus & familiaris: Putas te nos  
docere meliora? Hæc quum sint à Deo per Mosen, cur nõ iustificant nos? Verè nos iusti-  
cant. Nam dicimur populus Dei, populus sanctus: vnde ergo sancti essemus, nisi ex legis o-  
peribus & iustitia? Sunt ergo opera legis quibus cibum non pereuntem percipiemus. Sed  
quum hæc nihil ad tuum institutum faciant, & alia insinues facienda, maior Mose videris,  
quem ad hunc cibum percipiendum nullum tale opus præscripsisse ex lege didicimus, et si  
ad senectam vsque totam ætatem in voluenda meditandaque lege protraxerimus. Quid  
ergo faciendum iubes vt operemur diuina opera? Vides huiusmodi Rabbinos modò à car-  
ne trahi: nam quum Dominus se suamque carnem & sanguinem edendum & bibendum  
postea dixit, non dubitarunt hi Iudæi eum hoc dicere, se esse eum qui vitam æternam clar-  
giri, & in nobis viuere velit. Non absimilis est dialogusinus Matthæi cap. 19. de quodam a-  
dolescente diuite, qui cum quodam contemptu rogauit Dominum, dicens, Quid boni fa-  
ciam vt habeam vitam æternam? Dominus mittit illum ad Mosen & decalogum, vt is co-  
gnoscat se peccatorem, & à lege accusatum. Deinde ad fidem viuam, dicens, Si vis perfectus  
esse, si vis verè & perfectè legem implere, veni, id est crede mihi & me sequere. Ita & hoc  
loco auditores vocat ad sequendum se, hoc est vt credant, & iustitiam apprehendant.

Respondit IESVS, & dixit eis.

Exemplum philanthropiæ & summæ charitatis in c h r i s t o, qui nihil offensus tam  
crasso & carnali responso, pergit eos paulatim euocare ad perfectiora: vt intelligant cibum  
illum perennantem & viuificantem non illis cõtingere operibus legis, quibus gloriau-  
tur, sed sola fide viuam.

Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem misit ille.

Quærentibus de operibus, per opera c h r i s t v s respondet. Rogatis (inquit) quod  
est opus quo demereamini Deum. Deus quum sit spiritus, nullis oblectatur carnalibus, vt  
huiusmodi, nihil moratur vestras umbras, & legis vestræ ceremonias ex se. Discite etiam  
inuiti Deum nunquam boum aut ouium cæde fuisse oblectatum. Quid iuuare poterit, hir-  
cus, aut thuris, cinamomive stauis odor, etiam si aërem repleat? Num hircorum sanguinem  
bibet? non omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri cum eo est: odit ac repulit solennita-  
tes vestras, P salmo 49. Esaiæ cap. 1. Hierem. 7. Opus igitur ad iustitiam parandam non est  
immolatio victimarum aut cætera quæ constant corporalibus ceremoniis, sed hoc est opus  
quod à vobis flagitat Deus, vt credatis in Filiū suum, hoc est in I E S V M C H R I S T V M,  
quem Pater in hunc mundum misit, ad saluandos verè credentes: & per quem vobis loqui-  
tur, qua methodo consequi potestis cibū qui non perit. Opus ergo Dei est fides in c h r i-  
s t v m. Hæc fides comprehendit actus intellectus & voluntatis, hoc est complectitur Dei  
cognitionem & actum quo voluntas tendit in id quod intellectu apprehenditur. o p u s  
ergo Dei vocauit Dominus fidem, quæ est certa de bonitate Dei persuasio, confidensque  
salutis ab ipso expectatio. Hæc definitio siue descriptio indicat fidem in se complecti actus  
intellectus & voluntatis, siue actus simplicis fidei (hoc est historicae cognitionis) spei &  
charitatis. Rogabit aliquis, Quare hæc fides vocatur opus Dei? Respondeo, Quia hanc non  
habemus nisi attracti à Deo, nisi Spiritus c h r i s t i nobis afflauerit, effeceritque eam in  
animis nostris: hoc est nisi præuenierit nos Spiritus c h r i s t i, nunquam quamlibet ma-  
gnis nostris viribus hanc assequi fidem possimus: sed ille, vt Ioannes ait in Apocalyp. cap. 3.

Caro sibi tantum  
conspicit &  
studet.  
Iudeorum car-  
nis cognitio de  
pane.

Iustificatio lux-  
ta opinionem Iu-  
deorum.

Sequitur Christi.

Fide vna nobis  
contingit verus  
cibus.

Opus quo demere-  
mur Deum.

Fides in Chri-  
stum, est opus  
Dei.  
Fidei definitio.



*Spiritus Sancti attractus. Doctrina Dei, illuminatio.*

*Christo quomodo inferimur. Fides quare dicitur opus Dei.*

*Credere in Christum quid est.*

*Florum consolatio à meditatione bonorum Christi.*

*Iudeorum promissio à Christo ad Moysen.*

*Gastrimargi Iudei.*

*Iudei signa quaerunt.*

stat & pulsât vt nobis aperientibus introeat. Hic afflatus Spiritus Sancti paulò infra, tractus Patris vocatur. Hæc fides siue animi persuasio & expectatio, quæ alibi dicitur Doctrina Dei, alibi Illuminatio, vocatur Opus Dei, quòd verè sit diuinum & sanctum, quòdque Deo probatur, quo demum salui & filii Dei sumus: similiter quòd sit fons & radix omnium bonorum operum, id est vitæ probatæ Deo, quòdque maximè hac fide Deo vnimur, & CHRISTVM, vt cibum vitæ æternæ verè edimus: eoque vt filii eius alimur, & illi inferimur, vt simus vnus in illo & cum illo. Præterea hæc fides, siue credere in CHRISTVM, vocatur opus Dei, non solum quia est donum Dei in opere nostro, siue in actu voluntatis & liberi arbitrii adherentis afflatui ipsius Spiritus, sed etiã quia hoc opus maxime requirit Deus, quòd Deo hominem vniat, & huius vnionis fundamentum sit. Colligamus ex his CREDERE in CHRISTVM, non est res à CHRISTO gestas nouisse: has enim nouit Satan, qui tamen illa notitia non est iustificatus: nec est meminisse aut mente reuoluere CHRISTVM natum esse, passum esse, resurrexisse, & caelos ascendisse: nam & impii hominum omnium meminerunt, & de his cogitant, nihilo meliores effecti: sed Credere in CHRISTVM, est certò apud se statuere per CHRISTVM contingere iustitiam & vitam æternam, eique toto corde, tota anima, totis viribus inherere. Hoc qui fecerit, omnia bona CHRISTI complectetur, illisque ex animo adhærescet. Huius mysterii meditatio maximam affert piis consolationem: nam hæc meditatus, videt in morte, vitam: in maledictione, benedictionem: in peccato, iustitiam: in cruce, gaudium: in damnatione, liberationem: in paupertate, diuitias: in cõtemptu, honores: in desperatione, spem: in tenebris, lucem: in impotentia & infirmitate, potentiam: & vt vno & altero absoluam verbo, videt omnia siue quæ in caelo siue quæ in terra sunt, per CHRISTVM & in CHRISTO instaurata esse: quem videt ad dexteram Patris in caelestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Videt Satanam cum suo exercitu victum & relegatum in abyssum: quem cum vniuersa eius cohorte & classe nihil veretur. Obserua: quum dicit, QVEM misit ille: insinuat mysterium incarnationis & trinitatis, Patris mittentis, Filii missi, & Spiritus Sancti, qui vtriusque est amor, & cuius opera designata est hæc missio. Simul etiam allegat Patris auctoritatem aduersus eos, qui CHRISTVM non vt Deum, sed hominem, & vt vilem & abiectam personam eum habebant.

#### Dixerunt ergo ei.

Admirabildi rursus insurgunt Rabbini isti in Synagoga, quum audiunt doctrinam nouam, quam ex Moese aiunt se non didicisse. Propterea ingrâtè atque impiè interrogant, appellantes ad Moysen doctrinam, & ad legem miraculis mannae & aquae de petra, cõfirmatam.

#### Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris?

Quales sunt, seipsos hac interrogatione produunt gastrimargos, qui CHRISTVM quaerunt non vt iustificentur, sed cibentur & ventrem oppleant. Attenti audierunt CHRISTVM promittentem maiora quàm Moyses dederit. Vnde mille curis anguntur promissa CHRISTI audientes, quæ collatione quadam cum Moese in seipsis conferunt. Moyses pollicebatur terram lacte & melle fluentem, temporalem pacem, salutem corporis, & alia id genus, quæ nihil haberent quod duraret: hæc tamen nihil faciunt ad ea quæ CHRISTVS promittebat æterna & nunquam peritura. Sed quòd humilem & abiectam CHRISTI personam viderent, non credunt illius doctrinæ: defyderant quæruntque signa quibus CHRISTI doctrina vera illis appareat. Quasi dicant, Quales nos putas esse qui sumus Rabbini & in lege peritissimi? Existimas nos tam stupidos & male feriatos homines, vt sanctissimam legem nostram à Deo datam reiiciamus, & maiores nostros (quorum auctoritatem hætenus sequuti sumus) relinquamus, vt tibi nouo & incognito homini, ista tam importuna in legem nostram dicenti, fidem adhibeamus, & relicto magno nostro Moese à Deo multis miraculis probato, te solum (qui hætenus nullum tuæ doctrinæ specimen dedisti) suspiciamus, colamus & veneremur? Quibus signis & miraculis vendicam peculiarem auctoritatem supra maiores nostros? Neque volumus te aliquod signum in occulto operari, sed palam, vt videamus: idque non sit paruum aut leue, sed maximè arduum & ingens opus, vt eo conspecto, cuius credamus non verbis tuis, sed factis. Sed QUID operaris? Quasi dicant, Quid hac tua (quam tibi vindicam auctoritate) dignum facis? non est æquum vt tibi tantam auctoritatem, tuis verbis arroganti, credamus, nisi prius prodigium aliquod feceris.

feceris. Perspicuum est hos non fuisse ex illis qui paulò antè viso miraculo panum, dixerant, Hic est verè Propheta ille qui venturus est in mundum, volebantque eum ob id in regem rapere: hi docti erant in lege, allegant enim legem & Prophetam.

#### Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de caelo dedit eis manducare.

Hæc aperte declarant istos quæsiuisse vt cum Domino vagarentur, & ab ipso sine labore pascerentur, vti populus olim in deserto quadraginta annis alitus fuit manna. Noli existimare nos tam leues fuisse, qui Moysi dictis audire vnquam voluerimus, nisi æditis prius ab ipso multis signis & prodigiis: nam ne minimum quidem fidei adhibuissimus doctrinæ eius, nisi illam multis miraculis asseruisset. Non facis (aiunt) Moysi opera, non eò in virtute promouisti, vt tanta facere possis. Quomodo ergo vis reiecto Moese tibi credamus? & in tuam sententiam descendamus? Moyses quadraginta perpetuos annos in deserto numerosam patrum nostrorum multitudinem pascit: panem dedit non humana opera pistum, sed de caelo descendentem, quemadmodum scriptum est Psalmo cap. 77, Panem de caelo dedit eis manducare. Adeoque totus hic Psalmus summa est quedam miraculorum in egressu Aegypti gestorum. His ostētis commotus populus, obtemperauit Moysi: Tu nihil quod tuæ pollicitationi respondeat, fecisti. Putaremus nos multa dementia ductos, si à Moese tot tantisque miraculis probato & confirmato, deficeremus ad te homuncionem, qui ad Moysi auctoritatem accedere non posses. Aliquot è nostris semel & vno duntaxat die cibasti: at vt iuxta veterem parcemiam, vna hirundo non facit ver, ita nec hoc modico miraculo, doctrinæ tuæ auctoritatem satis confirmas. Quare si defyderas vt tuæ adhæreamus sententiæ, & confiteamur nos ex te omnino pendere, pascere nos per quadraginta annos, vt fecit Moyses, facito vt nulla vnquam vetustate deficiat vestimentum nostrum: hæc si feceris, te duccem vnicum sequemur & suspiciemus. Mirabilis est hæc hominum ignauia: Primum petunt miraculum, quasi prius nullum vidissent ostentum. Non quoduis miraculum recipiunt vt credant, sed præscribunt quod volunt signum ædi: & ex tam multis quæ Patribus exhibita leguntur, illud potissimum eligunt, quod ventri prodest, & ad pastum facit, vsque adeò de ventre sunt solliciti. Obserua: quum dicit PANEM de caelo, &c. alii legunt Panem Angelorum, quia de CÆLO, id est de nubibus opera Angelorum depluebat panis.

#### Dixit ergo eis IESVS.

CHRISTVS, vt est omnium mansuetissimus, dissimulans illorū ruditatem, dignatur paulatim ad sensum rerū spiritualiū eos adducere: nec mox vt impia vètris animalia repellit, sed benigniter respondit: nõ negans legem esse doctrinam à Deo & miraculis confirmatam, sed aperiens discrimen esse inter suam doctrinam, & doctrinam legis, honorè quidem suum relinquens legi, sed præferens Euangelium legi, & doctrinam suam doctrinæ legis.

#### Amen, amen dico vobis.

Propter imbecillitatem nostram CHRISTVS hoc nobis condonat, vt in re seria & certa, quam declaraturus est, iuramento vtatur.

#### Non Moyses dedit vobis panem de caelo.

Videns CHRISTVS quanta laboraret ignauia hi Rabbini, quòdque plus honoris Moysi quàm par esset, darent: illos arguit, ostendens Moysen sua virtute nullius auctorem miraculi fuisse, qui solum minister esset Dei ad populum, & rursus populi ad Deum, hanc operandi miracula facultatè, sibi ac Patri omnino accõmodans, Moysen eleuat, cui id auctoritatis satis obscure detrahit, propter auditorū ineptiam & vanitatè, qui nec dignitatè loquētis cognoscebant, nec de veritate cognoscenda multum solliciti erant: quibus satis erat Moysen in ore versare, & illo solo auctore inflari: vnde plærunque eam, quæ Dei est, auctoritatem illi accõmodabat. Si Moyses (inquit) apud vos tam magni nominis est, quòd manna vobis de caelo dedit, atque eum cibū vt caelestem suspicatis, quòd è caelo venerit, non tam Moysi quàm Deo debetur hæc gratia, à quo hoc manna Moyses accepit, qui ex se tantū beneficii præstare non poterat. Non enim erat Dominus, sed illius magni Domini (cui debetur omniū miraculorū gloria) minister & famulus. Aut dici potest, Hoc vobis condono, quòd dedit vobis panem manna: sed non dedit vobis panem illum eximium qui viuificat. Græcus textus addit articulum τὸ ἄρτον, hoc est illum panem. Neque enim negat vllum panem fuisse ministratum per Moysen: sed non illū eximium, de quo dixit, qui permanet in æternum, & qui dat viuere æternum. Manna quod dedit vobis Moyses, non fuit verè caelestis, hoc est diuinus panis, ad m. i.

*Labotis afores.*

*Mosen Iudei Christo præferunt.*

*Solliciti de ventre. Panis Angelorum, siue de caelo.*

*Iurare licet in re seria & vtili.*

*Moses non fuit miraculi auctor. Miraculorū auctor Deus.*

*Panis eximius.*



æternam vitam ex seipso satians, licet Psalmographus dixerit Panem de cælo: non tamen de cælo venerat, sed ex aëre depluebat, quemadmodum aues in aëre viuentes, de cælo dicuntur: sed panis verè cælestis imaginem duntaxat habebat. Terrenus Moses populum habebat carnalem, quos, vt similes habeant labra lactucas, pane illo pascebat corporali. Non item Pater meus cælestis, qui spiritali populo per Filium suum, cælestem largitur panem.

Sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.

*Manna.* Quemadmodum panem cælestem, Manna, ex imperitia nuncupatis, quo solum Iudæo- rum genus & breui tempore fuit enutritū, sic misericordiam Dei contraxistis, & exilem fecistis, vt id beneficii cælestis solis Iudæis donatum esse putaueritis. At panis ille manna, typus & figura erat vniuersalis Dei liberalitatis, loco arræ hominibus concessa. Nunc verò quum veritas sit in ianuis, exactūque sit figurarū tempus, Pater meus dat panem. *Quem panem: Manna? Non: sed panē quem significabat manna, ipsum scilicet Dominū IESVM.* Hic de cælo est, hoc est non est deplutus ex aëre, sed est de secretis diuinitatis, de sinu Patris, quia Deus est, panisque vocatur, quia solus suo Spiritu, suisque & Patris cognitione, satiat ad vitā: hoc est æternū dat beatè viuere, & se māducandū dat fidelibus. *Obserua: cæli v m tropo scripturæ aliquando pro nubibus, & superioribus orbibus, vt paulò antè. itē Genes. 1. 2. Petri 1. Psalmo 18. Matthæi 24. & aliis plerisque locis: interdum autem pro secreto diuinitatis, vt hoc loco, & suprā cap. 3. Nemo ascendit in cælū, nisi qui descendit, & c. v e r v m dixit, hoc est non typicam, sed verè cælestem, seipsum significans. Obserua: quum de Mose sermonem fecit, vsus est verbo Dedit, quod rationem temporis potius, quàm potestatis importaret verbum Dedit: sed de Patre loquutus, vsus est verbo Dat: licet quidam codices habuerint Dabit, legendum tamen est, Dat, iuxta lectionē Græcam: quòd hęc Dat, non habeat rationem tēporis, sed potestatis: Dat enim qui solus potest dare. Græcis est δίδωμι non δίδωμι.*

Panis enim verus est.

*Panis Dei.* Aetiologia est explicās notas quibus facildè secernemus panem illū eximium, à pane Mosaico. Panis Mosaicus typus erat huius panis qui verus est. Græcis legitur, Panis enim Dei est, & c. quibus cōsentiant vetustissima Latinorū exemplaria, panis Dei est, qui à Deo Patre est. Ipse ergo Vnigenitus Filius, verus panis est, qui quum sit ex substantia: patris, naturaliter vita est cūctā viuificās. Vt enim panis terrestris, imbecillitatē carnis nostræ sustinet atque cōseruat, ita & hic panis cælestis spiritū nostrū viuificat, & corpus ipsū à corruptione liberat.

Qui de cælo descendit.

*Panis ille eximius quare de cælo dicitur.* Hic panis eximius à circumstantia loci commendatur. Non est terrenus: nam non de terra, sed de cælo summo egressio eius: de cælis ita profectus est, vt verè sit cælestis à natura & ab effectu. A natura enim Deus est, vnum cum Patre: & ab effectu, quia diuinos & cælestes facit qui ex animo illi adhærent.

Et dat vitam mundo.

*Mosaicus panis solis Iudæis datus.* Excellentior est hic panis, Mosaicus pane. Contractus & destinatus erat solis Iudæis panis Mosaicus: at hic verus panis vniuersos viuificat: non est Iudæorum solum, sed & Gentium hic panis, qui nec est corporeus nec ex aëre depluit, sed ab ipso Deo venit, & tam efficaç est, vt eis qui sumperint, donet animorum immortalitatem, hoc est, non vni populo, sed toti mundo, siue omnibus electis vbicunque gētium agant. *Obserua: scriptura vsurpat sæpe m v n d v m, pro promiscua hominum vniuersitate. Iterum pro iis qui nondum sunt renati & facti cælestes, vt est illud, Mundus me odit: item, Non pro mundo rogo. Interdū pro ipsis electis, vt hoc loco, & suprā, Sic Deus dilexit mūdum, vt Filium suum vniogenitū daret, & c.* Nihil ergo est quòd tantopere mouere vos debeat Mosis autoritas. Pro Mose enim (pro quo gloriamini) Deum habetis huius muneris & beneficii authorem: pro famulo Dei, Filium Dei habetis. Si doctrinam spectaueritis, pro doctrina & lege accusatrice, Euangelium & doctrinam vniuersalem, promittētem omnibus in c h r i s t o vitam. Si officium spectatis, tantum interest quantum inter corpus & animam, quantum inter vitam breui desitutam, & vitam in cælis perennem, quātum inter tenebras & lucem. *Obserua: Moses typum veri Dei spiritualium Israelitarum ducis, gessit. Manna c h r i s t v m verum panem præfigurauit. Non quòd manna falsum aut phantasticū fuerit, sed quia figura fuit, non ipsamet veritas. Vt enim manna Iudæos obstupescere fecit, ita aduentante veritate c h r i s t o, attoniti fuerunt, qui verbum audierūt factum hominem. Manna, lingua Syrorū, Quid est hoc, significat. Iudæi enim viso illo mane quod cumulatim deplurum esset, ante cuiusque tabernaculum:*

tabernaculum, tam peregrino & insolito obstupescit ostento, interrogantes inuicem, dicebant, Quid hoc? Ita & ab oriente veniens Dominus, & mane apparens, factus homo & verum manna, ceperunt omnes inuicem interrogare: imprimis Angeli admirabūdi præ gaudio magno dicunt, Quid hoc? & cantant, Gloria in altissimis Deo. Virgo & Ioseph hoc admirabile commercium videntes, dicunt, Quid hoc? Illuc sese recipiunt pastores, vt videant quid hoc, quod nuntiauerunt Angeli. Omnes pii dixerunt dicuntque, Quid hoc? quomodo Filius Dei & filius hominis? quomodo ex duobus diuersis vna persona? quod hoc est mysterium? Magnum est diuinitatis mysterium, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Verbum caro factū est. Moysi ergo manna typus erat, cuius veritas, Christus.

Dixerunt ergo ad eum.

Quum nihil præter Spiritum doctrina c h r i s t i spiraret, non tamen ad spiritalem cibum isti carnalibus imbuti desyderiis animos erigunt, sed adhuc ventris negotium somniantes; doctrinam illam de pane sensibili interpretantur, dicentes,

Domine, semper da nobis panem hunc.

*Hypocritica saluatio, Dominum dicunt, & labiis honorant: quorum corda odio plena erant. Videntur mihi nescio qua ironia & irrisione vti. Saturitatem amabant potius quàm salutem, & saturatorem requirebāt potius quàm saluatorem. Da nobis semper panem hunc. En verba ipsissimorum carnalium de c h r i s t o & doctrina eius carnaliter sentiētium. Quemadmodum Samaritana audito c h r i s t o promittenti, qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, dixit, Domine, da mihi istam aquam, vt non sitiam, neque veniam huc ad hauriendum: ita & isti maleferiati homines, multa auaritia & irrisione ducti, nimisque auide dictum c h r i s t i accipiētes, venisse panem Dei de cælo, qui daret vitam mundo, quasi verò non necesse fuerit in posterum in sudore vultus terram colere, semina sulcis credere, & in saturitate panis, & otii securitate, non sit opus penuriam vllius rei præcauere, aiunt, O quanto honore te exciperemus! non solum vt magnum te haberemus Prophetam, sed te profiteremur verum esse Messiam, si quod polliceris, præstares! Bene nobis cōsultum esset: nam otiosi viueremus, nihil nobis sudandum esset in labore. At quī fieri potest vt hunc panem viuificum appares, & eo tantam Iudæorum multitudinem æternū in dulci otio nutrias? Sed interim dicito, Quum neque horreum neque frumentum tibi sit, vnde possint panes corporales pinsi? quī fieri potest, meliorē præstantiorēve panē nobis dare possis? Hæc sunt carnaliū hominum verba ad c h r i s t v m: qualia etiam pendenti in cruce obiecerunt, Quomodo alios saluos faciet, quando seipsum saluum facere non potest?*

Dixit autem eis IESVS.

Exemplum magnæ dilectionis erga nos in c h r i s t o, qui ingratos carnales & multa ignorantia laborantes, pacificè instituit ad meliorem intellectum, neque id facit obumbrato & subobscuro sermone (quod nonnunquam, propter auditorum imperitiam, facere est solitus) sed quum istos nihil intelligere videat, vt excutiat illis somnium cibi corporalis, & nulla excusatio nō credētibus relinquatur, dilucidè ac breuiter totā mysterii vim explicat, & apertius eis ostendit se non loqui de pane qui dentibus māditur, & per gulā in stomachū traiectus, corporis famem ad tempus sedat, sed de pane cælesti, qui verè c h r i s t v s est.

Ego sum panis vitæ.

Apertis verbis, nullo anigmate, nulla metaphora, verbo substantiuo s v m, non verbo s i g n i f i c a t, vsus, apertissime dicit, Ego sum panis vitæ. Nolite putare manna fuisse panē de cælo, Ego enim sum panis vitæ, qui olim vobis figura in manna solummodo datus, nunc adsum omnē adimplens figurā: hoc est qui aduentu meo finem impono figuris, & veritatē exhibeo. Hæc verba faciūt vt subodoremus sanctissimi corporis c h r i s t i vitam & gratiam, qua in nobis vnigeniti proprietatis, id est vita, & ingreditur & permanet. Paulò antè de seipso loquutus, tertia vsus est persona, non item nunc, sed primā persona, certam illius veri panis cælestis demonstrationem afferens. Qui tanto desyderio moti quærebatis, Da nobis hunc panem, qui vitam dat mundo, hunc vobis ostendo, en non procul est, Ego ipse sum panis vitæ: iam hunc accipite panem, & eo fruamini æternū: Nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Sed venite ad me.

Qui venit ad me, nō esuriet: & qui credit in me, nō sitiet in æternū.

Argumento ab effectibus petito, commendat hunc panem vitæ, simul commodissimè ac suboccultè incitiam quorundam gloriam c h r i s t i non agnoscentium, & plus Mosis m. ii.

Manna spiritalis intelligētia.

Carnalium ratio ad Christū.

Christus explicat qui verus panis.



*Probatu Christi  
suis verus panis  
omnibus sanctis  
prestar.*

aut sanctis viris quam c h r i s t o tribuentium, propulsat : ostendens ab ipsarum rerum collatione se in infinitum illis prestare . Hoc argumento vsus est olim, quum ad Samaritanam est loquutus, & ei se viucentem aquam dare polliceretur: hoc quum no intelligeret mulier ait, An tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum ? hanc itaque volens c h r i s t v s ab ista opinione (qua plus ipsi Iacob quam c h r i s t o ascribat) abducere, & se maiorem ipso Iacob manifestare, ad aquarum differetiam descendit. Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. His verbis c h r i s t v s docebat se superiorem ipso Iacob, qui multo maiora tradere potest. Non ab simile hoc loco facit c h r i s t v s . Nam quia Iudaei solo suo Ioseph gloriantur, Mosen semper antepontes, volentesque magis Mosaicam legem sequi quam doctrinam c h r i s t i, semper in ore versabant mannae copiam & aquarum e lapide fluxum, vnde Mosen c h r i s t o praeferebant. Opera pretium ergo duxit c h r i s t v s, vt se maiorem Mose ab ipsis effectis ostenderet : non aperte quidem de Mose mentionem faciens, ne in iram infranis illorum audacia incideret, sed ea ipsa adducens quae ex comparatione Mosen in infinitum c h r i s t o inferiorem ostendunt. **Q**ui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in aeternum. Quasi diceret, haec si comparaueritis ad ea quae per Mosen accepistis, agnoscetis verum quantus est vester Mosen. Dedit vobis ergo (vt hoc vobis condonem) Mosen manna: sed qui comederunt, rursus famuerunt, & post saturitatem, recurrit famis molestia, & esurierunt. Dedit vobis copiosum aquae fluxum e petra, sed qui biberunt, rursus sitierunt. At longe aliter res habet apud me. **Q**ui enim ad me venit, nunquam esuriet, & c. Ergo ex his colligere poterant Iudaei, c h r i s t v m Mose maiorem. Quid hic pollicetur c h r i s t v s? nihil corruptibile, sed caelestem benedictionem, quam communicatione corporis atque sanguinis c h r i s t i assequimur. Haec enim communicatio nos reducet integre ad incorruptionem, vt cibo & potu corporali non indigeamus. Nam corpus c h r i s t i viuificat, & ad incorruptionem sua participatione reducit. Hoc corpus, corpus ipsius vitae est, virtutem incarnati Verbi retinens, & plenum potestate illius, quo vniuersa & sunt & viuunt. Haec omnia nos admonent, diligenter contemplemur quam alieni sumus a vita aeterna, si rarius in Ecclesiam proficiscamur, & longa temporis intercapedine propter simulatam religionem mystice communicare c h r i s t o reculamur. Senfus verborum est, **Q**ui venit ad me, siue qui credit in me, hoc est qui me vt saluatorem recipit, & se mihi totum consecrat, is cui hoc facere datum fuerit, non esuriet neque sitiet, hoc est nihil desyderabit boni : quia esurientes impleuit bonis. Credere in c h r i s t v m, est ad eum venire, & eum saluatorem agnoscere, siue certo statuere hunc sibi & omnibus credentibus panem vitae esse, & qui dat non esurire & non sitire, id est qui dat non perire in aeternum : qui dat nihil boni desyderare, sed per omnia beatum esse, quod in iis qui se c h r i s t o dederunt fide viua hic incipit, perficitur autem vbi corpusculum hoc, in die nouissimo restitutum virtute c h r i s t i, imaginem ipsius qui caelestis Adam est, gestabit. Interim tamen, **Q**ui in me credit, ait ille, non esurit in peccatis: quia iustitiam meam possidet: Non esurit in afflictionibus: quia se per crucem liberatum iri fide videt: Non sitit in morte: quia in media morte vitam habet: Non sitit in inferno: quia ego vici infernum, & ligavi Satanam in abyfso, cuius ianuas clausi: Neque esuriet, neque sitiet in rebus externis ad leuandam corporis inediam, quia Pater meus scit quibus ille indiget, vt adiciat omnia necessaria credenti in me. Horum omnium specimen dedi in Israelitis, quos manna paui in extrema penuria. In muliere Sareptana, & in Samaritanis sub Eliseo. 4. Reg. 7. Huc pertinet quod dictum est ab Esaia cap. 49, Non esurient neque sitient, & non percutiet eos aestus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Nulla ergo potest esse egestas, vbi est aeterna satietas.

*Christus Mose  
maior.*

*Corpus Christi.*

*Ventre ad Christi  
sum.*

*Credere in Christi  
sum.*

*Credens non esuriet.*

*Esuriet.*

*Egestas nulla  
vbi satietas aeterna.*

*Panis vitae omnibus  
presentatus.  
Esaia de communi  
saluatore.*

**Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis.**

Occupatio est qua praue nit incredulos, ne obiciant olim se iniuria perditum iri : sed dixi vobis quanta incredulitate laboratis, vt intelligatis vos vestra culpa perituros, si in infidelitate vestra perstiteritis. Nulli panis viuus negatur a Patre, & vobis omnium primis oblatu est, sed magis vos tangit mouetque panis interituri sollicitudo. Rogabit aliquis, vbi quid tale dixit c h r i s t v s? Respondeo. Audi Esaia cap. 6. dicentem, Vade (inquit) & dic huic populo, Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere : Excaca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & conuertatur & sanem eum. Haec

eum. Haec prophetica oratio rebus ipsis vera nunc demonstratur. **Q**um dicitur, **E**t vidistis me, hoc est vidistis me maiora praestantem, quam si vos manna pauissem. **V**idistis tamen hoc est videre potuistis me Deum esse, quando quinque panibus hordeaceis tam numerosam multitudinem saturauit. **Q**uod me Deum eo signo agnoscere potuistis, id argumento est quod me illum magnum Prophetam promissum praedicaistis, & me in regem rapere voluistis. Adhuc praestantiora vobis polliceor offeroque quam Moses, quibus & me Deum esse cognoscere potestis, & tamen non creditis. Cur ita? **Q**uia indignos vos praestatis: nam quia peccatorum vinculis coartati non vultis liberatorem & iustificatorem vobis oblatum cognoscere, & cognitum recipere, ideo ira Dei dignè vos excacauit, & obcaecatum magis factum est cor vestrum. Haec sententia indicat c h r i s t v m loquutum esse vt Deum : qui declarat se videre quanta incredulitate teneantur, & quales sunt futurique sunt, vt intelligant ira diuina perditum iri omnes incredulos. Respondet ergo haec sententia c h r i s t i, ei quam supra dixit, Amen, amen dico vobis: quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus. Dixi vobis & nunc dico, **Q**uia audistis me, & audistis verba vitae aeternae, nec tamen creditis, quaerentes solummodo signa videre, & non id propter quod signa fiunt, non mea sed vestra culpa peribitis. **Q**uid enim vltra facere debui ad me manifestandum, quod non feci? Sed haec est causa quod non creditis: quia Patrem vocantem non audistis, vt me sequamini: sed ventri vestro (quem pro Deo habetis) reclamanti obedistis.

**Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet.**

Minatur c h r i s t v s quantum illis incommodet incredulitas, & quantam facturi sunt gratiae iacturam ex his quos loco illorum sufficit Dominus: quibus omnium animos erigit, vt intelligant c h r i s t v m non Iudaeorum solum sed & Gentium esse saluatorem. **O**mne quod dat mihi Pater, id est Omnis siue Gentilis siue Iudaeus, siue liber siue seruus, qui datus est mihi a Patre, id est cui id beneficii datum est a Patre vt in me credat, vbi n i b t ad me, id est recepto illo ad credendum dono (fides enim donum Dei est, Ephes. cap. 2. & non ex operibus nostris vt ne quis gloriatur) veniet ad me, id est credit in me. **C**h r i s t v s ait ad se venire quos Pater sibi dederit, non quod ipse non possit quoscunque voluerit adducere, ipse enim Deus est Patri aequalis: sed quia nemini sed soli diuinae naturae conceditur, vt ignorantiae tenebris inuolutos illuminet, sicut homo Patri hanc rem pro suo more attribuit. Rogabis, qui sunt quos Pater dat, Respondeo: Non nisi electos in c h r i s t o dat, Nam ex omnibus hominibus ante iacta mundi fundamenta Deus aliquot elegit in c h r i s t o, seu pro bona voluntate sua decreuit illis dare vitam aeternam, Ephes. cap. 1, Quos ergo Pater ante mundum conditum praedestinauit, eos dat Filio suo, Domino nostro **I**e s v c h r i s t o. Haec sententia confirmat dictum Pauli Rom. cap. 8, Quos praedestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

**Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras.**

Insinuat hic locus liberum arbitrium: Necessarium est Patrem primo trahere, hoc est suo Spiritu afflare siue praue nitre sua gratia voluntatem antequam exeat in actum voluntas, quae praesente sibi hoc Dei fauore, instinctu & auxilio, potest non velle. Hanc libertatem Dominus expressit Matthaei cap. 24, Quoties volui congregare te, & c. & noluisti. Et superiore cap: Non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Vult quidem Pater (ait Dominus) omnes saluos fieri, praestoque est auxiliari, Apoc. cap. 3, At necessarium est vocatos venire, hoc est oportet credant vocati, & per me salui fiant. Quibus (ne animos despondeant) polliceor me non eiecturum illos foras, hoc est, Quisquis ad me venerit (atque vti nam omnes veniant) non eiiciam foras, hoc est non perdam, sed saluabo, vt ostendam quam utilis fuerit credentibus fidei pietas: hic vir neque sterilis erit, neque abdicabitur, atque ille de quo Hieremias, cap. 22. scribit, Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Haec dicit Dominus: Scribe virum illum sterilem: virum qui in diebus suis non prosperabitur. Non ergo vt inglorius eiiciatur qui credit, nec erit beneuolentiae diuinae expers, sed recondetur in horreum, & in caelestes mansiones diuertet, vbi aeternum Deo fructur. Colligamus ex superioribus: tria concurrere ad hunc panem vitae assequendum, Patrem trahentem, voluntatem vententem, & **I**e s v m non reiicientem, sed admittentem.

**Quia descendi de caelo.**

**A**etologia est. Reddit enim rationem cur credentes non eiiciat foras. Vult Pater, m: iii.

*Increduli, quia  
indignos se praestant.*

*Christus nihil  
non fecit pro omnium salute.*

*Incredulorum  
exitum.*

*Datum a Patre  
vltio.*

*Pater quos  
desse fuerit filio.*

*Liberum arbitrium.  
Voluntatis actus  
liber.*

*Foras eiicere.*

*Ad verum panem  
habendum  
tria necessaria.*



quantum in ipso est, omnes homines per viuam fidem fieri saluos. Et in hoc ipsum dicitur de cælo, hoc est homo factus sum, propter omnium salutem.

**Non vt faciam voluntatē meam, sed voluntatē eius qui misit me.**

*Electi autem mundi facta fundamenta. Ordo quo Filius electos adducit.*

*Descensus Filii in mundum. Modus ad salutem & vitam æternam.*

*Prædeterminationis vox neminem conturbat.*

*Consolatio aduersus timidulos de prædeterminatione.*

*Prædeterminationem se inuenire.*

*Quæramus nos ipsos in solo Christo. Electionis certitudo.*

*Voluntates due in Christo.*

*Officium suum Christus declarat.*

*Resurrectio est opus Dei.*

*Christum mitti.*

Deus ante iacta mundi fundamenta, aliquot ex omnibus hominibus elegit in suo Filio, quos aliquo ordine Filius adducit. Quis ordo? Primò mittit Filium suum in hunc mundum, qui annuntiat bonam Patris voluntatem, quod velit omnes homines saluos facere. Deinde vt audiant, si qui aures audiendi habeant. Postremò, auditis credant, iustificentur, & vitam æternam habeant. Prædeterminauit Deus nos in hoc scilicet, vt per c h r i s t v m adducamur sibi, ad quem non conscendemus, nisi per gradus, quos tanquam media ad summum perueniendi, ordinauit. Descendit Filius, hoc est factus est homo, qui voluntatem Patris annuntians, vocauit nos per doctrinam Euangelicam: quam qui recipiunt, iustificat, & iustificatos per dona Spiritus glorificat, & æternum beat. Hæc media ad finem egregie declarauit Paulus Rom. cap. 10. Omnis quicumque inuocauerit nomē Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Descensus ergo Filii in mundum, est præcipuus gradus quo ad Patrem conscendamus. Obiter dixerim, Noli perturbato esse animo, quum audis ea quæ de prædeterminatione dicta sunt, neque ea curiosus inuestigaueris, quæ altiora sunt quàm possis comprehendere. Sed audi c h r i s t v m, & huic te morigerum præstes, qui annuntiat tibi voluntatem Patris volentis omnes homines saluos fieri. Ad quam salutem consequendam gradus quosdam tibi indixit c h r i s t v s, quos si vis peruios habes, si accesseris, non occludet tibi ianuam, non te eiiciet foras. Nihil respicias an sis prædeterminatus, sed da operam vt in c h r i s t v m credas, & per eum iustificeris. Hoc si per fidem inueneris, hoc est videris te per fidem esse in c h r i s t o, inuenies & te per Deum esse electum, & prædeterminatum. Caue quæras te in homine, vt iustificatore: est omnis homo mendax: sed quære te in c h r i s t o, in quo si te reperis per fidem viuam, certo scias te esse electum in ipso. Porro quod voluntatem Patris adducit, id facit vt agnoscant illum non suam voluntatem, tanquam propriam & priuatam, facere, quod videatur priuatim sine Patre agere: sed vt ostendat se vnā cum Patre habere voluntatem. Aut venit, n o n vt faciat suam voluntatem, hoc est humanam, quæ faciat aliud à voluntate Patris, sed vt faciat voluntatem eius qui misit illum, hoc est faciat quæ Pater illi admandauit: dicebat enim ille, In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam. Quum ergo Pater donet. Filio saluandos, & Filius voluntatem Patris perficiat, non poterit quiscquam de manu Filii saluandos rapere. Qui ergo Filio voluntatem Patris facienti resistunt, verè Deo resistunt, & voluntati diuinæ aduersantur. Duas hic locus indicat fuisse in Christo voluntates, alteram humanam, quam habet secundum quod homo: alteram diuinam & increatam, quam hic voluntatem Patris appellat, quod vna eadēque sit Patris & Filii voluntas, potestas, & maiestas.

**Hæc est enim voluntas eius qui misit me Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die.**

Officium suum c h r i s t v s declarat. Quod est? duo facere quæ Pater facienda mandauit. Prius est, vt quicquid Pater dedit Filio, nihil ex eo depercat, Filio seruante: Non perdam (ait) ex eo, & si quidam perire videantur, tamen perire non possunt. Nam si quis perierit, certum est illum non fuisse de grege Domini. Alterum est, vult Pater, ne quod ipse tradidit ad vitam, mundus capiat ad mortem. Quod si iuxta naturæ humanæ præscriptum corpus moritur, remanet tamen melior pars hominis viuens, anima. Atque vult Pater vt Christus corpus defunctum rursus reddat vitæ in nouissimo die. Ergo resurrectio est opus Christi, & spectat ad eius officium, vt exuscitet à morte ad vitam. Videamus geminam resurrectionem, quæ piis per Christum contingit. Resurgunt à peccato ad vitam & gratiam, vt sint membra Christi quos suscitabit in nouissimo die secundum carnem: Quum dicit, q u i misit me, id est cuius voluntate & autoritate factus sum homo.

**Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.**

Epanaphora

Epanaphora seu repetitio est, qua c h r i s t v s suum expeditius declarat officium, simul & insinuat quibus notis deprehendere possumus nos esse à Deo prædeterminatos & electos. Eò missus est Filius, hoc est factus est homo, vt electos ad Patrem adducat. Electi sunt qui vident Filium, & credunt in eum. Nam omnes hac fide insignitos Filius ad Patrem adducet: Ergo qui fide videt Filium, & ei se totum cōsecrat, iam fide cognoscere potest se in eorum albo esse, quos Pater Filio dedit, hoc est propter quos Filius venit. Non igitur sollicitus sis quasi animum despondere videaris, rogans apud te an sis prædeterminatus: tam alta sapere & inquirere noli: sed his indiciis & signis disce te repertum iri in caulis & grege c h r i s t i, quem integrum Patri reddet, tantum abest ne minima ouis pereat, vt ne pilus quidē periturus sit de capite electi. n a m c est voluntas, & c. Quasi dicat, Quemadmodum Pater vult c h r i s t v m exercere suum officium, hoc est vocare homines, & verbo audientes non reicere: ita Patris voluntas est, vt homines c h r i s t v m suscipiant, & in illum credant: siue v t omnis qui videt, hoc est cōsiderat & planè cognoscit, credat in eum: nam qui planè & verè cognoscit Filium, non potest non in illum credere: agnoscit & sentit eum vnicum esse Saluatorem, Deum, vitam, & omnia. Impii vident quidem Christum, & cognoscunt, sed non perueniunt & planè agnoscunt. Huc pertinet quod dicit (infra. cap. 17.) Christus, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti i n s v m c h r i s t v m. His vehementer perstringit auditorum animos, vt respiciant. Quasi diceret, Huc me misit Pater, id est eò factus sum homo, vt me videatis hominem, quem in deitate videre non potestis, & mihi credatis. Me videtis & auditis vera loquentem & signa facientem, quæ verè ostendunt confirmantque me esse Deum, & à Deo missum: ideo inexcusabiles estis, si non creditis. Proinde reuocat illos ab infidelitate, argumēto à præmio & fructu quem consequentur, si crediderint. Qui in Filium Dei crediderit, non patietur Filius illum perire, sed etiam si mortuus fuerit corpore, resuscitabit illum in nouissimo die. Hæc dicta sunt per occupationem. Heus quid istud est? creditibus promittitur vita æterna, illi autem nihilominus moriuntur. Verbum c h r i s t i elegans est, præcludens ora carnalium: licet moriantur corpore, aut si maui dormiant etiam ipsi credentes: quia tamen signati sunt Spiritu Sancto in diem redemptionis & nouissimæ resuscitationis, spe salui sunt, & saturi, contenti qualicumque gustu vitæ cælestis, qui simul eis interim contingit, donec corpore & anima plene innouati, plene item regnum Dei in hereditatem percipiant. Hoc enim potestatis habet Filius, vt mortuis etiam vitam restituat. Recte ergo hoc dictum Domini intelligitur de vltima resuscitatione, quia in nouissimo demum dicitur: & sine seculi, nostri consummatio expectatur.

**Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.**

Quum auditorum animi in patinis versarentur, nec attenderent quàm dilucidè manifestaret c h r i s t v s se cælestem illum panem esse, qui in se credentibus vitam det æternam, seruet à morte, atque in die nouissimo restituat in vitam æternam per omnia consummatos: spe cibi vtcunque c h r i s t i sermonem ferentes, dum diu satisque expectatum est, nec vident vllum sibi apparari prandium, spem pastus corporalis adimentes, vertuntur ad calumniam, aduersus illum murmurant, contemnunt, derident, fastidiunt, & mendacii arguunt. Vide quæso mutabile vulgi iudicium: quem enim saturi volebant regem facere, nunc ventre ipforum oblatrante, vt abiectam personam habent, atque vt superbam & arroganter criminantur, non adhuc palam, sed inter ipsos submissius obloquentes & murmurantes, præsertim de hoc dicto, quod omnium maximè debebant amplecti, ambabúsque manibus obuui excipere, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Expectantes cibum corporalem, putant se delusos hoc dicto, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Sed longè aliter res habebat, quum offerretur illis præstantius quàm expectarent. Vnde seipos sua temeritate & affectata ignorantia fallunt: dum enim cælestia illis proponuntur, culinæ & patinis solùm inhiant. Quò fit vt recte de ipsis prædixerit Propheta, Psalmo 68. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua, vt propter arrogantiam ac inobedientiam suam, nullo modo ad cognitionem mysteriorum Dei animum erigentes, mali male perdantur. Hæc murmuratio videtur quasi paterna hereditate ad istos descendisse. Nam istorum maiores (Exod. cap. 16.) ex ingratitude. aduersus Deum in deserto murmurauerunt: isti murmurant de m. iiii.

*Electi qui dicuntur. Cognitio proprie prædeterminationis. Electionis signum.*

*Impii Christum non perueniunt.*

*Creditibus promissa vita. Mortui dormientes.*

*Filii potestas excitandi mortuos.*

*Vulgi lenitas. Venter latrans.*



*Inobediētie ex-  
itium.*

Christo, nec solum murmurant, sed & ipsum Salvatorem contemunt. Hos reuera venenosus draco mordebit, quum semper inobediētia in perniciem exire soleat. Non ait Euangelista istos murmurasse cōtra illum, sed de illo, supple Domino: vnde verisimile videtur, inter illos quosdam fuisse pro Domino, alios contra Dominū submissius loquutos. Postea incaluit cōtentio, quam vocat Euangelista certamē: hac sentētia litigabāt ergo Iudai, &c.

Et dicebant, Nōne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo dicit hic, Quia de cælo descendi.

*Opera Christi,  
fide aspicienda*

Mimis est, Euangelista enim refert verba eorum quos imbecillitas humani corporis Christi offēdebat. Nimirum cernebant tantum oculis corporeis Christi opera, quæ si oculis fidei perspexissent, nihil non diuinum in Christo cognouissent. Sed ex notitia & familiarī personarum colloquio, frequenter oriri solet contemptus. Atque iste est hominis genius, vt quæ ex longinqua patria aduehuntur, pluris faciat quàm quæ eadem domi & in hortis etiam meliora habet. Quid inquit iste audeat dicere se de cælo descendisse, & de diuinitate huc prodisse, vt addictos sibi, ad vitam æternam faciet? Quasi verò ignoremus qui sit, & non nouerimus de facie huius patrem & matrem, homines humiles & tenues. Nōne hic est I E S V S ille faber, Ioseph fabri & Mariæ filius? homo ex hominibus quem admodum nos, & sympatriota noster à cunabulis ipsis non incognitus? Qua fronte dicit se descendisse de cælis, quem nobis dedit oppidulum Nazareth? Expectabamus ab eo ventris nostri futuritatem, sed abeundum nobis est: recedimus hinc spe nostra frustrati, veluti hiantes lupi. Quid nobis nuntiat aliud quàm quædam vana quæ & Philaucus quispiam & Suffenus solet de se plenis buccis effutire & narrare: Gloriatur se de cælo descendisse: est filius Ioseph, nupérque apud nos natus: Ergo non descendit de cælo. Quales hic nos putat? Stupidos forsā, & qui tam leniter patiamur nobis imponi. Det nobis interim quo vescamur & saturemur. Si quid tale præstiterit, nos huic multum deferemus. Hæc sunt quæ inter sese mustabant. Sed pro dolor! quanta temulentia & imperitia est depressus istorum animus, quàm crudum, cæcum, & rude cor effectum est: videntes enim nihil vident eorum quæ magno honore excipienda veniunt: candida in nigra vertunt: & quæ multa commendatione recipienda sunt, risu digna sentiunt. Qui ex suo Mose & Prophetis discere poterant, Christum scilicet non absque carne ad nos venturum, quem virgo de tribu Iuda & Dauidis pareret, horum tanta fuit temeritas, vt quia Christi matrem cognoscit, propterea de cælo ipsum descendisse non credant. Etsi corpus de cælo non descenderit, sed in utero Virginis formatum fuerit, erat tamen in corpore, vt in templo Verbum Dei, quod à Patre, propter omnium salutem, descendit, & non Angelos, sed semen Abraham apprehendit: vt in omnibus, fratribus similis factus, & Deus verè simul ac homo inuentus, adduceret genus humanum in adoptionem filiorum. Discamus ergo etiam de pusillo corpore & re iuxta sensum modica, diuina & sancta considerare, quum dirigere nos debeat fidei oculus ad sanctorum virtutem inspiciendam, & reconditam in eis gloriam contemplari.

*Humilia fide  
consideranda.*

Respondit ergo I E S V S, & dixit eis,

Hæc est I E S V C H R I S T I philanthropia, qui pro immenso erga genus humanum amore non indignatur cæcis Iudæis: qui tametsi illum parui faciant, Patrem eius cælestem non agnoscant, & matrem solummodo & patrem Ioseph dicant se cognoscere: declarat tamen se Deum esse, quum illorum cogitationes se intelligere demonstrat. Nam qui corda hominum nouit, & animorum consilia non ignorat, quomodo tantum hominibus non præstabit, quantum terrestribus natura Deus excellit?

Nolite murmurare inuicem.

Murmuratorum mentes & animos aperit. Nolite murmurare in inuicem. Vos quidem submissius inter vos loquimini: sed æque mihi nota sunt illa, atque si aperto ore loquuti fuissetis. Non est quoddam inter vos murmuretis de his quæ vobis loquutus sum: hoc satis intelligo quæ sit huius vestri murmuris causa. Quasi dicat, Scio quare hunc panem non esuriatis, non intelligatis, non quæritis.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.

Eorum quæ supra dixit est exegesis, simul & confirmatio. Quid istud est ait quod inuicem murmuratis de his quæ per me verè recensita sunt? Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: non est mirum si huic sermone fide non adhæseritis, quia huc ad me venter, deus vester, vos traxit, nō meus Pater cælestis, Q V I me misit, id est qui me incarnari, & hominē fieri voluit,

*Venter Deus in  
deorum.*

fieri voluit. Incredulitas locū habet in vobis. Vidētes enim nō videtis, & audientes nō auditis, & præsentibus estis absētes. Quisquis vult saluus fieri, necesse est ad me accedat. Hic accessus neque pedibus neque alis aut huiusmodi rebus fit, sed fide viuua: quæ fides nō fortuito cōtingit, sed tractu Patris: qui tractus nō est violentia necessitans, sed in spiratio & afflatus, quo excitatur voluntas, vt agat iuxta lucem siue cognitionem ipsius intellectus, hoc tractu siue afflatu & inspiratione illustrati & adiuti. Hoc ipsum dictū est nō vt libertatem tollat arbitrii, absit: sed vt ostendatur quod multa habet opus cooperatione à Deo, is qui crediturus est. Respondit aliquis, Si libera est voluntas, quomodo trahi potest? qui enim trahitur, inuitus sequitur. Respondet Augustinus, Trahitur animus & amore: Rogas, Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico (ait ille) Parū est voluntate: etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluntate? P salmo 36, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quædam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cælestis. Porro si Poetæ Virgilio in secunda ægloga dicere licuit, Trahit sua quæque voluptas: non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio: quanto fortius dicere debemus, trahi hominem ad C H R I S T V M, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum, C H R I S T V S est? Vt enim suas habet voluptates sensus, ita & animus spirituales habet delicias & voluptates. Vnde dicitur P salmo 35. Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt, inebriantur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Qui amat & desyderat vitam, qui sitit fontem vitæ, & suspirat vitam æternam, hæc intelliget: non autem carnalis, quales erant hi Iudæi. Commendat hic locus gratiam Dei. Nemo venit nisi tractus, quem trahat & quem non trahat, quare illum trahat, & illū non trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare: semel accipe & intellige, Si videris te non trahi, ora vt traharis. Signū tractus, est fides, si agnoscis te credere in C H R I S T V M, tractus es: si non credis, ora vt credas, certo apud te statuens quod Deus vult omnes saluos fieri, omnes vocat. Volenti non præcludit viam salutis, qui tibi dulcedinem Filii ostēdit, quam dum ostēdit, & verè cognoscis (hoc est persuasus es) traheris. Ista reuelatio, est attractio. Elegans est similitudo quam beatus Augustinus huc non ineptè adducit. Ostēdis oī viridem ramum, & trahis eam: nuces puero demonstrantur, & trahitur. Si ergo ista quæ inter terrenas delicias reuelatur amātibus, trahunt (quoniam verum est, Trahit sua quæque voluptas) nō trahit reuelatus C H R I S T V S à Patre? qui suauiores delicias & æternū duraturas affert? Nā neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ sitientibus & desyderantibus veritatem, præparauit Dominus. Colligamus ex his neminem suis quanlibet magnis viribus posse ad C H R I S T V M venire, hoc est in C H R I S T V M credere, nisi trahatur à Patre: hoc est nisi adiutus sit à Patre, siue nisi aptus reddatur ad credendum à Patre, siue nisi donetur fide & Spiritu Sancto, quo corda nostra in C H R I S T V M obsignantur & cōfirmantur. Rogabis, Quibus hoc beneficii donat Pater? Respondeo: quibus vult: nam cui vult miseretur, & quem vult indurat. Vult certe omnes saluos fieri, qui tamen permittit quosdam indurari suis demeritis. Hortatur enim omnes ad salutem, docet, inspirat, illuminat: sed quī vocantem negligant, imo auerferunt, & se à vocante subducant, merito & iure optimo sua cæcitate & dementia in profundum malorum labuntur, indignosque sese reddūt, quibus tanta gratia & tam immensa Dei bonitas cōcedatur. Hæc omnia fusius declarauimus in 1. cap. ad Romanos: vide si iuuat. Maximopere ergo cauendum est ne quis sibi persuadeat se, tanquam ex se, & suis viribus aliquid boni posse, cui certè fatenda est sua ad bona tarditas & impossibilitas. Qui si ad hunc modum à Deo percussus est in corde suo, vt se talē agnoscat qui propter peccata sua damnari debeat, hic primus est pulsus quo Deus illum pepulit: & per hanc pulsationem vinculum diuinæ suæ gratiæ ingerit, qua eum trahit, vt animæ suæ consulat, & eius rationem habeat. Prius ergo apud se & suas omnes vires, nullum vel auxilium, vel consilium inuenire potuit, nec optauit. Nunc autem inuenit consolationem & promissionem Dei, quæ ita sonat, Qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Ex tali promissione homo animū magis ac magis erigit, & subinde maiorē fiduciam in Deū concipit. Nam quī audit hoc opus Dei esse, hoc magis postulat flagitātque à Deo, tanquam à proprii Patris manu, vt eum trahere dignetur. Hæc fiducia certum est signum, quo quis cognoscit se eum esse quē Deus traxerit, dicente Ioanne 1. epist. cap. 5, Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Is tunc in veritate cognoscit Deū nihil aliud esse quàm opitulatorem, consolatorem & seruatorem, cui se totum ex animo consecrat, vt in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitæ suæ seruiat illi.

*Incredulitatis  
effectus.*

*Tractus Patris  
non necessitas.*

*Libertū arbitriū*

*Voluntas libe-  
ra quomodo tri-  
bi dicitur*

*Voluptas animi*

*Tractus diuini.*

*Fid. s. signum  
tractus diuini.  
Attractio.*

*1. Corinth. 2.*

*Humane vixit  
in r. bus Dei ni-  
lli.  
Vides donū Dei*

*Dei tractus qui  
bus conceditur.*

*Attractus diuini  
signum.*

*Testimonium  
Dei habere in se  
Cognoscere deū  
sibi propitium.  
Lucæ 1.*



Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

*Patrem trahere nos, quid est.*

Pater meus trahens (ait CHRISTVS) illuminat, & docet quis sum, quæ bona credentibus in me, largior: hunc tractum, hæc inescationem sequuntur credentes, quibus reddo quod crediderunt, amauerunt & sperauerunt. Videbunt quod adhuc non videndo crediderunt: manducabunt quod esurierunt, & saturabuntur eo quod sitiuerunt: nunc quid in spe, sed perfecte & consummate in resurrectione omnium mortuorum: quæ opus meum erit. Tunc consummabitur piorum felicitas, & impiorum exitium. Iste est fructus, istud est præmium creditum: CHRISVS credentes in se suscitabit ad vitam æternam, in die nouissimo.

*Credendum præmium.*

Est scriptum in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei.

*Caro ceca in rebus Dei.*

Authoritate Scripturæ confirmat Dei donum esse, credere in CHRISVM: caro nõ potest quod spiritale est concipere, & subinde spiritale parere. Humano studio quamlibet Aristotelico, aut Platonico, non discuntur cælestia & spiritalia. Hæc philosophia quam docet CHRISVS, non humana, sed planè cælestis est: ergo non percipitur nisi arcanus Patris afflatus reddat illi cor docile. Nimirum hoc est quod olim à sanctis Prophetis fore prædictum est, ET ERUNT omnes docibiles Dei, id est, Erunt omnes à Deo docti. Vestræ cupiditates demergunt vos in hæc terrena, nec sinunt animos erigi ad cælestia, vnde indociles estis. Donum Dei est hic attractus, qui non cogit necessitatem imponens, vt inuiti velitis. Vester enim est conatus, operæ præmium est attrahenti consentiatis. Quare si non creditis, ipsi in vitio estis: quia vos ipsos subducitis attrahere volenti. Tanta est Patris pietas, vt quantum ad se attinet, cupiat omnes attrahere. Est ergo fides donum Dei, non hominis natura aut artificium. Nam omnes qui regni cælestis participes fieri volunt, necesse est doctrinam à Deo recipiant. Sunt certè homines Ecclesiastæ & Apostoli, organa Dei, solum pronuntiant verbum, externa est vox, cui nisi adsit attractus Patris, hoc est nisi sint dociles Dei, hoc est nisi adsit internus præceptor, qui auditorum animos apparet reuelatione & pulsatione interna, & hi sese tanto præceptori morigeros præstet, erit verbum veluti supra petram satum, non habebit radicem, quamlibet fuerit sedulus cultor externus. Quum testimonia Prophetarum adducit Dominus, denudat Iudæorum ignorantiam, & ora obstruit: non enim poterant etiam vocibus Prophetarum se opponere, qui prædixerunt à Deo Patre doctrina quadam ineffabili hominibus Filium reuelatum iri. Huius Prophetiæ allegatæ, si verba diligenter perpendamus, non facile inuenimus locum vnde rectius dicamus hanc sententiam, ET ERUNT omnes dociles Dei, mutuatam, quam ex Esaiæ cap. 54, vbi ipsi Hierusalem, id est sanctorum Ecclesiæ promissum legimus fore, vt omnes filii eius sint docti Domini, id est discipuli Domini, quos ipse suo Spiritu erudiat. Scribit Esaias cap. 54, Dabo vniuersos filios tuos à Domino, hoc est, Omnes filii tui donabuntur fide & Spiritu Sancto, qui docebit eos omnem veritatem: sed quum Euangelista nõ dixerit in Esaiâ, sed in Prophetis, significauit nõ solum Esaiam, sed & alios Prophetas ista prænuntiasse. Nam si sensum solum consideres, vix aliquis Prophetarum est, qui non multis hanc Patris doctrinam, CHRISVI tempore, potissimum sese exerturam prædixerit: Licet ante CHRISVM natum hac doctrina veteres fuerint docti, multo tamen cumulatior ac plenior impertiri cœpit electis à glorificato CHRISTO: hoc certè Hieremias cap. 31, prædixit fore vt scriberet Deus legem suam in cordibus suorum. Idem testatus est Ioel, cap. 2. Ezechiel, & alii quoties de amplissimo dono Spiritus vaticinati sunt? Quare videtur hoc dictum CHRISVI, non vni Prophetarum, sed omnibus attribuendum esse. Obserua: quod Hieronymus iuxta veritatem Hebraicam trãstulit, Vniuersos filios tuos doctos à Domino, Septuaginta verterunt διδύκτες, id est, discipulos Dei. Docilis est is qui facile discit. Docibilis vox est inaudita Latinis auribus. Quidã ait se legisse in quibusdam exemplaribus Græcis διδύκται: id est appositos & idoneos ad docendũ. Vnde Paulus vult Episcopum esse διδύκταιν. In aliis vero reperisse διδύκτες, id est dociles. Colligamus ex dictis, huius disciplinæ cælestis Deum authorem esse; non tamen contemnendam prædicationem externam, siue externum auditum. Fides enim ex auditu est, auditus autem per verbum. Docet quidem Deus, sed habet sua organa externa, siue media. Dat Spiritum bonum, sed per verbum Euangelii: dat incrementum, Paulo plantante, & Apollo rigante. Proinde Deus docet, homo ministrat, credens accipit rorem cælestem. Et vt vno & altero verbo concludam, quæ Apostolorum ministerio distribuuntur, auctore Deo fiunt.

*Docibilis Deo.*

*Imbeciles. Voluntatis libertas.*

*Fides.*

*Prædicatores, organa Dei.*

*Præceptor internus Spiritus.*

*Docti à Domino.*

*Docilis qui discit.*

*Prædicatio externa necessaria organa Dei. Donorũ auctor Deo, ministri Apostoli.*

Omnia

Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.

Hic locus elegans est exegesis illius quod dictum est, Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Nam quid per Trahere, Dominus intellexerit, his verbis satis explicat, OMNIS qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me: etenim si homo venit ad CHRISVM, & tum venit quando à Patre audierit, & didicerit veniendum esse, certè suo arbitrio suaque sponte venit, non minus atque aliud quippiã amplectitur de quo AVDIT & didicit, id est certò cognouit id e re sua esse. Vbi auditus, disciplina & doctrina adest, ibi fides nõ vi, sed persuasione oritur. Trahit Deus ad CHRISVM homines, non velut homo saxum, aut lignum post se trahit, sed trahit monitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta, vt ille solus nouit qui dignos cognouit. Quum ergo Deus neque vi neque necessitate cogat voluntatem, non possumus (quod etiam Ecclesiæ veritatique dogmata sanctissime docent & præscribunt) liberam potestatem hominis (quod liberum arbitrium appellamus) vilo modo negare. OMNIS igitur qui audiuit à Patre, id est quem Pater Spirituali afflatus mouit, ET didicit, id est in doctrina audita de Filio promouit, & est persuasus, VNIT ad me, id est credit in me. Nõ est ergo quod miremini, si quæ dixi, non recipitis. Nã non estis docti à Patre: Patri trahenti & docenti non auditis, non igitur ad me venietis.

*Audire à Patre.*

*Deus quomodo trahere dicitur.*

*Voluntas libera.*

Non quia Patrem vidit quisquam.

Antipophora est, qua anteuertit CHRISVS Iudæorum cogitatus, & præoccupat eorum responsiones. Fortassis responssissent, Nunquam vidimus Patrem, quomodo ergo discere potuimus à Patre? Sic diluit obiectiunculam: NON quia Patrem vidit quisquã: id est, Nolite intelligere quod Patrem docere, sit Patrem exponi præsentialiter oculis vestris, & his vestris auribus illum docentem audire. Occultè ferit Iudæos, qui suum Moysen iactabant in montem ascendisse, & in tenebras ingressum, ipsam ineffabilem Dei naturam oculis suis vidisse: sed ne illos molestaret turbaret ve, non de ipso Mose determinatè, sed de omnibus vniuersaliter dixit, Non quia Patrem vidit quisquam.

*Antipophora.*

Nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.

Deus quum sit Spiritus, non est humanis sensibus subiectus, quibus ne exponi quidem potest, vt sentiat, sed oculis cordis videtur. Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. Is enim corda ad videndum illuminat, & intus docet inuisibili & ineffabili quadam inspiratione. At qui sic illuminatus & inspiratus est à Deo, HIC vidit Patrem, id est, sic edoctus, scit quæ sit voluntas Patris. Aut nemo vidit Patrem, NISI is qui est à Deo, id est Filius, hic vidit Patrem: ac si diceret, Ne Moyses quidem vester vidit Patrem. Ego verò vidi Patrem, vos non vidistis Patrem. Ad me nõ venietis, nisi trahamini à Patre. Trahi à Patre, est discere à Patre, discere à Patre, est audire à Patre, audire à Patre, est audire verbum Patris, id est me ipsum non verbum transiens, sed permanens idem cum Patre. Colligamus ex his, neminem posse ad Filium venire, nisi Patrem habeat præceptorem: nec posse CHRISVM fidere, nisi se Patris discipulum cognouerit. Proinde si quis se Dei auditorem & discipulũ desiderauerit, audiat Filium, qui solus agnoscit & videt Patrem: est enim expressa imago substantiæ illius. Si quis velit agnoscere Patrem præceptorem, agnoscat Filium, & credat Filio. Nam Filius, Patris nuntius est, qui Patris voluntatem nobis manifestat. Huc pertinet quod scribitur Matthæi cap. 11, Nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Obseruandum est, quum Patrem reuelare, trahere, aut facere aliquid dicimus, nos non ita asserere, quasi velimus in operatione diuidere Patrem à Filio & Spiritu Sancto: aut Spiritũ à Filio atque Patre. Nam Scriptura ait, Matthæi cap. 16, Patrem reuelasse Petro respondentem, Tu es CHRISVS Filius Dei, &c. Paulus dixisse, ad Galatas cap. 1, sibi creditum esse Euangelium per reuelationem IN SVCHRISTO. Rursus 1. Ioan. 2. & plerisque aliis sacri Euangelii locis, Spiritum Sanctum esse Euangelii reuelatorem. Sed definimus (quia vna deitas est) omne consilium & operatione æqualiter vni totique trinitati (vt sic liceat dicere) necessario attribui. Licet enim proprie vnaquæque trinitatis persona, subsistere verè credatur: est tamen vna natura diuina quæ communia habet opera, & diuisim non operatur.

*Deus humanis sensibus non est subiectus. Deus videtur oculo cordis seu fide.*

*Trahi à Patre.*

*Discipulus Dei quis dicitur.*

*Trinitatis opera diuisa.*

Amen amen dico vobis, Qui credit in me, habet vitam æternam.

Per expolitionem clarius explicat CHRISVS quæ paulò antè dixit, ostendens quomodo effici possumus discipuli Patris, vt cognoscamus Filium esse viuificũ panem, qui nos



*Iuramentū quādo legitur.*

*Fides ad vitam est ianna.*

*Panis vita.*

*Collatio mānnae & panis vitæ.*

*Manna ad corpus pertinet.*

*Panis vita.*

*Manna ex corpore Christi collatio.*

*Manna esca spiritus vitalis ex verbo credito.*

*Ymbra.*

æternūm satiare potest. Hic legitur philanthropiæ CHRIS TI exemplū, qui propter caritatem, ignorantiam & indignitatem Iudæorum, a docendo non desistit. Simul & ostendit quando nobis iurare liceat, in re scilicet seria & certa: & quia id gloria Dei & proximi utilitas requirit. Deus enim illos omnino esse infensatos, & Prophetarū etiam verbis parum ex imperitia esse credentes, imbecillitatem illorum ad fidem iure iurandō erigit, proponens præmia credentibus præcipua, quibus illos ad se trahat, & ad fidem præmiōrū suavitare quodammodo impellat. AMEN amen, id est, Certissimum dico vobis, QUI credit in me, id est qui in me confidit, HABET, hic in spe, & post hanc vitam in fruitione, & clara visione, vitam æternam. Quasi diceret, Audite, audite, via & ianua ad vitam æternam, est fides viua.

Ego sum panis vitæ.

Quum hæc sententia ad alteram partem propositæ antitheseos pertineat, huius scilicet, Patres vestri manducaverunt māna in deserto, & mortui sunt, in idēque redeat quod dicitur, Qui me edit nō morietur, apertis verbis nudāque oratione, quæ neque fucō, neque velamine aliquo ornata est, per elegantem collationem docet CHRIS TV S viuificū esse panem, non autem manna. EGO sum (inquit) panis ille qui vitam præstat, non corporalem ac temporariam, sed animæ & æternam. Hoc ergo dicit CHRIS TV S, vt dicant, si mortem euadere velint, mortem inquam non illam, quæ est veluti quidam somnus & transitus ad vitam, sed quæ æterna est, & semper manet mors, necesse esse illo pane participare, qui mortem solus & interitū potest destruere: hoc enim proprium opus est vitæ. Responsabit aliquis, Si quis receperit hunc panem vitæ, poteritne peccare? poterit. Si peccet, quomodo dictus est habuisse vitam æternā? Quantū ad eum qui est vita æterna, pertinet, fecit quod in se est, vt æternūm cum illo maneret, sed ille in vitio est, quia sua voluntate se subduxit à pane vitæ, quo cum æternūm victurus erat.

Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt.

Hac secunda antitheseos parte, diluit CHRIS TV S obiectionem illam qua obiciebant, Quid maius nostro Mose operaris? Patres nostri māducauerunt māna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. Hoc (inquit) non operatur manna quod ego, qui sum panis vitæ, siue panis viuificans. Nam manna eō datum est, vt in ediam corporalem solum ad aliquot horas auferret, & vitam ad aliquod temporis spatium protraheret: non autem vt vescentes ad immortalitatem transformaret. Comederunt quidem Patres vestri manna, nihil tamen aliud illis præstitit, quā panis triticeus præstat aut hordeaceus, vnde MOR TV I sunt, id est nullam inde vitæ perpetuæ virtutem acceperunt. Non enim viuificabat, sed solum famem corporalem pellebat, mox recursum ac denuo cibum flagitaturam. Significanter dicit IN deserto, volens ostendere quod non longo tempore datum fuerit patribus manna, sed in deserto, & non in terra promissionis. At longē alius est panis vitæ, qui perpetuo durat, qui transformat recipientem se in immortalitatem, & dat ei non mori spiritualiter, siue edat non æternūm mori: moritur quidem corpore ad aliquot tempus, sed moriens viuut spe resurrectionis gloriosæ futuræ, & viuut Deo, vt Paulus ait Rom. cap. 6. Non est igitur necesse vt vllum māna flagitatis e cælo, quum panem habeatis cælestem præsentem ac paratum vobis, qui credētibus paratus est seipsum communicare vt viuant æternūm. Obseruandum est in hac collatione comparari manna purum citra fidem & Verbum, cum mystica communione corporis & sanguinis CHRIS TI, siue cum pane viuifico: nam si respexeris manna cum verbo & fide viua, verè viuificauit vescentem in fide viua. Legimus in Exodo, cap. 16, Apparuit in solitudine minutū & quasi pilo tufum in similitudinē pruinæ super terram. Quod quum vidissent Filii Israel, dixerūt ad inuicem, Manhu? quod significat, quid est hoc? ignorabant enim quid esset: quibus ait Moses, Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum: hic est sermo quem præcepit vobis Dominus. Hoc manna CHRIS TV M iustificatorem adumbrabat. Viso ergo hoc externo signo, qui fide accipiebat CHRIS TV M inuisibilem quem expectabat Messiam, iustificabatur. Non ergo manna ex se, sed propter verbū (quod credebatur) & CHRIS TV M, re illa externa figuratum iustificabat. Idcirco Paulus 1. Corinth. cap. 10, vocauit māna, escam spiritualem, quia vescentibus in fide spiritualem vitam præbebat: non ex se, sed ex verbo credito & CHRIS TO adumbrato: qui solus iustificat, & iustificationis vim confert: aut quia māna ymbra erat veritatis, veritatis nomine in Spiritu appellauit, hoc est appellauit cibum spiritualem: Vt ymbra ex se nihil habet virtutis, & per se nihil efficere potest, sed sola

sed sola veritas: ita manna quod ymbra est, nihil per se ad iustificationē facit, operaturve, nisi adsit veritas, cuius virtute qui credit iustificatur. Solus CHRIS TV S veritas est, in hoc igitur vnico ceu fonte quæreda esse nostri iustificatio. Colligamus ex his manna fuisse figuram CHRIS TI, non tamen fuisse Christum, nec vitam præstitisse. At Eucharistia quæ per manna significabatur, CHRIS TV M ipsum continet & vitam præstat æternam. Obserua: Quum dicit Christus, PATRES vestri, &c. non improbat legis doctrinam, sed Euangelium & panem vitæ, legi & manna præfert, vt rem excellentiorem. Ad hæc, quum dicit mortuos fuisse, ostendit legis impotentiam, quæ de vita præcipere & eam ostendere, sed non conferre potest.

*Iustificatio nostri vnico Christi.*

*Legis impotentia.*

Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.

Post enarratum panem spiritualement, qui est fides viua, Qui credit in me &c. & ostensam mannae impotentiam, nunc apertis & nullo ænigmate obuolutis verbis de mystica communione corporis sui CHRIS TV S sermonem facit. Qui seipsum demonstrans, ait, HIC est panis de cælo descendens, id est, nolite quærere manna e cælo, quum habeatis præsentissimum panem cælestem, qui vitam largitur æternam. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis est, Ego ipse sum solus qui descendi de cælo, Ego ipse sum ille panis viuificus & cælestis, quem si quis traiecerit in animæ suæ viscera, NON morietur, id est, vegetabitur & adolecet in vitam æternam. Hic panis descendit de cælo, hoc est Filius Dei descendens de cælo factus est homo: non solum vt in eum credamus, sed vt eum in sacramento sub speciebus panis & vini manducemus, & eo vescentes non moriamur, sed æternum vegetemur, nutriamur, & cum eo viuamus. Necessarium est hunc panem vitæ edamus: Nam quum simus non solum mortui, sed etiam mors, necesse est vt vitam ipsam recipiamus & ea viuamus, cuius opus est, mortem interimere.

*Panis de cælo descendens.*

Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, Si quis manducauerit ex hoc pane viuut in æternūm.

Epanaphora est qua veluti expositio rhetorica repetit Hic est panis de cælo descendens, &c. & EGO sum panis vitæ, hoc est sum meapte natura vita, & alios viuos faciens. His IESV CHRIS TI verbis Paulus ita perdoctus est, vt ad Philippenfes cap. 3, dixerit, Eadem vobis scribere, mihi quidem nō pigrum, vobis autem necessarium: nam quem admodum solent frequentibus & eisdem repetitis malagmis crudum vulnus mollire, sic induratis Iudæorum animis varia, aut eadem frequenter repetita accommodanda est doctrina, vt si prima non profuerit, secūda saltem aut tertia etiam eisdem repetita verbis, adducta, eosdem pellicere atque permulcere possit. Quare ne excusationi sit locus, & excusari possint si mali malè perdantur, qui seipfos veluti proprio gladio iugulant, CHRIS TV S varia, modò ænigmatica, modò dilucida oratione, modò eisdem, modò diuersis verbis eandem doctrinam Iudæis proponit, vt si prima aut secunda non pellecti fuerint exhortatione, saltem tertia & quarta molliantur. Dixi vobis iam semel & iterum, quod ego sum panis vitæ, quod si dictis obsurdueritis, nolite mihi eadem repetenti obsurdescere, nolite obdurare corda vestra. Audite, attenti estote, Ego sum panis viuus. Dicit se panem, nō qualemcunque, sed panem viuificum, qui vita est & aliis vitam confert: qui solus descendit de cælo, id est homo factus est, non e cælo cecidit & deplutus dicitur vt manna, quem offensi corporis huius infirmitate & humilitate, nihil aliud esse putauerunt Iudæi quā Ioseph & Mariæ filium. SI quis manducauerit, Non dicit, si quis hunc panem intuitu fuerit: plus enim gratiæ confert Eucharistiæ (quæ verum IESV CHRIS TI corpus & sanguinem continet) receptio siue manducatio, quā solus intuitus. Nam si nullus maior fructus ex manducatione sacramentali nobis quā solo intuitu contingeret, nunquam se eisdem sacramentaliter, sed spectandū solum CHRIS TV S nobis præcepisset. Sed ait, Si quis māducauerit, vt iam assuescerent intelligere se non abs re panē vocari, panem inquam vitæ, vt panē hunc māducantes, & sacramentaliter recipiētes in eo infereremur. Tales enim fere esse solemus, quales sunt cibi quibus vescimur. Si vescamur cibo paulo duriore & crassiore, duri & intractabiles efficiamur, si humidiores, humidi, si sicciore, sicci, qui ergo CHRIS TO vescitur, quod fit non solum per fidem viua, sed etiam per Eucharistiæ receptionem, viuut, viuut inquam non ad tempus solum, sed æternūm, habet enim panem vitæ siue vitam, qui dat manducantibus se vitam æternam, siue æternūm viuere, quantum ad rationē

*Panis vita.*

*Indefesse docendum.*

*Christus quāt se dixit panem.*

*Māducatio sacramenti non sufficit, necessaria est māducatio.*

*Nutritum est de quibus sumit.*



*Sine panis vita  
sine doctrina,  
anima roburat.*

*Eucharistia est  
panis vite.*

*Panis vetus, ca-  
ro Christi.*

*Christianorum  
refectio.*

*Mors Christi.*

*Christum san-  
ctificare se.*

*Caro Christi or-  
ganum diuini-  
tatis.*

*Corpus Christi  
in missa.*

*Panis vite, ca-  
ro Christi.*

*Panis in carne  
Christi trans-  
substantiatur.  
Carnis nomine  
cur vsus, qui to-  
tus Christus sit  
in Eucharistia.  
Christus in Eu-  
charistia.*

huius panis caelestis & vitæ attinet. Obserua: quoties in Scripturis reperis, Manducat aut Bibit, & non additur verbo Indignè, semper subaudiendum est Dignè, Chrysoſtomus in hunc locum ait. Panem verò siue doctrinam hoc in loco & salutem & fidem in se, siue corpus suum dicit: vtrunque enim animam fortiorem reddit.

Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Expolit quod dixit de pane vitæ, simul & eleganti præoccupatione, euerit carnalium hominum ab orthodoxis doctoribus recedentium, rationes & obiecta, docens hunc panem vitæ non esse fantasticum aut fictitium in speciem, sed veram esse suam carnem, quam in cæna sub specie panis daturus erat, & qua genus humanum redimendum erat. Vnde verbū *δωσω*, id est Dabo, in Græco textu geminatur. Panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est quam dabo pro mundi vita. Priore verbo Dabo, significat *CHRISTVS* se daturum carnem suam sub specie panis, nimirum in cæna, quando dixit, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Ac rursus secundo verbo Dabo, significare voluit sui corporis litationem, quæ facta fuit in cruce: quasi dicat, Quem ego voluntariè tradidit, sicut & Pater meipsum voluntariè tradidit: vt ostendatur vna Patris & Filii esse voluntas. Hic inquam panis est & verè est hæc caro non alterius quàm mea, & quam videtis: hoc est, est corpus meum quod impendam ac tradam voluntariè in mortem pro redimenda totius mundi vita. Ac si diceret, Refectio qua reficiam me, id est quo viuam in eis vitam æternam, primum caro mea est, corpus hoc quod dabo pro mundi vita in mortem crucis: nam morior (inquit) pro omnibus, vt per meipsum omnes viuificè, & caro mea omnium redemptio fiat: morte mea morietur mors, & simul mecum natura hominū resurget. Litatione ergo sui corporis tam magnū electis omnibus beneficium immortalitatis contulit, homo factus ex semine Abrahamæ, & per omnia, absque peccato, fratribus similis factus. Hæc subodorauit Paulus ad Hebr. cap. 2. dicens, quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolus: & liberaret eos qui timore mortis, per totam vitam obnoxii erant seruituti. Quis fieri aliter poterat vt destrueretur mors, & demeretur mortis, princeps, nisi seipsum pro nobis morte occupatis obtulisset sacrificus viuens? qui in carne passus, satisfecit pro nobis, quos suo liuore sanauit, nostraque delicta in suo corpore super lignum portauit, vt morte ipsius in ipso omnes viueremus: resurgens enim omnes electos secum traxit & conuiuificauit. Hoc neque cinis vitulæ, neque sanguis brutorū, aut quiuis hominum poterat facere. Merito ergo dicit, Panis què ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hanc carnis *CHRISTVS* litationem intelligemus ex ipsius verbis, infra cap. 7. Pater, inquit, sancte, serua eos. Et rursus, Ego sanctifico meipsum. vbi obserua, Non sanctificat seipsum *CHRISTVS*, quod animo fiat mundior, vt nos dum sanctificamur: aut quod Spiritum Sanctum recipiat, & illius particeps fiat: quum in ipso Spiritus Sanctus naturaliter sit, & ideo semper Sanctus est: sed dicitur seipsum sanctificare, quod membra sui corporis mystici sanctificet, dum se pro suis offert hostiam immaculatam in odorem suauitatis. Proinde caro *CHRISTI* ex vniione diuinitatis, cuius est organum & instrumentum (vt ait Damascenus) viuificat & sanctificat. Verbum *ΔΑΒΩ*, indicat quod non dum institutum erat Sacramentum Eucharistiæ. Constante dicamus panem qui in mysteriis sanctis, hoc est in missa consecratur & sumitur, esse ipsissimam carnem Domini: non enim dixit, Panis quem ego dabo, figura est carnis, sed Caro mea est: transsubstantiatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem in carnem Domini. Si quis est qui hæc verba fastidiat, audiens panem vitæ esse carnem *CHRISTI*, heus tu, quisquis es, attende: *CHRISTVS* hic agens, & in carne ambulans, pane viuebat, & ex eo alimoniam sumebat: nam subiectus erat nostris infirmitatibus absque peccato, quales habemus, sitiebat, esuriebat, sudabat, labore lassus erat, & huiusmodi afficiebatur: panis quem manducabat, rogo te, dicit, quo se recipiebat? certe in corpus eius mutabatur, similisque fiebat sanctæ eius carni, hoc est fiebat caro eius, & in augmentum & sustentationem conferebat, iuxta consuetam & humanam alimoniam. Ergo & nunc per sacra verba iuxta ipsius Domini præscriptum & ordinationem, panis in carnem Domini transmutatur. Quum ergo inuitarit nos Dominus ad edendum panem caelestem, ac denique dixerit carnem suam esse panem illum, nihil disceptantes credamus, credentes sumamus & viuamus. Responsabit aliquis, Quis in Eucharistia contineatur totus *CHRISTVS*, cur solo carnis nomine est vsus? Respondeo: Constante credendum est *CHRISTVS* esse, & realiter contineri in Eucharistia siue altaris sacramento, quod ob id, Panis

Dominicus

Dominicus verè dicitur: sed quia caro siue corpus ibi est ex vi conuersionis & transsubstantiationis: transmutatur enim panis in carnem seu corpus, non autem in animam & diuinitatem: diuinitas verò & anima sunt ibi per quandam concomitantiam: adeo vt si daretur (hæc sunt Beati Thomæ verba) per impossibile, quod diuinitas separetur à corpore *CHRISTI*, iam non esset in sacramento diuinitas. Similiter etiam si in triduo mortis suæ aliquis consecrasset, non fuisset ibi anima *CHRISTI*, sed tale corpus quale fuisset in sepulchro. Iam quum hoc sacramentum sit passionis memoria, doctore Paulo, 1. Corinth. 10. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortè Domini annuntiabitis. Passio autem *CHRISTI* fuit ex infirmitate, 2. Corinth. vltimo, Crucifixus est ex infirmitate: quod significantius insinuaretur hæc infirmitas, iuxta quam fuit mors eius, dictum est potius, *ΕΛΘΟ* mea. Etenim Dominus, vt homo est, id est caro est, mediator est Dei & hominum. Ideo qui eius adeo humilitate offenderentur Iudæi, cepit adhuc ipse de se humilius loqui, & carnè suam (quæ appellatio mortalitatem omnemque hominum fragilitatem in se complectitur) dicere panem illum viuificū, pascentem in vitam æternam. Ad hunc certè modū referenda erat tanta illorum arrogancia, superbūque ille Domini contemptus, quem tam liberalem & munificum ex miraculis & doctrina cognoscere poterat: caro enim infirmitatè præ se fert. Insuper fortasse aliquis, dicens, Quid hoc est quod asseris? en, non apparet nobis caro, sed panis. Apparet nobis fide, non carnalibus oculis, vt non abhorreamus ab eius vsu & manducatione. Verà procul dubio caro est quam edimus, quanquā ea nihil offensa patitur à dentibus nostris, neque minuitur, nec in nostram vertitur carnem instar alterius carnis cuiuslibet. Cæteræ carnes quum eduntur, vitam quam prius habuerūt, amittunt, & in carnem nostrā digeruntur. Ad hæc, caro *CHRISTI* præter hoc quod pristina vitæ nihil omnino perdat, nostras viuificat animas, & nos incorporat ipsi *CHRISTO*. Quare, qui hæc cæna spiritualiter nos reficiat, mētēque nostras multo magis quàm corpora pascat, spiritalis verius & rectius vocabitur, quàm carnalis.

*Panis in carne  
Christi trans-  
mutatio.*

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

Antea murmur subortum erat, quod dixisset Dominus, Ego sum panis viuus qui de cælo descendī: sed quo magis Dominus explicare studebat, quid suis à se expectandum esset, hoc magis mouebantur carnales Iudæi contra Dominum: vnde diu incalescente murmure postea orta est inter ipsos opinioū dissensio: aliis aliter atque aliter interpretatibus quod dicebatur. Etenim quem admodum prima fronte non placuit Nicodemo, sermo de renascentia, nec Samaritana mulier intelligebat dictum *CHRISTI* de aqua saliente in vitam æternam: ita carnalis & crassus hic populus, quanto pluribus eruditur de spiritualibus, tato minus illa intelligit. Disceptantes igitur inter se, dicebant, Iste filius Ioseph, pauperculus faber, quem nobis Nazareth, vile oppidulum dedit, paulo antè dixit se è cælo descendisse: nō contentus hac insania, nunc aliud eum impossibile, tum absurdum dicit, carnem suam, istam vermium escam, & instar graminis caducam, panem illum esse vitæ æternæ, ad què nos tam studiose inuitat. Hoc scilicet faciemus. Putatne nos tanto delirio obæcatos, vt sinamus nobis imponi, qui viuifica Moysi doctrina postposita, vitam à carne eius expectandam credamus? sed si adhuc illi condonaremus, permitteremusque tanta sibi arrogare, qui fieri posset vt tam abiecta persona, & tam pusillus homo, daret carnem suam aliis edendam, sic vt ea sufficeret vniuerso mūdo? Nam dixit hic, Caro mea est quam dabo pro mūdi vita: qua ratione tandem hanc quam pollicetur vitam, à carne eius percipiemus? Quomodo vescemur hominis viui carne? Obserua: exemplū carnalis affectus, opiniois, ignorantia, & cæcitatē in Iudæis, qui omnia in carnalem intelligentiam vertunt. Vnde discredentes verbo *CHRISTI*, verbum incredulitatis proferunt. Vbi animum incredulitas occupauit, statim vocem *QUOMODO*, per os emittit, vt supra cap. 3. Nicodemus ait, Quomodo potest homo rursus introire in ventrem, &c. & infra cap. 7. Quomodo tu dicis, liberi eritis? & cap. 9. de cæco, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Rursus cap. 12, Quomodo tu dicis oportet exaltari Filiū hominis? Expulsa ergo incredulitate, audito verbo, credamus, certò apud nos statuentes, quia omnia possibile sunt credenti.

*Murmure incalescente orta est  
inter Iudæos dissensio.  
Iudeorum opinio-  
nes de Christi dicto, Ego sū  
panis vite.  
Carnalium disceptatio de Eucharistia.*

*Quomodo, vox  
est incredulorum.*

Dixit ergo eis *IESVS*.

Res ipsa indicat quàm mitis & misericors est *CHRISTVS*, qui nihil durum aduersus duritiam illam incredulorum respondet: nihilque contendit, qua ratione posset sumi caro



vice panis: sed quod illi iudicabant absurdum, & impossibile esse, hoc nunc etiam iuramento confirmat esse necessarium. Neque solum semel (tanta est CHRISTI philanthropia) sed iterum atque iterum aperit: quam magna consequentur bona, si cum fide panem illum viuificum manducauerint, ut desiderio aeternae vitae ad fidem compellantur, sine qua doceri non possunt, dicente Esaias cap. 7, Si non credideritis, non permanebitis, siue non intelligetis. Necessarium enim est ante omnia, fidei radices in animo iacere, antequam quae quaerenda nobis veniant, quaeramus.

Amen, amen dico vobis.

In re seria, & pro utilitate proximi ac gloria Dei, CHRISTVS iurat. AMEN amen dico vobis, id est Certissimum illud vobis assero, & pro certo habetote.

Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Quum de triplici pane mentionem fecerit CHRISTVS in hac cum Capharnaitis disputatione, primo de manna, quod coriandri similitudinem praese ferebat: secundo de verbo Dei, quod similitudine carnis peccatricis obiectum, a Patre Iudaeis datum est, Amen amen (inquit) dico vobis, non Moses dedit vobis panem illum de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum: Panis enim Dei est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo: tertio de seipso vero pane, quem pollicetur se daturum cunctis credituris, quum dicit, Et panis quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita, praestiteritque Dominus quod pollicitus est: totus hic locus vere intelligendus est de Eucharistia, consentientibus Chryostomo & Cyrillo, qui hunc locum explicantes, aiunt, Etenim quum Iudaei negarent CHRISTVM posse dare carnem suam ad manducandum, Christus his verbis, NISI manducaueritis &c. non solum non impossibile, sed & necessarium asserit. Propterea (ait Chryostomus) id prius fecit miraculum, ut per illud non essent amplius increduli, his quae postmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipsius beneficii utilitatem cepimus. Quare necessario dicendum quam admiranda mysteria, & cur data sunt, & quanam eorum utilitas. Vnum corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius. Quare initiati eius praecipis parere debent. Ut autem non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Quis enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, ut corpus cum capite vniretur: hoc enim amantium maxime est.

CHRISTVS ut suum in nos ostenderet desiderium, & nos maiori charitate astringeret, non se tantum videri permittit desiderantibus, sed & tangi & manducari, & dentes carni suae insigi, & desiderio sui omnes impleri. Paulo post sequitur, Vester ego frater esse volui, & communicavi carnem propter vos, & sanguinem, & per quae vobis coniunctus sum, ea vobis rursus exhibui. Haecenus ille. Audiant haec (ait Cyrillus) qui ex arrogantia nondum CHRISTI fidem suscipere volunt. NISI manducaueritis (inquit) carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: Non enim possunt cum sanctificatione beatae vitae fieri participes, qui per mysticam benedictionem IESVM non susceperunt. Vita enim secundum naturam ille est: qui ex viuo Patre genitus est. Sed non minus corpus quoque suum viuificat: coniunctum enim ineffabiliter est Filio Dei, a quo vniuersa viuificantur. Idcirco corpus suum dicitur, & vnus cum eo est. Nempe post incarnationem, vnus est, & vnus manet absque diuisione vlla, praeterquam quod Dei Patris verbum & templum a Virgine sumptum, idem natura non sunt. Non enim est eiusdem substantiae Verbo Dei, homo assumptus, vnus tamen cum illo est coniunctione ineffabili. Quoniam igitur Saluatoris caro, Verbo Dei (quod naturaliter vita est) coniuncta, viuifica effecta est: quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis illi coniuncti quae vita effecta est. Paulo post subiungit, Non ergo verbo solum semper (ut diximus) verum etiam tactu mortuos excitabat, ut ostenderet corpus quoque suum viuificare posse. Quod si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus, qui carnem illam & gustamus & manducamus? reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui. Oportuit certe ut non solum anima per Spiritum Sanctum in beatam vitam ascenderet, verum etiam, ut rude atque terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur. Haecenus ille. Ne ergo disceptatores videamur: perinde atque isti Iudaei simus, necessarium est sumamus & manducemus sacrosanctam & veram Eucharistiam, vere corpus & sanguinem CHRISTI, imo totum CHRISTVM continentem. Atque operae pretium est

Inquit Christus Amen.

Manna. Verbum Dei.

Eucharistia.

Christus se videri, tangi, manducari, & dentes carni suae insigi permittit.

Viuificatio omnium. Templum a Virgine sumptum. Caro Christi viuifica.

tium est in tam diuinorum mysteriorum sumptione, indubitata habere fidem: & non querere, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? ne animales simus. Nam animalis homo, hoc est qui sequitur cogitationes humanas & carnales, non est capax eorum quae sunt super naturam, & spiritualium. Atque ita neque spiritalem manducationem, quae per viam fidem fit, qua certo apud me statuo CHRISTVM exhibuisse seipsum in ara crucis hostiam Deo in mei reconciliationem & huius litationis beneficium ex animo volo, certo statuens apud me quod id beneficii non mihi denegat, neque sacramentalem, spiritalem, & corporalem (qua vere corpus CHRISTI in sacramento sub specie visibili sumitur & manducatur) intelligit. Scopus huius textus & sententiae est: Necessarium est omnes rationis capaces, sumere & manducare panem illum verum & caelestem, hoc est corpus IESV CHRISTI vere & realiter per os in seipsum traicere, si aeternum viuere volunt. Modum manducationis & receptionis hic subicit, quem postea per se, & suos Apostolos declarauit. Hoc non hominum, sed Dei est mandatum: in quo neque tropos neque figuras aut verbum (est) pro (significat) agnoscere oportet. Nihil enim hic enigmaticè & figuratè loquitur, sed quod his verbis pollicitus est, Panis quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita, vere & realiter praestitit. Insurgit quispiam dicens, Non est sacramentalis haec manducatio necessaria: nam qui solam fidem viuam habet, hunc fructum vitam aeternam consequitur absque hac manducatione: qui enim dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: ipse etiam affirmat, Qui credit in me, habet vitam aeternam. Quare, quum effectus vtrique communis sit, & tantumdem fide sola viuam quis consequatur, quantum ex esu sacramentali, nulla erit sacramenti huius necessitas habenti viuam fidem. Nam per ipsam fidem citra sacramentum obtinebit quantum pro sacramentali esu promittitur, hoc est, vitam aeternam. Respondeo: CHRISTVM non hic sensisse, fuisse loquutum de simplici fide & quavis credulitate, quum dixit, Ioannis cap. 11, Qui credit in me, habet vitam aeternam. sed existimo verbum (credere) comprehendere firmam quandam animi propensitatem ad omnia recipienda, quae ad veram viuamque fidem pertinent. Quae qui paratus fuerit & mente & opere complere, creditur quod talis, propter ipsam bonam studiosamque voluntatem ad omnia quae docetur, (tamen si per opportunitatis inopiam, quaedam, imo plurima non fecerit) vitam nihilominus aeternam consequetur. Est re vera fides veluti initium aliquod domus nostrae spiritualis, doctore Iacobo cap. 1, Verbo enim veritatis genuit nos, ut firmum initium aliquod creaturae eius. Similiter & Paulo Hebr. cap. 3, Participes enim CHRISTI effecti sumus: si tamen initium substantiae eius vsque ad finem firmum retineamus. Oportet ergo initium hoc fidei consummemus perficiamusque. Non sufficit in Deum credere, nisi ex integro credideris: nam Sabellius omnem pietatem, bonitatem, & potentiam in Deo esse, vere credidit: sed de singulis personis in illa sacra Triade non recte sensit, qui Patrem fuisse passum credidit, propter quod nihil illi profuit fides quam dicebat se in Deum habere. Ad hunc modum lapsi sunt & damnantur Arrius, qui Filium Patri inaequalem affirmavit, & alii qui de Spiritu Sancto male sunt opinati. Quare neque tibi quicquam profuerit, si in Deum dixeris te credere, quum interim male de CHRISTI humanitate & carne senseris. Certè qui discedit in vno, in nullo credit, neque sincere credit, qui dicit se Scripturas omnes recipere, dum easdem vel suo, vel alterius ingenio detortas, & contra sensum ab Ecclesia catholica traditum, inuertas, ut germanas & veras recipit: sed hoc alicui condono quod dixerit se habere sanam fidem dictorum omnium, quid illi proderit ista credere, si iuxta Scripturas viuere nolit? vanum prorsus & inutile fuerit. Oportet igitur vitam agere, & incedere iuxta Scripturarum praescripta, & veritatem. Neque solum sat erit ea credere quae traduntur, verum etiam ea quae iubentur facere. Quare quis existimauerit quempiam vere credere, qui de baptismo pariter & absolutionis sacramento (quum in Scripturis aperte tradita sint) non recte credit, sicut fecit Nouatus: aut si crediderit, contemnat tamen, aut simulatè & crasse negligat ea vel alia sacramenta suscipere, si detur oportunitas: aut si precationes, elemosynas, & ieiunia, seu res inutiles reiiciat, quis dixerit huius fidei mercedem esse vitam aeternam? Necessarium igitur fuerit vere credentem sese morigerum praestare ad omnia quae Spiritus CHRISTI per Scripturas instituit facienda, nec in aliquo dissidere quod Ecclesia catholica (quae est, ut Paulus ait, columna & firmamentum veritatis) proficitur: sed pro certo dogmate recipienda sunt omnia quae prisci omnes catholici concorditer, & vnanimiter nobis reliquerunt. Qui quoniam concorditer, & vnanimiter censuerunt iuxta sacras literas, & sensum earum;

Animalis homo

Vna fides. Spiritalis.

Intellectus huius loci, Nisi manducaueritis carnem, &c. Manducationis modus.

Manducatio sacramentalis est, ne necessaria. Fides viuam sufficientem absque sacramentali manducatione. Credere.

Fides initium domus spiritualis.

Sabellii error.

Discedens in vno, in nullo credit.

Fides vita respondens.

Novatus.

1. ad Tim. 3. d.



Gratia sacramentalis.

Intuitus sacramenti non tam efficax quam receptio.

Tremens. Corpus nostrum carne Christi alium.

Sacrorum participatio. Chrysostomus.

Christus in nobis participatio naturalis.

Caro Christi trahitur in stomachum nostrum.

Manducatio corporis Christi aliquid supra fidem nobis confert.

Communicatio sub vtraque specie est sine necessitate.

Christus totus sub vtraque specie. Panis conuersus in carnem.

Vinum conuersum in sanguinem.

quæ reuelatore Spiritu CHRISTI didicerunt, non verè & syncerè credit qui sacramenta post susceptam fidem non recipit. Atque vt alicui non profuerit, si post professam fidem, noluerit renasci ex aqua & Spiritu Sancto, ita neque vtile fuerit ei qui se credere in Deum asseruerit, si corpus CHRISTI in Eucharistia recipere neglexerit, & necessarium non duxerit ad corroborandam fidem, & vitam æternam consequendam. Præter enim gratiam quam suscipimus per fidem viuam, confertur etiam nobis gratia noua in sacramenti susceptione, quæ iure optimo gratia sacramentalis nuncupatur: multam copiosamque gratiam confert receptio corporis CHRISTI. Plus enim confert receptio hæc, quam solus per fidem intuitus: vt solent gemmæ quum in medicaminibus teruntur, maiorem virtutem & fomentum, si in corpus recipiantur, afferre, licet non vertantur in substantiam corporis, quàm si ob oculos solum apponerentur: ita quis negauerit viuificatricem CHRISTI carnem illis, à quibus piè sumitur, potèntissima quadam & ineffabili sua virtute præstare fomentum, & quodammodo alere, licet non in carnem recipientis cõuertatur. Affirmat beatus Ireneus corpus nostrum ali & nutrirî carne & sanguine Domini. Quomodo (inquit) negant hæretici carnem nostram capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ & sanguine & corpore CHRISTI nutritur, & membrum eius fit: quemadmodum Apostolus ait in ea quæ est ad Ephesios epistola, Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Hæc ille. Quod si is non tibi satisfacit, audi Chrysostomum in Homilia de sacrorum participatione dicentem, Necessarium est, Dilectissimi mi, mysterium discere miraculum, quid tandem sit & quare sit datum & quæ rei utilitas: vnum corpus sumus, & membra ex carne eius & ex ossibus eius. Sequamur autem initiati quæ dicuntur, vt itaque non tantum per charitatem hoc fiamus, verum & ipsa re in illam misceamur carnem: hoc per escam efficitur quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium quod erga nos habet. Properea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tanquam capiti corpus coaptatum. In eandem sententiam accedit Cyrillus cap. 15. super Ioannem, Considerandum est (inquit) non habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, CHRISTVM in nobis esse, verum etiam & participatione naturali. Nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram alii ceræ similiter liquefactæ ita immiscuerit, vt vnum quid ex vtriusque factum videatur, sic communicatione corporis & sanguinis CHRISTI, ipse in nobis & nos in ipso. Hactenus ille. Hæc nihilominus fieri credenda sunt, citra quamuis iniuriam aut permutationem corporis CHRISTI, quemadmodum exemplo auri & gemmarum paulò antè diximus, quæ quum in puluerem contusa corporibus inualidis ministrantur, eadem reficiunt mirificè citra sui diminutionem. Neque putaueris (vt quidam errore ducti asseruerunt) quod caro CHRISTI siue Eucharistia, dum eam sumis, & in medio palati est, euanescat; sed descendit in stomachum, & commiscetur partibus nostræ carnis, & eam reficit ac nutrit, sine quavis offensione sui. Quare ad quæstionem respondeo. Licet viua fide quis consequatur æternam vitam citra receptionem Eucharistiæ, ob legitimum impedimentum, propter quod non licuit illi recipere sacramentaliter corpus Dominicum, tamen non solum vitam æternam habet qui dignè recipit Eucharistiam, sed & maiore & copiosiore gratia abundat, quàm si non manducasset, & recepisset veram IESV CHRISTI carnem. Respondebunt aliquis, Hoc tibi facile condonabo, necessarium esse viro Christiano recipiat Eucharistiam, sed id fiet sub vtraque specie, vt hic locus manifeste concludit: nam manducationi addit, Et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Respondeo: Hic locus vt dixi, eò tendit vt credentes recipiamus id quod exhibiturus erat CHRISTVS pro mundi vita. Quid hoc erat? Caro & sanguis effusus pro generis humani satisfactione & vita. Iam qui Eucharistiam recipit sub specie panis, & corpus & sanguinem recipit: nam sub illa specie totus CHRISTVS continetur. Idem realiter & verè habetur, quod sub specie vini: neque plus in vno quàm in alio Christiano inueniet. Sub specie panis est caro ex vi conuersionis: panis enim conuersus est in carnem: anima autem & diuinitas ibi sunt secundum concomitantiam. Ita & in sacramento sub specie vini, sanguis est ex vi conuersionis, quia vinum conuersum est in sanguinem, reliqua ibi sunt ex concomitantia: quia quod diuinitas assumpsit, nunquam dimittit. Quare quum vnanimiter & constanter ita à viris orthodoxis traditum interpretatumque fuerit, vt laicis, imo & sacerdotibus non sacrificantibus sufficiat sub specie panis communicare verum IESV CHRISTI corpus, quod non plus fructus habeatur

ex receptione

ex receptione sub vtraque specie, quàm sub vna specie: obnoxè obtestarer aduersarium, ne plus saperet quàm oportet, sed staret definitionibus sacrorum conciliorum, & sanctorum patrum, quorum autoritas tanta est, vt illi adhaerendum veniat, quoties de re quapiam inter Christianos controuertitur. Non negauerim in prima Ecclesia apud aliquos, non tamè vniuersos Christianos, fuisse sub vtraque specie communicatum, ex rationabili causa: & vt maior haberetur sacramento reuerentia, quod non sine magno effusionis sanguinis periculo, poterat sub specie sanguinis comunicari, fecit statuitque Ecclesia, vt sub specie panis tantum viris laicis & non sacrificantibus comunicaretur. Quod hoc potuerit Ecclesia facile cõmonstrabimus: Si quod maius est potuit immutare Ecclesia, potuit & quod minus est: sed ex rationabili causa, & vt nomè CHRISTI maiori honore exciperetur, alia forma per aliquot annos baptizauit atque instituerat CHRISTVS. Nà CHRISTVS Matthæi cap. vi. timo, baptizandi formã præscripsit Apostolis, quãdo eos in orbem misit, Euntes (inquit) docete omnes gentes, baptizates eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ecclesia verò aliquot annis non vsa est illa forma: quam mutauit, volens omnes baptizari in nomine CHRISTI. Iam inficiari non potes multo maioris esse necessitatis sacramentum Baptismi, sacramentò Eucharistiæ: quum nemo nisi renatus possit saluari, & caelos ingredi, quos ingrediuntur etiam qui Eucharistiam non receperunt, vt paruuli ante annos discretionis è viuus excedentes, & plerique natu maiores, aliquo & legitimo præpediti impedimento. Ad hæc pertinet quod Concilium illud Hierosolymis per Apostolos celebratum, Act. cap. 15. de non manducando suffocato, postea per Ecclesiæ autoritatem ex rationabili causa immutatum est. Quare potuit sanxisse & ordinasse Ecclesia, vt sub vna tantum specie laici reciperent corpus Dominicum. Idque sanctissimè factum putauerim præter rationes multas quas solent plerique afferre, exemplo CHRISTI, qui viris laicis quibusdam corpus suum sub vna specie panis comunicauit, non ministrato sanguine sub specie vini. Refert Lucas, CHRISTVM duobus discipulis in castellum Emaus proficiscèntibus, se comitem adiunxisse, quorù oculi tenebantur, ne eum agnoscerent: quibuscũ, mensæ in hospitio accubuit, & accipiens panem, benedixit fregit ac porrexit illis duobus, quibus aperti sunt oculi eorù. At mox vt cognouerunt eum, euanuit, & à conspectibus eorum subduxit se. En apertè cõspicis, CHRISTVM communicasse corpus suum illis duobus sub vna tantum specie, nulla facta mentione de specie vini. Et ne huic interpretationi solus videar assentiri, Diuus Augustinus libro. 3. de consensu Euangelistarũ, hoc ipsum testatur. Nò incõgruenter (inquit) accipimus, hoc impedimentũ in oculis eorũ à Satana factũ fuisse, ne agnosceretur IESVS, sed tamen à CHRISTO facta est permissio vsque ad sacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentũ inimici, vt CHRISTVS posset agnosci. Hactenus Augustinus. In eadè sententiã est Chrysostomus, homilia 17 super Matthæũ, Si militè & Theophilus, vetustus author, pius & verè Christianus. At reclamabis, dicès Christum sub vtraque specie distribuisse Apostolis. Respondeo, Scio CHRISTVM dixisse, Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis: At Spiritus Sãctus ipsi Ecclesiæ afflauit, eamque docuit, non omnes ad vnguem, veluti ex præcepto circumstantias actionum CHRISTI obseruandas esse. Sub noctem & sub cœnam ille consecrauit & cõmunicauit: nos tamen vt maior sacramento habeatur reuerentia, ieiuni & mane recipimus Eucharistiam. Quod autem comunicauit discipulis sub vtraque specie, re vera æquum erat ita faceret, non minus ob id, quod iam huius sacramenti prima fuerat institutio facta, quàm ob id, quod illi iam designabantur, erantque sacerdotes cõstituti, quibus, quia sacramenti cõficiendi potestatem contulit, voluit eisdem ipsum exhibere sub vtraque specie: soli aderant Apostoli duodecim, authore Luca, qui enumerasset alios si adfuissent. Et quæ facta esset hora (ait cap. 22.) discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Quare solis sacerdotibus sacrificantibus communionem sub vtraque specie reliquit Ecclesia, nbn autem viris laicis. Et ne obieceris, quod hoc in instituto laici non solum tanto bono de perceptione sub vtraque specie frustrantur, sed & se contemptos facile coniciunt, quod multis potest esse scandalum, dico, Cõsideranda veniunt duo circa Eucharistiam, efficacia & significantia. Quantum ad efficaciam, nihil certè amplius sub vtraque specie cõtinetur quàm sub altera tantum: totus enim CHRISTVS cum anima, sanguine, corpore, & deitate, non minus sub vini quàm sub panis specie, cuique siue laico siue sacerdoti confertur. Quare neque contemnitur neque gratia aliqua frustratur laicus. Si verò significantiam spectaueris, aliud est: sic enim Eucharistia repræsentat sacrificium, quod pro nobis in cruce

n. ii.

Sub vtraque nõ plus sanctus quàm sub altera specie confertur.

Ecclesia sancta institutio de cõmuniõne sub altera specie. Ecclesia auctoritas.

Communicauit Christus quibusdam sub specie panis factis.

Nò omnes Christi actiones sub præceptis eadẽ circumstantia præceptorũ Christi non omnes in præcepto. Cœnæ non solum soli duodecim accubuerunt. Laicis nihil detrahatur quod sub altera tantum specie comunicent. In Eucharistia cõsideranda efficacia & significantia. Eucharistia efficacia. Eucharistia significantia.



ce CHRIS TVS obtulit, quum videlicet à corpore sanguis separatus erat. Et quia significantiæ mysterium magis ad consecrantem pertinet quam ad suscipientem, ob id quoties missam sacerdos celebrat, sacramentum hoc sub vtraque specie consecratur, non solum vt astantibus passionis CHRIS TI memoria viuacius ingeratur, verum etiam vt tali sacrificio (quo nihil acceptius Deo offerri potest) diuinam ipsi munificentiam facilius promereantur. Quare quum sub vna specie tantum contineatur, quantum sub vtraque, necnon sub vna specie æquè exerceatur fides, erigatur spes, ac charitas inflammetur, atque sub vtraque, nec differentia sit nisi in expressiori significatione, constanter dicendum est, nequè laicos per hunc ritum contemni, neque quicquam illis incommodari. Si quis respondere adhuc desiderauerit, hoc vnum rogo sibi persuadere velit quod Paulus 1. Corinth. cap. 11. ait, Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei, Quæ quum audiret inter suos controuersiam esse de sacra communione facienda sub vtraque specie, sacrificantium communionem ab alijs disceuit. Cuius decretum extat in concilio Agathensi & Sardicensi. In concilio etiam quodam generali ad Cõstantiam vocato, definitum est, vt consuetudo quam de communione sub vna duntaxat specie laicis exhibenda tum asseriebant ab Ecclesia fuisse receptam, deinceps obseruaretur. Hoc decretum tanquam à Spiritu Sancto profectum, ab vnoquoque bene Christiano repudiari non debet. Colligamus ex his & sensum horum verborum vno atque altero verbo dicamus. CHRIS TVS ex his verbis insinuat necessariam esse, ad vitam æternam habendam, manducationem panis illius quem daturus erat in cœna, hoc est, vult omnes homines rationis capaces (quos hinc solum alloquitur, vt verbum secundæ personæ Māducaueritis, ostendit, qua persona non vitur in præcepto de baptismo, sed ait, Nisi quis, id est omnis qui non, vt etiam rationis incapaces, cuiusmodi sunt infantes, hoc verbo Nisi quis, &c. comprehendantur) recipiant Eucharistiam verè cõtinentem carnem & sanguinem aded & totum CHRIS TVM, credatque dum hanc manducationem exercet, se māducare carnem CHRIS TI, & bibere sanguinem eiusdem, quum id quod continetur sub specie vini, non sit aliud, sed idem realiter sit, quod est sub specie panis. Proinde quod hinc dixerit, Nisi manducaueritis, & biberitis, &c. explicatius voluit significare verbum promissionis præcedens, Caro mea est quam dabo pro mundi vita. Quasi diceret, Ego pro vestra salute & vita moriar in ligno, carne exangui relicta, & sanguine effuso. Hoc necessarium est in vobis sentiat, vt mecum mortui, simul & resurgatis. Beatus est qui hæc credit & facit, hoc est qui credit se manducare carnem CHRIS TI, & bibere eiusdem sanguinem, dum Eucharistiam, hoc est verum IESV CHRIS TI corpus, in sancta cœna recipit, per manus sui parochi, personam CHRIS TI gerentis & representantis, certus se per illum in cruce litationem & sacrificium, esse redemptum, & filium Dei atque heredem constitutum. Proposuit siquidem Deus CHRIS TVM (ait Paulus Rom. cap. 3.) propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in substitutione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide IESV CHRIS TI.

Māducatio Eucharistiæ necessaria.

Eucharistiæ recipientis fides.

Christus à Patre nobis proposuit.

Māducatio spiritalis. Eucharistiæ recipientis carnem & bibit sanguinem Dei. Caro Christi vnificat & deificat. Corpus Christi quomodo nobis vita est.

**Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.**

Quia creditu difficile est quod proposuit se esse panem de cælo, qui manducantibus se, vitam æternam dat, idem repetit iisdem verbis, cum expolitione, vt apertius nobis declararet, & id tenacius in animis teneamus, quam necessaria fuerit receptio Eucharistiæ, siue manducatio corporis eius, cum māducatio spirituali, hoc est cum fide, qua creditur passus & mortuus, vt cum illo æternum viuamus. Qui recipit & sacramentaliter manducat Eucharistiam, manducat carnem, & bibit sanguinem nõ nudi hominis, sed Dei veram carnem & verum sanguinem; quæ caro Dei viuificare & deificare potest, vt pote contempta deitati: is qui manducat habet ex esu potuque vitam æternam. Neque solum hinc per spem, sed etiam post hanc vitam in re & possessione, à facie ad faciem beatus erit per meam carnem siue per meum corpus, quod à pijs comeditur: in nouissimo die comedentes resuscitabo: atque ita resuscitato corpore, totus homo mecum vita æterna fruatur. Proinde quum ipse sit resurrectionis author, qui naturaliter vita est, non patietur sua membra diuelli à se, qui supra omnes est, sed quisquis per hunc panem cælestem illi est iustus, per illum in nouissimo die suscitabitur: vt quoniam totus homo illi creditur, totus homo cum illo viuat in æternum. Qui ergo manducat carnem CHRIS TI, iam habet vitam æternam, quia iam

quia iam viuuit secundum animam & Spiritum, morietur quidem secundum corpus, sed cum spe resurrectionis. Nam huic pollicitationi adhaeret, vt ego resuscitabo eum in nouissimo die. Obserua: Paulò antè dictum est, Hæc est voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Hos fructus hoc loco repetit, ne quis existimet se absque receptione corporis CHRIS TI sub specie visibili, vitam vtramque corporis & animæ sola fide recuperasse, & isto sacramento non egere. Hac ergo repetitione contestatur Dominus, quod non verè credit, qui sacramentalem manducationem contempserit. Nam hanc contemnens, se à capite & membris præcidit & segregat, quare nec vitam habet.

Promissio de resurrectione.

Insuper est qui cõtemnit manducationem Eucharistiæ.

**Caro enim mea, verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus.**

Superiorum rationem & causam reddit à causa formali, qua CHRIS TVS vrget medium per quod nobis contingit vita. Rursus, ab ipsis effectibus ætiologiam adducit, quibus declarat carnem suam esse medium ad vitam. Manna solum ad tempus nutrebat, non ergo erat cibus de cælo: sanctum verò CHRIS TI corpus, eod quod non ad paruum tempus daret, neque corrumpatur sicut cibus corruptibilis, aut manna, sed æternæ vitæ sit subsidium, est verè cibus. Similiter & potus sanguinis Domini verè est potus, quia non ad tempus sufficit siti, sed semper absque siti conseruat: nec indigere permittit bibentem. Nam quisquis gratiam Spiritus Sãcti per receptionem Eucharistiæ, siue per diuinorum mysteriorum sumptionem susceperit, neque famè spirituales, neque sitim patietur, qualem increduli patiuntur. Non enim hominis simpliciter sanguis est (ait Cyrillus) sed eius qui naturali vitæ coniunctus, vitæ effectus est. Propterea corpus & membra CHRIS TI sumus: quia per hanc benedictionem mysterii, ipsum Filium Dei suscipimus. VERÈ est cibus, id est verè viuificat, liberat, & spiritaliter æternum nutrit. Obserua: vt fortius falsum Iudæorum de se iudicium feriret, qui humanitate CHRIS TI offendebantur, habentes eum pro abiecta & vili persona, frequenter vocabulum carnis repetit, & se Filium hominis nūcupat, vt declarat illis, id quod tantum abiiciebant, vtputa carnem suam esse medium, quo pararetur mundo dempno & vitæ æterna, neminè que æternum victurum, qui non ederet carnem Filii hominis, hoc est qui non haberet CHRIS TVM in se viuentem.

Caro Christi verè cibus esse probatur.

Cibus verus.

**Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.**

Pergit probare, idque ab effectibus, carnem suam verè esse cibus, & sanguinem suum verè esse potum. Carnem CHRIS TI manducare, & eius sanguinè bibere, est in CHRIS TO manere, & illum manentem in se habere: Ac per hoc (ait Augustinus) qui non manet in CHRIS TO, & in quo non manet CHRIS TVS, proculdubio nec māducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis CHRIS TI: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi māducat, & bibit, quia immundus præsumpsit ad CHRIS TI accedere sacramenta: sed offerat se CHRIS TO cum spe veniæ, & manducet Eucharistiam, quam recipiendo manducabit carnem, & bibet sanguinem CHRIS TI, fietque in eo noua quædam & super rationem humanam contemperatio: ita vt sit Deus in nobis, & nos in Deo. Nam non Deum nudum māducamus (ait Theophylactus) tangi enim nequit, & incorporatus est, & neque oculis neque manibus apprehendi potest. Iterum nudi hominis caro nihil prodesse potest, sed quia Deus vnium sibi carnem secundum ineffabilem contemperatorem, viuifica est & caro, non quod in Dei naturam trãserit, absit: sed ad similitudinem candentis ferri, quod & ferrum manet, & ignis operationem demonstrat. Sic igitur & Domini caro manens caro, viuifica est, sicut Dei caro. Proinde quemadmodum (vt Paulus ait, Corinth. cap. 5.) modicum fermenti totam massam fermentat: sic paruula benedictio siue suscepta Eucharistia, totum hominem in se attrahit, & sua gratia replet. Et hoc modo in nobis CHRIS TVS manet, & nos in CHRIS TO: verè enim totum fermentum in tota massa pertransit. Mirabilis est hæc tunc cõtemperatura tunc cõiunctio māducantis & rei māducatae: in qua si iuxta fidem intuiti fuerimus, veri cibi & potus cõditiones in hac sacramentali māducatioe & nutritione spiritali reperimus. Res quæ manducatur tãdiu cibus esse dicitur, quandiu in manducante, & māducans in illa manet. Et similiter de potu dicitur. Nã nõ aleret cibus

Manducare carnem Christi quid est.

Contemperatio spiritalis.

Caro Christi viuificat.

Cibi & potus cõditiones in manducatione spiritali.



Alimenti con-  
ditiones.Māducantis &  
rei manducate  
coniunctio.Christum esse  
in nobis, & nos  
in illo.

Apolixii.

Christum vitam  
credentibus cō-  
municat.

siue alimētum, nisi esset in eo qui alitur: & qui alitur, sit in alente: hoc actione & alimēto naturali compertum habemus: nisi enim natura eius qui alitur, attendat alimento, iam non alitur. Item si alimētum transuerit siue in eum qui alitur, siue in quamcunque aliam materiam, iam non est alimētum, iam non est cibus aut potus. Has alimenti conditiones explicat Dominus his verbis, Manet in me, & ego in illo. Quū enim dicit **M A N E T**, excludit transitum, non certē transit caro **C H R I S T I** in nostram, neque nostra in ipsius carnem. Quum addit **I N** me, ostendit attentionem ipsius māducantis ad ipsum verum cibum (à quo alimētum accipit) spiritalem & fouentem in vitam æternam. Subiungens **E T** ego in illo, declarat se esse intus in manducante, vt ostendatur ineffabilis quædam & mutua coniunctio inter manducantem, & rem manducatam, siue verū cibum ex charitate, secundum id quod scriptum est, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Obserua: non dixit Manet in carne mea, aut sanguine meo: vt iam nos euehat ab humanitate ad ipsam diuinitatem, hoc est ad seipsum, vt planē intelligamus, quod qui māducatur carnem **C H R I S T I**, & fide viuam mortem eius & sanguinem recipit, non solum coniungitur humanæ naturæ, sed toti **C H R I S T O**, qui Deus & homo est: sitque particeps benedictionis, quæ (mihi crede) non mortem solum, verumetiam morbos omnes depellit. Sedit enim (ait Cyrillus) quū in nobis maneat **C H R I S T V S**, sc̄uientem mēbrorū nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, agrotos curat, collicos redintegrat: & sicut pastor bonus qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu. Obserua: Quum dicit, **E T** ille in me, & ego in eo: quasi diceret, Quicquid ego habeo, illius sit particeps, vt vitæ quam ego in me habeo, iustitiæ, vitæ æternæ, & sic omnium meorum bonorum: imō vicissim & ego in illo, qui tanto amore hunc quæsiui, vt illum fecerim templum meum, domum meam, quam solus ego ab multis sordibus purgavi, qui illius peccata & mea feci, & eadem tuli super dorsum meum, vt seruaretur, & in illo manerem, cui vitam per Spiritum meum impartio: aut, Ille in me est, velut membrum in corpore, aut palmes in vite, societate ineffabili.

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem:  
& qui manducat me, & ipse viuet propter me.

Nulla est ex Aristotele aut Platone methodus ad huius loci cognitionem, nihil hic cognoscit caro, sola fide horum verborum sensum accipimus. Peruenista & eadem ardua colatione **C H R I S T V S** seipsum explicat, atque hæc est *ἡ ἀπολογία*, id est euidentis probatio eius quod **C H R I S T V S** toto hoc sermone egit, esse sc̄ilicet se panem cælestem, dare vitam mundo, victurum æternum eum qui sibi credit, qui ad se venit, qui carnem suam edit, & bibit sanguinem suum: viuere in ipso & per ipsum, & ipsum viuere in eis, qui suam carnem manducant. Hæc argumentis deducamus: Vita Dei æterna est: Ergo qui particeps est vitæ Dei, æternum viuet: sed omnis qui spiritaliter & sacramentaliter **C H R I S T V M** recipit, hoc est qui **C H R I S T V M**, vt vitæ largitorem, fide & ex animo complectitur, eundemque in se habet, id est eum edit & manducat, est particeps vitæ Dei: Ergo qui manducat carnem **C H R I S T I**, & fide viuam illum assumit vt sese offert verbo & sacramento, is particeps est vitæ Dei. Est particeps vitæ Dei, ergo viuet æternum. Superest probare quod **C H R I S T V S** eam viuam vitam, habeatque, quam & credentibus & seipsum sumentibus siue māducantibus communicet. Vt (inquit) quamuis Pater viuens vita propria, quæ à nullo dependet, **M I S I T** me, id est homo factus sum, **V I V O** tamen propter Patrem, id est: Ita & ego sum vera vita, quandoquidem Pater generatione se totum in me impressit: non quod deserat vitam & omnia quæ habet, sed quod omnia eadem mihi communicet, & in me transfundat quæ habet. Sic qui manducatione carnis meæ me recipiet, viuet profectō totus ad me reformatus, qui viuificare possum, quoniam ex viuo Patre sum: propter hoc sum Deus viuens & immortalis, quia talem habeo Patrem, & talis Pater me misit, id est genuit & incarnari voluit me: mortalem quidem carnem assumpsit: sed quia naturaliter vita existens, habito in ipsa, totam carnem meam ad vitam meam reformauit, corpusque meum sic vita repleuit, vt qui manducat meam carnem, propter me viuat. Et quia sum via, veritas & vita æterna, qui manducat me, viuet æternum propter me. Quare hanc vitam acceptā à Patre, non soli mihi velut inuidus quispiam, reseruabo: sed eam communicabo credentibus in me, & dignè manducantibus me: huc enim missus sum à Patre, vt mea communicem, quæ à Patre natura habeo. Aut sicut misit me viuens Pater, &c. Ac si diceret,

erret: Sicut hic homo vitam habet propter Patrem, id est vnitus est naturæ diuinæ in vna hypostasi, quæ est Filius, & ob id in eo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: de dicitque ei Pater omnia in manu, necessarium est, vt ipse sit veluti canalis, per quem ad nos deriuatur non solum vita, sed & omne bonum, adeo vt nihil nobis à Deo communicetur, nisi id ad nos per hominem **C H R I S T V M** scaturiat: vt non solum fatendum sit omnia per **C H R I S T V M** condita esse, sed etiam instauranda. Qui ergo manducat Eucharistiam, quum vnatur **C H R I S T O** manducato, necessarium est ipsum viuere propter **C H R I S T V M** manducatum, cui vt vitæ largitori modo quodam ineffabili vnitus est, & ab eo vitam habet. Est certē **C H R I S T V S** causa media & meritoria propter quam & manducans & credens in eum, viuunt æternum. Obserua: Quum dicitur, Ego viuo, ne existimes eum iuxta participationem vitæ viuere, alioqui animal diceretur Deus, sed non est: neque enim Deus animal nominatur, neque creatura quædam, vita vocabitur. Nā aliud animal est, aliud vita quæ in ipso est. Si enim idē esset animal & vita, omne animal profectō vita diceretur: quod certē nemo sanæ mentis vnquam cogitauit. Vnigenitus ergo animal non est, sed vita secundum naturam, vt ipse infra asserit, Ego sum resurrectio & vita. Proinde Vita illud est quod viuificat, non quod ab alio viuificatur, sicut & Sapientia, quod sapientem facit, non quod sapiens fit. Est autem **C H R I S T V S** vita, i. Ioannis 5, Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna. Paucis absoluamus sensum quem præstendunt hæc verba: quia Pater viuens misit Filium suum vnigenitum vsuentem propter ipsum Deum Patrem: id eō factum est, vt qui manducat carnem Filii hominis, viuat propter ipsum **I E S V M** Filium Dei. Aut Filius propter vnitatem quam habet ad Patrem, recipit vitam à Patre. Ergo qui vnitur **C H R I S T O**, quem eō misit Pater vt det vitam mundo, recipit vitam à **C H R I S T O**.

Hic est panis qui de cælo descendit.

Totius apologiæ conclusionem allaturus, à demonstratione certæ personæ, & à loco veritatē panis cælestis insinuat. Ex multis iam vos docui aperiusque quod panis verus quē ego daturus sum, est hic panis: demonstrat suum corpus siue carnem suam quam daturus erat pro mundi vita. **Q V I** descendit de cælo: verbum, Descendit, *κατεβη* est præteriti temporis, vt insinuet non esse aliam hypostasim carnis suæ, ab hypostasi Filii Dei: sed vna est, hoc est Filius Dei qui descendit de cælo, id est incarnatus est, quando verbum caro factum est. Ergo qui credis panem verum de cælo descendisse, crede æternam ab eo vitam credentibus immitti. Ostendit enim hic effectus hunc panem de cælo, hoc est ex Deo esse: æquum & decens certe est, æterna esse quæ ab æterno emanant.

Non sicut manducauerunt Patres vestri  
manna, & mortui sunt.

Ab effectis ipsis probat manna non fuisse cibum de cælo. Quæ ad breue sufficiunt, nõ merentur appellari cælestia, & dici de cælo esse, sed manna solum ad breue tempus datum est, quod etiam famem non exinguebat quin mox eadem rediret: nam Patres Iudæorum comederunt ipsum manna & tamen mortui sunt. Certissimum enim est quod si de cælo, id est ex Deo fuisset, atque hic verus panis, liberasset à morte participantes. Eo manducabant manna, vt vitam seruant, & tamen mortui sunt: non est ergo manna panis de cælo, hoc est cælestis naturæ, cælestes & spiritales faciens sui participes, sed terrenus & temporarius erat cibus, ex aëre deplutus, parum efficax, nihil præstans quod æternum durer.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Frequenter vitæ meminit, cuiusque vocem & nomen sæpe versat in ore, quod intelligeret nihil mellitius suauiusve dici, quod homines magis delectaret: quibus natura comparatum est, vt non solum esse & viuere desyderent, sed etiam maximopere affectent, quæ ad vitam conducunt. **Q V I** manducat hunc panem, qui verè de cælo descendit, qui ex Deo est, vim cælestem habens, vt manducantes in se quodammodo transformet, habet vitam æternam: id est, Hic panis cælestis vescenti dat vitam æternam, pro qua seruanda ille manducat hunc panem. Habet re vera vitam æternam tantū attinet ex parte huius panis cælestis, qui non aufert liberum arbitrium, quin possit manducans peccare, & hoc peccato amittere vitam.

Christus homo  
vitam propter  
Patrem habet.  
Homo propter  
Christum mā-  
ducatum, vitam  
habet.Christus causa  
vitæ credenti-  
bus c. l. a. e.  
Christus non  
participatione,  
v. e. dicitur  
viuere.  
Animal.  
Christus ani-  
mal non est.  
Vita quid est.Æternū ab æ-  
terno.Manna nõ erat  
cibus de cælo.Hominum in-  
scitio.Panis de cælo  
dat vitam æter-  
nam.



vitam illam caelestem: sed hac amissa, non animum despondeat: redeat ad hunc panem cum fide viua, & inueniet vitam pro qua agat gratias, & perseueret constanter in fide illa viua, cuius fructum reportabit salutem animae suae, aeternum cum hoc pane caelesti victurae.

Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaum.

Christum in Synagoga docuit. Doctrina Christi publica.

Doctorem personam gerens, doctrinam illam caelestem, hoc est sacrum Euangelium Dei, aeternum quoddam consilium, in Synagoga, frequentemque plebis conuentu nuntiavit: palamque hæc verba fecit, vt omnem Iudæis atque incredulis excusationem auferens, eos maioris criminis reos ostenderet, & se nihil aduersus legem docere, qui in Synagoga cunctis audientibus functionem suam ex lege sanctam & veram esse aperiret. Vnde Pontifici interroganti de doctrina eius, respondit CHRIS TVS, Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto loquutus sum nihil. Hæc prædixerat ipse per Esaiam cap. 45, Non in abscondito loquutus sum, in loco terræ tenebroso. Certa ergo est doctrina CHRIS TVI quæ in apertum prodit, nullius erroris suspecta. Qui facit veritatem (vt supra cap. 3. dictum est) venit ad lucem, vt manifestetur opera eius, quia in Deo sunt facta. Publica proculdubio dicentis autoritas, veritas & claritas vehementer aduersarios terrent, & paratiores ad credendum faciunt auditores. Obserua: locorum circumstantiæ, nempe in Synagoga, loco in quem conueniebant tum magistratus, tum plebei, & in Capharnaui vrbe incluta, & metropoli Galilææ, faciunt vt nihil prorsus de veritate narrationis dubitare possis.

Synagoga.

Multi ergo audientes ex discipulis eius.

Animalis homo.

Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus, abhorret: semper à sublimiore doctrina: quam quum non intelligit, neque attendere, neque eam assequi vult, sed contra animo deiectus, illi veluti duro sermone detrahit, & aduersatur. Ad hunc modum facere videntur edentuli, qui molliora, etiam si peiora sint, eligunt alimenta, solidiora verò ac meliora edulia maxime vilipendunt, ægrotationem suam occultare volentes. Tantum abest crassius Capharnaitarum populus tanti mysterii caelestis capax esset, vt discipuli quoque complures hoc sermone à magistro desciscere voluerint. Non putauerim istos fuisse veros discipulos, sed tantum hoc nomine dictos, quod frequentius Dominum sequerentur, & longiore tempore cum Domino morarentur, veluti quodam feruente zelo & studio ducti, quam reliqua turba. Horum frigidus & inconstans erat feruor, & animus, qui ad tempus crederet, & quouis doctrinæ vento motarentur.

Edentulorum natura. Ficti discipuli Christi.

Dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

Carnalium opinio de Eucharistia.

En carnalium verba, DVRS est hic sermo (aiunt) quem loquitur, de comedenda carne viui hominis, & bibendo sanguine: non posse quenquam viuere, nisi edat eius carnem, & bibat eius sanguinem: quique hoc fecerit, eum victurum in aeternum: Manna non esse panem de caelo: Carnem suam esse verum de caelo panem: cuius aures ferant huiusmodi doctrinam? quis hæc sustineat audire? quid hoc est aliud quam ex mortali carne facere. Deum immortalē? For sitan potuissimus ferre quod se panem caelestem dixerit, metaphora quadam qua intelligeremus doctrinam (quam sibi attribuebat) eadem esse cum Patris sui doctrina: sed longè aliter res habet. Carni suæ, (quæ quid aliud est quam esca vermicum aut gramen aliquod vt omnis caro) tantum tribuit, vt necessarium dixerit eam comedendam esse, qui voluerit aeternum viuere. Quis ista audiuerit, qui non offendatur? Deo detrahit. Horum manifesta est durities & cordis insipientia, qui omnia iuxta oculum & sensum, nihil autem secundum Spiritum & mentis acutiem interpretantur, putantes se ad immanes ferarum mores vocari, incitarique, vt vellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere: quum audiunt, Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, &c. Debuissent vt bonos decet discipulos interrogare magistrum, & discere ea quæ non intelligebat. Hæc si fecissent, versati fuissent vt in deliciis in doctrina Domini, canentes cum cithara Dauidis Psal. 118, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

Sciens autem IESVS apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius.

Christo omnia aperta.

CHRIS TVS, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, intelligens quid inter se murmurarent, alia re mirabili, illorum offendiculo mederi vult, prædicens de se conspecturos oculis suis non leuiora, quam sint quæ nunc audiunt de esu carnis suæ, & potu sanguinis, quæ neque auditu

neque auditu absurda, neque visu horribilia sunt, sed delectabilia & salutifera, si non iuxta crassam carnis intelligentiam, sed spiritualem sensum accipiantur.

Dixit eis.

Pro suo more ad discipulos conuersus IESVS, ne irascitur quidem ipsis murmurantibus, quanquam interim murmur illorum non probet: blando & leni sermone tarditatem & celsitudinem arguit.

Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?

Pergit CHRIS TVS suos ad fidem pellicere, quibus ascensum suum in caelum indicat verius quam aperte dicit, quod nondum aduenisset hora eius, vt gloriam suam palam profiteretur. Hinc interrogatione & eclipctica oratione vsus est ad hunc sensum, An hic sermo vos offendit, quod dixerim, Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, quodque aio de caelo me aduenisse, & me esse panem de caelo, qui vitam dat mundo. Hoc vnum vos rogo: Vtrum difficilius est iuxta humanam rationem, & crassum vestrum intellectum, descendisse de caelo, an ascendere in caelum? Quid igitur dicetis, si spectaueritis olim Filium hominis, quem modò tam nihili esse putatis, & Ioseph filium arbitramini, quem videtis humano corpore indutum, per resurrectionem ascendere in caelum, vbi prius erat antequam descenderet, priusquam hoc haberet corpus mortale? Videbitis (inquam) glorificatum & in sua maiestate sedentem, æqualem Deum cum Patre Deo, nec amplius obnoxium humanæ infirmitati, sed sedentem ad dexteram Patris in caelestibus: caput supra omnem principatum, potestatem, virtutem, dominium, & habentem nomen supra omne nomen: quid tum censebitis? Eò hoc corpus assumpsit, non vt semper sapiatis carnem, sed à carne deficiatis ad Spiritum. Conditionalem particulam addidit, IS I, quia multi erant non visuri: sed si videritis ascendentem, nonne id vobis erit propinquissimum argumentum, quo conuincamini dicere, id verum esse quod dixit, Se descendisse de caelo? Nam nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis est. His ergo verbis significat CHRIS TVS id futurum, quod admirabilius sit, nempe vt redeat in caelum vnde venerat. Nihil ergo vos (ait) conturbare debet sermo meus. Nam si credere non vultis vitam vobis à meo corpore dari, quid dicetis quando hoc corpus in caelum volare videbitis? Si ergo præter naturam caro mea in caelum conscendet, quid prohibet, ne similiter præter naturam viuificet? Obserua. Vnus est CHRIS TVS, non duo CHRIS TVI: vnus enim ante incarnationem, & post incarnationem Filius est: vna eademque persona Filii Dei, & Filii hominis. Duæ tamen naturæ diuina & humana in vna hypostasi, quæ Filius est: vnde homo est Deus, & Deus est homo. Verbum enim caro factum est, non in carnem mutatum, immutabilis enim natura est. Ideo CHRIS TVO conuenit aliquid secundum humanitatem, vtputa ascendere, quod non conuenit diuinitati. Nam CHRIS TVS ascendit vt homo in caelum, vbi erat vt Deus: ante quem ascensum non illic erat vt homo, ne quis consentiat Valentino dicenti CHRIS TVM attulisse de caelo corpus caeleste, sed vt Deus erat, qui aeternus est. Nam in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Non ab simile est huic responso, quod CHRIS TVS Nathanaëli supra cap. 1. dixit, Maius his videbis. Et dicit ei, Amen, amen dico vobis, Videbitis caelum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis. Hæc omnia parturiebant pollicebanturque magnifica & potentia facta, quibus manifestaretur CHRIS TVS, vita & iustitia omnium esse, cuius potens est verbum, & virtus ineffabilis. Nam resurrectione, ascensione, & Spiritus Sancti missione, declarauit CHRIS TVS carnem suam (quam in cœna discipulis communicauit, & super lignum in litationem & hostiam pro peccato mundi voluntariè tradidit) esse veram vitam, lucem, & iustitiam mundi. Quomodo obstupuerunt Iudæi videntes tam potentia facta, signa, prodigia, & tam magna miracula, quæ verè ostenderent eum quem tam acriter auerfati sunt, esse summum opificem, & qualem se asserbat: cuius etiam magnitudo & potentia vehemens appareret, quum tam magna & prodigiosa ostenta operaretur per pauperulos viros piscatores, infirmos, indoctos, abecedarios? Vides ex vna Petri concione accessisse fide ad CHRIS TVM animas circiter ter mille, Aet. cap. 10. Adhuc loquente Petro hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum. Paulus 1. Corinth. cap. 6. scribit, Eratis quondam fornicarii, idolis seruientes, adulteri, auari, ebriosi: sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri IESV CHRIS TVI, & in Spiritu Dei nostri. Nonne hæc manifeste ostendunt potentia &

Humana ratio à rebus Dei abhincenda.

Vita à corpore Christi.

Christus vnus est, non duo.

Valentini error.

A resurrectione Christus vita mundi esse probatur.



*Christus per quem be. a omnia conse. nunt.*

magnifica facta, quibus in aperto est *C H R I S T V M* esse verum panem de caelo, iustitiam, & cum esse per quem non solum nobis est ad Patrem accessus, sed etiam per quem solum nobis omnia bona conferuntur.

### Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.

*Christus vocatus Spiritus.*

Spiritum vocat seipsum, quoniam Deus spiritus est. Non hoc dicimus (ait Cyrillus) quia Spiritum Sanctum in propria persona subsistere non putemus, sed quia sicut factus homo, Filium se hominis appellat, sic se à proprio Spiritu, Spiritum nominat. Non enim aliud est ab eo Spiritus eius. Caro, vt sola & nuda intelligitur, nihil prodest: indiget enim viuificante: sed si laudabili cura scrutemini incarnationis mysterium, & habitantem in carne cognoueritis, quamuis nihil penitus caro per seipsam possit, viuificam tamen esse factam credetis: nisi fortasse contendere velitis Spiritum Sanctum non posse viuificare. Quum enim diuinæ naturæ in vna hypostasi coniuncta sit caro, proculdubio tota effecta est viuifica. Itaque quamuis natura carnis, vt caro est, viuificare non possit (quid enim est corporis humani moles, si non adit spiritus?) viuificat tamen, quia totam Verbi operationem suscepit.

*Caro non aliam sed solius Christi viuificat.*

Quare cæterorum omnium caro nihil prodest, caro autem *C H R I S T I*, quia in ipsa vniuersus Dei Filius habitat, sola viuificare potest. Proinde *C H R I S T V S* nō dixit, Qui manducat carnem, habet vitam æternam: sed, Qui manducat carnem meam, vt hoc pronomen (meam) insinuet Spiritum iunctum carni: manducata enim caro *C H R I S T I*, confert conferuatque vitam: id quod verum asseuerauit ex eo quod viuuit propter Patrem, & māducans viuuit propter ipsum. Huius vitæ æternæ causam præcipuam vides esse Spiritum. Malè ergo & perperam dictum *C H R I S T I* interpretati sunt Iudæi, intelligentes carnem, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo Spiritu vegetatur, vt ait Augustinus. Videtur ad hunc modum dicere: vt ex litigio vestro planè intelligo, non rectè interpretamini verba quæ dixi, Nisi māducaueritis carnem Filii hominis, &c. Putatis me velè dare carnem meam comedendam veluti dari solet bruti cuiusdam caro comedenda: quod fieri non potest, nisi occiso bruto. Hoc nolite sic intelligere: non sum ad eum modum daturus carnem meam manducandam: caro enim mea nisi viuens & cum suo spiritu manducetur, non prodest quicquam. Caro sola sine spiritu non prodest quicquam: nam spiritus est qui viuificat. Aliter interpretari potest hic locus. Quia *C H R I S T V S* cepit hic loqui de sua ascensione, consequens erat, Vt de Spiritu suo quicquam subiiceret. Hoc ergo dixit Dominus de Spiritu suo, siue Spiritu Sancto, quo afflans suos, facit eos participes vitæ æternæ. Chrysostomus carnem interpretatur de carne nostra, quæ nequit percipere que sunt Spiritus, & de carnali auditione. Quasi diceret, Carnalis intellectus, carnales vires, carnale ingenium, carnalis efus, & vt vno verbo dicam, caro vt distinguitur contra Spiritum, non confert vitam æternam. Nam si quod natum est ex carne, non nisi caro est: quomodo ex carne, quæ ipsissima mors est (nihil enim spiritus habet) nasci gignive potest vita? Tantum abest vitam æternam conferat, vt ne vitam quidem temporariam gignere possit. Est ergo vera viuificatio à Spiritu, non à mortali Adami carne, siue carnali & crassa & terrestri intelligentia. Est mundo & carni incognita spiritalis & sacramentalis manducatio. Caro & sanguis neque diuersantur, neque locum habent in spiritaliter manducantium classe. Hæc manducatio non est alicuius animalis emortui, in macello venditi, & à cocis apparati, qualem putabant huiusmodi carnales Iudæi: sed est veræ & viuificæ carnis *C H R I S T I* digna susceptio sacramentalis, qua totus *C H R I S T V S* per os in stomachum traicitur cum fide viuua, aut spiritalis solùm, qua certò statuit quis apud se, *C H R I S T V M* exhibuisse corpus suum cruci, & sanguinem proprium effudisse pro mundi vita: quod beneficium crucis ex animo petit sibi conferri, & sentire se cum *C H R I S T O* mortuum ipsi mundo, & resurrexisse ad vitam cum illo.

*Caro sola sine spiritu non prodest.*

*Caro mors.*

*Manducatio spiritalis carni incognita.*

*Manducatio sacramentalis.*

*Manducatio spiritalis.*

### Verba quæ ego loquutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.

*Verba Christi sunt Spiritus & vita.*

Pergit illos à carnali intelligentia reuocare: Quasi diceret, Si carnales adhuc estis, nolite sermonem meum auersari, quum nondum, vt oportet, intelligatis, sed orate, & operam nauate, vt cognoscatis & credatis totum corpus meum viuifica Spiritus virtute plenum esse. Verba enim quæ loquutus sum vobis, non sunt carnalia, hoc est de nuda & terrestri natura carnis, quemadmodum vos interpretamini, sed de Spiritu, & de vita æterna vobis sermonem feci: non enim natura carnis, viuificum reddit Spiritum, sed Spiritus virtus, viuificam carnem efficit. Verba ergo quæ ego loquutus sum, *S P I R I T V S*, id est spiritalia & de spiritu & *V I T A*, id est de viuifica & naturali vita sunt. Quæ qui secundum carnem audit, nihil lucratur,

nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale est dubitare quomodo de caelo descendit, arbitrari ipsum esse purum hominem, & filium Ioseph: & quomodo possit nobis dare carnem suam ad manducandum. Non ergo sunt carnaliter intelligenda quæ *C H R I S T V S* dixit, Nisi manducaueritis, &c. Rogabit aliquis: Quid est carnaliter intelligere? Respondet Chrysostomus, Simpliciter vt res dicuntur, neque aliud quippiam excogitare. Non enim ita iudicanda sunt quæ videntur, sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda, hoc est spiritaliter. Sermo *C H R I S T I* spiritus est, hoc est spiritalis, quia intellectum eius Spiritus Sanctus reuelat. Et Vita, hoc est vitalis ab effectu, quia vere credentibus, veluti ipsi, *C H R I S T O* (qui vita est) copulatis, vitam affert æternam, nihil mortis & carnis habens. Sunt ergo illa spiritaliter intelligenda. Intellexisti spiritaliter, Spiritus & Vita sunt: intellexisti carnaliter, hoc est panem illum à caelo manducandum, sicut alium cibum aut veluti carnem in macello emptam, & etiam sic illa Spiritus & Vita sunt, sed tibi non sunt. Aut dici potest in alium sensum per quandam metonymiam: Res significatæ per verba quæ loquutus sum vobis de carnis meæ manducatione, sunt Spiritus & Vita, tum ex parte rei manducandæ, quia caro *C H R I S T I* manducanda habet rationem cibi, ex spiritu quidem deitatis & charitatis eius, & ex vita diuina atque spiritali existente in ipso: tum ex parte actus manducandi, quia manducare corpus *C H R I S T I*, est actus non carnalis sed spiritalis & diuinus, comitatus vera vita quam secum aduehit: tum ex parte effectus, quia viuificatur homo & spiritalis redditur, cui ex mysticis & tam arcanis rebus susceptis, confertur vera & æterna vita. Huc pertinet quod ait Dauid, Psalmi 118, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

### Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.

Arguit quosdam infidelitatis, ostendens se Deum esse, dum quæ corde premuntur, reuelat. Dicens *Q U I D A M* (ait Theophylactus) discipulos exceptit. Videtur ad hunc modum *C H R I S T V S* dicere, Intelligo quibusdam hæc vana videri, non ignarus quosdam inter vos esse, qui dictis meis fidem non habent, & panem vitæ oblatum respicientes, quæ dixi auersantur. Obserua: Non ait, Non intelligunt, sed Non credunt. Cur ita? Quia negata causa, negatur effectus. Intelligentiæ causa est fides, doctore Efaia, Nisi credideritis, non intelligetis. Non ergo intelligunt, quia non credunt. Per fidem (ait Augustinus) copulamur, per intellectum viuificamur: prius hæreamus per fidem, vt sit quod viuificet per intellectum. Nam qui non hæret, resistit, qui resistit, non credit. Sunt ergo quidam qui non credunt: credant & aperiant: aperiant & illuminabuntur. Hæc ille. Plerique verba Domini non intelligebant, quia si *C H R I S T O*, vt magistro vitæ, fidem habuissent, facile cognouissent ipsius sermonem non durum esse, sed vitæ æternæ. Quare non est duritia sermonis, occasio scandali propter quod murmurabant, & litigabant: sed incredulitas quorundam. Cur non crediderunt? quia noluerunt. Arrogantes enim Pharisei (ait Cyrillus) & duræ cervicis Pontifices, senioresque populi, quamuis Mosis & Prophetarum scripturis docti fuissent, credere tamen noluerunt: sed malignis eorum consiliis indigni æterna vita comperti, Dei Patris illuminationem non receperunt. Nec ideo iniustus est Deus iram suam istis referuans, imo vt natura iustus, omnia rectè ac suæ naturæ conuenienter determinat, quamuis dispensationis suæ viam nos ignoremus. Cognouit autem omnes *I E S V S* fideles simul atque incredulos, & ipsum impietatis ministrum. Hactenus ille.

### Sciebat enim ab initio *I E S V S* qui essent credentes.

Ætiologia est, qua reddit rationem Euangelista vnde increduli erga sermonem de cælesti pane vitæ, *C H R I S T V M* non latuerunt. Antequam iacerentur mundi fundamenta, & antequam hæc verba faceret, sciebat *I E S V S* quoniam ex discipulis essent credituri.

### Et quis traditurus esset eum.

Proditoris malitiam indicans, ostendit ipsius *C H R I S T I* deitatem. Alludit ad Iudam, & sic à Iudæ persona, ad omnes incredulos. Sciebat *I E S V S* inter duodecim discipulos, quibus Apostolici cognominis honorem indulsit, quos sibi veluti certissimos amicos peculiariter delegit, vnum fore, qui se Iudæis proderet ad necem. Charitatis erat, quod proditoris nomen non crimen siluit, vt omnes sibi timerent, quamuis vnus periret. Nihil his præfens Iudas perterritus, remansit ad insidiandum, non ad intelligendum.

### Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

*Carnalis opinio.*

*Carnaliter intelligere.*

*Pseudodiscipuli.*

*Fides est causa vere intelligentiæ.*

*Fides copulat, intellectus viuificat.*

*Magister vitæ, Christus.*

*Iudas incredulorum typus.*



Verbum.  
Oculus quo  
Christum vide-  
tur.  
Venire.

Electio non est  
violenta.  
Liberum arbi-  
trium.  
Saluari aut per-  
di est nobis li-  
berum.

In illi sua ipsorum  
voluntate retrò  
abierunt & per-  
eunt.

Abire retro.

Quia non humani sed diuini est ingenii posse Deum in humana forma latentem cog-  
noscere (est enim donum Dei fides) nemo vestrum eò cognitionis conscendet (adeo res  
magna est scilicet credere **C H R I S T V M** esse Deum, panem vitæ à celo, vitæ auctorem,  
Verbum esse, virtutem & potentiam Dei) nisi à Deo Patre cognitionem acceperit. Quid  
rogo, profuerit vocem **C H R I S T I** audiuisse, corpus vidisse & contigisse, nisi Pater cæle-  
stis dederit oculos fidei, quibus salubriter conspicitur **C H R I S T V S**: nisi dederit aures  
mentis cælestes, quibus cum fructu auditur? Obserua. **V E N I R E**, non est obiter tantum cre-  
dere, sed est persuaderi: oportet certè Patri vocanti voluntatem cooperari. Nam qui à vo-  
luntate non adiuuatur (ait Theophylactus) etiam si à Deo assumitur, non percipit utilita-  
tem. Verbi gratia, Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & vtuntur eo quod  
datur, & custodientes illud, ostendunt Dei donum: quidam autem recipiunt, sed ea quæ  
dantur disperdunt, ita vt nihil accepisse videantur. Quum ergo dictum est, **N I S I** fuerit ali-  
cui datum à Patre, non poterit venire ad Filium: id est, Ille venit ad Filium, cui daturus est  
Pater: hoc est à quo custoditum fuerit donum à Deo quod illi datum est. Hactenus ille.  
Huc pertinet quod in hunc locum dicit Chrysostomus, cuius verba subscribere non pige-  
bit. Non vi & necessitate (inquit) quadam, Deus bonos facere consuevit, neque electio eius  
violenta est, sed suaforia. Vt enim intelligas, inquit, non cogi vocatione, multos vocatos pe-  
rire continget. Quamobrem constat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur. Hæc  
ille. Obserua: quum dicit, A Patre meo, suadet eis vt suum Patrem Deum, non Ioseph arbi-  
traretur. Item Pater trahit Spiritu: datur autem Spiritus per **C H R I S T V M**: Christus præ-  
dicat verbum Euangelii: nihil non tentat facitque **C H R I S T V S**, vt saluemur.

Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, &  
iam non cum illo ambulabant.

Quum ægroti essent multorum animi, & mens terrenis cupiditatibus occupata esset,  
quæ præter crassam Mosaicæ legis religionem nihil cæleste caperet, multi non solum è po-  
pulo, verum etiam ex **I E S V** discipulis, qui hactenus illum sequuti fuerant, defecerunt à ma-  
gistro, perfectiorem aspernati disciplinam, & plenam bonis orationem abiicientes. Vnde  
qui proficere debuerant (si recte sibi consulissent) facti sunt deteriores, adeo vt etiam à  
consuetudine conuictique se subducentes, veluti ipso facto doctrinam illius damnantes, in  
dementiam suam delapsi, retrò abeunt, neque cum illo ambulant miseri, sed aspera delicto-  
rum suorum itinera diuertunt. Huius rei figura est apud Moysen, Numeri. cap. 14. Nam po-  
steaquam dura itinera peregerunt Iudæi, vastas solitudines transierunt, & terræ promissæ  
proximi fuerunt, tunc Iosue cum his qui exploratum in terram promissam abierant, nar-  
rans populo loci amœnitatem, Terra (inquit) quam circumuiimus, valde bona est: si pro-  
pitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Alii  
quod illic vidissent filios gygantum, cæteraque horroris plena, auditores terrebant. Vnde  
qui tum aderant Hebræi obruendum esse lapidibus ipsum Iosue conclamabant, promissio-  
nibus Dei (quasi non posset eos facile illuc deducere) nihil attendentes. Horum increduli-  
tatis Dominum irritauit, vt indignos repromissionis terra priuauerit, Psalmo 94, Qui-  
bus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Nam retrò iussit eos redire, dicens  
Mosi, Conuertimini ad viam maris rubri. Idque factum est iure optimo: nam nolentes ire  
quo vocabantur, redire merito iubentur. Ad hunc modum his retrò abeuntibus contigit:  
nam quum via qua in cælum itur, proponeretur, ab ea se subducunt & incredulitate sua di-  
rigentem in viam rectam contemnunt, & se à magistro diuidunt, cum quo sua morositate  
ambulare nolunt. Proinde qui seipsum à **C H R I S T O** diuidit, retrorsum abit: qui autem  
in fide promouet & proficit, Domino adhæret, & semper se ad anteriora extendit, vt docet  
Paulus ad Philippenses, cap. 3. Vnum autem (inquit) quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad  
ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ  
vocationis Dei in **C H R I S T O I E S V**. Obserua: quum dicit, **V E N I R E**, subaudiendum  
est, tempore, **V E N I R E** retrò & non sequuti sunt Dominum, sed Satanam. Petro qui-  
dem (Matthæi cap. 16.) dictum est, Vade post me Satanæ, scandalum est mihi: Sed ille retrò  
abiens, sequutus est Dominum, vt non esset Satanæ ambulando post Dominum. Volens  
præcedere Dominum, & consilium dare ne moreretur ille qui venerat vt pro mundi vita  
moreretur, Satanæ erat, sed posteaquam se morigerum præstitit suo Domino, & cum est se-  
quutus, desit esse Satanæ, & factus est discipulus. Non enim est discipulus supra magi-  
strum. Meminit Paulus (1. ad Timotheum, cap. 5.) quarundam mulierum, quæ ait conuer-  
sæ sunt retrò post Satanam.

Dixit ergo

Dixit ergo **I E S V S** ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire?

Posteaquam permisit retrò abire qui retrò abeunt (neque enim beneficium conferre in-  
inuitos, neque nolentes saluos facere vult) conuertitur ad discipulos, formam exhibens Euan-  
gelicis doctoribus. Nam abeuntibus nihil conuertiatur, ne suam gloriam quæsiuisse videat-  
tur magis quàm illorum salutem, nec præsentibus rogat vt remaneant, quasi illorum comita-  
tu & opera indigere videatur: sed pathetica interrogatione vititur, an cum illis vellent ab-  
ire, vt hac interrogatione ad confessionem rectæ fidei prouocaret: Vos, scilicet quos pecu-  
liariter meos Apostolos elegi, vultis abire, tanquam offensi his quæ ego dixi? Ac si diceret,  
Si oratione mea estis persuasi, si omnia quæ à me audistis mysteria, fide suscipitis, si nullam  
accusationem verbis meis affertis, si more aliorum non dicitis, Quomodo hic potest car-  
nem suam nobis dare ad manducandum, non abibitis, libenter vos video, & credentes am-  
plexabor: si vero abire vultis, sinam vos cum reliquis abire. Obserua: non dixit, Abite, aut  
faceite hinc: hoc enim repellentis fuisset, sed interrogauit, Nunquid vultis abire? quo ver-  
bo eis liberum faciebat: eliciens illorum professionem, vt nec hos blanditiis retineret, velu-  
ti suum agens negotium, potius quàm illorum: nec minis aut iurgiis territaret, ne coacti  
magis quàm persuasi, **I E S V S** sequi viderentur.

Respondit ergo ei Simon Petrus.

Vehemens in Petro charitas, & veræ fidei ad confitendum ardor, de omnibus quod o-  
ptimum, sit pollicens. Nam quod sentiebat ipse de Domino, sentire & collegas nihil addu-  
bitabat: quum & pro ipsis, nulla antè facta apud eos huius inquisitione, respondit. Per vnum  
qui præerat (ait Cyrillus) omnes respondent, sanctam profectò sanctisque congruentem  
disciplinam optimè conseruantes, & posterioribus prudentiæ atque modestiæ laudabilia  
præbentes exempla. Decet enim non omnes confute nec profluentes imprudenter, quasi  
rapta vti oratione: sed credere eis, qui & consilio & ordine præpositi sunt. Opus igitur erat  
diuinitus comprobata prudentiæ, soli responsonem committere illi, qui ordine maior  
erat. Hæc ille. Proinde Petrus & reliqui Apostoli ex illis sunt quibus Pater dedit ad  
**C H R I S T V M** venire, & in illum credere. Quare non recedunt, sed quod intus habent  
& in animis credunt, illud foris & palam ore vnus, totius Ecclesiæ personam gerentis,  
magna alacritate confitentur & respondent.

Domine.

Primo verbo Petrus capiat beneuolentiam, quo statim insinuat quid de **C H R I S T O** Domine,  
sentiat, nempe Dominum, hoc est potentem, cui vniuersa subiiciantur.

Ad quem ibimus?

Ad quem, qui tibi par esse possit, confugiemus? Absit hoc, Domine, vt te deseramus,  
Quis nos tam salubria & ardua mysteria docere poterit? Non ignoramus quàm frigida  
sint ea quæ docent Pharisei, & huius seculi sapientes philosophi: Quumque audierimus  
Ioannem de te testificantem, ad quem alium abibimus? Quos in hoc sodalium admisti,  
non abiges, qui nullam non recipis. Non eo usque dementia nos occupauit vt velimus mu-  
tare Dominum, mutaturi in peius quemcumque delegerimus.

Verba vitæ æternæ habes.

Cur igitur discederemus? apud quem meliora inueniemus? quum tu non dura (vt illi  
retrò abeuntibus dicunt) verba, sed æternæ vitæ habeas: id est verba quæ fideles ad vitam æter-  
nam conducere possunt. Tu tuapte natura es vita æterna, & alios in æternum viuere facis,  
& doctrina tua efficax est, vitæ æternæ, ipsum Spiritum Dei, & vitam ipsam spirans. Hæc  
est excellens illa & magnifica fides, aduersus quam nõ prævalent inferorum portæ, & quæ  
habentem facit verum Ecclesiæ membrum. Commendat Petrus Christum à comodo &  
vtili omnibus communicando, non à diuitiis & rebus seculi, sed à vita non temporali, sed  
æterna. Didicerat hoc respõsum non à carne & sanguine, sed spiritu Christi, & à præcepto-  
re qui paulò antè dixerat, Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.

Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.

Credimus primò, deinde cognoscimus, quia ad hanc spiritalem cognitionem non est  
accessus nisi per fidem. Credimus vt cognoscamus. Nisi credideritis, non intelligetis, Esaiæ  
cap. 7. Non solum credimus, id est fide & certò apud nos statuimus absque vlla dubitatione,  
verum etiã cognouimus diuinitatis operibus, miraculis, & diuina edocti reuelatione, te esse  
**C H R I S T V M**, illum verum Messiam in legè & Prophetis promissum: regem verum ad

Beneficium non  
conferunt in in-  
uitum.

Domine.

Petri sermens  
charitas.

Verba vitæ æ-  
terna.  
Vides magnifi-  
ca.  
Inferorū porta  
fide frangitur.  
Ecclesiæ mem-  
bra fide summa.  
Petri confessio  
de Christo.

Credimus vt co-  
gnoscamus.  
Christus qualis  
nobis.  
Magnifica Pe-  
tri confessio de  
Christo.



*Nota diligenter.* regendas defendendâque hominum conscientias, & sacerdotem verum ad interpellandum pro nobis apud Patrem. Te inquam esse Filium Dei, hoc est verum Deum cum Patre Deo: in quo Pater vult redimere genus humanum lapsu Adæ perditum: in quo Pater habet beneplacitiam: qui das in carne tua & sanguine tuo id quod es, & à quo solo speranda sit omnibus æterna salus. Ex hac Petri responsione aperte ostenditur quis fuerit totius orationis Christi status: utique ostendere id quod Petrus hoc loco confessus est, nempe ipsum CHRIS TV M esse Filium Dei, esse panem vitæ & cælestem. Hoc idem fuit quod & alios incredulos turbavit, & à Domino alienavit.

Respondit eis I E S V S.

Prædicationem illam Petri de se magnificam, neque commendavit, qui auram popularum non venerat venaturus, neque admiratus est: sed tacito quodam consensu confessionem illam approbans, cœpit acrioribus quibusdam verbis eos confirmare. Quos dum attentos reddit, simul corrigit & id quod Petrus dixerat, Et credimus & cognovimus: detegens illius hypocrisim, qui non corde confessus est.

Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?

*Iudas hypocri-  
ta.  
Perditionis via  
lubrica.*

Emphaticè hæc pronuntiat CHRIS TV S, quasi admirans Iudæ hypocrisim, & futuram perfidiam. Quid admiramini aliquot à me defecisse, & retrò abiisse? ad salutem vigili & studioso labore opus est: lubrica enim admodum est perditionis via, quæ non solum imbecillorum sed & magnatum mentes decipit. Hæc ut vobis aperiam, non eorum qui iam retrò abierunt, sed domestico, hoc est vestro exemplo vtar. Nónne ego vos ut eximios ex omnibus delegi? & tamen è tam paucis & singulariter delectis, vnus est, qui, quanquam vobiscum ore cõfiteatur me habere verba vitæ, & quod sim CHRIS TV S Filius Dei, tamen corde non credit, & est meus aduersarius, & proditor meus. D I A B O L V S est, id est delator & calumniator, delaturus eum cuius corpus ederet & sanguinem biberit, iuxta carnem, non spiritum: cuius audierit sermonem, cuius miracula conspexerit. Etenim re ipsa talis apparuit Iudas, calumniatus apud Iudæos Dominum, & mysteria eius illis afferens: sicut & David de ipso dixit, Psalmo 40, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Vigilantiores ergo facit omnes, dum nominatim proditorem non dicit, sed vni generaliter tantæ impietatis onus imminere affirmans, sollicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem vigilantiam erigit. Diabolum vocat, diaboli ministrum: nam sicut qui Domino adhæret, vnus cum eo spiritus est. Corinth. cap. 6. ita & qui diabolo adhæret, vnus cõ eo est. Quum dixit Iudam diabolum esse, significauit hostem suum esse, non discipulum, licet esset cum aliis delectus in numerum discipulorum, externo scilicet delectu, agerêtque etiamnum inter illos.

*Diabolus.*

*Iudas diabolus*

Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote.

*Iudas Taddæus  
Iscariota.*

Hæc per exegesim & ænigmaticæ loquutionis CHRIS TV S expositionem, Euangelista appendit, ut intelligeremus quem CHRIS TV S significaret diabolum inter discipulos esse. Cuius cognomen addidit, siue ut discerneret à Iuda fratre Iacobi (qui idem Taddæus ac Lebbæus dictus est, ut sit trinominus:) siue ut ex cognomine Iscariotæ, significaret eum ei facinorosi natum, quod Issachar Hebræis sonat mercedem: nam mercede Iudas vendidit CHRIS TV M. Atque à tribu Issachar (vnde fuit oriundus) nomen sortitus videtur. Quamquam non desunt, qui à viculo Iscara cognomen deductum malint. Iscariotes, penultima longa, interpretatur vir occisionis, vel exterminationis, vel mortis.

*Iudas vnde I-  
scariotes dictus.*

Hic enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim.

*Auaritia radix  
omnium malo-  
rum.*

Exaggeratio est facinoris Iudæ. Hæc appendice videtur Euangelista vehementer admirari de Iuda: quemadmodum & quilibet nostrum cum admiratione hoc veluti monumentum, ob oculos habere debet: quod studiosiores vigilantiorêsq; contendamus ad propositum nobis brauium. Nam si is qui in chorum Apostolorum annumeratus erat, qui signa fecerat (ipse enim cum aliis ad sanandos ægrotos, leprosos mundandos, & alia pietatis officia exercenda, missus erat) ex quo auaritiæ laqueis est irretitus, nihil ei, neque munus Apostolicum, neque CHRIS TV S consuetudo, non exhortatio, non lotio pedum, non communicatio sanctæ cœnæ, non loculorum custodia profuit, sed grauius sibi præcipitium parauit: magno studio contendendum nobis erit, ne post tantam à CHRIS TV S susceptam gratiam, Iudam per auaritiam imitemur. Nam qui fame confectum vel frigore contemnit, supplicij Iudæ reus erit: & qui indignè Eucharistiam (panem vitæ & cælo) susceperit, eò supplicio, quo CHRIS TV S interfectores, punietur.

Conciliatio.

CONCILIATIO PRIMA.

Quid istud est, quod CHRIS TV S ipse qui Euangelicam paupertatem omnium absolutissimè obseruauit, neque tantillum pro crastino die fuit sollicitus, uti docuit Matthæus cap. 6. nihilominus hic aliquem secum habuisse comœtatum fertur, ducentos denarios, quinque panes, & duos pisces. Respondeo: Paupertatem Euangelicam, & sollicitudinis vacuitatem, non in eo maximè sitam esse, quod prorsus nihil habeamus. Nam Abrahami & Isaac multis dotati diuitiis eam induerant paupertatem, quæ optimos decet Christianos, vixeruntque procul à cura & sollicitudine: sed sita potius est in libero corde & spiritu paupere, nulli rei temporariæ vel curæ additæ. Quod maximè suo exemplo præstitit CHRIS TV S cum discipulis.

*Paupertas Enâ  
glica.*

CONCILIATIO SECUNDA.

Pugnare videtur hic locus, Non Moyses dedit vobis panem de cælo verum: cum eò Pauli I. ad Corinth. cap. 10, Nolo enim (inquit) vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt: bibebant autem de spiritali conseqente eos petra: petra autem erat CHRIS TV S. Si eandem escam manducaverunt spirituales: quomodo dicitur, Non Moyses dedit vobis panem? Respondeo. Scio quosdam maligno spiritu ductos, qui hac Pauli autoritate, & grauius cuiusdã authoris annotatione, veluti clypeo fortissimo sese muniunt aduersus veritatem catholicam, ut suum errorem defendant, quo asserunt in sacramento altaris non præsens esse corpus I E S V E N R I S T I. Paulus relatiuum illud (Eandem) nõ eò refert ut eandem escam & eundem potum referas ad illam escam & illum potum de quo Saluator ait, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Illi neque corpus, neque sanguinem CHRIS TV S sumpserunt. Nos autem & corpus & sanguinem CHRIS TV S sub speciebus panis & vini realiter & sacramentaliter sumimus & manducamus. Sed Paulus eleganti collatione, vult ne efferamur, quod baptizati & Christiani simus, putantes id satis nobis esse, quod titulos & nomina Christianorum feramus. Quoniam hæc dona nihil nobis profutura sunt, sicut nec multis Iudæis multa beneficia in liberatione ab AEGYPTO profuerunt, nisi nos diuina gratia dignos exhibeamus. Quasi dicat: Tametsi omnes baptizati sumus in eodem nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, & omnes manducemus idem corpus CHRIS TV S, & eundem CHRIS TV S sanguinem bibamus: non tamen id sufficiens propinquumque nobis erit argumentum, quo asseramus æquè in omnibus nobis beneplacitum esse Deo, qualempotens duxerimus vitam, post hæc beneficia Dei recepta. Nam quemadmodum omnes illi, tempore Moyse eandem escam comederunt, & eandem aquam potauerunt cum boni tum mali: eandem enim biberunt Dathan & Abiron, quanti Moyses & Aaron, eandemque Chore, quam Caleph aut Iosue: eisdemque beneficiis in liberatione ab AEGYPTO donati sunt: Ex his tamen multi, Deo non fuerunt accepti, ut introduceret eos in terram promissionis: ita nec complacitum erit ei, ut introducat nos tantis eisdemque beneficiis cumulos in regnum suum, si fuerimus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt: si fornicati fuerimus, sicut & illi fornicati sunt: si tentauerimus murmurauerimusque sicut & illi. Non ergo eandem escam, quam nos, Patres illi Moyses & Aaron comederunt: omnia enim illis in figura contingebant: Nobis autem veritas data est per I E S V M CHRIS TV M, quem verè recipimus sub specie panis & vini. Huc referre non pigebit quod Chrysostronus de veritate corporis & sanguinis in Eucharistia tradit. Animaduertis, inquit, Pauli sapientiam, quo pacto vtrorumque, hoc est & illorum quæ Iudæis prius exhibuit, & istorum, quæ iam exhibet Christianis, CHRIS TV M largitorem ostendit: & in hac parte figuram iuxta veritatem adducit. Qui enim illa illis præbuit, inquit, his etiam hanc præparauit mescam. Et ipse idem & illos per mare, & te per baptismum adduxit: Et illis manna & aquam, tibi vero corpus & sanguinem dedit. Et ipsius muneræ huiusmodi sunt. Ecce mare, manna, aqua, figuræ fuerant: Baptismus autem & corpus & sanguis CHRIS TV S, ipsa veritas. Quod si Angelus de cælo descenderet qui verba Pauli eò retorqueret, ut hæc ipsa quæ tunc in illa vmbra facta sunt, affirmaret eiusdem virtutis esse, cuius sunt nostra sacramenta, quibus Ecclesia à suo sponso CHRIS TV S donata est, id veluti anathema constanter reiiciendum esset.

*Pauli locus de  
Eucharistia de-  
claratus.*

*Christianisim  
Hic locus non  
gandum.*



CONCILIATIO TERTIA.

Argumenta contra studiosos sacrorum literarum.

Soluntur argumenta carnalium dissidentium lectionem scripturarum. Media ad finem non continentur.

Scriptura testes Christi.

Scripturarum eminentium.

Pugnare in speciem videtur hic locus, Et erunt omnes dociles Dei: cum eo qui scriptus est superiore cap. 5, Scrutamini scripturas. Audio certe quosdam tam pestilente animo esse, ut sacrae Scripturae lectionem fastidiant, & amarulenter proficiant. Quidam ut me a sacra lectione auocaret, aiebat, Non est necesse te esse legis & Scripturae peritum, sed Deo doctum: Scriptura est. Non oportet virum Christianum nimium creaturae addictum esse: Deum vnicum audire necessarium est: cuius voces e caelo expectandae sunt, ut erudiat. Beatus vir, inquit David, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Si Patriarchis, Prophetis & sanctis viris olim in somniis & visionibus (illis enim loquitur) est loquutus, cur non & hodie similiter nobis loquetur? Scriptura est quadam res mortua: ne putes e Scripturis te doctum iri: e caelis, non e libris oportet pendere: citra omne medium Spiritus Sanctus nobis illabitur. Haec sunt virulenta Satanae & discipulorum eius tela, quae spiritalibus iaculis referenda sunt. Heus tu, virgebis me fortassis, ne fame laborans panem sumam, sed aperto ore in caelum expectem Angelum a Deo missum, qui apparatus prandium afferat, & pascat: aut suadebis mihi neque edendum neque bibendum esse, quia alias citra omne medium, quosdam pavit Dominus, idque nunc possit & velit praeter omnem cibum aequae pascere, atque pane adhibito. Hoc certe potest Dei omnipotentia, sed non vult: cui quia ita placitum est, ut certis mediis finem assequamur, quid tanto delirio ducaris, ut velis Deo leges praescribere, imo Deum cogere, faciat quicquid tibi placuerit? Deus vult nos salvos fieri: sed sic statuit ut pulsemus, & petamus, antequam nobis aperiat, & salus nobis contingat. Deus vult nos pascere pane: sed statuit terram colamus, sementem in terram proiciamus, metamus, colligamus grana, pinsamus, coquamusque panem, & eo vescamur. Potest creare ex nihilo hominem: & tamen ordinavit matrimonium, ut hoc medio nascerentur homines. Quid igitur ordinationi Dei resistere contendis? Scripturis veluti organo vult utamur ad eruditionem: his nostris oculis Scripturam videmus, & auribus prolatam audimus: at ipse Dominus spiritu & gratia intus docet. Non sunt creaturae contemnendae: quas qui contempserit, & illarum authorem Deum contemnit & reicit. In creaturis enim creatorem agnoscere, venerari & querere oportet. Vnde quemadmodum in facis puer IESVS erat obvolutus, ita & in Scripturis textus reperitur: qui ad illas Iudaeos mittit Ioan. 5, Scrutamini Scripturas, illae sunt quae testimonium perhibent de me. En vides Scripturas testes esse IESVS CHRIS TI: velut omnes creaturae, Dei testimonia sunt. Scripturas ergo sacras amplexemur, quas Deus legendas tradidit, tanquam voluntatis divinae indices. Rom. cap. 15, Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Scripturis, veluti quodam infusorio, vult Deus nos docere, instituere, monere, terrere & consolari: quas qui repellere voluerit, Anathema sit. Audiamus quid de Scripturarum dignitate senserint Apostoli. In primis iuratus ille IESVS CHRIS TI orator Paulus 1. ad Timotheum, cap. 4. clamat, Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinae. Et 2. ad Timotheum cap. 3, Tu vero permane in his quae didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris: & quod ab infanzia sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem, per fidem quae est in CHRIS TO IESU. Agnosce quid hic Paulus ait, Scripturas erudire ad salutem per fidem. Quid enim iuvat legisse, si neque attendas, neque credas lectioni? si fide legas, ad salutem te instituunt, & per fidem viam regenerant: nam de hoc te certiore facit Spiritus Sanctus, qui in corde tuo est veluti arrabo & pignus tuae salutis, 2. Corinth. 1. & Ephes. cap. 1. Deinde copiosiore Scripturarum fructum Paulus expendit, dicens, Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Huc pertinet quod Petrus 2. Epist. cap. 1. ait, Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui beneficis attendentes, quasi lucernae lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. Per Scripturas ergo, quarum nomine etiam vocalem praedicationem (per quam plerumque Spiritus Sanctus distribuitur credentibus) intelligimus. Ad hunc modum dicebat Paulus 1. ad Thessal. cap. 2, Nos gratias agimus Deo sine intermissione, quonia quum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est verum) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Ephes. cap. 1, Quum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestrae: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae

dem gloriae ipsius. Adhaec quoties CHRIS TVS Scripturas citat? quoties ad Scripturas remittit? quoties hanc vocem emittit, Sicut Scriptum est? Adde Euangelium quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, Rom. cap. 1. Et per Prophetas scripturas patet factum est, Rom. cap. 16. Et CHRIS TVS arguit Sadduceos Scripturae ignaros, Marci cap. 12. Non sunt ergo audiendi qui quibusdam technis & astutis verbis, auocare nos volunt a Scripturarum lectione, aut vocali praedicatione. Sed ex animo & fide legendae sunt Sacrae literae: audienda externa & vocalis praedicatione, quae fit ab homine Apostolico: interim tamen oradus est Deus Pater, interius doceat & scribat legem suam in cordibus nostris, ut ea quae auribus audiimus, capiamus mente, credamus, & salvi fiamus. Docet quidem Deus Spiritu, nihilominus vritur externo & hominum ministerio. Est certe verbum Dei Scripturis, velut vasculo conseruatum, & illis ad nos delatum. Vnde velle audire vocem de caelo, est tentatio Dei: quum possis e Scripturis, tanquam medio ordinato a Deo, doceri voluntatem diuinam. Similiter velle pasci e caelis, quum panem habeas ad manum, irrisio Dei est. Non sunt profecto media ad aliquid consequendum contemnenda, quae intelligimus a Deo ordinata esse. Vnde Paulus 1. Corinth. cap. 3. dicebat, Ego platau, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et rursus, Dei adiutores sumus. Cur? Quia verbum Dei, & Scripturas sacras praedicabat. Proinde CHRIS TVS vocat Apostolos, Lucem mundi, sal terrae, ob ministerium verbi Dei: quodque de ipso vera luce testarentur, & condirent atque salirent homines legis atque Euangelii praedicatione: quod verbum veritatis circumferrent ac spargerent in omnes credentes, ut sale hoc saliti non foeterent, sed CHRIS TI bonus odor fieret. Ex his colligamus amplexandas esse sacras literas, in illisque toto nisu versandum esse: quibus tanquam medio ad veri cognitionem utamur: respuentes Anabaptistarum errorem, qui solo Spiritu duci volunt sine vilo medio.

Tentare Deum.

Apostoli cur dicitur ministri.

Anabaptistarum error.


CAPVT SEPTIMVM.

Ambulabat) versabatur Iesus in Galilea.

Scenopogia) id est festum tabernaculorum.

Palam) libertate, si haec facis) vel quum talia facias. Aduenit) adest.

Non ascendam) mundum ascendo, id est nauis ascenditur sum. Ipse) ipse.



OST haec autem ambulabat IESVS in Galilaeam: non enim volebat in Iudaeam ambulare: quia querebant eum Iudaei interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum, Scenopogia. Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudaeam, ut & discipuli tui videant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quaerit ipse in palam esse: Si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis IESVS, Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos, me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Haec quum dixisset, ipse mansit in Galilaea. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudaei ergo querebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus est: alii autem dicebant, Non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudaeorum. i.

Iesus sagis Iudaeos hominibus.

Scenopogia.

Affines Christi infideles.

Christus quare odio habitus.

Iudaeum populum de Christo.



Christus docet.

Patri omnia tri-  
buit.

Leuit. 12. a

In Iudaea.  
Denter. 5. a

Hora.

Sacerdotes in-  
bent Christum  
comprehendi.

2. Paralip. 16. c

Dissensio in tur-  
ba ob Christum.

rum. Iam autem die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit? Respondit eis IESVS, & dixit, Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit IESVS, & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini? Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moysese est, sed ex patribus, & in Sabbatho circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in Sabbatho vt non soluatur lex Moyse, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in Sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis, Nonne hic est quem quærent interficere? Ecce, palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est CHRISTVS? Sed hunc scimus vnde sit: CHRISTVS autem quum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo IESVS in templo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum: & si dixerò quia nescio eum, ero similis vobis mendax: sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in eum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant, CHRISTVS quum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt principes & Pharisei ministros vt apprehenderent IESVM. Dixit ergo eis IESVS, Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inuenimus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IESVS: & clamabat, dicens, Si quis sitit: veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia IESVS nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba quum audissent sermones eius, dicebant, Hic est verè Propheta. Alii dicebant, Hic est

Iam autem die festo circa festum mediuum.

Vtrum ex Deo, &c. id est an à Deo missus sim ego qui loquor vobis.

Non quia ex id est quæ non modo à Moysese est, sed etiam ex patribus, Abraham, Isaac, & Iacob ex quibus eum accepistis ante Moysen.

Ei in sabbatho q. d. si dies circumcisionis incidit in sabbathum, dicitur circumcisionem fieri debere ex maiorum præceptis faciem aspexit.

Ex Hierosolymis. Hierosolymis. Palam libere. Verus) verax id est seruans promissum.

Ad semetipsum inter sese vel in animis suis.

In dispersionem id est ad Gentes per vniuersum terrarum orbem dispersas & dispersas.

Quis est, &c. Quid sibi vult hic sermo.

Flumina de, &c. id est de corde eius, quæ de maxima copia spiritus à me donabitur post ascensionem. Spiritus) supple sanctus datus Apostolis.

Castello) oppido. Eni) habitauit Dauid.

Maledicti) denotati, execrabili.

Hic est CHRISTVS. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit CHRISTVS? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethleem castello vbi erat Dauid, venit CHRISTVS? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Phariseos: & dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri, Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisei, Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei, Nūquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

Michea. 5. a  
Matth. 2. a


Ministri sacerdotum conuerti ad Christum.

Phariseorum supercilium.

Nicodemus. Ioan. 3. a

Post hæc autem ambulabat IESVS in Galilæam.

CAP. VII.



uam Dominus cælestia quædam & homine maiora docuisset, longaque disputatione in Capharnaum cum Iudæis, post ædita miracula (vnde magnam sibi confluxit apud suos inuidiam) aperuisset, quis & quantus esset: ambulabat: non otibatur, sed diligenter ac perpetuo inuigilans suo officio, conuersabatur in Galilæa, huc & illuc pergens: nec amplius in Capharnaum apud suos est versatus, quibus hoc erat contemptior, quod familiaris & domesticus esset. Exaggerabat autem & exacerbat domus ac parentum humilitas.

Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

In Galilæa cum alienigenis longo tempore fuit. Nam illi tutum non erat in Iudæa viuere, quòd Iudæi qui venerat in Capharnaum, & cum quibus in Capharnaum CHRISTVS disputauerat, iandudum vitæ illius molirentur insidias. Quòd noluerit in Iudæa agere, non id fecit metu mortis, qui vt eam pro salute nostra ferret, de cælo descendit, sed consilio & prudentia Spiritus. Nam quanquam in forma Dei esset, & Deo æqualis, dissimulauit ad tempus Dei potentiam, vt verum agnosceremus eum hominem & non phantasma: sicut falsò crediderunt Manichæi, Marcion & Basilides: atque vt nobis similiter tentatis, in impotentia spem faceret. Præbebat & hic secessus discipulis imaginem futurorum, quibus futurum erat vt ob Iudæorum tum infidelitatem tum crudelitatem, ad Gentes commigrare cogerentur, vt est in Actis, cap. 13. Aut declinabat Iudæam Dominus, non quasi formidolosus: in cuius manu erat, quoties visum fuisset, è mediis insidiis elabi: sed quoniam congruum crucis tempus nondum aderat: maxime quum peragendi erant rei, quoniam iam crudelitas faciebat vt apud alienigenas versaretur CHRISTVS. Obserua. QUÆREBANT, Verbum est studii & affectatæ voluntatis. Quum dicitur INTERFERRE, En præmium oblata gratia. Vnde apertissimum est veritatem & Euangelium ciere infestissima odia & maximas persequutiones, non si apte natura, sed id fit auditorum & aduersariorum ipsissima malitia. Secessum hunc ad alienigenas prædixit Hieremias cap. 12. Dereliqui, inquit, domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi animam meam dilectam in manus inimicorum eius. Quòd enim Gentes neglecto Deo creaturas colerent, inimici Dei dicebantur.

Christum ad iterum Dei potentiam dissimulauit.

Iudæam cur declinavit Christus.

Veritatis merces, odium.

Erat autem in proximo, dies festus Iudæorum scenopegia.



Scenopogia.

Festus dies ac religiosus Iudæis instabat, Græcis dictus Scenopogia, à figendis tabernaculis: à *σκηνος*, quod est tabernaculum: & *πυυω*, figo aut conglutino: quem celebrabant in gratiarum actionem, tum propter conuectas fruges mense Septembri, tum ob memoriam priscorum Patriarcharum, qui fixerant tabernacula quadraginta annis in deserto, aliti à Deo: vt scribitur Leuit. cap. 23. Ideo & tabernacula fiebant, & quasi sub dio agentes, lætabantur septem diebus: quorum primus incipiebat Sole existente in libra, quum esset in oppositione Lunæ mensis septimi, qui nobis dicitur September. Non abs re meminit Euangelista diei festi, vt occasionem sequentis disputationis explicet. Nam ingens & copiosa hominum multitudo ex vniuersa Syria, ac finitimis etiam regionibus confluere solet Hierosolymam, ob templi celebritatem, cuius cultus & religio etiam apud Ethnicos, in pretio habebatur, suspiciebatur, venerabilis erat. Circumstantiæ temporum confirmant, quæ Ioannes infra cap. 20. dicit, Multa quidem & alia signa fecit IESVS in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Præcedente enim capite nihil aliud enarrauit Ioannes à festo Paschæ (quod celebrabatur ad primam oppositionem Lunæ ad Solem in Ariete) vsque ad Scenopogia (qui dies festi, quinque mensium interuallo à se distant) quàm miraculum de quinque panibus & duobus piscibus, & miraculum de discipulis ex maris tentatione seruatis, vnà cum concione illa perpetua de pane illo cælesti & permanente in vitam æternam. Quum tamen verisimile sit interea temporis adhuc multa alia & fecisse & docuisse.

Dixerunt autem ad eum fratres eius.

Fratres Domini

More scripturæ, fratres Domini Euangelista vocat, contribules, cognatos & affines, qui rudes adhuc & humanis affectibus obnoxii, iure propinquitatis freti, confidentius quàm par est, hortantur eum, & ei insultando monent.

Transi hinc, &amp; vade in Iudæam.

Cognatorum Christi carnale consilium.

Hæc fratrum verba possunt accipi, vel vt contemptim dicta, vel vt prudenter, sed tamen carnaliter consulta. Si primum: Quasi dicerent, Si vera sunt ista tam magnifica quæ de te ipso narras: si tantus es vir, quantum sonare videntur gloriæ, quas de te nobiscum efflas: si tu es Messias, quem te esse dicis: si habes veram doctrinam & certam, qualem tu eam facis: si filius Dei es, quem te esse dicis, transi hinc & vade in Iudæam: si tuis prædiciis tantum fidis, quid veluti subtimidulus inter Galilæos tandiu latitas? præfaret certe ista quæ de te tam magnifica prædicas, ostenderes Hierosolymis in media hominum luce & frequentia. En instat dies celebris Scenopogia, Abi hinc, & confer te in Iudæam, florentissimam regni partem, & Hierosolymam totius Iudæicæ gentis caput: vbi sunt Scribæ, Pharisei, principes, nobiles, potentes, sancti & docti viri. Si de cælo descendisti, & tanta potes quanta prædicas, fac vt mûdo sis notus. Quid times hominum minas? Si gloriâ quæris, cuius te supra modum sitibundum intelligimus, quid hîc in obscuro loco Galilææ latitas? Prodi in publicum, ascende in Hierusalem hoc proximo festo. Illic licebit plures discipulos colligere, si viderint omnes quæ tu facis: habebisque illic amplissimam aucupandæ gloriæ materiam. Hîc solum rudes & incredulos & rerû inexpertos habes auditores, quibus facile imposueris: at Hierosolymis sunt legis doctores, potentes, & multa rerum peritia ornat, quibus si persuaseris te è cælo descendisse, nos te & tuam autoritatem adorabimus: te Messiam illum magnum fatebimur, excipiemus, venerabimur. Hic locus profecto te falsæ doctrinæ suspectum reddit: vnde sinistram de te induimus opinionem. Abi hinc, & manifesta te ipsum Hierosolymis, hoc proximo festo, si vis & te & tuam doctrinam cum honore recipiamus. Si iuxta carnis prudentiam & cõsiliû hæc intellexerimus, hic videtur esse sensus: Quum cognati magnam de suo contribule & affine CHRISTO, opinionem concepissent, vidissentque proximû instare festum Scenopogia, contulerunt inter sese sua cõsilia, & consultantes inuicè in hanc descèdunt sententiam, vt quâdo vident cognatû timidus & imprudētius suis rebus prospicere, iure cognitionis illû admoneant, ne famam suâ prodigeret, nomēque suum negligeret, sed Hierosolymam vnà cum ipsis ad diem festû ascēderet, vbi magnatum, præsertim Principû & Phariseorum autoritate, suam confirmaret: atque ex miraculis egregiis, in sui specimē & suæ doctrinæ probationem, coram Iudæis, factis venaretur magnam laudem, quam iam aliqua ex parte parauerat. Hi consultant inuicem magis suæ ipsorum famæ, quàm gloriæ CHRISTI studio ducti. Saluus sis (aiunt) IESVS Nazarenè, frater noster: Quum tuæ famæ tuque nominis negligentissimum, nos tui fratres videremus, iure cognitionis inuicem consultauimus, vt consuleremus quid tibi agendum sit: quum nihil in hoc loco tam obscuro agas. Quid hîc latitas? quid formidas timēsc? cur non tibi prospicias?

prospicias? Imprudenter certè tibi consulis, & tua curas. Nos te per amorem fraternum & ius propinquitatis obsecramus hortamurque te etiam atque etiam, vt hinc nobiscum in Iudæam transeas, manifestaturus te tuamque autoritatem aliquo tui specimine & sancto speculo, vt celebrior habearis apud eos, qui hodie magni & splendidi sunt nominis, & ex his facilius confles tibi copiosiorum discipulorum multitudinem. Nam quæ hîc agis magnifica quidè videntur, sed non satis nobis probatur, quod ista facias in tam tenui rarâque hominû concione. Quæ enim gloriæ seges tibi obtingere potest, quum te è turba hominû in Galilæam locum obscurum subducas? Non prudenter tibi consultum hoc modo putaueris, sed nostris bene monitis acquiesce. Quum facta tua omnino sint diuina, non timebis lucem, nobiscumque in publicû prodire & ad festû venire, vt clarior & honoratior habearis.

Vt &amp; discipuli tui videant opera tua quæ facis.

Non de duodecim hæc dicuntur, sed de turba, & iis qui aliàs illum sequebantur. vt vt IDEM opera, & c. id est vt ipsi de persona tua & doctrina tua certiores reddantur, & postea confirmantur, videntes tua opera facta coram viris probatissimis, Phariseis & principibus synagogæ, quibus probes te esse filium Dei, & doctrinam tuam à Deo esse.

Nemo quippe in occulto quid facit, &amp; quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.

Ironice ista pronuntiant, allidentes ad id quod supra cap. 3. dictum est, Omnis qui male agit, odit lucem, & c. & à communi hominum more aliquid in occulto facientium argumentantur, qui nõlunt se cognitos. Nam si claros & celebres se vellent, non operarentur in occulto. IN PALAM esse, vsurpatum est pro celebrem esse, quod cognati illius iudicarent hoc ad gloriâ eius facere, vt declararet se mundo. Sensus horum verborû est. SI HÆC facis, id est quæ de te mira prædicat, & vis inde agnosci de cælo descēdisse, & CHRISTVS prædicari, ostende te mundo, facito ista palam, per quæ celebris de te pateat apud homines opinio. Qui enim vult *ἐν κρυπτῷ ἔσθαι*, id est in libertate esse: ac si diceret, Qui vult vt liberè & palam de eo omnes loquantur, quæ magnifica facit, nequaquam in occulto facit.

Neque enim fratres eius credebant in eum.

Ne quis miraretur cur hæc cognatorum Domini IESV oratio esset tam carnalis, arrogantis & impia, haberetque tam friuola deiectaque verba, signanter hanc addidit Euangelista ætiologiam. Cur ita? Siquidem eo tempore ne hi quidem tum credebant ei, qui illi fratres erant, & arcta familiaritate iungebantur: sed vel contemptu vel ambitione consultabāt, vt gloria eius & ipsi celebriores fierent. Postquam tamen crediderunt, eod pietatis conscēderunt aliqui, vt alii inter Apostolos, alii inter discipulos numerati, gloriâ CHRISTI constantissimè prædicarint. De hac tam arrogante fratrum oratione vaticinatus est Hieremias cap. 12, Fratres tui (inquit) & domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt aduersum te: & clamauerunt post te plena voce, Ne credas eis, quum loquuti fuerint tibi bona.

Dixit ergo eis IESVS.

Si priorem sensum orationis cognatorum Domini spectauerimus, magnum in his philanthropiæ CHRISTI exemplum legemus: qui pro singulari sua mansuetudine, ironiam illorum amicè ferens, non desistit à suo docendû munere. Si posteriorem sequuti fuerimus sensum, obseruabimus CHRISTVM leniter suorum confidentiam correxisse, simul & docuisse in eo quod pro salute generis humani gerebat in terris, nihil habere iuris carnalem cognitionem & propinquitatem: sed totum hoc mysterium (quoniam cæleste est) temperandum esse ex Patris cælestis autoritate: neque mortè sibi formidini esse, quam volēs pro vita mundi & hominum redemptione suscepturus esset: nec se gloriæ mundi cupidum esse, cuius odium in se ciceret, veritatem loquendo, & mundo aduersa contrariâque prædicando.

Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum.

Nondum, inquit, palam faciendû omnia tempus adest, nec opportunum est vt ad tabernaculorum ferias vobiscum proficiscar: quandoquidem meus ad Scenopogia ascensus ex Patris cælestis decreto, non ex humano consilio pendet. Ille hortabitur quando ascendendum erit. Non erit opus his vestris monitis. Semper paratum est vestrum tempus, qui fauorem magnatum sequimini, & eisdem moribus viuitis, doctrinam eorum veluti sacram & oraculum exosculantes, suscipitis: propterea non potest mundus odisse vos.

o. iii.

In palam esse.

Cognatio carnalis nihil ad spiritum.

Impiorum tempus semper paratum.



## Non potest mundus odisse vos.

Synagoga filii  
obediunt.

Quia mundus vos ut sibi consentientes diligit, vocat vos obediētes Synagoga filios, tantum abest perfequantur & odio habeant. Obserua. Quaecunque maiori dispensationi res subiacerent, non omni tempore commodè aguntur, quales c h r i s t i res erant. Res autem eorum qui maiora negligunt, & humiliora sequuntur, quouis tempore suscipi possunt. Propterea dictum est, Tempus meum nōdum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum: qui neque ex praescripto Dei viuunt, neque rationē habent, quid gloriam Dei promoveat aut fecus: quibus denique cum mundo, id est cum hominibus secundum carnem viuētibz bene conuenit, nullum est metuendum periculum. Ideo semper opportunū est vestrum tempus. Propterea ascendite quando vacabit, nihil offendiculi reperietis, quod malis mūdi consentiat. **MUNDVM**, in his omnibus, nō visibiles creaturas appellat, sed eos qui res caducas atque instabiles toto animo amplectuntur, qui virtutis amicos quasi hostes oderunt.

Mundus.

Me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.

Veritatis os.

Nihil me moratur gloria mundi, hanc non venor apud mundum. Ego tantum gloriam Patris quaero, & salutem hominum melior. Tantum abest ut mūdi gloriam affectem & quaeram, ut illius odium mihi concitem, arguens, magnatum & sanctorum huius mūdi opera, iustitias, prudentiam, potentiam in conspectu Dei abominabilia esse. Imo & Phariseorum iustitiam esse meram imposturam, & hypocriticos commentum. Ista dum audiunt, vitā meā insidiantur, insaniunt, consultant, nihil denique non tentant, ut me de terra tollant, tāquam hominem blasphemum, haereticum & seductorem: qui legem & eorum superstitionem abiiciam & hypocriticam esse affirmem. Obserua. **ESTIMONIVM** perhibere, est aperte & sine timore docere. **OPERA**, non solum intelligimus externa vitā facta, sed potius animi impietatem, doctrinas impias, cultum impium & similia. Haec nos monent, dum audimus fratres Domino molestos fuisse, ferendum nobis esse, quum & domestici nos insectantur. Item quum dicitur, Nondum venit tempus meum: monemur quā diligenter nobis obseruandum sit, ut ex praescripto Dei, & suo tempore omnia agamus. Item notandum est, nos mundi amicitiam non posse tueri, nisi malis eius operibus consentiamus.

Testimonium  
perhibere.  
Opera mundi.

Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego non ascēdam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.

Iudeorum dies  
festi Deo ingra-  
ti.

Habent Iudaei suos dies festos, qui iam olim nō sunt Deo grati, neque Deo acceptas offerunt hostias, quod diebus his (quos puros & sanctos videri volunt) non solum manus habent sanguinis plenas, sed & innocentis vitā insidiantur. Propterea non hic, sed alius mihi spiritaliter celebrandus est dies Patri acceptissimus. Hic festus dies, meum erit tempus: vbi aduenit, occurram vltro: mihi non est nunc tutum ire, vobis autem integrum est: carnales enim adhuc estis, & quae sunt mundi sapitis. Ascendite vos qui hac via gloriam affectatis, ego non ascendo vobiscum. Pater qui omnia certis temporibus dispensat, nondum vult ut ego ascēdam: tum ascensurus sum, quando ex voluntate Patris fuerit, tum & ad gloriā ipsius illustrandā faciet meus ascensus. Proinde ego non hac via, ut existimatis, glorificāndus sum: vos pro carnali desyderio citra crucem, gloriam affectatis: at non est vera gloria, quae per crucem non paratur. Vanum igitur fuerit istud vestrum carnale consilium, quo carnaliter consulitis, gloria gloriam & laudem comparandam esse. Est mihi sicut & omnibus piis, alia ad gloriam methodus, quam scio, & ad quam non est mihi opus monitore. Quum exaltatus fuero à terra, tunc erit ascensus meus mea gloria. Vide infra in conciliatione.

Gloria per cruce-  
m.  
Carnale consi-  
lium.

Hac quum dixisset, ipse mansit in Galilaea.

Galilea à Chri-  
sto supra Iudeos  
nobilitata.

Tametsi propter idolorum errorem Galilaea gentilitate imperitissima, occupata esset: tamen non nihil nobilitatis supra Iudeos ex conuersatione c h r i s t i tam longa & afflicta accepisse videtur. Atque ex hac tam frequenti familiarique conuersatione discimus c h r i s t v m Gentes dilexisse, & Hebraeos odisse. Quomodo enim, inquit Cyrillus, qui omnia nouit antequam producantur, Ecclesiam Gentium (quae sic facile fidem amplexura erat) non amasset, & ingratos Iudeos aspernatus nō esset, praesertim quum illius pulchritudinem vel ante aduentus tempora concipiisse scribatur: hanc verò (Iudeorum dico Synagogam) fornicatricem & adulteram, & durae ceruicis appellet? Ezech. cap. 16. Hier. 3. Audi fornicatrix (ait Ezechiel) Domini verbum. Hieremias adulteram vocat, dicens, Sicut spernit mulier cohabitantem suam, sic me spernit domus Israel. Haec igitur Deus praesciens, & pulchritudinem

pulchritudinem Gentilis Ecclesiae iam prospiciens, & Iudeorum peruersos non ignorans mores, illam sicuti sponfam amplectitur, & hanc quasi adulterā odit. Vtrumque tamen tempori opportuno reseruaui. Nam nec omnino Synagogam ante crucem eiecit, nec Galilaea, id est Gentibus, se omnino dedit antequam illam eiecerit. Reliquit ergo & à se ablegauit cognatos suos, eosque incredulos, & remansit in Galilaea.

Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.

Ablegatis & dimissis fratribz ad ferias tabernaculorum ascendentibus, postea ascendit iuxta Paterni mandati obedientiam. Exodi cap. 23. Ter in anno apparebit omne masculinum coram Domino Deo tuo. Ut omnibus conspicuum esset se nō tam metu Iudeorum abstinuisse à conuentu solenni, quā ut vitaret cognatorū comitatum, quos negotio Euan-gelico (quod adhuc carnales essent) admisceri volebat. Profectus ergo est ad ferias illas solennes, non manifestè: ne se gloriae hominum sitibundum ostenderet: quorum gloriam venari videretur, si suis fratribz, aut magno comitatu stipatus ascendisset: **SED QVASI** in occulto: non metu mortis, quia nondum venerat hora, sed ne videretur priuatam gloriam quaerere. Certè hic occultus ascensus ostendit illum verum hominem. Nam si statim comparuisset, infiliissent Iudaei in eum, volentes eum occidere: quibus non permisisset hoc facere propter horam quae nōdum aduenerat, sed è medio eorum effugisset passionem. Propterea potuisset dici, quod non verè, sed apparenter tantum fuisset incarnatus. Ideo fugit & secedit ut homo, quod hominis erat faciens. Ipse enim induit nostram personam, & nostras infirmitates: & per omnia tentatus est iuxta similitudinem absque peccato, ut possit affici sensu infirmitatum nostrarum. Potuisset quidem manifesta potentia aduersarios repellere, sed in omnipotentia, impotentiam hoc occulto ascensu simulauit, & se hominem tentari permisit, quo magis irritaturus erat sui expectationem, & maiorem fructum suo tempore proditurus in publicum. Nouerat ipse Phariseorum animos, quod iam pridem clanculariis suis conciliabulis consultabant, quomodo in die festo occasionem acciperent manus iniiciendi in eum.

Christi humilitas.

Christus nostras  
induit infirmi-  
tates.

Iudaei ergo querebant eum in die festo.

Quaerunt quidē Iudaei c h r i s t v m, non animo bono, ut re ipsa postea cōpertum est: quibus nō negaturus esset quaerentibus ad fidē, quum vltro se etiā non inuestigantibus obuium dare soleat, doctore Eisaia in eius persona loquente cap. 65. Apparui non quaerentibus me, inuētus sum à non inuestigantibus me. Non autē se prodit Iudaeis, quia quaerit ut illum insectentur, dicacitatem suam exercent, & tandem interficiant ob sabbatum quod dicunt ab eo violatum, & blasphemiam commissam. Haec inuestigatio declarat c h r i s t v m non tunc ascendisse quando fratres ascenderūt, sed tertio aut quarto die, ne principio festi priuquam desyderatus aut cognitus ab aliis esset, insidiis circumueneretur. Obserua quā auidi fuerunt necis & sanguinis Domini, qui ne festum quidem reuerentur, sed venantur in die festo, quaerentes c h r i s t v m occidere, quem arguunt violati sabbathi, quod totum hominem in sabbatho sanum fecerit, qui ea ducti caecitate, non vident se sabbatum & diem festum violare, dum innocentis sanguinem venantur, nihil reuerentiae diei festo exhibentes.

Iudaei malis  
me Christum  
quaerunt.Iudaei caeci  
&  
sanguinis filii  
mundi.

Dicebant, Vbi est ille?

Quum Hierosolymis esset c h r i s t v s, nec in publicum prodiret quemadmodum cōsueuerat, ut omnes sui desyderio & expectatione excitaret, & subinde in mediū hostium suorum intrepidè sese ingereret, doceretque liberè omni contempto periculo: atque ut amici & electi tantò magis confortarētur: reprobi autē & Pharisei (dum quod maximè volebant, non possent illi vim inferre) plus confunderentur, omni que ignorantia praetextu audarentur, Iudaei obseruabant illum si ad ferias solennes venisset: quumque desyderaretur illius conspectus, contemptim sine nominis titulo, dicebant, Vbi est ille? non debuit festo adesse, qui se tantorum auctorem miraculorum facit?

Et murmur multum erat in turba de eo.

Quod absens esset, magna variāque fuit populi murmuratio contentioque. Hoc murmur effectus fuit inquisitionis.

Quidam enim dicebant, Quia bonus est: alii autem dicebant, non: sed seducit turbas.

Murmuris aetiologiam addit per distributionem eorum qui murmurabant, quod non o. iiii.



Opiniones vulgi de Christo.

omnium eadem de IESV esset opinio, nec eadem omnium studia. Quidam enim populares qui sermones eius audierant, qui eius mansuetudinem experti fuerant, & ex miraculis quantus esset didicerant, dicebant, QVIA bonus est, id est vera docet & pia pradicat, indignusque est in quem acerbius aliquid moliri debeant. Alii vero, quales erant Sacerdotes & Pharisei, quos iam pridem male vrebatur IESV CHRIS TI gloria, dicebant, SED VCI TURBAS, hoc est impia docet, & pradicat impie, turbis imponens: qui turbam ad se pellicit, & à Sacerdotum, Scribarum & Phariseorum reuerentia auocat, seductor est. Proculdubio à veritate longè aberrant, qui non erubescunt seductorem appellare: iure optimo audient Esaiam cap. 5, Vae qui dicitis malum bonum, & bonum malum, qui putatis tenebras lucem, & lucem tenebras. Vnusquisque in iudicando de CHRIS TO prudentiae suae specimen exhibebat. Iste enim est carnis genius, vt iudicii prudentiam sibi arroget. Obserua ex his infimam CHRIS TI Domini nostri abiectionem, qui tamen iudex sit viuorum & mortuorum, hac tamen potestate dissimulata, permittat se à vulgo iudicari.

Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudaeorum.

Discipuli Christi occulti. Metus silentii veritatis causa. Iudaeorum principes vineae spiritualis vastatores & euerfores Hieremias cap. 12. accusat, Pastores, inquit, multi demoliti sunt vineam meam: conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis: posterunt eam in dissipationem. Quis dixerit istos vineam Domini non deuastasse, qui non solum non illam colunt, aut quod ad illius cultum facit, conferunt, sed etiam toto nisu & studio conantur, vt populus timore pressus (quem, vineam dicit Propheta) recta monenti non pareat. Cur ita? Nimirum subiecta est plebs: & à proceribus tyrannice occupata, quum laudare quidem quod laudandum putant, palam non audent. Quare vt gubernatori (cui omnes in nauis apprimè obtemperant) culpa omnis reicitur, si nauem in cautes & scopulos illiserit: aut aurigae si agens in inuia curus fregerit. Ita & principes Iudaeorum (quia maximè sibi obsequentem & subiectam habent plebem) iure optimo & non iniuria perditionis omnium rationes reddituri, relaturique sunt. Responsabit aliquis: Fueruntne principes causa perditionis populi? Maximè: quod & Hieremias cap. 10. confirmat, Filii mei exierunt à me, & non subsistunt. Non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas: quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quaesierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

Principes Iudaeorum causa perditionis populi.

Iam autè die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & docebat.

Illud erat modestiae & mansuetudinis, quod ad tempus latuerit CHRIS TVS, ne iniuriam & liuorem Phariseorum (nihil aliud in votis habentium quam innocentis necem) vltro prouocasse videretur. At quoniam omnia tempus habent, non ita illi visum est vt semper lateret: propterea prodiit in publicum dicturus: non ignorans Phariseos ex his quae gesturus aut pradicaturus esset pro communi omnium salute, procaciores efferaciorisque futuros. Horum tamen peruerfitati non tantum tribuit, vt quod comodissimum fuit, simplicibus subtraheretur. Quare vt illorum leniret animos, si vellent, & simplicium saluti consideret, ascendit, & docet in templo, vbi Deus habitare credebatur. Nam tamen Deus omnia repleat, ait Cyrillus, quia circumscripibilis loco non est, nec secundum naturam suam in loco esse intelligitur, decentius tamen eum in sacris locis habitare dicimus. Quod figuris adumbratum est, id modo in veritatem traducitur. Moyse dictum est Exod. cap. 26, Impones propitiatorium super arcam, & loquar ad te desuper ab altari inter duo Cherubin, quae sunt in arca testimonii. Itaque Dominus noster IESVS CHRIS TVS, quum iam dimidium solemnitatis transactum esset, & quarta festi ageretur dies, quo verisimile est illos in his quae festi erant occupatos fuisse, subinde autem paratiorum ad audiendum doctrinam Evangelicam, palam ingressus est templum, locum suo Patri dicatum, vbi turbas alloquitur, docetque non Pharisaeas institutiones, aut legis ceremonias mox desuturas, sed ipsam philosophiam Evangelicam. Occultus fuit illius ascensus, quemadmodum & olim clam ascendebat in

Christus ad templum die festo ascendit. Deus in locis sacris habitare dicitur.

bat in tabernaculum propitiatorium, vt tunc solum ibi esse videretur quado loquebatur. Atque quemadmodum olim Deus ad Moysen solum loquebatur: ita & modo vnu Iudaeorum genus alloquitur, docetque nondum effuso liberius ad omnes gentes Euangelio, conuersaturque carne CHRIS TVS inter Iudaeos, & eosdem in carne alloquitur, vt olim in propitiatorio Deus. Quod autem pradicat & docet in templo, ostendit se antea non timore mortis ad solemnitatem occultè ascendisse: si enim mori timuisset, non manifestè docuisset in templo: sed ostendit mandato Dei liberè obtemperandum esse, absque vilo periculi timore. Prudenti consilio factum est, quod ante dimidium festi non fuerit de Euangelio philosophatus in templo, donec vel populus cõgregaretur, vel Phariseorum liuor & ira paulatim sedarentur. Proinde hæc erat hora eius, aderat tempus illustrandi gloriam Patris. Omni ergo timore seposito, conscendit in templum, quum iam medium ageretur festum, adessetque maxima populi frequentia: & hic virtutem suam declarauit, qui paulò antè fugiendo manifestauerat humilitatem. Hic locus nobis hoc consolationis affert: Quemadmodum Spiritus adduxit CHRIS TVM in Hierusalem, & ad templum cõscendere fecit, quando maximè opportunum fuit: ita & nos (si abnegatis carnis affectibus, ipsi nos contra damus) commode & opportunè ductabit agere ad quae Deus destinauit.

Et mirabantur Iudaei, dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?

Quid docuerit CHRIS TVS non expressit Euangelista, contentus explicasse mirabilia quaedam, quibus illos represserit, & in sui admirationem adduxerit. Nam quum Pharisaei, Scribae & Legis doctores doctrinam CHRIS TI calumniari non possent, aliis tēdiculis parant illi infidias, nempe apud plebeculam & simplicem populum, cui facile imponunt, auctoritatem illius adimere student. Coram plebecula Rabbini isti in pretio habiti admirantur & stupent, putantes CHRIS TVM esse nudum hominem: quia quum & sapientia & literis inexercitatus videretur, idiota & literarum expertus dicebatur: nunquam enim institutus fuerat in doctrina Pharisaeica, cuius professione turgebant illi: nunquam in aliqua florenti academia viro doctissimo operam dederat: non erat inter Rabbinos doctorali dignitate insignitus. QVOMODO (aiunt) hic contemptus homo, tam abiecta persona, hic faber, & fabri filius, scit literas? id est, vnde habet & nactus est Scripturae cognitionem, quum non didicerit, & tamen exercitatus longè praestet? Prius ex signis quatus esset, eum cognouerunt, ita vt dixerint solum, Vbi est ille? Nunc ita exactè ex doctrina miraculis praecedentibus coniuncta illum cognouisse videntur, vt magna voce audeant dicere, vnde hic literas scit? vnde nactus est ea quae de sacris voluminibus magna sapientia depromit? Hac tanta admiratione videntur eum infimulare quod daemionium haberet, aut alia quauis arte magica literas nactus esset, quas ab hominibus non didicisset. At stulti & caeci sunt, non videntes ex hoc ipso facto ipsum esse Deum, & vt hominem eos alloquentem. Nam argumentum diuinitatis fuit in CHRIS TO, scire literas sine institutione. Vnde ad hunc modum argumentari potuissent, CHRIS TVS scit literas & non didicit, ergo Deus est. Necessarium enim est purum hominem ab aliquo institui, quum nudus, caecus, & literarum ignarus nascatur: sed hic CHRIS TVS scit, nec didicit literas, ergo non est purus homo, sed Deus & homo.

Respondit eis IESVS, & dixit.

Ingens CHRIS TI philanthropia, qui neque irascitur, neque duris verbis loquitur: sed leniter & mansuetè ferociam illorum & tam impiam suspicionem corrigit & submouet, ostēdens se Deum esse, dum quod etiam clancularius suis murmurationibus dicebant, putantes id ipsum eum latere, manifestat. Ad huiusmodi enim tam insanos (qui putant se in aurem quicquam posse dicere quod Deum lateat) clamat Propheta Psalmo 93, Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plantauit aurem, non audiet? Nā qua via fieri potest vt qui aures creauit, qui auribus sensum dedit, nō subiectas sibi habeat aures, & omnia non audiat? Hoc ergo responsum indicat ipsum esse Deum, qui omnium arcanorum conscius, illorum clanculario murmuri in hanc sententiam respondit, adducēs causam suae doctrinae, cuius certitudinem probat à causa efficiente.

Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

Argumento ab auctoritate Patris mittentis, CHRIS TVS suam quam illi deprimebant auctoritatem vindicat, dicens, DOCTRINA mea (quam vos admiramini vnde mihi

Euangelii certitudo.

Christi doctrina, Patris doctrina est.



Legatio Christi non est commentitia.  
Christus vox, verbum, & doctrina Patris.

cōtigerit) non est à me somnio quodam concepta, nec exercitio aliquo literario, aut ingenio aliquo humano acquisita: sed est doctrina Patris, qui misit me. Vbi obserua, lector, clausulam hanc, *QVI misit me*, interpretari de qua doctrina hic locus intelligitur. Certè de doctrina quam ipse suo officio & legatione in humanitate fungès, docebat. Patris enim nomine & legatione missus est, vt mundus seductus variis hominum doctrinis, & impiis cupiditatibus obcæcatus, per ipsius legationem & prædicationem cognoscat Dei Patris voluntatem: cognitam sequatur: & sequendo, vitam assequatur æternam. Itaque quum dicit, *Doctrina mea, non est mea*, simplicissimè significare & explicare voluit suam legationem & functionem non esse commentitiam, sed diuinam. Vnde quæ docet non sunt fictitia aliqua, & ab humanis ingeniis inueta: sed doctrina est diuina, hoc est ipsius Patris: quam qui volet audire, audiat *CHRISTVM*, qui est vox, verbum & doctrina Patris Dei. Atque hanc doctrinam non didicit. Nam quum æqualis sit Deo Patri (quem omnes nihil didicisse credunt) in quo naturaliter cognitionis thesauros reconditos putant, verè scit literas quas non didicit. Propterea hoc noluit ab operibus & miraculis ipsis hoc loco demonstrare, sed ab eo quod est æqualis Deo patri. Rogabit aliquis: Quis huius est demonstrationis modus? Ex eo videlicet, quia eandem cum Patre docendi sapientiam habeat. Ipse nanque sapientia ex Deo Patre est, cui similis in omnibus, non alia quam ille, potest docere. Vnde suã esse Patris doctrinam asserit: aut quia eadem est Patris & Filii doctrina, aut quia ipse sapientia Patris est per quam loquitur vniuersa. Quum dicit se missum à Patre, formidine quadam impellit auditores ad suscipiendam doctrinam suam, ne Deo Patri repugnent. Colligamus ex his *CHRISTVM* docere suam doctrinam talem esse, quam mundus docere non potest. Mea doctrina qua vtor, non est mea, non est priuatim mea, quia communis est, & mihi & Patri. Vehemens est tapinosus *CHRISTVS* vt humiliatæ personæ, quum dicitur, Non est mea.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

Evangelicæ doctrinæ cognoscende modus.

Occultè illos ferocitatis & affectatæ malitiæ arguit, peruenistiquæ occupatione præuenit quasdam obiectiunculas, ne quis remaneat excusationi locus. Responderet forsitan aliquis Pharisæica lectione turgidus, Heus tu Nazaranè, magnificas vehementer tuam doctrinam esse Dei: sed quum non videaris Rabbini nostris dignus cui fides adhibenda sit, quis nos certos facere potest te vera dicere? Dicentem quidem te audimus: vera dicentem nondum deprehendimus. Vnicus præceptor & doctor noster *IESVS CHRISTVS* hanc blasphemiam diluit, adducens duo singulariter & studiosè obseruanda. In primis asserit modum, quo cognosci debet doctrina eius: deinde subiicit elegantem gnomonem, cui quæuis doctrina aut opus appositum cognoscetur num ex Deo sit. *SI QVI* inquit, voluerit (quia Deus nolentem non vult cogere) voluntatem eius facere: id est si quis credat, (fides enim est vera obedientia) tunc cognoscat, inquit, meam ex Deo Patre esse doctrinã: quando voluerit voluntatem Patris potius quam suam amplecti, facile intelliget vnde mea doctrina sit profecta, vtrum ex Deo, an ab humano inueto, aut vana somnii imaginatione: siue cognoscat me, quod loquor, non ex humano sensu loqui, sed ex mente Patris, cuius sum legatus. Est autem voluntas Dei Patris qui legem sanxit, non interimere hominem, & omnes credere in illum quem misit, nec aduersari legato eius, nec illius vitæ insidiari. Si ergo legis à Deo traditam perfectam cognitionem vobis arrogatis, aliòsq; ceu indoctos idiotas fastiditis, æquum est vt cognoscatis doctrinam ab eodem profectam, vnde lex erat profecta. Hoc si agnoueritis, manifestum vobis erit doctrinam meam esse à Patre Deo: nisi liuor & odium, propriæ gloriæ studium, quæstus, amor, similèsq; cupiditates prauæ, mentis iudicium excæcent. Fieri enim non potest Deum sibi contrarium esse, vt nunc aliud doceat per Filium, quam antea tradiderit per legem. Immeritò igitur doctrinam Filii reprehendebat, quam Pater comprobauit: imò quam vnà cum Filio exponit atque interpretatur. *AMEN* *RSO*, id est separatim atque diuisim nõ loquor: Patris enim sunt quæ Filius loquitur. Nã Pater, vt per verbum & sapientiam suam, ita per Filium loquitur: nec imaginari possumus aliter ipsum loqui, quam velit. *COGNOSCE T*, id est experimentum faciet de doctrina: *AN EGO* à meipso loquar, id est an ego (quem tam abiectum putatis) illam recens inuenierim, aut aliunde quam à Patre didicerim, aut an sit incerta. Quis ergo Deum Patre habeam doctorem (cuius omnia bona sunt mihi communicata) nõ est mirum si literas sciam, quas neque apud vestros Pharisæos, neque apud quosvis homines didici. Proinde pro suo

more longè

more longè alium ordinem cognoscendi doctrinam *CHRISTVS* hic ponit, quam soleant Aristoteles & eius peripatetici cū sua humana ratione docere: nã humana ratio nihil credit, nisi prius sentiat & intelligat: vnde prudentia (vt dicunt) colligitur ex multis experientis. At cõtrã sit in schola Christiana, quæ methodū & ordinē illum inuertit. Ille enim doctissimus Gymnasiarcha *CHRISTVS*, docet prius obediendū veluti vnicã methodū ad veri cognitionē: obtemperemus in primis voluntati Dei, hoc est credamus, deinde verè cognoscemus. Huius professionis se verū fuisse discipulū ostēdit Petrus suprã cap. 6, dicēs, Nos credimus & cognouimus, quia tu es *CHRISTVS* Filius Dei. Siquis ergo voluerit voluntatem Dei facere, hoc est si quis crediderit Deo, cognoscat doctrinam *CHRISTVS* ex Deo esse: quum habeat secum suum doctorem, qui est fidei Spiritus.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est: & iniustitia in illo non est.

Singulari canone (ad quem omnis doctrina aut opus exigi debet, num ex Deo sit) moribus arrogantia Pharisæorū manifestatur. Hæc est regula generalissima: Qui auram popularem sua doctrina & hominum gloriam captat, hic non est ex Deo: Quæ autem doctrina quærit gloriam Dei, ex Deo est. Hic canon manifestè aperit Pharisæorum arrogantiam, & veritatem doctrinæ *CHRISTVS*. Rogo te quisquis es, Quid quærebant Pharisæi? Conciliare sibi hominū vanam gloriam, docentes suas traditiones quas legi diuinæ præferbant, vt debitam Deo gloriam in se traducerent. Ergo illorum doctrina non erat ex Deo. *QVI* à semetipso loquitur, id est qui vult propriam statuere doctrinam, & docere non ex Spiritu Dei, vt seipsum aliis doctorem constituit, ita suam ipsius gloriam, non autem Dei, quærit. Hoc non fecit *CHRISTVS*, qui priuatam gloriam non quæsuit, transferens illam in Patrem. Amabo, quid sua doctrina quæsuit *CHRISTVS*? Certè gloriam eius qui misit illum: dum salutem animarum sitiret, vt dispersos in vnum colligeret, collectos ad Deum eucheret. Hoc non est auram popularem venari. Est ergo *CHRISTVS* verax, id est omnia synecdochè loquitur, & doctrina eius nullis erroribus obnoxia est, vel ambitionis, auaritiæ, quæstus, odii, liuoris cupiditatibus vitata. *ET* iniustitia in illo non est, quia gloriam alteri debitam non rapit: hoc enim iniustitiæ esset. At contrã, qui gloriam Dei non quærit, sed suam, is mendax simul & iniustissimus est. Mendax quidē, quia de se plusquam meretur dicit: iniustissimus verò, quia legislatoris dignitate neglecta, Dominicis præceptis sua præferre audeat. Proxius ab his *CHRISTVS* immunis est. Est ergo eius doctrina vera. Vnde dignum erat, ò Pharisæi, vt pronis eum animis audiretis magistrum cælestem, non persequeremini vt hostem Dei. Hic canon plurimum etiam iuuabit, quum inter diuersas de Scripturis sanctis interpretationes controuertetur, an sint ex Deo. Similiter eodem canone licebit inter diuersa opera iudicare, num ex Deo sint. Nam huius canonis præscripto hypocrisis per opera dānabis, quod suam gloriam quærant: priorū verò opera probabis, quod gloriam Dei, hoc est mandatum eius spectent, & obseruare studiosè conentur.

Nõne Moyes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere?

Postea quàm à causis efficientibus satis supérque probauit *CHRISTVS* doctrinam suam certissimã esse, & se literas scire demonstrauit, nunc pergat id confirmare ab eo quod legem interpretatur, cuius vsum prorsus ignorabant Iudæi, qui tantum in carnali & externa legis completionem hærebant, putantes legē impleri externis operibus, ceremoniis, aut externa larua, citra fidem & verbum: quum tamen lex nõ prohibeat solam manum ab externo homicidii opere aut huiusmodi, sed etiam concupiscentiam cordis ab inuidia, ira, liuore & malevolentia. Vnde lex est, Non furèris: quam non implebis etiam si non furèris manu: nam & concupiscentia alienarum opum prohibita est hæc lege: cui legi, vt satisfiat, maximè requiritur fides in verbum, in *CHRISTVM*, in quem diriguntur externa opera. Simili modo & de reliquis ipsius legis præceptis dici debet, Si tãto honore excipitis Moyesem, vt verè commendandus est, qui traditam vobis à Deo accepit legem, cuius scientiam & obseruationem vobis arrogatis, cur nemo vestrum est, qui secundum Dei legislatoris voluntatem seruet legem, quæ & animi puritatem, & opus sanctum prospicit? Vos interim sola externa aspicientes, de affectibus impuris nihil estis solliciti, quos pro peccatis non iudicatis: Mihi blasphemiam impingitis, quia Dei gloriã quæro magis quam gloriam homi-

Prudentia ex experientis.  
Obediendū, methodus ad cognitionem veri.

Canon ad vniuersumque opus cognoscendum an ex Deo sit.  
Doctores vanam gloriam nõ aueruntur.

Christus quid sit doctrinã quæsuit.

Concupiscentia alienarum rerū prohibita.

Lex.



*Sabbatum quo opere violatum.*

num. Sabbathi violationem mihi obiicitis, quia in sabbatho totum hominem sanum feci. Vtrum opus sabbathismo aduersatur, nominis diuini commendatio, an innocenti necem moliri? Misericordia in proximum, sanatio aegroti est in Dei laudem & commendatione, quam lex exacte praecipit. Nihil ergo in aegroti curatione aduersus Moysen commisi, qui iubens, Exodi 23, Innocentem & iustum non interimes: vos vestrosque impios affectus condemnat: quum exitium moliamini innocenti: nec innocenti solum, verum etiam bene merenti. Vbi ergo vobis est Moyses, quem a me contemni non verè dicitis? An hoc ipsum sit Moysen commendare, quem mihi praefertis? an istud est reuereri Deum legis authorem, quem sola & hypocritica simulatione colitis? Nonne lex execratur eum qui sanguinem innoxium fuderit? Cur mihi qui vobis & Dei voluntatem & legis interpretationem praedico: qui non meam aut hominum, sed mittentis Patris gloriam quaero: qui non mihi regnum aut opes affecto, sed omnibus gratuitam offero salutem: qui nemini vnquam fui offendiculo, sed omnibus benefacio, necem paratis, & vitæ meæ insidiamini? Si propter hæc omnia beneficia dicitis me sabbatum violasse, & mortem meruisse, profecto vos ipsi omnes potius morti eritis obnoxii, & in doctrina vestra contemnendi: qui & gloriam propriam quaeritis, & innocentis mortem molimini. Moyses dedit vobis LEGEM: hoc est Decalogum: & tamen nemo vestrum eam factis praestat, quia non completur ceremoniis, festis, & aliis operibus externis, nisi hæc internis operibus respondeant, quæ sunt fides & charitas. Nec creditis legem etiam puros affectus requirere, imo non putatis Deum iudicare de prauis affectibus. PATER autem legem, est legi externis factis & contentientibus puris affectibus simul, satisfacere. Proinde omnibus modò inuolucris orationis procul remotis aperitissimè illos arguit, dicens, QUID me vultis interficere? Ac si diceret: Verè non facitis legem, qui impuros habetis affectus & cogitationes prauas. Nam etiam si me non occiditis externo facto, tamen in animis vestris eadem cogitatis. Vnde & legem & sabbatum scenopegiæ violatis. Ex affectu reuelatione poterant cognoscere CHRIS TVM esse Deum. Nam solius Dei est cognoscere affectus & cogitationes. Obserua: Quæ hæc dixisse Dominum narrat Euangelista, sunt apologia pro eo, quod in sabbatho hominem (de quo supra cap. 5) sanauerat.

*Egrem facere.*

Respondit turba, & dixit ei, Dæmonium habes:

Quis te quaerit interficere?

*Dæmonium habere.*

Turba suo responso probat se & dæmonium habere & non facere legem, tamen si forte ignara eius fuerit, quod contra Dominum primores fuerant machinati: quibus vt placeat, respondet ipsum habere dæmonium, quod mortè sibi intentari quereretur, quæ tamen nihil tale fortassis cõtra eum cogitauerit. DÆMONIUM habes, id est tu & doctrina tua à Dæmonio estis. Nam quæ Rabbinum nostri, & summi legis nostræ doctores dicant tuam doctrinam falsam esse: tu verò Patrem Deum iactas doctrinæ tuæ authorem, Deus autè verax est, tu dæmonis instinctu mentiris. Quis tibi machinatur mortè? Nesciens insana turba vnde IESVS doctrinam haberet, prorumpit in contumeliâ, attribuens doctrinam CHRIS TI dæmonio, & dæmoniacum appellans CHRIS TVM. Quæ, hac blasphemia non cõtenta, mendacium attribuit CHRIS TO. Manifestatur turbæ temeritas, quum negat quod nescit. Mos est improborum in maleficio deprehensorum, qui quæ maleficium excusare non possunt, ad manifesta confugiant conuitia, & noua mentientes, impingant.

*Blasphemia in Christum.*

Respondit IESVS, & dixit eis.

Perseuerat CHRIS TVS interpretari legem, & interpretatione legis probat se nõ violasse sabbathum in restitutione paralytici sabbatho facta. Hoc dum facit, nobis præbet magnum lenitatis & mansuetudinis exemplum, qui tam vesanæ blasphemiae non reiecit conuitium, ne flammam igni, & furorem furentibus adderet: sed pro sua singulari humanitate mansuetè respondet, facti sui, quod calumniabantur, rationem reddens. Nam quum ipsi modo dis omnibus legem violarent, tamen CHRIS TVM violatæ legis accusabant, quod misericordem se præstitisset erga hominem triginta & octo annos paralyti laborantem, quem die sabbatho sanitati restitisset.

Vnum opus feci, & vos miramini?

*Apologia Christi de sabbatho non violato.*

Alteram rationem adducit, quod sabbathum non violauerit, argumento ab exemplorum ducto. Interrogationis spiritu pronuntiandus est hic locus. Equidem vnum opus neque fordidum neque malum feci, sed quod salutè homini calamitoso contuli, vos sæpe de me,

de me, tanquam sabbathi violatore ADMIRAMINI, id est turbamini & tumultuamini: de vestris autem operibus etiam pessimis, & legi contrariis, non ita. Narrans hoc mirabile factum CHRIS TVS, quod spectantibus Iudæis fecerat in sabbatho, non dicit: Ego sanitati hominem paralyticum restitui, ne temerarius turbæ furor inflammaretur, sed humiliorè vsus oratione, ait, VNUM opus feci. Initio enim dato ad scelus, subito fertur multitudo, & furens sine iudicio in sistrema seditionemque vertitur, quasi diceret, Vnica hac re salutari facta, solummodo sabbathi honorem respicientes, nihilque ad miraculi magnitudinem attendentes, benemerentem condemnatis.

*Admirari.*

Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbatho circumcisionem accipitis.

Probat CHRIS TVS argumento à circumcisione ducto, se tanto miraculo nõ violasse sabbathum. Quum me violati sabbathi in simulatis, & transgressionis legis Mosaicæ arguitis, verè mihi iniuriam facitis. Nam si Moyses legis minister, propter vsum & consuetudinem Patrum circumcidentium in sabbatho, legem de sabbatho circumcisione dissoluit: hoc est docuit legem cessasse circumcisioni, & circumcisionem non violare sabbathum: non dissimili, imo vrgentiori ratione ego iure optimo paternam consuetudinem sabbatho anteponomam. Et quoniam Pater meus cõsuevit semper bene operari, etiam in sabbatho, necessarium est velim quod Pater vult. Vult se misericordem præstare etiam die sabbatho: & ego misericordiae opus sabbatho feci. Quod si Moyses sabbatho hominem circumcidit, quod non putauerit consuetudinem Patrum propter honorem sabbathi contemnendam, & non tumultuamini aduersus illum ceu legis contemptorem: cur me persequimini veluti legis transgressorem, quia Patrem etiam sabbatho operantem in omnibus sequor? Datà à Moyse dicitur circumcisionem à patribus acceptam, & ante Moysen in vsu habitam: non quia ex Moyse est scilicet originaliter, sed quia ex patribus. Nam à Patriarcha Abrahamo initium sumpsit circumcisio, Genes. cap. 17, quæ postea repetita est in lege, post quadringetos triginta annos per Moysen, vt infans octo dierum circumcideretur, siue fuerit sabbathum, siue non. Et sic in sabbatho circumciditis hominem. Vult CHRIS TVS docere non intelligendam esse legem de sabbatho ad literam, & tam exactè vt ab omni opere feriandum sit. Nam sabbathum solo otio corporali non impletur. Hoc si expositularet, non esset ambulandum, cantandum, sacrificandum, concionandum, circumcidendum, loquendum, audiendum: hæc enim omnia sunt opera corporalia. Iam quum humana necessitas his carere nequeat, necessarium est dicamus sabbathum aliò respicere: nempe in quietem spiritalem, hoc est vt toti addicamur Deo, & opera abigamus quæ nos auocant à meditatione spiritali: vt nobis abnegatis, Spiritus CHRIS TI afflet, & sua opera exequatur, quibus verè Sabbathizare dicamur, hoc est toti in Deo quiescamus, pro tam cumulatis beneficiis gratias agentes. Obferua coniunctionem, ET, hoc loco, Et in sabbatho circumcisionem accipitis, vim habet aduerfatiam, ac si dicat, Tamen in sabbatho circumcisionem accipitis.

*Circumcisio non violat sabbathum.*

*Misericordie opus non violat Dominici die.*

*Circumcisio ex Patribus. Lex ad literam nõ interpretanda.*

*Sabbathizare.*

*Et pro Tamen.*

Si circumcisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluat lex Moyse, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho?

Argumento à minore ad maius, & ab indigniore ad dignius probat CHRIS TVS se non violasse sabbathum in curado paralytico. Si vos in sabbatho circumciditis hominem, & vulneri cõcise pelliculæ (necesse enim est, vt medicinalis cura eodè die de circumcisio ha beatur) absque vlla culpa medemini, nec hoc opere putatis violatū sabbathum, cur meo opere frustra indignati, præuicatorè me clamatis, qui aegroti nullum intuli dolorè, què circumcisio affert, qui nulla sum vsus chirurgia manuumve operatione, quam requirit circumcisio: nec vnam tantum partem hominis curavi, sed totum hominem solo etiam verbo sanum feci in sabbatho? Videtur CHRIS TVS ad hunc modum argumentari: Sabbatho hominem circumcidere licet sine peccato, ergo hominem curare in sabbatho licet sine peccato. Nam si ob circumcisionis dignitatem putatis æquum, vt sabbathi religio huic cedat, & quemadmodum Leuitæ & Sacerdotes operantur in tēplo ea quæ ad sacra pertinent, nec à vobis improbantur tãquam sabbathi præuicatorès, quod existimetis id quod agunt sanctius esse quàm vt ob sabbathum debeat omitti: ita nec in me indignabundi clamare de-



betis, quum sanctius opus fecerim quàm solùm circumcidere hominem, quàm hominem deplorato morbo laborantem in sabbatho sanavi.

**Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.**

Ab istorum impia sententia ad legem & æquissimos iudices prouocat **CHRISTVS**, ac si diceret: Recuso vestrum iudicium, & ab ipso ad supremum pronoco. Vos enim iudicatis in hac causa de sabbathi violatione **SECUNDVM** faciem & aspectum, id est vulgari more: nimirum ex his quæ corporalibus cernuntur oculis, hoc est iudicatis ex amore, vel odio facientis. **IVDICATE** iustum iudicium, hoc est factum ex seipso, sola causa considerata, nõ item personarum claritate aut humilitate: quia lex (Deuteronomii cap. 1) præcepit iudicibus, vt iudicent iusto iudicio, nec accipiant personam cuiusquam, quia Dei iudicium est. Vestrum iniquum est iudicium: dum enim ego in sabbatho opus solo verbo feci, & tale quod maximè placeat Deo, quòdque magis necessarium & vile fuit quàm sit circumcisio in sabbatho: vos iudicatis me violasse sabbathum. Vos, dum infantes sabbatho circumciditis, manibus operamini, medelas vulneri conciso adhibetis, quæ potius ad sabbathi violationem accederent, dicitis (vt verum est) eo opere non violari sabbathum. Profecto hoc nõ est iustum iudicium & ex ipsa re sumptum, sed factum secundum personarum acceptionem, qui in simili causa & quantum ad me attinet potiori, Moysen veneramini, & me veluti nefarii facinoris reum peragitis. Nolo nunc disputare vter altero maior sit: habete vestrum Moysen, virum (vt verè est) æquissimum: me verò, qualis vobis videor, & qualem me dicitis, abiectam personam, vilem, humilem & contemptam, tamen relictis personis, si rem nudam & solam causam spectare vultis, aut vterque vobis damnandus, aut absoluedus vterque. Huc vos impellit lex, quam defendere videmini, aperte clamans, Deuteronomii cap. 1, non esse considerandam personam in iudicio, quia iudicium Dei est. Si ergo legis Mosæica tam tenaces estis, & in vestro Moysæ gloriamini, iuxta præscriptum legis iudicate: sin minus, ego æquos appellabo iudices, qui neque liuore, neque personarum respectu, neque Moysæ favore in hac causa iudicabunt, sed sola re & causa ob oculos habita, cæsuram ferent æquissimam: qui si mihi tales contigerint, non solùm me nõ peragēt reum, verum etiam honore & præmio dignum pronuntiabunt. Hæc nos docent quàm malum sit personis priuatis, iudicium efferre de aliis. Nam vt Paulus Rom. cap. 2. ait, In quo alium quis iudicat, in eo semetipsum condemnat. Propterea & à Salvatore (Lucæ cap. 6) dictum est, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Proinde admonuit quidem Iudæos Dominus, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit: illos redarguit, nos exauit. Beatus Augustinus Sermonem de verbis Apostoli decimo nono, hunc locum tractans legit, Nolite iudicare personaliter: sed iustum iudicium iudicate. Quamquam Græcis non est *ἀποπροσωπικόν*, sed *ἀποψηφόν*, id est secundum aspectum, & tamen *ἀποπροσωπικόν* ab aspectu dicitur. Potest hic locus ad legem referri, vt sit sensus, Nolite tam exactè & secundum literam legem interpretari: nolite iudicare secundum externam literæ faciem, siue secundum externas ceremonias, quasi illæ non debeant pro charitate & necessitate proximi flecti aut violari: sed **IVS TVM** iudicium iudicate, hoc est Spiritum legis & intentionem legislatoris attendite, dum iudicatis. Nam iniquum est & malum, Sabbathum & alias ceremonias externas & typicas charitati & necessitati proximi præponere. Quare si iudicatis quouis opere sabbathum violari, iudicare debueratis sabbathum & à vobis violari, quum infantes sabbatho circumciditis: si autem eò illud non violatis, neque me violasse illud iudicare debueratis, qui sabbatho feci, quod longè magis necessarium & vile fuit, quàm simplex illa circumcisio. Magis mihi arridet prior interpretatio.

**Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis.**

Quum **IESVS CHRISTVS** hæc atque huiusmodi multa māsuetè diceret, vt Phariseorum & aliorum quàmlibet feroces animos leniret, essetque sermo eius tam verus & euidentis, vt à nemine, quanuis impudenti, refelli posset, obmutescunt quidam Pharisei, sed nihilo secius obstinatioe malitia obdurefcunt, & in ea persistunt: nihilo mitiora animis suis prementes, quòd apud turbam sua oratione sic **CHRISTVS** valuerit, vt quod in se violati sabbathi crimen conuiciebant, illud in ipsos longè grauius reiecerit: & se à sabbathi violatione adeò innoxium esse monstrauit, vt illos conuicerit. Istorum tamen tam arrogans erat supercilium, tantus fastus, tanta ambitio, vt eò suam ipsorum conscendere auctoritatem vellent, quòd innocens accusatus, potius suæ innocentie defensionem & veritatis causam desereret, quàm aliquid nomini ipsorum apud plebeculam imminutum esset, & Dei

Arrogantia & ambitionis supercilium.

& Dei gloria occultaretur, nequid ipsorum gloriæ demeretur. Vnde ipsorum studio factum est vt in populo multos non sui dissimillimos habuerint, qui temerariæ suæ ambitioni seruire, quàm diuinis præceptis obtemperare maluerint. Et id est quod Euangelista ait, Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. Hi, quia Hierosolymitæ & **CHRISTI** aduersarii, (vt eorum verba ostendunt) erant, tum fortè etiam ex primoribus, scire facillè potuerunt quid cõtra Dominum principes Iudæorum moliti fuerat, vt que ad mortem ipsum quaerent.

**Nõne hic est quem quaerunt interficere?**

Quum admiratione dicunt, Nõne hic est cui Pharisei & Scribæ machinantur mortem? Quid admirantur? Mirantur profecto quomodo fiat quod cõtra eum cogitarant illi, non exequerentur, sed ferrent liberè adeò & palàm in templo docentem: **HI** est (per cõtemptum profertur) quem interficere quaerunt, supple illi, quibus cura religionis cõmissa est. Tameñ hi increduli essent, non tamen ex illorum numero erant qui vitæ **CHRISTI** insidiabantur: nõ non dicunt, Quem quaerimus, sed Quem quaerunt interficere: admirantes qua potentia non capitur, cuius mors tantopere desyderabatur.

**Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt.**

En causa admirationis: hic qui modo creditus est metu Phariseorum latitare, nec prodiere ad diem festum, docet & profertur suam doctrinam intrepidè. **PALAM** in templo ac liberè loquitur illis in os, dicens, Et nemo ex vobis facit legem, & nihil ei dicunt, ne verbum quidem vllum respondent. Tanta diligentia à principibus nostris quaestus est vt comprehenderetur, & comprehensus occideretur: & nunc quum coram adest, nullòque satellitio stipatus, & solus loquatur, vix mussitant, omnino tacent: quid istud est? qualis est hæc potentia? Miseri ignorabant, id diuinæ esse potestatis, quòd à persecutoribus non teneretur, quorum scuitiam ad præfens sic compescuit, vt liberrimè loquenti nullus ne minimo quidem verbo illi obstitet.

**Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est CHRISTVS? sed hunc scimus vnde sit: CHRISTVS autem quum venerit, nemo scit vnde sit.**

Quid hoc est quòd hunc in templum docentem ferunt: tam magna de se narranti nihil respondent: quid sibi vult illorum silentium? An principes nostri mutauerint sententiam, qua nunc suo silentio ostendunt se huic tam abiecto viro cõfentire, cui paulò antè insidias tetenderunt, & subinde oppugnauerunt, nunc autem persuasi sint, hunc esse Messiam? Quis vnquam hoc sibi persuaserit? Non est verisimile principes nostros mutasse clypeos, & ita de isto homine sentire. Fortè & ipsi facti sunt Christiani scilicet, & confitentur hunc esse **CHRISTVM**. Non suspicamur certè illos eò dementiæ lapsos vt credant hunc esse Messiam in lege promissum. Si quidem omnes nouimus huius ortum & vnde profectus est, ex Nazareth oppidulo obscuro, Patre Ioseph fabro, & paupercula muliere Maria. Nõ sunt nobis ignoti parentes, humiles & idiotæ. Quomodo igitur potest esse Messias ille à Prophetis promissus & à toto populo expectatus, quum fama ferat **CHRISTVM** planè ignoto habitu venturum, vt vnde venerit nemo sciat? Videntur hanc de Domino induisse opinionem (venturum eum vt nemo sciret vnde esset, id est vnde sua tam magnifica haberet) ex vaticinio Micheæ cap. 5, accepisse. Micheas prædixit illum nasciturum in Bethleem, sed addidit egressus eius, id est potentiam & opera esse ab initio, atque à diebus seculi, id est à principio omnium rerum, sicut per eum omnia condita sunt. Vnde expectabant **CHRISTVM**, de quo sciri non posset vnde esset: vt pote cuius egressus potentia scilicet & opera à principio mundi fuissent. Quum igitur nihil tale in Domino videri vellent, nihil minus quàm **CHRISTVM** eum dixerunt. Non desunt qui & hanc de **CHRISTO** tacite venturo natam dicant esse opinionem & famam ex Esaiæ cap. 53, Non est species ei neque decor: vidimus eum, & non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Rursus Esaiæ cap. 42, Nõ clamabit neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Non ab familia scribuntur, Zachariæ cap. 9: sed in his locis prædixerunt Prophetæ de Domini humilitate in qua latuit: & nihil Iudæos æquè offedit, atque nimia Domini humilitas, qua præcipuè conabantur plebi probare cum nequaquam **CHRISTVM** esse. Nam prædicabant quæ in Domino videri volebant, non respondere iis, quæ de **CHRISTO** prædicta erant tam magnifica. Offensi ergo humilitate & abiectioe personæ Domini **IESVS**, nõ agnoscunt in eo præclara illa quæ de regno eius Pro-

Verba populi admirantis principum silentium.

Vulgi opinio de Messia.

Iudæi humilitatis Christi scilicet deliranti.



phetæ prædixerunt. Miseri autem non sustinent credere, omnia ista primùm in Spiritu fuisse inchoata & percipienda fide: quum autem venerit cõsummatio & dies gloriæ Domini, tum omnia etiam externè & reuelatè in CHRISTO apparitura. Proinde hæc Hierosolymitarum sententiam non tam secundum veritatem, quàm secundum ipsorum commentum (CHRISTVS autem quum venerit, nemo scit vnde sit) pronuntiatam fuisse cõstanter assero. Nam ex Prophetarum testimonio quis vel mediocriter eruditus non agnoscit vtriusque naturæ CHRISTI originem? Duas fatemur naturas, diuinam & humanam, in vna hypostasi verè vnitas: vnde vnum asseueramus CHRISTVM qui verè Deus est, verè homo est, verè Deus & homo est, IESVS CHRISTVS. Deus quidem est de Deo genitus, testimonio Dauidis Psalmo 2, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: hoc quis negauerit, quum principium Psalms designet id significari de CHRISTO Domini? Quod autem à Patre in mundum mitteretur fieretque homo, significauit Esaias cap. 4, Et nunc Dominus misit me & Spiritus eius. Item & illud cap. 9, Puer natus est nobis & c. Quod ex femine Dauid sumpturus esset originem, & nasceretur temporaliter, prædictum est ab Esaiâ cap. 11, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. Esaiâ oraculum cap. 7, nos præmonuit illum ex matre virgine nasciturum, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Locum & ciuitatem natiuitatis eius prædixit Micheas cap. 5, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Quum ergo compertissimum esset, Prophetas & personam & patriam Messia designasse, rogo vos, qui fieri potest, tam nefario ausu respondere audeatis, Quum CHRISTVS venerit, nemo scit vnde sit. Respicite, carnales istos cogitatus exuite, credite & intelligetis huc quem abigitis, verum esse Messiam & CHRISTVM Domini in lege & Prophetis mundo promissum. Obserua istorum malitiam & cecitatem, quum seipfos diuersis & contrariis sententiis irretiunt. Nam quum interrogarentur ab Herode (Matthæi cap. 2) dicunt in Bethleem Iuda nasci CHRISTVM: illi autem dicunt hoc loco, quod nullus sciat vnde sit CHRISTVS. Iterum Ioanis cap. 9, dicunt, Nos scimus quod Moyloquutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit: & hoc loco dicunt, Hunc scimus vnde sit. Viden' distorum contrarietatem? quid hæc in illis arguunt? proculdubio insanientium sermones sunt, scimus, & nescimus, qui eò spectant ne credant. Est ergo profundæ miseris hæc sententiarum varietas, qua seipfos illaqueant: & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Proinde hoc suo exemplo ostendunt Iudæi nunquam deesse impii, quod contra veritatem prætaxant, quum ex re etiam pia, calumniandi occasione accipiant.

### Clamabat ergo IESVS in templo docens & dicens.

Euangelista narrans CHRISTVM in templo docuisse, videtur significare ipsum ex eminentiore quopiam docentium loco, cum grauissima dicendi autoritate, perpetuam habuisse ad populum orationem. Interim tamen dum diceret susurrabant Hierosolymitæ alter alterius auribus, sinistrè de illo non modò mussitates, sed & peruerse cogitantes, quorum affectus & corruptos cogitatus manifestare voluit, vt vel hoc signo ab ipsis, si vellent, cognosceretur Deus. Ipse ergo, tanquam cupidus salutis omnium, CLAMABAT, id est elatiore voce ista dicebat: fortè ideo quod aliquantulum ab ipso (vt verisimile est) abfuerint illi calumniatores: vel certè vt attentiores reddat auditores, & ita pondus maius verbis suis adderet, docens tui testimonii Prophetarum, tum lege, & aliis id genus, quis esset. ET DICENS. Hæc profecto commendant diligentiam IESVS CHRISTI, qui nihil intermisit pro salute Iudæorum, relinquens exemplum prædicatoribus, vt doceant & dicant, hoc est applicent se auditoribus pro captu.

### Et me scitis, & vnde sim scitis.

Per Ironiam CHRISTVS mihi ista respondisse videtur: nam quum Hierosolymitæ calumniatores illi dicerent, se ipsum nosse vnde esset, volentes eo significare nihil nisi ipsum de terra esse, nimirum filium Ioseph fabri, & nullius pretii hominem, illos è terra ad cælum euocat, aperitque illorum affectatam malitiam qua laborabât. ET ME, inquit, scitis, hoc est nostis scilicet: id est neque me nostis, neque vnde sim nostis. Potestis quidem me nosse, & quis sim & vnde sim, ex Prophetarum Scripturis, Ioannis Baptistæ testimonio, singulari Patris testificatione, miraculis & diuinitatis operibus, longa item mea institutione, & multiplici mea probatione edocui: sed vos vestra malitia & obstinata impietate obstinati estis. Vnde non videor vobis esse Messias quem Prophetarum oracula prænuuntiarunt, quod sciatis

Chr. Hi. oritur.

Impiis nunquam deest quod contra veritatem prætaxant.

Christi responsum ironiam ad Iudæos.

Iudæi personam Christi cognoscere noluerunt.

quod sciatis vnde venerim. Ac si diceret: Vos in aurem susurrates dicitis, Huc scimus vnde sit: putantes me genitum natumque more humano, & filium Ioseph. Vos re vera nõ me nostis.

### Et à meipso non veni.

Qui genus meum abiicientes contemptim dicitis, Iste est filius fabri, audite, mutate sententiam, & genus meum agnoscetis. ET GO à meipso non veni. Huius aduentus mysterium vos latet: me Deum incarnatum esse ignoratis, diuinæ naturæ veritatem in me nescitis, quã à meipso non habeo, sed à Patre, à quo mihi tradita sunt omnia. Ego secundum diuinitatem fui, antequam in mundum venirem per humanitatem. Necessarium enim est venientem esse antequam veniat. Quod autem venit, non à seipso venit: quia Filius non est à se, sed à Patre: vt infra cap. 16, Exiui à Patre, & veni in mundum. Quum ergo huc exitum & natiuitatè hæc æternã nesciatis, profecto & me nescitis, & vnde sim nescitis.

### Sed est verus, qui misit me.

Deus est cuius autoritate huc missus sum, id est homo factus sum, vt per me disceretis illum esse verum siue veracem, hoc est solidum, plenum, certum, & perfectum in operibus suis. Opera eius non possunt vt hominum opera esse vana, aut non perfici. Est certè omnino homo mendax & vanus, quod nihil queat perficere, nihil absoluere, quodque fallat & fallatur: cuius frustra rei sunt conatus: non item Deus, qui solus verax est, quod eius omnia verba certa, & opera plena & perfecta sint. Huc certè respicit CHRISTVS hoc loco, dicens Patrem veracem esse, ex eo quod nunc præstitit, & iuxta suum promissum de mittendo Messia, exhibuit. Nam Micheas cap. 7, ita Dominum alloquitur, Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti Patribus nostris à diebus antiquis. Quum ergo Pater miserit Messiam (quem longis antè temporibus promiserat per Prophetas) apparet quàm verax sit, id est non vanus, sed solidus, plenus, certus & perfectus in operibus suis.

### Quem vos nescitis.

Quia solo sensu & rebus externis ductamini, Pater meus vobis incognitus est, quem quum nesciatis, nec originem meam scitis. Non ergo vnde sim scitis. Nunquam illum cognoscetis, nisi pietate promereri studeatis, vt ipse sui notitiam vobis impartiat. Nesciunt enim illum, qui eius voluntati non obtemperant.

Ego scio eum, & si dixerò quia nescio eum, ero similis vobis mendax.

Quia nemo vnquam vidit Deum (supra cap. 1) præter Filium eius vnigenitum, qui est in sinu Patris, qui & nobis enarrauit. Et Matthæi cap. 11, Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Necesse est vt qui voluerint Deum cognoscere, me præceptore fruatur, per quem solum est ad Patrem accessus. Humana sua ratione Dei cognitionem Gentes quæsiuerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis (Rom. ca. 1.) Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Iudæi per opera legis Deum quærebant, sed sectantes legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenierunt. Quare nemo ad Dei cognitionem peruenire poterit, nisi per CHRISTVM Filium, qui solus nouit Deum bone, quanto furore, quantave insania perciti erant Iudæi, dum ista audirent! quanto periculo seipsum CHRISTVS exposuit, dum Iudæos sanctimoniam, religionis, & cognitionis diuinæ nomine gloriantes, cæcitatibus & ignorantia palam arguit, ac sese illis intrepidè prætulit. Profecto non impunè abire permisissent, si hora eius aduenteret. SED SI DIXERO quia nescio eum, quum sciam eum, ero similis vobis mendax, qui dicitis vos cognoscere eum, quum tamen ipsum ignoretis.

### Sed scio eum.

Ego solus verò noui eum. Notitia Patris nemini contingit sine me Filio. (infra cap. 14.) Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis. Rursum ibidem, Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.

### Quia ab ipso sum.

Ætiologia est. Cognosco patrem: QUIA ab ipso sum: ante secula ex eius substantia genitus. Et quia vna & eadè est illius & mea substantia, ego scio eum, vt sicut ille profectè se nouit per essentia sua: ita & per eandè essentia ego scio eum perfectè. Obserua: Quum omnis cognitio sit per aliquam similitudinem, & CHRISTVS verè à Paulo dicatur expressa imago inconspicui Dei, & exëplar substantiæ Dei Patris: (ad Coloss. cap. 1.) & Hebr. cap. 1. necesse est fateamur Filium verè nouisse Patrem, & ab ipso verè esse, cuius est expressa imago substantiæ. Rogabit aliquis, Quomodo Filius est à Deo, quum creaturæ dicantur esse etiam à Deo? Respondet Hilarius: Filius aliter est à Deo, quàm alii homines: quia sic est à Deo, quod etiam est Deus: vnde Deus est principium eius cõsubstantiale. Alia verò sic sunt à Deo, quod tamen sunt ex nihilo.

Christi genita.

Verax Deus. Homo mendax & vanus.

Iudæi Pater incognitus. Nescire.

Nemo nisi Filius nouit Patrem.

Deus fide in Christo quaerendus.

Filius à Patre. Filium scire Patrem.

Filium Dei esse à Deo aliter quàm creaturam sunt.



## Et ipse misit me.

*Filium esse misit.*

*Naturæ duæ in Christo.*

*Pii omnia in bono vertitur. Impii multa vertitur in malum.*

*Imploramus manus in manu Dei.*

*Horam Christi aduentasse.*

*Plebei Christi confitentur: prius moribus obstinatis.*

*Argumentum quo plebei dixerunt Iesum Messiam.*

Pronuntiata generatione illa æterna: Quia ab ipso sum: nunc dicit Patrem illum misisse, hoc est Patrem authorem esse incarnationis. Ad Galat. 4, At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum &c. Quia in hac missione anima CHRISTI singulariter est unita verbo, excellentiorem præ aliis creaturis cognitione de Deo habet, licet eum non comprehendat. Ex primo ergo, Quia ab ipso est: significatur scientia diuina. Ex hoc posteriore: ET ipse misit me: indicatur scientia humana quam habuit anima CHRISTI ab instanti conceptionis suæ, ex gratia unionis personalis, quam significat missio. Totus hic locus manifeste duas naturas in CHRISTO esse declarat, diuinam & humanam.

## Quærebant ergo eum apprehendere.

En merces quam mundus veritati pro laboribus offert. Postquam CHRISTVS sua oratione legis & Prophetarum testimoniis confirmata, veritatem docuit, ac diuinam simul & humanam in se naturam aperuit, non oscitanter, sed studiose primores Iudeorum quærent CHRISTVM, irritati & magis frementes animis, quod tantum auctoritatis apud plebem sibi vindicaret, & ipsos impiæ peruersitatis tam constanter & palam argueret. Quemadmodum diligentibus Deum (Rom. 2) omnia cooperantur in bonum: ita ediuerso lucis oforibus contingit. Omnia enim quamlibet bona fuerint, conuertuntur per ipsorum prauitatem in malum.

## Et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.

Piorum hæc ingens est consolatio. Conantur quidem impii, gestiunt iniicere manus, iam ira in rabiem vertitur, adest prompta voluntas impii maleficii, nihil morantur: sed festinant concilium illud sequi, quo decreuerant CHRISTVM clanculum è medio tollere: sed adest Deus, in cuius manu est impiorum impios conatus impedire, & animos hominū cohibere quamlibet ferocientes. Nec vlla potestas hominum quicquam aduersus pios potest, nisi Deo permittente. NEMO misit in illū manus, ita volente CHRISTO, ex quo seipsum Deum ostendit. QUIA nondum venerat hora eius, siue nondum aduentat tempus à Patre præscriptum, quo sua morte mundo salutem pararet. Dicitur est, Nondum venerat hora eius: non quod tempori obnoxius esset CHRISTVS, sed quod omnia tempore opportuno & hora conuenienti fecerit. Vnde nomen HORA, euidenter prudentiam & sapientiam CHRISTI designat. Oportebat certe sic diuinam in eo virtutem manifestari, & confundi impios, à quibus facultatem, quum volunt, & voluntatem quum possunt, Dominus auferre solet. Cui non absimile est quod ait David Psalmo 75, Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum subsequitur. Terribili & ei qui auferit spiritum principum, terribili apud reges terræ. In manu ergo eius erat, vt apprehenderetur: qui quemadmodum volens mortuus est, ita non nisi volens apprehendi potuit.

## De turba autem multi crediderunt in eum.

Qui religionis professione & legis scientia primores erant (vnde accedere debebant ad CHRISTVM) maxime sese à pietate alienos suis corruptis moribus reddunt, & verè reprobos ostendunt. Non item simplex vulgus, & plebei & legis ignari: qui vt minus habebant auctoritatis ac literarum, ita plus habebant bonæ mentis, dum semini Dei & verbo attendunt & credunt. Vnde potuerunt magnifica videre in Domino, nepe signa, quibus maiora fieri non poterant. Vnde & CHRISTVM ipsum agnouerunt.

## Et dicebant.

Nescit otium viua fides, statim in opera prorumpit, quam sua confessio sequitur: Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. DICEBANT, id est confitebantur, & magna de CHRISTO narrabant in suam & aliorum salutem. Hæc confessio ostendit potentiam verbi: simul & non ingratis fuisse plebeculam pro accepto verbo, quo sibi iam suadebat etiam ex rerū ab eo gestarū magnitudine, IESVM esse qui conditiones, virtutem & perfectionem ipsius Messie attingeret, nihil offensa interim humilitate vel generis vel conuersationis CHRISTI.

## Christus quū venerit, nūquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?

Ratione adducit Euangelista, qua persuasi sunt plebei IESVM esse CHRISTVM & Messiam in lege promissum. Nō potest (aiunt) hic nō esse CHRISTVS: nā si nō est Christus, vt nostri Pharisei existimāt, quid rogati respondēbūt, vnde IESVS suppetat tāta vis edēdi miracula? Certè si is quē expectāt, veniret Messias, nō maiora ederet miracula, quàm quæ nostris

nostris coram oculis hic quotidie facit: vnde confitendum est hunc esse CHRISTVM, neque præter eum, alium quempiam expectandum esse. Hoc certè indubitatum est signum cognoscendi CHRISTVM, ex potentibus & diuinitatis operibus, quæ populo ostensus est Esaiæ cap. 35, Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebūt, &c. Hæc & his maiora, quàm prædixerit Esaias, hic IESVS etiam nobis spectantibus præstat. Est igitur hic verus Messias in lege promissus.

## Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hæc.

Inuido nihil molestius contingit quàm audire commendationem & encomium eius cui inuidet. Vnde Pharisei quum plebem audirent commendantem CHRISTVM, & viderent hæc, scilicet turbam tam magnifica de CHRISTO & potentia eius narrantem, quodque turba crederet in eum, eo vesaniæ deducti sunt, vt certò apud se statuerent, quocunque modo eum perdendum esse.

## Et miserunt principes &amp; Pharisei ministros, vt apprehenderent eum.

Pharisei non soli, sed & PRINCIPES, hoc est sacerdotes & primores Iudæi (apud quos summa auctoritas erat) non venerunt (id quod signum timoris fuit, qui hypocrisicos & impietatis perpetuus comes est): sed miserunt MINISTROS siue publicos quosdam satellites, qui coram populo manus iniicerent ipsi IESVS, quem velut magni facinoris reum vincirent, & vincitum adducerēt. Quoto die festi fuerit hæc immanis missio, vix dici potest: putauerim tamen factam, aut quinto, aut sexto die festi post absolutam primam prædicationem, qua multos sibi conciliauit discipulos, & ad se credentes attraxit. Vnde in populo Pharisei subodorantes multum de sua auctoritate detractum esse, nolentisque se tanto vitæ discrimini & periculo obicere (quod contingere poterat reclamante populo dum raperetur CHRISTVS) iuxta suam humanam sapientiam alios periculo obiciunt, atque expediunt satellites, qui IESVM è medio tollerent. De his præmonuit David Psalmo 47, Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum: ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, timor apprehendit eos.

## Dixit ergo eis IESVS.

Magna est CHRISTI philanthropia, qui non ignarus quid illi clanculum molirentur, illos suavissimo responso dignatur: quo significat se sponte mortem passurum, ad quam illi tum frustra venerant.

## Adhuc modicum tempus vobiscum sum.

Inuersus quidam rerum ordo hic legitur. Satellites insidias parant vt apprehendant, at CHRISTVS salutaria profert verba quibus capiuntur. Funes & cathenas aptant: at verbo CHRISTI & doctrina vitæ irretiuntur. O bonitatem CHRISTI, & eius imensam humanitatem qua istorum aciem retundit, conatus reprimat, fulmen & grandinam in pluiam mutat, furores & minacia verba extinguit! Veniunt vt occidant, en attentè audiunt verbum, veniunt vt comprehendant, & funibus vinciant: en apertis oculis, attentis auribus, vultu placato, demissis brachiis, composito corpore stant sitibundi doctrinæ salutaris, nihil mali cogitantes aduersus tam suauem oratorem. Hunc in modum singulari ad suam crucem allusione loquentem: Superest & restat TEMVS breue quod vobiscum versor, sex menses scilicet. Ac si diceret: Vos tanta solitudine insidias vitæ meæ tenditis: nolite tam studiosè ad hoc magnum facinus properare: frustra nunc conamini. Sustinete paulisper: intolerabilis vobis sum: nam id sum vobis, quod oculis sumus, & spina pedibus: sed non ero diu vobiscum, ego ipse non effugiam manus vestras quum venerit tempus, sed sponte mea morti me offeram.

## Et vado ad eum qui me misit.

Suam mortem volens ostendere spontaneam & voluntariam fore, verbo (VADO) est usus. Meus, inquit, ad Patrem transitus, est mors. Ego à Patre veni in mundum, vt me pro omnium salute offeram: breue est tempus quo hæc mei corporis litatio fiet: ego per passionem & mortem reuertar ad eum qui me misit. Verbo MISIT, incarnationem significat, & naturam humanam secundum quam vadit & peregrinatur ad Patrem, prædicando, moriendo, resurgendo, & ad cælum ascendendo.

*Signum cognoscendi Messiam.*

*Inuidiæ propriū.*

*Hypocrisicos comestimos. Principes mittunt satellites ad vincendum Christum.*

*Verbi Christi efficacitas.*

*Vado, verbum.*

*Mitto, verbum.*



Quæretis me, & non inuenietis.

*Iudeorum exilium præuentionem.*

*Vltio innocencie Christi. Titus.*

Prænuuntiat Iudæis grauissimas ruinas & calamitates tui corporis tui animæ, eorumque qui missi erant à Pharisæis peculiariter pūgit animos, in quæ sentiunt nihil posse, nisi voluisset ipse. Atque dū illorum tacite tangitur conscientia, sentiunt c h r i s t v m esse, qui & cogitatus, & quilibet abstrusū est in cordibus hominū cognoscat: interim tamē illorū animos sibi cōciliat, dū illorū technas, insidias & machinationes populo non prodit, sed subobscure ruinam & exitiū illorū minatur, nisi respiciant. **Q V A E R E T I S** me, hoc est corporalem meā præsentiam, **N E C** inuenietis, quādo vos merita apprehenderit vltio, scilicet tēpore Titī: id enim Iudæis vsu venit, quū per Titū vastarentur. Tū vel vni diem Filii hominis videre, & perlibenter amplecti Saluatorē voluissent, sed sero nimis. Aut, quia nunc oblatam gratiam tam pertinaci animo repellitis, & me à Patre missum ad oues quæ perierunt domus Israel, persequimini, vos certē regno Dei indignos redditis. Hoc si feceritis, caue vobis. Fronte capillata, post hæc occasio calua est. Si occasionem semel atque iterū vobis oblata gratia respueritis, à vobis ad Gētes trāfferetur: & non populus Dei fiet Dei populus, & qui est Dei populus, fiet non populus Dei. Tūc vōs & minores vestri quæretis me, dum nomine ac desyderio Messia venturi Deum precabimini, **E T** **N O N** inuenietis, id est non exaudiemini, & votis vestris non satisfiet, quia me vobis oblatum recusat. Quare sequimini & credite benemonitis vestri Esaiæ cap. 55, **Q V A E R I T E**, inquit, **D E U M**, dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est.

Et vbi ego sum, vos non potestis venire.

*Christus vt Deus semper cū Patre ad quem vbi homo vadit. Schola ad eadē.*

Manifestat se Deum esse, qui in cælo æternus cum Patre existens, secundum visibilem carnē in terra loquitur. Atque non ait, vbi ego ero, sed **V B I** **S V M**: vt intelligamus ipsum vt Deū iam ibi esse, scilicet in sinu Patris, quod vadit vt homo. **E T** **V B I** ego sum in gloria Patris, non potestis venire: quia malitia vestra vobis impedimento est ne veniatis: non enim venitis, quia non creditis. Schalæ & gradus ad cælum sunt, fides in **c h r i s t v m**. Locus in quo ego sum ptinebit solum ad credētes. Fidei enim viuæ & iustificationi cognata est vita æterna, vt supradictū est cap. 6, **Q U I** credit in me, habet vitā æternā. Quū ergo ego sim ostiū & via ad vitā æternā, qui fieri potest ad sedes illas gloriosas cōscēdatis, si me cōtempseritis? profecto repulsam passus à vobis, tandem ad Gentes conuertar, quibus cōmunicabo opes meas, & thesauros illos cælestes, per crucem meam partos, & à vobis spretos.

Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos.

Qui à Pharisæis missi audierant **c h r i s t v m**, non attendant quod admandatū sibi erat, sed postea quā audierunt **c h r i s t v m**, statim ex rationis iudicio & carnis consilio inuicem consultant, & carnalia quædam de verbis **c h r i s t i** imaginantur. Magnū proculdubio cæcitatē & ignorantia in Iudæis exemplū, qui tam spiritalem audientes præceptorem, nihil non carnale cogitant. Huc pertinet quod Paulus 1. Corinth. 2. ait, Carnalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.

Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire?

*Quæretis Christum & nō inuenire.*

*Dispersionem.*

De gloria & loco beatitudinis **c h r i s t v s** meminerat, quem ad carnalem locum referunt Iudæi, quū admiratione disceptantes inter sese. Quid significat hic sermo, Quo ego vado, vos non potestis venire? Quo hic iturus est? nū in longinquam aliquam regionē Gentium abiturus, & se clam subducturus est? An feret sustinebitve inter efferas Gētes habitare, relicta terra sancta & populo Dei electo, quod non putet nos profecturos? Aut ita vagus inter dispersas Gentes errabit, vt existimet neque nos illuc posse proficisci, neque vbi fuerit, posse illum inuenire? alioqui quid indicat hic sermo, **Q V A E R E T I S** me, & non inuenietis: & vbi ego sum vos non potestis venire? Obserua: Quum dicunt, **I N** dispersionem, alludunt ad Gentium abiectionem, tanquam ad populum derelictum, non collectum in vnum, veluti in vnam Palæstinam, quomodo Iudæi, qui nullis olim commiscebantur, sed alienum à promissionibus & testamentis Dei, spem non habentem, Deo que in mundo carentē, Ad Ephes. cap. 2, Atque hoc ipso gloriantur tanquam prærogatiua sua præ Gentibus quod oracula Dei, promissiones, testamēta, spēs & Deum habeant, Ad Rom. 2. & 10. Ephes. 2. Græcis legitur *εις τὴν διασπαρῆσιν ἡμῶν*, id est in dispersionem Græcorum.

eorū. Intelligere possumus Græcos, pro Israelitis in Græcorū regionibus hinc inde dispersis, vt sit sensus: Nū ad alios Iudæos diuertet, qui nō in hac regione, sed in Græcia habitāt? sed Græcos pro quibusvis Gentibus vsurpat, vt paulo post docturus Gentes *mis exilium* id est Græcos. Hoc etiam familiare est Paulo in suis epistolis, Græcis pro Gentibus incircuncis vsu. Proinde Iudæi tametsi dispensationis diuinæ ignari essent, nescientes quid dicerent, Nūquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gētes? sicut nec Caiphas dicens, Expedi vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: contra se tamen prophetant, quod Gentes incircuncis eligendæ sint abiectione Iudæis: quandoquidem profecturus erat ad Gentes, non præsentia corporali, sed sua virtute cum discipulis: dicēte Marco cap. 19, Illi autē profecti, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. Ad eū modū impleta est Scriptura quæ longè antè prædixerat (Psalmo 17) **P O P U L U S** quē non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

In nouissimo autem die magno festiuitatis.

Nouissimus siue vltimus, hoc est octauus dies festi Scenopægiæ siue tabernaculorū, celeberrimus erat: quo verisimile est maiorem populi frequentiam in templū (vbi **c h r i s t v s** docebat) confluxisse. Primus dies solennis erat, & paucos adhuc admiserat ex vicinioribus ciuitatibus. Intermedii dies magis rebus & negotiis aliquot secularibus & priuatis consecrati erant: at octauus totus iam hominū frequentia feruebat, soli cultui & holocausto dicatus. De quo ita scribitur Leuit. cap. 23, Octauus dies erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atque collecta. Vnde Euāgelista octauum hunc diem, **M A G N V M** dicit, id est solennem & sanctum. Hunc sermonem nouissimo die habuit, quasi Euangelicæ fidei viaticū daturus turbis domum redituris.

Stabat I E S V S, & clamabat.

Spectante magna & incredibili hominum frequentia, stabat **I E S V S** in loco æditiore, omnibus conspicuus, & nec iam loquebatur tantum apertè, verum etiam intenta voce clamabat vt ab omnibus audiretur: quod rem declararet, quā ab omnibus exaudiri referret.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

Hæc est ingens **I E S V C H R I S T I** philanthropia & liberalitas, qua blandè, amicè & liberaliter inuitat peccatores ad gratiam & iustificationem. **S I Q V I S** sitit, id est, si quis seriò afficitur studio salutis & Euangelii: si quis boni Spiritualis appetitum habet: si quis vult & desyderat saluus fieri, & æternū beatè viuere, non est quod petat à Moyse, à Pharisæis, Scribis aut sacerdotibus: sed **V E N I A T** ad me, id est credat in me, extra quem nulla salus, nulla redēptio, nulla gratia, nulla iustificatio. Valde emphaticè dicitur, **A D** **M E**, quasi dicat, ad fontē vitæ, vnde æterna vita credētibus cōtingit, & de cuius plenitudine omnes accipiunt. Est ergo Venire ad **c h r i s t v m**, credere in **c h r i s t v m**, & certò statuere apud se, quod is solus est, qui potest sitiētes potare. Est ergo fides situla siue vas quo ex hoc fonte haurimus & potamus. **V T** **V I V A T**, quasi dicat, **C R E D E S** & amans refocilletur per **c h r i s t v m**, per quē placatum agnoscat Patre, tranquillam cōscientiam, gratiam, remissionē peccatorū, iustitiā, & vitā æternā. Quicquid boni sitiuerit aliquis, id bibat per Christum, hoc est omnium bonorū particeps fiat per **c h r i s t v m**. Proinde quī omnes Dei promissiones sunt in ipso **c h r i s t o**, qui est verbū Dei (vt author est Paulus) necessariò sequitur omnē cōsolationē in ipso reperiri: siue res corporales & necessaria, siue spirituales expetantur. Nā si quis sitiāt sanitatem in ægritudine, bibat per fidem ex hoc verbo, Cū ipso sum in tribulatione, Psalmo 90. & habebit per **c h r i s t v m**, qui est verbū, verā in Domino sanitatē. Si quis sitiāt diuitias in paupertate, bibat ex hoc fonte, Ego sum Dominus Deus tuus. Item, Pater cælestis pascit, nutrit & vestit. Rursus, Non vidi iustū derelictū, nec semen eius quærens panē, & implebitur diuitiis, hoc est in paupertate diues erit. In rebus autē spiritualibus: vt si quis in peccatis iustitiā sitiāt, adhæreat **c h r i s t o** & bibat, statim carnalis illa sitis extinguetur, dabiturque refrigerium, & refocillatio iustitiæ. Atque vt vno & altero verbo concludamus: quicquid biberit ex fonte **c h r i s t o**, id est crediderit in **c h r i s t v m**, qui solus est remissio peccatorum, salus & vita, statim ardor sitis extinguetur & sedabitur. Vas quo bibitur ex hoc fonte **c h r i s t o**, est fides viuā.

Qui credit in me, sicut dicit Scriptura.

Expolitio est eius quod dixit, Veniat ad me, & bibat. Obserua: hoc loco faciendum est punctum, deinde inchoanda est alia sententia, Flumina de ventre eius, &c. quæ est sermo p. iii.

*Græci.*

*Diei scenopægiæ obseruatio.*

*Christum inuitat ad gratiam & iustitiā. Sitire salutem. Venire ad Christum.*

*Fides situla ad hauriendum.*

*Consolatio ha solo Christo.*



*Credendum non propter miracula. Fides ex Scripturis.*  
 C H R I S T I, nō Scripturā, vt referas. Sicut dicit Scriptura, ad verbū, C R E D I T in me, & non ad sequentia. Repressurus est hoc loco C H R I S T V S eos qui nihil ad Scripturas attendentes ex solis miraculis pendebant, nihil aliud à C H R I S T O expectantes quàm miracula, propter quæ illi credebant. Credendū est non propter signa quæ doctrinæ confirmatiua sunt, sed propter Scripturā: fides enim recta ex Scripturis est. Quisquis igitur crediderit mihi, inquit, auideque imberit sermones meos, s i c v t dicit Scriptura, id est, quemadmodum iubet Scriptura de me testificas, quod sim Filius Dei, quod Messias, quod salus mundi, quod creator, quod Dominus vniuersi, nō arefcerit incredulitate. Multi existimant se credere, sed non credunt, vt dicit Scriptura: atque ita suas sequuti sunt sectas: cuiusmodi sunt omnes haeretici. Si clausulam ( s i c v t dicit Scriptura) ad sequentia referre vis (quia non extat certus locus Scripturæ, ex quo ad verbum referatur) dicitur hunc Euangelistā sicut & reliquos in more habuisse, nec raro in citatione Scripturæ ex Prophetis, potius ad sensum quàm ad verba respexisse. Hæc obseruatio est vna è clauibus Scripturæ.

*Clauis scripturæ.*  
**Flumina de ventre eius fluent aqua viua.**  
 Peruenusta allegoria C H R I S T V S adducit fructum, quem ad se venientes & bibentes consequentur. Qui biberit, id est crediderit sermonibus meis, non arefcerit infidelitate: sed hic haustus spiritalis erit, qui non modò pariet in ipsius corde fontem perennem, sed etiam copiosa flumina, quibus irrigetur Gentium ariditas ad Euangelici profectus fecunditatem. Liberalem gratiam & largitatem ipsius Spiritus insinuans, dicit, non flumen, sed F L V M I N A, quorum alterum ad salutem propriam, alterum ad salutem aliorum profluet. Qui credit in C H R I S T V M, opulentam Spiritus Sancti gratiam recipit, variis eius donis donatur, operatur largiter per Spiritum Sanctum bona opera, nō habet fidem otiosam, non ingratiā ac sine confessione & gratiarum actione. Huic sententiæ de homine credente alludere videtur Dauid Psalmo 1. dicens, Et erit tanquam lignum quod plātatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tēpore suo. Tropo Hebraico, V E N T R E M cor ipsum nominauit. D E ventre eius, id est credens in C H R I S T V M, nihil in hypocritā, sed omnia ex corde, & ex animo ipso bene operabitur in Spiritu & veritate. F L V E N T, copiosè & abundanter, sed sensim progredientur bona opera in credentibus, credentium animos sensim præparabit Spiritus Sanctus ad bona opera, omnisque genere donorum sensim credentes donabit. Obserua elegantem omnium donorum & operū quæ in nobis operatur Spiritus Sanctus periphraſim, quæ dicitur, A Q V E viua. Vocat viuas aquas ab ipso Spiritu, quod Spiritus ipse suapte natura vita est, quodque opera & dona in credentibus viua operatur, sine quo re vera sunt omnia mortua: Item, quia hæc opera & dona testimonio sunt vitæ quam accipimus per fidē in C H R I S T V M: rursus, quia hæc dona & opera bona à Spiritu Sancto accepta, sunt alius occasio & exemplum ad vitā, quum vident nobis illa præstari, & eadem ex animo fieri. Locī in Scripturis huic nō abſimiles sensu sūt non pauci, Joel cap. 2, Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundā de Spiritu meo super omnem carnē, & prophetabunt filii vestri & filiae vestrae, & c. Eſaiæ cap. 44, Effundā aquas super sitientem, & fluenta super aridam: Effundam spiritū meum super semen tuū, & benedictionem meam super stirpem tuam. Ezech. cap. 36, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri.

*Fructus ventium ad Christum. Spiritus hauritus.*  
*Credentium operum.*  
*Venter. Donorum Spiritus copia.*  
*Aqua viua.*  
**Hoc autem dixit de Spiritu quē accepturi erant credentes in eū.**  
 Exegesis est. Exponit Euangelista quid sua allegoria significarit C H R I S T V S. Hoc ænigmate & metaphoricō sermone, Flumina de ventre, & c. (inquit) I E S V S significabat spiritum illum vberem & copiosum, hoc est ipſius Spiritus Sancti dona in maxima abundantia, quæ credentes in C H R I S T V M accepturi erant, non solū vt ea apud se haberēt, verum etiam in suam & aliorū salutem reciperent. Accepto enim cælitus Spiritu, Apostoli magna fiducia variis linguis vniuerso mūdo prædicare cœperunt cælestē Christianāque philosophiā: atque cælitus haustu Spiritū in omnīū credentiū animos effundere. Proinde à solo Spiritu Dei est, vt Deum cognoscamus, & de eius erga nos bonitate certi reddamur: hunc autem Spiritū solus C H R I S T V S donat suis. Quo fit vt à fide in C H R I S T V M omnia pendeant: ad quam tum hīc, tum aliās C H R I S T V S hortatur.  
 Nondū enim erat Spiritus datus, quia I E S V S, nōdū erat glorificatus.  
 Nulla hīc fit mentio de Spiritus Sancti existentia sine substātia, sed de publica Spiritus Sancti reuelatione, siue publicatio eius opere, quod est peccatorū remissio. Nā quicumque ab initio

*Allegorie Christi de flumine interpretatio.*  
*Spiritus Sancti opus.*

ab initio mundi Deo crediderunt, Spiritum Dei habuerunt. Similiter sancti Prophetæ organa fuerunt Spiritus Sancti, quo inspirati loquuti sunt: atque ante crucem C H R I S T I, Apostoli verbo C H R I S T I adherentes, donati sunt Spiritu Sancto: sed non tam opulente & largiter, tātāque efficacia & apparitione, atque post glorificatū I E S V M C H R I S T V M ante cuius ascensum ad Patrem, dona Spiritus Sancti per C H R I S T V M siue remissio peccatorum inter omnes Gentes non prædicabatur publicè, non erat reuelatus Spiritus Sanctus: hunc Gentes ignorabant. Quamquam nonnulli eo tempore; quò hæc Hierosolymis fierent, & à C H R I S T O docerentur, fidei rudimenta conceperant, nondum tamen contigerat efficax ille & copiosus Spiritus, siue nondum manifestatus erat ille Spiritus Sancti afflatus, & efficacia, quæ post glorificatū C H R I S T V M in credentibus apparuit. Nunquam enim antea in specie linguarum ignearum apparuit Spiritus Sanctus: neque eos in quos descendit, reddidit omnium linguarum peritos; neque omnem veritatem edoctos, aut in vniuersum orbem ad prædicandam veritatem intrepidus, etiam aduersus omnes aduersariorum machinationes deduxit, quemadmodum post glorificatū C H R I S T V M. Aut nondum venerat visibiliter iuxta promissionem C H R I S T I, ad instruendum Apostolos, & ad ducendum reliquos credentes in omnem veritatem. Propterea quod I E S V S morte & resurrectione sua nondum glorificatus erat, nec in cælum ascenderat ad dexteram Patris confessorus: vnde iuxta suum promissum, missurus erat paraclētū ad suos. Spectat enim ad regnantē dare aut mittere Spiritū Sanctum, siue eam vim Spiritus in suos effundere. Quum ergo antea crucifigi illum quàm regnare oportebat, vt vniuersus orbis videret quid ipse C H R I S T V S litatione sui corporis, hoc est morte sua nobis apud Patrem Deum impetraverit, tunc in cælum subuectus, & ad dexteram Patris residens, Rex regum & Dominus dominantium, suis impertit & abundè effudit de suo Spiritu: & manifestè inter omnes Gentes reuelatus est Spiritus, & publicè nuntiata est remissio omnium peccatorum, per triumphantem I E S V M C H R I S T V M supra mortem, infernum, diabolum, & carnem: quos ligauit, & in barathrum ita retrussit, vt nihil habeant de quo queri possint aduersus credentes. Curramus igitur omnes ex animo ad hunc aquæ viua fontem, ad quem inuitat omnes bonitas I E S V C H R I S T I: quæ neque quenquam compellit nolentem, neque quenquam excludit: dummodo sitiens veniat, hoc est velit venire, velit verbis Domini credere, qui nullius personam accipit, sed omnibus ex æquo has vitæ aquas offert, & ad potum inuitat. Quid superest nisi vt pleno haustu bibamus, & hauriendis his Spiritus cyathis totam vitam protrahamus: vt in illo ad plenum poti, relictis huius mūdi miseriis & calamitatibus, cum illo aternam viuamus, cuius gratia salui facti sumus? Obserua Euangelistam hac sententiā (N O M D V M Spiritus erat datus, & c.) insinuasse, quod discipuli adhuc erant carnales ante receptum Spiritum in die Pēthecostes, in quo verè & plenè spiritalis facti sunt, subitoque mutati in alios viros, & deducti in omnem veritatem iuxta promissum C H R I S T I.

**Ex illa ergo turba quum audissent hos sermones eius, dicebant, hic est verè Propheta.**

Totus in hoc capite versatur Euangelista in colligendis enarrandisve disſensionibus, simul & illarum occasionibus in hoc festo Scenopægiæ obortis, quas alii Euangelistæ prætermiserunt. Posteaquam Dominus ad potandum Spiritum inuitasset credentes in se, multatque de Christiana philosophia disſeruisse: quanquam nondum ad plenum intelligebatur, illa tamen variè afficiebant multos de turba: quorum pars conspectis tot miraculis, tātāque sermonis authoritate dicebant, n i c est verè Propheta. Non pseudopropheta, aiūt, sed verè Propheta. Tribuūt C H R I S T O partes Prophetæ. Propheta enim nō ab alio quàm à Deo mittitur: nō sua ab hominibus accepta, sed purū verbū Dei peculiariter sibi reuelatū annuntiat: quasi dicerent: Hic est verè à Deo: diuina sunt omnia quæ hic reuelat.

**Alii dicebant, hic est C H R I S T V S.**

Alii magnificentius de illo sentientes, dicebant, Quid dicitis hunc Prophetam? Imo hic est ille C H R I S T V S & Messias, quē suis vaticiniis promiserunt lex & Prophetæ. Hic est ille de quo Moyses (Deuteronomii cap. 18) admādaui obēdremus. Prophetam, inquit, de medio fratru vestrorū fuscitabit vobis Dominus Deus vester: ipsum, sicut me, audietis. Obserua: Credere I E S V M esse C H R I S T V M, est credere eum esse Regē nostrū coram Deo, sacerdotem, interpellatorem, mediatorem, gubernatorem, rectorē & conseruatorem.

*Propheta organa Spiritus.*

*Spiritus Sancti aduentus visibilis.*

*Regnantis principum.*

*Christus volentem à gratia non excludit.*

*Propheta partes.*

*Promissio de Messia. Iesus est Christus.*

*Credere Iesum esse Messiam.*



Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit CHRIS-  
TUS? Nónne Scriptura dicit, quia ex femine Dauid, &  
de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit CHRISTVS?

Locus natalis  
Christi putatus.  
Galilæa ab He-  
rosolymis cõ-  
tempor.  
Iuda tribus no-  
bilis.

Messias ex Da-  
uide.

Quare Christus  
non docuit Iu-  
daos quòd na-  
tus esset in Beth-  
leem.  
Veritatis cogi-  
tate oppugnatores  
relinquendi.

Obstinati anti-  
mi exitium.

Bethleem patria  
Dauid.

Christus non  
est dissensionis  
author.  
Scandalis Dha-  
risæorum propria  
malitia acceptis

Quia CHRIS TVS in ciuitate Nazareth educatus est, vbi parentes haberet, illicque  
frequenter habitaret, & in Galilæa prædicare cõpisset, vulgus putabat ciuitatem Nazareth  
fuisse illius locum natalem. Proinde Iudæi tribus Iudæ, & Hierosolymitæ, non habebant in  
pretio Galilæos, quos semipaganos existimabant: tum quòd Gētibus & vicini & admixti  
essent: tū quòd nec legis peritiã præcellerent, nec vnquam illis ortus esset Propheta de quo  
gloriarı iure possent: At tribui Iudæ promissus erat Messias ex femine Dauidis habentis  
regiam Hierosolymis, vnde vtraque tribus magnopere gloriabatur, vendicās sibi gloriam  
CHRIST I venturi. Quidam igitur de turba Pharisaico fermento corrupti, moluntur  
illorum qui bene de CHR IST O sentiebant, opinionem refellere: idque conantur stu-  
diosè facere, nimirū ex Scripturis argumentatur, dicentes, Illudimini ò turba, Quis puta-  
uerit hunc esse CHR IST VM, si Prophetas modico etiam studio expendit? Num qui  
uenturus est Messias, à Galilæa proditurus est? quasi dicant, non: An non Prophetica Scri-  
ptura apertis verbis insinuat, Messiam nasciturum ex femine Dauid? Hieremiæ cap. 23,  
Ecce dies veniunt (dicit Dominus) & suscitabo Dauid, germen iustū, & regnabit rex, & sa-  
piens erit, & faciet iudicium & iustitiam: qui Dauid fuit ex tribu Iuda: quin & natalis  
oppidi nomen expressit Propheta dicens, eum nasciturum in Bethleem, quæ est ciuitas  
Dauid, tribus Iuda. Micheas cap. 5, Et tu Bethleem terra Ephrata, paruula es ex millibus  
Iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit dux in Israel. Quum igitur hic sit ex obscuris pa-  
rentibus, nimirum ex Ioseph fabro, & pauperula muliere Maria, cuius etiam cognatos &  
parentes cognoscimus: & ex ignobilis regionis Galilææ obscuro oppido Nazareth ortus,  
quī fieri potest hunc prædicetis Messiam esse, nisi dissimulaueritis, & aduersum Prophe-  
tis palam dicentibus: non ex Nazareth sed Bethleem, & ex femine regio, tribu totius Iudæ  
sanctissima? Mirabitur forsitan aliquis dicens, Quum CHR IST VS audiret Iudæos eo  
offendi, quòd putarent ipsum natum in Nazareth, & non in Bethleem, cur non indicauit  
illis se natum in Bethleem? proculdubio id fecisset, si hoc solum fuisset eis obstaculo: sed  
corruptis moribus pleni, male affecti erant, nihil magis exosum habentes quàm veritatem:  
vnde non potuerunt pati & sustinere CHR IST VM Euangelium annuntiantem, quare  
si non hoc, certè alio se offensos simulassent, tanta erat illorum impietas, Offenderat qui-  
dem hic scrupus suprā Nathanaelem dicentem, A Nazareth aliquid boni esse potest? sed  
quia bono & sincero affectu quærebat Dominū, nullo etiam adhuc signo viso, Dominus  
dignatus est illi impartiri suam gratiam, illūque commendare, vt virum nõ dolosum, sed  
bonum & pium, qui ob legis studium id dixisset, Ex Nazareth potest quid boni esse? Isti  
autem tot viderant signa, audierant sermones planè diuinos, quibus, nisi tam obstinato &  
peruerso fuissent animo, ita fuissent Domino additi, vt de loco natali eius aut non cogi-  
tassent, aut dubitantes Dominum de eo rogassent: sed tanta istorum erat versutia & im-  
pietas, vt totis viribus conarentur veritatem (quam discere debebant) à se propellere. Iusto  
itaque iudicio Dei factū est, vt suis demeritis illos latuerit, vbi natus fuerit CHR IST VS,  
& offendiculi occasione propria malitia acceperint, Obserua: NON N E Scriptura dicit,  
quia ex femine Dauid? supple 2. Regum cap. 7. & Micheæ cap. 5. vbi erat Dauid, id est,  
Quæ Bethleem erat Dauidi patria.

Dissensio itaque facta est in turba propter eum.

Non est quòd ex his aduersarius dicat CHR IST VM dissensionis authorē, qui est prin-  
ceps pacis. Nõ enim (ait Paulus 1. Corinth. cap. 14.) dissensionis est Deus, sed pacis: at inter  
homines veritatis impatientes, & sua ipsorum infidelitate turbatos, è prædicatione CHR I  
ST I & verbo audito oriuntur dissensiones: non quòd Euangelii disceptandi causam det,  
sed illi propria malitia occasione accipiunt, vt hic locus indicat. Disceptatū est de I E S V  
in turba, cui disceptationi non sese admiscuit I E S V S: tum quòd malenoli illi sua impu-  
ritate merebantur non doceri: tum quòd si discere voluissent, poterant à cognatis per-  
contari, & intelligere ipsum in Bethleem natum, & à Dauide duxisse genus.

Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum:  
sed nemo misit super eum manus.

Quibusdam non deerat impij maleficii voluntas & conatus, quos vsque adeo liuor &  
odium

odium excæcauerat, vt apud se destinarint, certòque proposito statuerint manus iniicere  
Domino I E S V. At ligabantur inuisibilibus cathenis, cohibente illos diuina virtute: quid  
enim potest humana malitia aduersus eum, in cuius manu cuncta sunt posita? Locus hic mi-  
rum in modum consolatur pios, quo admonentur Deum curam suorum habere, qui non si-  
nit impiorum conatus vim suam semper exercere. N E M O misit manus in illum, quia non-  
dum venerat hora, hoc est non poterant manus illi iniicere, quia ille nolebat. Sic perfacile  
est Deo, quoduis periculum auertere suis, etiam vbi nihil apparet præsidii.

Cathena inuisi-  
bilis.  
Prorum consi-  
lacio.

Christus suam  
curam habet.

Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Phariseos.

Mirabile visu auditūque. Satellites, immite genus hominum, & ad omne opus faci-  
nũve quale quale fuerit mercenarium, mutatis animis, deposito liuore ac odio, omni im-  
manitate seposita, redeunt mites & pacifici ad Phariseos, qui expectabant vt captum liga-  
tũque I E S V M adducerent, quò tandem odium suum in illum saturarent. At longè aliter  
contigit: nam quicquid illorum malitia moliebatur, in sua ipsorum capita recidit, & ad  
I E S V gloriam profecit. Volētibz enim è medio CHR IST VM tollere, vt nomen & præ-  
dicatio eius extingueretur, contigit, vt quam parauerant foueam, in eam inciderint. Perit  
enim istorum doctrina: perdidērunt patriam, libertatem, dominatum, omnẽque cultum  
veterem, & tandem miseram seruitutem profugi facti sunt.

Sat. lites homi-  
num genus im-  
mice.

Malum in suum  
authorē recidit.

Et dixerunt eis illi, Quare non adduxistis eum?

Pharisei expectatione sua frustrati, quum vidissent quos ad capiendum CHR IST VM  
miserant vacuos redisse, perciti, & veluti è furiarum fornace prodeuntes, nihil præter ter-  
riculamta & minacia verba proferunt, Interrogantes quasi de latrone, Quare quod tam  
studiosè à principibus & reipublicæ moderatoribus admandatū est vobis, non fecistis? quid  
causæ est, cur istum non adduxeritis? En videre est quātum hi Rabbini, legis doctores, Scri-  
bæ & Pharisei sanguinis innocentis stibundi fuerint, quantaque fuerit istorum durities  
& obstinata malitia, penes quos legis ac religionis totius erat professio, qui non solum ni-  
hil in pietate ex doctrina & miraculis CHR IST I promouebant, sed etiam modis omni-  
bus euertendo Euangelio operam dabant & efferatioris reddebantur: quum tamen agno-  
scere poterant, quantum illos pudere debeat, quòd soli obstinatis animis aduersus verita-  
tem semper aliquid molientes, nihil ad resipiscentiam commouerentur: sed magis ac magis  
desiperent, insanientque quòd imperita multitudo, rudes Galilæi, Samaritani, Cananæi,  
imo & ipsi Ethnici nullo religionis cultu ornati, atque totus populus sermone & miraculis  
CHR IST I non solum commoti essent, verum etiam crederent.

Principes san-  
guinis stibundi.

Phariseorum  
durities.

Responderunt ministri: Nunquam sic loquutus  
est homo, sicut hic loquitur.

Magna ministrorum constantia ad perhibendum CHR IST O testimonium cotam  
æmulis, & his quos habebant & reuerbantur vt dominos. Rogantibus Phariseis cur non  
obiissent quod ab ipsis mandatū erat, non causabantur ministri nimiam turbam, aut ti-  
morem tumultus, qui obstitisset ne caperetur, aut alia quæ comminisci poterant: sed depo-  
sita omni tergiverfatione & excusationis suffugio, admirandæ CHR IST I doctrinæ præ-  
cones fiunt, ingenuèque fatentur se quidem eo animo ad I E S V M abiisse, vt eum captum  
adducerent: sed breui sermone I E S V eodẽque efficaci audito sese transformatos, vt quod  
apud se faciendum statuerant, reluctantibus animis efficere non potuerint. N V N Q V A M  
sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Quasi dicerent, Si patulis & attentis auribus præ-  
dicantem audiuissetis, non secus atque nos iudicaretis illum non aliorum hominum more  
loqui, sed præcellẽtore modo quàm alius quispiam possit: atque in eo quicquam diuini  
admiraremini, quod certè aliorum hominum naturam excedit. Huius sermo tanto lepore  
& tam efficaci virtute lenitus est, vt sua virtute penetrarit ad intima vsque cordis, & vel in-  
uitos ad contemplanda cælestia, relictis his carnalibus nos inuitarit, inuitatos attraxerit, at-  
tractos in alios viros transformarit. Modum quo id factum fuerit ignoramus: sed vsque a-  
deo nos oblectarunt sermones eius, vt nihil magis in votis habeamus quàm tantum virum  
posthac sæpius audire. Nolite itaque interrogare cur hunc non adduxerimus: putaremus  
sanè grande nefas & scelus inexpiable, si huic tam insigni ac verè sancto viro, manus  
iniiceremus, qui nẽ de iniiciendis quidem cogitare vellemus, tãtum abest vt scelestum hoc  
facinus aduersus hunc tali doctrina verbòque cælesti præditum virum moliremur. Dicite:  
Quis possit tam efferato animo esse, qui huiusmodi viris manus violentas iniicere velit?

T testimonij ef-  
ficax de Chri-  
sto.

Augustinus all-  
quid facie hu-  
mana in Chri-  
sto cognitum.



Coria etiam malorum in manu Dei.

Obserua: Quemadmodum cor regis in manu Dei est, vt quorsum volet, inclinari permittat illud: ita & voluntas, conatus, & consilia ministrorum principis, in manu Dei sunt: qui conentur molianturve quicquid volent, nihil tamen efficere possunt, quod non permiserit Dominus. Exemplo nobis sunt hi ministri, qui deliberato consilio à Pontificibus exeunt, seque itineri accingunt vt in es v m comprehendant. At in medio conatu frangitur comprehendendi animus, vt neque exere nefariam & impiam suam voluntatem, neque in es v m manus iniicere potuerint. Quid ista nos docent, nisi in aduersis vt duremus & patientes simus, certò apud nos statuentes, aduersarios nihil amplius in nos posse, quàm quod Dominus permiserit, videritque quantum ad salutem nobis vsu fuerit? Sunt & in Sacris multa huic nõ abfimilia exempla. Legimus (Genes. cap. 31) Laban hostili & inimico animo persequutum fuisse Iacob fugientem: at quum Iacob fugienti proximus esset, audiuit vocem cælitus demissam, Cane (inquit Dominus) ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. En vides inimicum & hostilem animum ipsius Laban fractum & impeditum, ne Iacob incommodaret. Similiter inimico & hostili animo obuius ibat ipse Esau fratri Iacob, vt solent, si cœperint, fratrum iræ esse acerbissimæ: at in media via fractus est acerbis & hostilis ille animus Esau, qui currens & obuius fratri Iacob factus, amicè est illum amplexatus, tatum abest vt quicquam mali facere fratri molitus fuerit. Hæc dum meditamur: ipsamur, & toti Deo adhæremus. Sunt enim huiusmodi meditationes, fidei nostræ pabula, quæ suggerunt nobis copiosam annonam, vt in afflictionibus perduremus, certi Deum habere curam de nobis, qui aderit, neque nos deseret, neque nos sinet teteri supra id quod possumus. Præterea hæc nos docent, sic magistratui obediendum esse, ne tamen innocentes contra mandatum Dei lædamus, aut ne occasionem demus qua lædantur. Item hæc nos docent, quatenus magistratui obediendum sit: nimirum eatenus, quatenus non præcipiat impia. Est certè in omnibus his curandum maximè, quod Petrus in Actis clamabat, Oportet Deo magis quàm hominibus obedire.

Responderunt ergo eis Pharisei: Nunquid & vos seducti estis?

Testimonium quod c h r i s t o ministri tulerunt in Synagoga, tam vrgens fuit, vt hoc nullum magis grauaret ac traduxerit Phariseorum obstinatam malitiam. Qui dum totis viribus c h r i s t i a u t h o r i t a t e m extinguere conantur, illorum conatus in diuersum sese exerit. Molientes enim doctrinam c h r i s t i subuere, illam celebriorem reddunt atque confirmant. Videntes ministrorum constantiam de c h r i s t o tam sincerè testificantium, sui animi adhuc furorem dissimulant, & submissiore ac mansuetiore sermone ministris loquuntur, quàm certè ferat cogitationum vesania. Timebant enim ne illi prorsus auellerentur à Synagoga, & sequerentur c h r i s t u m . Adeste dum (aiunt) quid istud est quod accidisse videmus? n v m & vos, qui estis ex nostris, nihil ad promiscuam turbam spectantes, & nobis legisperitis semper adhæretis, imò qui alteri latius nobis claudere videmini, ab hoc impostore seducti estis, vt à Synagoga ad eum seductoria doctrina defeceritis?

Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis?

Argumento ab autoritate magnatum, suoque ipsorum exemplo non solum probare, sed etiam conuincere conantur Pharisei, ministros seductos esse. Quasi vero æstimandum veniat Verbum, & Euangelium ex magnorum autoritate hominum, & non ex seipso & natura sua. Nihil certè mutatur Euangelium ab hominibus: è cælo est & cælitus demissum. Stultum prorsus & vanum est istorum argumentum: An non experimini & sentitis istum hominem, inquit, impostorem esse? Si verax & nullomodo impostor esset, an non existimatis viros in lege peritos, quales hic videtis, Scribas, doctores, Phariseos religione ac pietate eximios, & principes Reipublicæ, & sanctæ huius gentis studiosissimos, simul & multa autoritate præstâtissimos, illius sermonibus suffragaturos? At videtis ne vnum quidem ex optimatum numero qui illius doctrinam sibi per suaserit, illam approbauerit. Malè profecto argumētantur magni illi doctores, dialectici scilicet: Principes & Pharisei non suscipiunt c h r i s t u m , ergo vulgus non debet suscipere. Non est comparanda fides nostræ & Christiana philosophia ex fide & doctrina principum & Phariseorum, sed è verbo Domini comparemus oportet. Vnde nemo sapiens hac vtetur ratiocinatione, Qui nobis præfunt, hæc faciunt, ergo eadem facere nobis licet. Aut Reipublicæ moderatores non hæc faciunt, ergo nec nobis eadem factitanda sunt. Non enim quid faciunt aut non faciunt, sed quid iure facere aut non facere debeant, attendendum est: neque tam studiose & sollicitè pensandum est quid alii agant, quàm quid nos ipsi agere debeamus.

Sed turba

Euangelium nõ ex magnatum autoritate est mandatum.

Fides è verbo non magnatum autoritate comparanda. Phariseis vix institutæ.

Sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti sunt.

Exhortantur Pharisei ministros ne sequentes turbam, cum turba seducantur. Quasi dicerent: Nihil vos commouere debet quod plebeculam istam & totius plebis fecem videritis seductam, & huic impostori adhærentem, quandoquidem hæc non nouit legem, id est non habet scripturæ exactam cognitionem, rudis & ignara legis est, propter quod facillè seducta est, dum sine consilio & ratione sequitur quæuis ad suam damnationem. Omnes sunt maledicti, hoc est execrabiles, qui impostore sequuntur innumeris maledictis digni. Aut maledictos dicunt, quod scriptum sit Deuteronomii cap. 27, Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Iam quum turba legis ignara esset, nec posset omnia legis cognoscere, sicut erat onus importabile (vt ait Petrus in Actis, quod nec nos nec patres nostri portare potuimus) maledictos illos Pharisei iudicabant, non considerantes quod ipsi grauius transgredierentur, qui in lege periti, agnoscebant quid lex in primis requirat, Dei timorem scilicet & proximi dilectionem: à quibus se maximè alienos hoc facto prodiderunt, dum Filio Dei hostiliter aduersantur: & hoc pessimo suo de plebe iudicio, liuorem & odium aduersus proximum sine misericordia & æquitate exerunt. Proinde Christianæ Philosophiæ studiosi non minimum est veritatis fidei in c h r i s t u m argumentum, quod plebecula, rudes & ignari in c h r i s t u m credant: & principes, potentes & sapientes huius sæculi non credat: Nec enim possunt, quia nolunt carnalem suam confidentiam, sapientiam, potentiam, sanctitatem in fide abnegare, & se cruci captiuos dare. Ambiant honores, spirant gloriam, deliciantur, & mundi voluptatibus oblectantur: Itaque crucem abominantur, & c h r i s t u s crucifixus, est illis abominatio. Huc pertinet quod scribit Paulus 1. Corinth. cap. 1. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Propter hæc autem nolim existimes Dominum abieisse principes, qd sint principes: Sunt proculdubio magistratus à Deo ordinati: imo ne vllum quidem hominū genus reiicit: Sed reiicit eos qui sua carnali sapientia, potentia, & sanctitate, in mundo se conspicuos volunt, nec se cruci & potentie c h r i s t i dedunt. Propterea fit vt ferè habitet in abiectis & iis qui sunt huius mundi peripsema.

Dicit Nicodemus ad eos: Ille qui venerat ad eum

nocte, qui vnus erat ex ipsis.

Vsq; adeo paucorum est fides, vt in tam frequenti concilio Phariseorum, scribarum, seniorum ac sacerdotum, vnus duntaxat pius inueniatur, nomine Nicodemus, qui, vt fides Dei, in tempore suo fructificat. Is est qui metu Iudeorum noctu adierat in es v m, vt secreto colloquio, certius aliquid ab eo cognosceret: qui vnus erat ex ipsis primoribus sectæ Pharisaicæ, non tamen incredulus.

Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?

Inter Phariseos c h r i s t i inimicos sedens Nicodemus, neque palam c h r i s t o adherere, neque ipsi patrocinari aperte audebat: at tamen non sustinuit, vt in totum eum desereret: credebat siquidem in eum, quanquam admodum infirmè. At dum videt illos gladiatoriis animis in exitium in es v tendere, dum plus non audet, moderatur patrocinium suum, obiciens Phariseis quod etiam pro malo quoque viro sed nondum conuicto, dici poterat. Est nobis (inquit) lex Exodi cap. 23. de non temerè damnâdis accusatis: qua præcipitur, vt priusquam sententia feratur, iudices ita paruam, ac magnum audiant, nec cuiusquam personam agnoscat. Saltem huic viro hoc iuris tribuatur quod cõmune est omnium, & etiam ab ipsa lege datur maleficis. Conuincantur profecto Pharisei (nisi manifesti legis præuicacatores videri voluissent) dum obiectam sibi legem audirent, quæ iustum iudicium faceret, & neminem nisi conuictum condemnare præcipit. Magnæ prudentiæ fuit in Nicodemo: quos cognoscebat nullius veræ fidei argumentis & rationibus, à tam scelerato instituto recessuros, nec audituros quidem, eos à tam impio scelere sua ipsorum lege detertere: atque hac interpellatione factum esse, vt pestilens hoc concilium in præsens dissolueretur, & nihil contra Dominum statueretur. Obseruemus hoc loco, Nicodemum fructum aliquem attulisse, etiam in hac periculosa conditione, & infirma sua fide.

Turba non nouit legem.

Maledicti.

Legis partes.

Grave fidei argumentum.

Magistratus à Deo sunt.

Nicodemus occultus Christi patronus.

Iudicibus perpe tuo præscriptum.



Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es?

Male habet impios, si quis pius sceleratis ipsorum conatibus resistat. Quum Pharisei consilium Nicodemi tanquam impium resellere & condemnare non possent, ad conuitia vertuntur: ut quem iure reum agere nequeunt, cum hæreseos & sectæ Christianæ Phariseis cõtrariæ, infimulēt. N V N Q Y I D & tu Galilæus es? Per contẽptum vocat eum Galilæum, tanquam à Galilæo seductum, aut Galilæi discipulũ. Hoc concedimus (aiunt) turbis, & imperitæ turbæ venia dari potest: at non pudet te principem Synagogæ & legislatorẽ, discipulum esse huius impostoris Galilæi? cui non adhæret quisquã, nisi quidam rudes, & mediæ fæcẽ plebis, homines abiectissimi apud homines, apud Deũ verò execrabiles & maledicti.

Villa capita sequuntur Christum.

Scrutâre Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta nõ surgit.

O quàm ridiculum teipsum præstas, & inscitiam tuam prodis, dum huic impostori patrocinaris videris! Tunc legis doctor es, & ignoras à Galilæa Prophetam nunquam surrexisse? excute Scripturas, si vsquam comperies Prophetam à Galilæa exortum fuisse. Stultè & impiè Pharisei Nicodemo respondent: non enim Nicodemus dixerat I E S V M Propheetam esse: sed neminem damnandum esse, cui non fuerit defensionis locus, & cuius non fuerit cognita causa. At non solet syncerum & rectum esse iudicium, quorum liuor & odium mentem occupauit. Insimulant & accusant Nicodemum cum hæreseos, quod Christo adhæreat: tum imperitiæ, quod historiarum scripturarumque sit ignarus. Inoleuitque mos iste apud magnates, qui nolentes audire sana consilia, conantur alicuius factionis aut impij facti suspectos reddere qui rectè consulunt. Sed dum isti hæc aduersus Nicodemum moliantur, suam inscitiam produunt, dicentes à Galilæa Prophetam non surrexisse, quum Helisæus Propheta in Galilæa exortus fuerit, 3. Reg. cap. 19. Quod si de illo eximio Propheta in lege promisso intellexerint, excutiant Prophetas, & cognoscent quoniam Nazareus ille vocaretur, hoc est, esset: qui prædicationem suam in Galilæa cepit: in qua & magnus ille Ioannes Baptista surrexit, apparuitque prædicans regnum Dei. At isti quemadmodum & hypocritæ pseudodoctores, nihil crebrius personant, quàm Scripturas, quum interim à Scripturã intellectu alienissimi sint. Hæc cõuitia passus est Nicodemus, typum gerēs piorũ, qui simile referunt præmiũ ab impiis, si quid rectè cõtra illorũ impium conatum consultaerint.

Helisæum Galilæum.

Et reuerſi sunt vnusquisque in domum suam.

Posteaquam vltro citroque controuersum est, pestilens illud concilium dissolutum est, ac quisque in suas aedes rediit, impio & sacrilego proposito dilato, sed non mutato, tanta erat istorum immanitas & effrenis vesania.

CONCILIATIO PRIMA.

Videtur pugnantia quædam esse in his quæ C H R I S T V S dixit, Ego non ascendam ad diem festum istum, quum paulo post dicatur ab Euangelista, Tunc & ipse ascēdit ad diem festum. Respondeo: C H R I S T V S non ideo recusauit se profecturum cum cognatis ad diem festum, quod vel timuerit aduersariorum insidias, vel omnino ad festum proficisci noluerit, quum postea profectus sit: sed quod noluerit carnalibus cognatorum affectibus seruire. Sic & in nuptiis non simpliciter matri denegauit quod petierat, sed significauit se in his quæ sunt Patris opera, non inseruiturum iuxta humanæ & maternæ voluntatis postulationem. Vnde rursus à sermone Euangelico indignatur sese per matrem & cognatos euocari foras. Et aliquantisper in Cana commoratus cum propinquis suis, relicto illis aggreditur munus prædicandi. Denique pendens in cruce, matrem, mulierem appellat, velut in eo negotio matrem non agnoscentes. Quin & puer adhuc & duodecim natus annos, indignatus videtur, quod illorum autoritate ab his quæ Patris ipsius erant, auocaretur. Cognatorum ergo autoritatem & affectus semper solitus est submouere C H R I S T V S, quoties Euangelicum agendum esset negotium: quod quoniam totum arbitrio Patris volebat ascribi, non patiebatur humanis rebus inquinari. Huc maxime conuenit quod scribit Paulus ad Galatas cap. 6. In C H R I S T O enim I E S V neque circūcisio aliquid valet, neque præputiũ, sed noua creatura. Non ergo negat omnino se ascensurum, sed apertissime affirmat se nolle cum Iudæis (quos nomine fratrum Euangelista significat) festum agere diem, & umbras sequi: vt Prophetica quoque voce prædixit Esaiæ cap. 1. Incēsum abominatio est mihi: neomeniam & sabbatum & festiuitates alias nõ feram: iniqui sunt cœtus vestri: Kalendas vestras odiuit anima mea. Huc pertinet quod aliqua exemplaria habent iuxta Græcam lectionem,


nem ἐγὼ οὐπω ἀναβήσω, id est nondum ascendo. Eandem habet lectionem Chrysostomus scribens, Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendam adhuc. Non dixit simpliciter, Non ascendam: sed, Adhuc, id est vobiscum: quia tempus meum nondum impletum est: atqui in futuro paschate crucifigendus erat.

CONCILIATIO SECUNDA.

Hic locus, Rectum iudicium iudicate: pugnantiam habere videtur cum eo qui scribitur Matthæi cap. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Respondeo: Prohibent Scripturæ solummodo iudicium temerarium, impium, inuidum, fauore aut odio corruptum, iniquum causa non perspecta: non autem rectum iudicium, quod non solum non prohibet, sed etiam præcipit Dominus. Vnde iudices ordinatione diuina constituti sunt, vt iudicent homines secundum legis præscriptum, & causam Dei agant, non respicientes personam, sed solum causam considerent, Deuter. 1. & 2. Paralip. cap. 19: quos etiam ob id Deos appellat Scriptura, Exod. cap. 12. & aliis multis locis: Rom. cap. 13, Dei minister est. Quando autem in Matthæo C H R I S T V S vetat iudicare, priuatis personis loquitur, non autem iudicibus & magistratibus quos ordinauit. In totum vetat Matthæi cap. 7. ne condemnemus alios peccatores, quasi sumus videamurque puriores & integriores: sed potius nos ipsos iudicemus, vt ab aliis non iudicemur, vt docet Paulus 1. Corinth. cap. 11. & obseruemus trabem in oculo nostro, dum in proximi festucam videmus, Lucæ cap. 6. Aliud quoddam est iudicium spirituale ad doctrinam pertinens, quod simpliciter exigit Spiritus Sanctus, Matthæi cap. 7. Attendite à falsis Prophetis, &c. & 1. Ioan. cap. 4, Probate Spiritus an ex Deo sint.

Iudicium probatum.

CAPVT OCTAVVM.



IESVS autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dicunt ei, Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autè Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: Tu ergo

Docet Iesus populum in templo.

Mulier in adulterio deprehensa condonatur peccata.

Leuit. 20. 4

quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. IESVS autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Quum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hæc vnus post vnum exhibant, incipientes à senioribus: & remansit solus IESVS, & mulier in medio stans. Erigens autem se IESVS, dixit ei, Mulier vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem IESVS, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo loquutus est eis IESVS, dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisei, Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit IESVS,

Deuter. 17. 6

Lux Christi. 1 Ioan. 1. 6

Testimonium.

O'neet) oliueti. Et diluculo diluculo autem. Venit) veniebat. Et statuerunt) id est ante oculos eius. In adulterio) id est in ipso facto quum adulteraretur. Huiusmodi) eas que sunt eiusmodi. Sine peccato) vox græca signiſicat etiam eum qui peccare non possit. Audientes autem) hæc) q. d. quum à conscientia redarguerentur. Huiusmodi) v. s. que ad postremum. Et remansit, &c.) relictus est. Erigens, &c.) quum non in medio videretur præter mulierem. Condemnabo) tandem in ambulatione ambulabit.



Indicare.

Deuter. 19. b  
Matth. 18. b  
2. Corin. 13. a  
Hebr. 10. e.

Hora.

Mundus.

Fides.  
Mors.

Deus, Pater  
Christi.  
Rom. 3. 4

Crucefigendus  
Christus.

Credunt Iudaei  
aliquot.

Veritas.  
Liberare.

Seruus peccati.  
Rom. 6. c  
2. Petri. 2. d  
Filius.  
Abraham filii.

Fornicatio.

& dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio unde veni, & quò vado: vos autem nescitis unde venio, aut quò vado. Vos, secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam: & si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater. Et in lege vestra Scriptum est, Quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me Pater. Dicebant ergo ei, Vbi est Pater tuus? Respondit IESVS, Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Hæc verba loquutus est IESVS in Gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nec dum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis IESVS, Ego vado, & quæretis me: & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis, Vos deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis IESVS, Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis IESVS, Quum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo IESVS ad eos qui crediderunt ei, Iudæos, Si vos manferitis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei, Semen Abraham sumus, & nemini seruiimus vnquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis IESVS, Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum: si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filii Abraham estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud Patrem vestrum, facitis. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis IESVS, Si filii Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera Patris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati. vnum Patrem habemus Deum,

Secundum artem) id est humanum iudicium non verè indicabit, Et) pro nam.

Forsitan) utique.

In peccato) in peccatis. Vos) subaudi vestra opera. Deorsum) ex inferis, è terra.

Principium) principio, id est sum id quod à principio me esse dicat vobis: ut patens pro peccatis ponatur, & subaudiatur, Et tamen non creditis mihi. Habeo) id est possum.

Et iudicare) & pro etiam. q. d. etiam condemnare possi quod doctrinam meam videatis.

Quia Patrem eius, &c.) quod de Patre eis loquutus esset. In sermone, &c.) id est in doctrina mea. Liberabit) liber vos faciet. Amen, amen) id est quàm verissime. Non capit) non habet locum. Facio) faceretis utique.

Non facti) non fecisset si autem illius fuisset.

mus Deum. Dixit ergo eis IESVS, Si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me: ego enim ex Deo processi, & veni: nequè enim à meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelà meam nò cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & dyderia Patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nò stetit: quia non est veritas in eo: quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nò estis. Respòderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nónne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit IESVS, Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autè non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Propheta mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit IESVS, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, Quia Deus noster est: & non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham Pater vester exultauit ut videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis IESVS, Amen, amen dico vobis antè quam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum: IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo.

Et) subaudi mendacii, id est auctore) inuenter est. Arguet) arguere si veritate) si, id est quia.

Honorifico) con-honoro. Inhonorasti) ignominia affecisti.

Et non cognouistis) attamen non cognouistis habetis illum. Exultauit) vel optauit videre.

Tulerunt) per mendacium illorum, & prateritis) sic: ita legunt quædam exemplaria Græca.

Pater Iudæorù, Deus.

Diabolus Pater 1. Ioan. 3. b

Mendacium,

Verbum Dei audivi. 1. Ioan. 4. a

Propheta.

Abraham vidisti) diem Christi.

Christi secessit à turba.

Bethania ab Hierosalem 15 stadiis.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti.

CAP. VIII.



INITIA prædicatione, & enarrata turbæ salutari doctrina, quum Hierosolymis locus non esset quietus, & nox immineret: CHRISTVS in montem Oliueti concessit, in quem frequenter secedebat oraturus, idque noctu ferè. Hoc suo exemplo docens secessum conuenire Evangelicis præconibus post proximorum instructionem: die siquidem docebat in templo, gratiam Patris annuntians. Neque enim erat quod se dignius, aut hominibus vtilius præstaret, quum Patris & ipsius cognitio, sit vita æterna. Concessit igitur in montem Oliueti, orandi simul & gratias agendi causa: deinde fessas vires reparandi: quod in illius montis latere esset Bethania, gratum sibi hospitium, ab Hierosolymis distans stadiis fermè quindecim: quæ conficiunt paulò minus quàm passuum duomilia. Mons Oliueti est ad orientem Hierosolymæ; torrente Cedron interfluente, sabbathi habens iter ab Hierosalem, hoc est spatium bis mille passuum. Act. cap. 1. & Luc. 19.



## Et diluculo iterum venit in templum.

Suum prædicandi docendique munus ad aliquot horas **C H R I S T V S** quidem intermisit: ita tamen ut ad illud redeat postmodum **D I L U C U L O**, hoc est mane, sole oriente: ostendens quo zelo & feruore, quæve diligentia negotium Patris ageret, & quantum animarum nostrarum salutem sitiret. Rursus venit scilicet (ne metu crucis abiisse videretur) **I N T E M P L V M**, hoc est in suam aulam, in domum Patris sui: quæ insinuat qualis rex sit, quale regnum habeat, & qualem doctrinam: nimirum cælestem ac spiritualementem.

*Christus qualis rex.*

## Et omnis populus venit ad eum.

*Euangelium, doctena vniuersalis.*

Hic locus vim & potentiam Euangelii commendat, ad quod vniuersus populus confluxit. Legis doctrina certum quendam populum tantum habuit: at lex Euangelica vniuersalis est, omnium salutem prospiciens. Vnde non pars, sed vniuersus populus ad **C H R I S T V M** confluxit, partim superioribus miraculis & sermonibus in admirationem adductus, partim occasionem captans aduersus **C H R I S T V M**.

## Et sedens docebat eos.

*Christi officium.*

Non stat quemadmodum pridet, sed sedet: & ita sedendo suæ personæ philanthropiam commendat, demonstrans doctrinam suam pacificam & amicam, palamque præ se ferens se nihil metuere Phariseorum impias conspirationes. Sedit quædo homo factus est, formam serui accipiens. In qua dum docet, ostendit præcipuum suum officium, quod est nutiare voluntatem Patris: & errantes oves in caulas Patris reducere, quærere, & saluum facere quod perierat. Per susceptam enim humanitatem visibilis apparuit, & cœperunt homines de diuinis facilius doceri.

## Adducunt autem Scribæ &amp; Pharisei mulierem in adulterio deprehensam.

*Mulier in adulterio.*

Scribæ & Pharisei grauioribus sceleribus intus madentes, multoque sceleratioribus quam esset adultera, adducunt scilicet ex mera animi malitia (ut sequentia docent) mulierem deprehensam in adulterio. Scribæ & Pharisei nobis adumbrant eos qui literæ legis adhaerentes, cupidinis animis sunt ad vindictam, prætextu legis vlciscuntur, & vindictam curant aduersus fontes (quibus nequiores sunt intus) non animaduertentes se magnos esse peccatores, & coram Deo, æquali aut grauiore pœna dignos. Rursus non ab similes sunt his qui in alieno oculo festucam vident, in suo autem, trabem non obseruant, Lucæ cap. 16.

## Et statuerunt eam in medio.

*Mosaici iudices.*

Sistunt adulteram coram **C H R I S T O**, velut iudicem, pro accipienda certa sententia. Vnde **C H R I S T V M** in rebus ciuilibus & politicis iudicem: existimantes officium eius prospicere politiam & honestatem externam. Quasi verò iustum existimaret coram republica eum, qui externè seruaret legem: iniustum autem qui externè non seruaret, nihil interim curans de affectibus. Ad hunc modum iudicant Mosaici iudices, nihil de puritate affectuum cognoscentes: At non item **C H R I S T V S**, qui iuxta cogitatus & voluntatem iudicat, non autem secundum externa opera tantum.

## Dixerunt ei, Magister.

*Hypocritica saluatio.*

Magistrum salutant, cuius nolunt se discipulos. Verè hypocritica est hæc saluatio à Domino cognita, quem nihil quantumuis occultum fugit. Agnouerant isti malè feriatu homines Dominum mire facilem ac benignum erga peccatores, eoque sperant ipsum contra legem Moyfi adulteram absoluturum, atque ita daturum occasionem, ut merito & iure optimo possent in eum, tanquam legis Dei eneruatorem, seruire. Volunt igitur illum, hoc honoris titulo inescare, atque hæc non præuisurum retia putant: quæ, ut dissimulent, fingunt se illius discipulos, suisque nominis studiosissimos, vocantes illum Magistrum: cuius cælestem irrident doctrinam: Luc. cap. 16. quem alibi seductorem vocant & impostorem, supra cap. 7.

## Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.

Causa propter quam volunt sententiam ferri, simpliciter proponitur, sed quæ plena est hypocritici. Hæc mulier, inquit, quam modo coram te statuimus, deprehensa est in ipso facto, quum adulteraretur. Hæc accusatio mimetica est, typum gerens eorum qui foris, quantum ad verba attinet, causam proponunt contra proximum simpliciter, interim tamen liuor, odium, & vindicta animos occupant, multo sceleratioribus, quam eorum quos accusant, & reos peragunt. Quod adulteram accusent (quum legem Moyfi de damnandis adulteris habeant) non malè agunt: sed quod illam statuunt coram **C H R I S T O**, ut Domino infidientur,

dientur, & illi incommovent; perperam & malè faciunt: nec minus accusandi veniunt, quod ex animis vindictæ cupidis sine vlla commiseratione ream agunt adulteram.

## In lege autem, Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.

Dolis prætexunt Pharisei auctoritatem Scripturæ, ut pii & religiosi appareant. Moyses (aiunt) statuit nobis legem, ut huiusmodi lapidaretur. Leuit. cap. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera: Hæc lex veteris Testamenti de pœna adulterii ferè responderet legi Iulianæ de puniendis adulteris, ut capite plectatur. Obseruandum: Quum solus **C H R I S T V S** sua morte pro peccato satisfecerit, non infligitur mors alicui pro satisfactione & expiatione sui peccati: nam lex, siue supplicium per legem irrogandum, non in peccati expiationem respicit, sed in reipublicæ utilitatē, eōmodū, & pacificū cōiūtū: cuius interest ut cædes, homicidia, seditiones, & id genus scelera prohibeantur. Punittur fontes gladio, ut de medio populi auferatur malum: hoc est, ne impunito facinore, populus exemplū malū sequatur, & successu tēporis, iniquitatē pro iustitia, & peccatum pro virtute cōputet. Impunitas enim peccatorū occæcat, ut tandē peccatū non agnoscat peccatū esse. Huc pertinet quod Iulius Cæsar refert de Germanis, qui sua tēpestate cōmendabāt atrocitiam, quæ extra fines regionū suarū fieret: sed ea exercendæ iuuetutis & desidiæ minuendæ causā fieri prædicabāt. Ferūt alii Spartanos, Persas, & Scythas censuisse furta esse licita, & honesta iuuetutis exercitia. Stringit ergo gladiū lex in malos, non ad expandendū peccatū, quod sola respicientia deletur, sed partim ut paci reipublicæ cōsulatur, & à malis non inficiatur: partim ut malorū supplicio reliqui à malo deterreantur: & ne peccatū licitū in tantā peccati assuetudinē veniāt, ut peccatū non agnoscant esse peccatū: & quod impiū ac scelestū est, pro virtute ducāt. Quia ergo ex adulterio, cædes & perturbatio reipublicæ oriabatur, Moyses legem de puniendis adulteris, ut lapidaretur, tulit.

*Lex de adulteris.*

*Impunitas peccatorū occæcat.*

*Furti commendatio apud Germanos. Lex cur gladiū portat.*

## Tu ergo quid dicis?

Quid igitur censes tu, qui te Messiam nostrū prædicas? qui Filiū Dei & doctorē à Deo narras: qui legem & Prophetas tam appositè citas (quos tamen longè aliter interpretaris quam Rabbini nostri) qui supra Scribas & Phariseos nostros religionis Iudaicæ veteranos sapere vidēris: qui peccata solo verbo remittis, & te mitissimum erga omnes ostendis: quid de hac adultera modò in ipso facinore deprehensa, faciendum iubes? Nos in hoc limatissimum iudiciū tuum expectamus: proferto sententiam tuam, quam exequi parati sumus: Hanc iuxta Moyfi nostrī legem, populo lapidandam tradimus, nisi tu dissentis.

## Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum.

In speciem, Scribæ & Pharisei Dominum interrogantes, videbantur amici, probi, & **C H R I S T O** bene velle: sed illorū hypocritism detegit Euangelista, dicēs illos verè hypocritas, veluti omnium malorū lernam fugiēdos, quorū finis est tentare **C H R I S T V M**: è tentatione accipere occasione accusandi: ex accusatione, ansam damnandi: ex damnatione, causam occidēdi. Veniatur ergo ansam criminandi, dū mulierculā in medio cōstituit, ut **T E N T E N T C H R I S T V M**, hoc est, ut eum in sermone cōprehendant. Aiebant enim apud seipos, Hic prædicat se mitē, humilē & mansuetū erga omnes, vnde vniuersus ad eum populus cōfluit: præterea se missum à Patre ut peccata populi remittat: vnde paralytico, priusquam eum sanaret, dixit, Remittuntur tibi peccata tua: & mulieri peccatrici, Remittuntur tibi peccata: si des tua te saluā fecit. Itaque, si adulterā, iuxta Moysen, lapidandā censuerit, suæ mansuetudini detrahet, & occasione habebimus contēnendi auctoritatē eius apud populū, simul & mendacii eum arguēdi, ut qui multa de peccatorū remissione prædicet, quam tamen non præstet. Si verò absoluerit (quod futurum speramus) habebimus quod in ipsum intētemus crimen, qui non veritus fuerit cōtra diuinæ legis præscriptū, absoluere adulterā. Atque ad hūc modū coarctetur populi tumultus, & is impostor tāquam adulterii fautor, pro muliere lapidibus à populo obruetur. Huiusmodi itaque fuerunt hypocritarū insidiæ & callida cōsilia: quibus cōmentū sunt se inuenisse viā, qua vtrumuis faceret Dominus, in paratos incideret laqueos.

*Phariseorum dilemma.*

## IESVS autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terram.

**C H R I S T V S** vtroque quæstionis cornu pressus, ut vidit illorum technas & laqueos (quum nihil omnino, quantumuis occultū, eum lateat) non recusauit iudiciū delatū, sed diuina sua prudētia, ut illorū qui de censu Cæsari dando rogarāt, ita istorū malitiā elusit. Non iussit contra Moyfi legem necessariò cōtendendis maleficiis adhibitam, absolui adulterā, qui venerat ut legem consummaret, non abrogaret. Neque quum externi iudicis officio non fungeretur, voluit pronuntiare lapidandam, qui in mundum venerat, non ut perderet, sed quod

*Christus suo silentio aduersariorum insidias frangit.*



Christi inclinatio in terram.

perierat, saluaret. In primis nihil respōdit, sed suo silētio mulieri, quæ ad pœnā rapiebatur, est patrociniatus, vt seruaretur pœnitentiæ ac respiscentiæ remedio ad salutem. Huiusmodi ergo hypocritis rogantibus, non vt verum dicerēt, sed vt venarentur quo Dominū accusarent, hoc est, vt cōtra legē responderet, verbis nihil respōdit, sed ipso facto plus loquebatur. Nam inclinans se deorsum in terram, scribebat digito: vt dum aliud prima facie agere videretur nihil respōdendo, Phariseos ad querendum maiori cum importunitate vehementius prouocaret, suorumque scelerū deinde ita admoneret, vt præ pudore non auderēt cōsistere. Digni profecto erāt, quos incertos quid ipse sentiret, relinqueret. Hac inclinatione significabat sibi non placere accusationē Scribarū & Phariseorū: non quod mulierculæ facinus probare, quōdque legem de puniendis adulteris tollere vellet: sed ne videretur animis sanguinis innocētis & vindictæ cupidus, atque præ se vindictæ æstuantibus fauere & assentiri: deinde ne approbaret superciliosam, hypocriticā, sanguinariā, & immisericordem accusationem illam. Rursus vt accusatores qui se iustos videri volebant, multo sceleratioribus esse quā esset rea, muliercula declararet. Vt dum seipfos agnoscerēt, & internæ suæ impietatis cognitionem haberent, intelligerēt & seipfos & ream coram Deo esse eisdem monetæ & eadem pœna dignos. Itē vt ostēderet non temere de proximo ferendū iudiciū: atque hac in terra inscriptione insinuaret omnes de terra homines esse æquē peccatores, ab homine terreno terrenos ortos, & de peccatore peccatores progenitos. Postremō vt demonstraret, se non esse externū iudicem, qui in causis forensibus ciuilem & politicū magistratū exercere velit.

Quum ergo perseverarent interrogantes, erexit se, & dixit eis.

Hypocritarum modus.

Quum factō & sui inclinatione suam pronuntiaffet sententiā, qua illorum supercilium damnabat, quo sibi quisque nimis placebat, & animo supino proximum despiciebat, instabant tamen vt voce suam ferret sententiam, quanquam factō iam ostendisset quid de quæstione proposita sentiret. Hoc peculiare est hypocritis, vt non facillē cedant, etiam euidentissimis rationibus conuicti: sed clamoribus, conuictis, & modis omnibus insistent & aduersentur ei quem oderunt. Erectus igitur c h r i s t u s, non intelligentibus quid faceret, explicuit, illorum importunos clamores repressurus.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

Christus aduere accusatores reprimit.

Prudens & maturū est hoc respōsum, quo nec legis sententiā de plectēdis adulteris arguit, nec suā doctrinā de remissione peccatorū, & sua mansuetudine retrahit: sed Scribas & Phariseos ex propria iustitia turgidos & fastuosos cōfundit, omniumque cōscientiā percutit, efficitque occulta spiritus efficacia, quum dicit, qv i absque peccato est, primus, &c. vt vnusquisque sibi male cōsciū metuat, ne i e s u s (cui videbāt etiā occulta cordiū non esse incognita) proderet in publicū ipsorū impios cogitatus, & scelerosas machinationes. Simili respōsione quibusdā (Lucæ cap. 13.) respōdit, qui referebāt de Galilæis, quorū sanguinē Pilatus miscuerat cum sacrificiis ipsorū. Putatis (inquit) qd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiā habueritis, omnes similiter peribitis: ita hoc loco ait, qv i sine peccato est vestrum, primus in illam lapidē mittat. Quasi dicat: Meus aduētus huc, nō est vt in forēnsibus causis politicū & ciuile iudicē agam, & damnē quempīā aut absolua: sed specialiter huc veni, vt ostendam quidē omnes ex æquo peccatores esse corā Deo, & neminē quidē damnē, sed saluē omnes. Propterea quādo ita vrgetis vt meā voce feram sententiam: ego rex & iudex spiritualis, aio, qv i sine peccato est, &c. hoc est: Non solum hæc mulier est peccatrix, verū etiā vos omnes corā Deo estis peccato obnoxii. Lex externa iubet quidē mulierē istam plectendā: at quum lex spiritualis sit, & ostēdat vos æquē peccato obnoxios atque hanc mulierē, damnat vos perinde atque mulierē. Nam mulier opere adulterium designauit, vos concupiscētia & spirituali idololatria, illud perpetratis, vnde æquē grauiter peccatis: imō qui iusti vobis videmini, multo sceleratioribus estis q̄ illa: qui atrociori crimine, internis scilicet fœditatibus, avaritia, odio, inuidia, superbia, & id genus nefandis impietatibus toti madetis, & oppleti estis. Quid igitur? Nō reprobo Moyū legem de adulterio: sed hac mea sentētia dico, vt qui à peccato immunis est, primus in illā lapidē iaciat. Hoc respōso se & iustū & mansuetū ostēdit. Hæc vox iustitiæ est, Puniatur peccatrix: mox sequitur mansuetudo: sed non à peccatoribus impleatur lex, & ab eiusdē legis præuicatoribus. Discamus ex hoc loco contēplari publicos peccatores, qui ad publica supplicia rapiuntur: vt cogitemus nos coram Deo æquales peccatores cum illis publicis fontibus, nisi quōd coram mūdo, & de externo facto puriores sumus. Vnde obseruandum est quōd c h r i s t u s hoc loco confert inter se hypocritissimū & externa facinora: exæquans

Peccatores omnes.

Christi sentētia de adultera. Publici peccatores puniendi.

exæquans inter se hypocritas & externē flagitiosos, qui similiter legis iudicio (quantum ad peccatum attinet) exæquatur. Lex enim omnes concludit sub peccatum, sed non concludit omnes sub pœnam corporalē. De hac æqualitate omnium hominū coram Deo existētium peccatorum, consule Apostolum ad Rom. cap. 2. Proinde si hypocritæ externas legis pœnas non luant (propterea quōd non appareant illorum opera) dabunt tamen pœnas nunquam interituras: quæ sunt, maledictio, ira, indignatio & damnatio: quod nunquam legi ex animo obedire voluerint. Rogabit aliquis, Nulline licet iudicem agere, nisi innocenti? Atqui hac ratione data, nullus vnquam facinorosus plecteretur, quando omnes conclusit scriptura sub peccato. Respōdeo: c h r i s t u s non hic agit de functione magistratus, sed (vt paulo antē dixi) confert inter se hypocritissimū & externa opera. Quare, qualis qualis fuerit iudex, si sola causa rectē discussa iuxta legis præscriptum & verbum Dei iudicauerit, siue peccato fuerit obnoxius, siue alienus à peccato, rectē iudicabit, & sententiā licitē pronuntiabit. Iudex enim non est sententiæ author, sed lex, cuius minister est iudex. Si vero illius criminis agnosceretur esse reus, cuius alterum damnat, peccaret iudicādo, propter proximorum offendiculum: si verō peccatum iudicis occultum fuerit, nec ab simile tamen peccato rei, non peccat quidem pronuntiando legis sententiā in reum eiusdem peccati accusatum. Officium enim illius est sic ferre sententiā: sed peccat quod non respiscat, & in se non arguat, quod in altero iure punit. Proinde grauiorem recipit damnationem, & in semetipsum sententiā profert, dum in altero damnat quōd sibi liberē permittit. Obserua. Sine peccato Græcis legitur ἀκατακτάτος, quod non solum significat eum qui non peccauit, sed qui peccare non possit, vt indicauit Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium.

Lex, omnes sub peccatū, sed non sub pœnam concludit. Pœne æternæ.

An iudex in peccato possit iudicare.

Sententiæ author lex, non iudex. Iudex, minister legis.

Et iterum se inclinans scribebat in terram.

Breuit̄ & acutē quidem respondit: at vt hoc apophthegma (hoc est breuis & egregia respōsio siue sententiā quam pronuntiāuit) fortius illorū animis inhæreret, rursus inclinatus scribebat in terrā, depingēs quid ab illis vellet fieri. De qua re in terram scripserit non est memoratum, quanquam verisimile sit Dominum occulta spiritus efficacia illis insinuasē vim & energiam illius apophthegmatis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illā lapidē mittat. Vnde seipfos longē sceleratioribus cognouerunt, iis quos immani pœna lex puniret. Nam illa quam à populo lapidandam volebant, non occiderat maritum suum, sed infirmitate carnis laborans, alteri viro sui copiam fecerat. At Scribæ & Pharisei huius mulieris delatores, ambitione, luore, odio, calūniā, avaritia, fraude, & huiusmodi facinoribus oppleti, sanguinis innocentis stibundi erant: nihil aliud in votis habentes, quā totius legis Dominum, purum, innocentem, & prorsus omni labe carentem, captare ad mortem. Vnde quisque sibi cōsciū metuit ne quod latebat crimen, à c h r i s t o proderetur, & omnibus conspiciū fieret. Ferunt aliqui c h r i s t u m digito suo notulas quasdam in terram scripsisse, quibus quisque accusantium sua peccata coram conspiciebat, & menti obiecta cernebat. Magis mihi arridet prior sententiā.

Apophthegma.

Christus quid digito in terra scripsit.

Audiētes autē hæc, vnus post vnū exhibāt incipiētes à senioribus:

Quemadmodum Adamus audita voce Domini in paradiso, occultā vim legis habēte, ductus est in sui peccati cognitionē, & aufugit, ac abscondit se: ita & hi Pharisei lege ipsos condemnāte, ob oculos posita, & magnitudine peccati ipsorū manifestata, abierunt confusi à facie c h r i s t i: nam breui illo apophthegmate non solum illorū aures attigit, sed etiā in ipsorū corda irrupit. Vnius enim est (ait Paulus Hebræorū cap. 4.) sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionē animæ ac spiritus, cōpagum quoque ac medularū, & discretor cogitationū & intētionum cordis. Vnde quum solum legis terrorē attenderēt, & magnitudinē peccati apprehenderēt, nullāque de misericordia Domini subeslet memoria, mirandū est quā fieri potuerit nō animos despōderint, & laqueis (vt omnium ille miserimus Iudas) mortē sibi ipsis non cōsciuerint. Non enim aliā desperandi methodus apud eos qui spe destituti sunt, legitur. At bonitas c h r i s t i illos seruauit, vt respiscēdi, si vellēt, esset locus. Ad hanc ergo benignissimā c h r i s t i sententiā sibi quisque male cōsciū, ac metuēs ne proderetur, exhibat è tēplo, seruato quodā dignitatis & ætatis ordine. Præcedebant Seniores, Scribæ, Pharisei, cæterique primores Reipublicæ veluti seditionis & machinationum omnium aduersus c h r i s t u m autores, vehementiore affecti verecundia & pudore (A senioribus enim egressa est iniquitas, Danielis cap. 13.) quos tanquam duces reliqui minores sequebantur. Cōmendanda est hoc loco, vis, energia & potentia verbi Dei, simul & obseruandus veritatis triumphus contra suos aduersarios: Quadrigis aureis victrix vehitur veritas, victis & confusis aduersariis.

Verbi Dei efficacia. Adam audito Deo fugit.

Pharisei vixi Christi iustitia in terra, iugerunt.



Et remansit IESVS solus, & mulier in medio stans.

Abiuerūt confusi etiā qui inter eos & religionis & iustitiæ columnæ videbantur, dum tamen maximis vitiiis intus maderēt: atque his digressis solus IESVS REMANSIT, id est relictus est cum muliere. Ut intelligamus doctrinam Euangelicam non esse pro mundo aut hominibus mundi: mundus enim hanc odit, & eius authorem. Hæc vox, s o l v s, non excludit discipulos, sed eos qui tentabant. E T mulier stans in medio, id est immota à loco medio, in quo illam statuerant Scribæ.

Erigens autem se IESVS, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit?

Posteaquam digressi sunt delatores illi, non Domini comminationibus territi, sed sua ipsorum conscientia condemnati, seipsum erexit Dominus: qui videns solitudinem, & mulierem ab accusatoribus dimissam, mansuetudinem & bonitatem suam exeruit. Non scuit in mulierem peccatricem, vocas scortum, peccatricem, adulteram, inferni titonem, à dæmone obfessam, perditam, & iam damnatam (ista sunt huiusmodi fulmina quibus conscientiarum carnifices hætenus vsi sunt, vt sanctuli corā hominibus apparerent, & suam rapacitatem prætexerent) sed blandè compellat eam, dicens, M V L I E R, vbi sunt qui te accusant? Num quisquam te cõdemnauit? Hac interrogazione Dominus docet Euangelium relinquere magistratui suā functionē inconuulsam. Nam Euangelium nõ administrat quidē gladium, sed tamē gladii authoritatem confirmat, & ratum habet quod ille in causis forensibus rebūque ciuilibus ad communem reipublicæ utilitatem decernit. Scribitur enim Prouerborum cap. 16, Pondus & statèra iudicia Domini sunt. Huc etiam pertinet principium 13. capituli ad Rom.

Quæ dixit: Nemo Domine.

Vehemens est hæc tapinosis in muliere. Seipsam humiliat, vocatque C H R I S T V M, Dominum, cuius se seruā & ancillā desyderat, vt in domo eius misericordiā inueniat. Expe-ctabat ex Domini sententiā (Qui sine peccato est, primus in illā lapidē mittat) ab illo se puniendā, in quo peccatū intueri nõ poterat. Itaque illa ait, N E M O me condẽnauit, quādoquidē omnes se agnouerūt peccatores, Domine. Quasi diceret, Tu solus immaculatus es, & qui peccare nõ potes, à te plectēda venio: at iam ego sensi q̄ sis māsuetus & misericors: tu esto Dominus meus: facito mihi hanc gratiā, qua tibi seruā, & sim ancilla tua: recipe me in albū & clasē tuorū, qui māsuetū te omnibus præstas: da mihi sibiudā vt bibā ex fonte, cuius potū hisce diebus hoc in templo docēs, omnibus sitientibus, & bibere desyderantibus, promissisti.

Nec ego te condemnabo.

Non huc missus sum vt iudicem mundum, sed vt per me saluetur mundus. Supra cap. 3, Meum officium est vt saluem, non condemnem. Ciuilis magistratus gladio plectit in hunc vsū, vt publica honestas ac pax promoueat. Meum munus est vt remittam peccata, & respicienti quanlibet enormia crimina commiserit, ignoscam. Nolim tamen ex his quempiam causari officia Euangelii & gladii ciuilis inter se pugnare & contraria esse, sed quod alterum sit ciuile, externam pacem respiciens: alterum, diuinum, veram pacem conscientiæ administrans. Nam si magistratus ciuilis quempiam ad furcam rapuerit, non tamen illius remissa sunt peccata: quia non plectit fontem, vt satisfiat peccato, & ipsum expietur coram Deo: sed plectit noxium quātum sufficit ad pacificum reipublicæ conuictū. Quare si quis velit peccatū suum expiatum iri, siue plectatur siue nõ plectatur à magistratu ciuili, ex solo C H R I S T O per fidē viuā expectāda impetrādaque est peccati remissio. Quum magistratus ciuilis te indemnātū reliquerit (ait C H R I S T V S) nec ego illo inclemētor ero, vt qui omnibus saluandis venerim, te condemnem. Legis quidem seueritas, pœnam infligit ad terrorem: at Euangelii gratia, non quærit mortem peccatoris, sed magis vt respiscat, & viuat.

Vade, & iam amplius noli peccare.

Officium suum, quod est remittere peccata, ostensurus, simul manifestat suam mansuetudinem. Mulierem absoluit, dicēs, V A D E, id est abi, & esto libera à peccato & gehenna illi debita. Deinde hortatur vt relicto vetere homine, nouum induta, ambulet in nouitate vitæ, ne sibi relapsæ deterius quid contingat. Discamus ex hoc loco vsū & finem iustificationis nostræ, qui est nouam incipere vitam, in ea ambulare, & amplius non peccare. Ad Rom. cap. 6. & Ephes. cap. 2. Hic locus admonet exemplo Christi, ne Episcopi & diuini verbi præcones, se forensibus causis & negotiis secularibus immisceant, quibus à suo officio & ministerio

Christi mansuetudo.

Conscientiarum carnifices.

Euangelium, gladium quem confirmat, non administrat.

Cõfessio mulieris humilitate.

Christi sanctè rogat adultera.

Magistratus ciuili.

Magistratus ecclesiasticus.

Magistratus ciuili & Euangelii non pugnans.

Magistratus ciuili non punit vt satisfiat peccato.

Iustificationis vsus.

sterio auocentur, quod est, verbo gregem pascere, & remittere in regno Christi (cuius sunt ministri) peccatoribus culpa seu peccatum: eosdẽmque hortari vt absoluti à peccato, ambulent in nouitate vitæ ambulantes, caueant relabi, & perseueret in fide, vt æternum Deo viuāt.

Iterum ergo loquutus est eis IESVS, dicens.

Posteaquam ablegati sunt delatores, & sua cuique prodita sunt scelera, ac dimissa est peccatrix, pergit C H R I S T V S ex hac occasione pro suo officio docere, & inceptū sermonem prætere, nõ interno verbo, sed vocali & audibili. Participium enim, P I C E N S, denotat vocale & audibile verbū. Vox, T E R V M, particula est cõnectiua à circũstantia tẽporis.

Ego sum lux mundi.

Quia quicquid ad pietatem, puritatem, & salutem nostram pertinet, pendet ab eo, vt agnoscamus & confiteamur, I E S V M vt Dominum, C H R I S T V M, & vnicum Saluatorem nostrum. Ipse totus in hoc versatur, vt sua doctrina & prædicatione nos prouocet alliciatque ad sibi credendum: & persuadeat vitam & omnia nobis necessaria à se petenda. Proinde allegoriis sicut & parabolis propter simpliciores (quibus sic proposita melius hærent) libenter vitur. Vnde proximo capite inuitauit sitientes, & promisit quod qui venerit ad se, & biberit, fluent flumina aquæ viuæ de ventre eius. Hac allegoria significauit, qui receperit ipsū vt saluatorem, & crediderit in eum, accipiet vitā æternam, & Spiritū Sanctum extinguentem omnem carnalem sitim. Nunc pergit interruptum sermonem propter adulteram, profecti: atque ex occasione liberatæ adulteræ, perueniunt allegoria ostendere & peccata ipsa & omnes homines tenebras esse: se verò, lucem, quæ tenebras, id est peccata expellat. Et qui seipsum abnegant, nec aliud videri student quàm sunt, lucem adeunt, & liberantur à tenebris: quemadmodum mulier adiit I E S V M, peccatrix: quæ quia se tenebras & peccatricem esse confessa, nec quod commiserit inficiata est, sperans se misericordiam consequuturam à iudice qui peccare non potest, decessit iustificata, in luce ambulans. Contrà vero Pharisæi qui sanctuli sibi videbantur, & seniores populi, qui plus sibi placebant quàm par esset, volentes pro iustis haberi, quum tamen toti peccatis maderent, fugerunt lucem quam pati non poterant, timentes ne illorum nefandum scelus proderetur. Itaque C H R I S T V S in templo docens, ait, E G O sum lux mundi: Quasi diceret: T ameti me vt humilè & abiectam personam existimetis, ego tamen sum non solum Galilææ & Iudææ, sed etiam vniuersi orbis, lux. Quum se I V C E M dicit, insinuat suam diuinitatē secundum quam lux est vnigenita, & lumen de lumine, atque splendor Paternæ gloriæ. Non dicit se habere lucē, sed se E S S E lucem: est enim I V X, non tantum quia mūdum illuminat ab effectu, sed etiam quia suapte natura est lux. Quum ergo C H R I S T V S suapte natura sit vera & tota lux mundi, nulli creaturæ conuenit lucē dici ex seipsa, sed ab eo qui est luminis fons & origo. Est igitur tota Adami hæreditas, seclusa gratia, tenebræ & densissima opacitas. Qui hæc solis carnalibus oculis intuentur, ridicula & absurda esse putabunt: sed qui huius lucis oculos habet, hoc est fidem viuam (qua huius lucis participes sunt) suspicient, & vera esse profitebuntur. Quare si quis peccati tenebris obfessus fuerit, easque dispellere voluerit, fide accedat ad C H R I S T V M, cuius radius & virtus mox peccatum ablegabit, & dispellentur tenebræ. Si quis inferni & mortis tenebras sibi molestas senserit, fide apprehēdat C H R I S T V M lumē verum, vitam æternā, & gaudium nunquam desituru. Hæc enim bona, illa fide viuā accipiet veluti sibi propria & iure peculii habita. Proinde vt vno & altero verbo summā rei dicā, C H R I S T V S vnicus est quo per fidē omnium afflictionū & tentationū quamlibet molestari tenebras penetramus & expellimus. Obseruāda est singularis quædā collatio C H R I S T I cum lumine Solis: quanquam C H R I S T V S multo alia lux sit nobis, q̄ Solis lumen corporibus. Quemadmodū enim Sol lumē suum in omnes mūdi partes proicit: ita & C H R I S T V S suum splendorē diffundit, nõ solum in eos qui post aduentū eius in carnem crediderunt in eum, sed etiam in omnes maiores ad Adamum vsque. Nam quum non sit aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri: sitque solus C H R I S T V S per quem accessus est ad Deū, quocunque tempore quis in C H R I S T V M credidit, is Deo gratus acceptusque fuit. Sol corporibus præluet, C H R I S T V S animis puris illucescit: Sol vitam ac vigorem præbet omnibus corporibus: C H R I S T V S idem multo præsentius præstat animabus.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

Magnitudine promissionis erigit auditorum animos C H R I S T V S, vt se cognoscant lucem indeficientem, cui nunquam contingere potest occasus. Nam si C H R I S T V S esset lux deficiens & quandoque occidens, certè aliquando accideret, vt qui ipsum, lucem, seque-

Episcoporum of- ficiū.

Tenebræ.

Christus lux.

Adami hæreditas tenebræ.

Christi & Solis collatio.



Tenebra.

Mors animæ.  
Christum sequi.

retur, esset in tenebris: sed ipse verax pollicetur, sequentem se nunquam in tenebris ambulaturum. Est igitur ipse **C H R I S T V S** lux indeficiens. Rogabit aliquis: Quid hoc loquor vocat tenebras? Respondeo: **T E N E B R A S** intelligit ignorantiam doctrinæ, cognitioni salutis oppositam, simul & peccata ipsa salutis contraria. Vt enim vita cognitio **C H R I S T I**, est vita animæ: ita peccatum & ignorantia **C H R I S T I**, est mors animæ æterna. Quid est, **S E Q V I C H R I S T V M**? Christus non solum ob oculos nostros veluti exemplar propositus est nobis (quo certe non aliud absolutius nobis proponi potuit: ipse enim solus iustus est, nos verò sub peccato omnes conclusi) verum etiam nobis à Patre traditus est, vt regula viuendi, & factis nos præcederet, & vitam sequentibus se, donaret. Quare hoc loco Sequi **C H R I S T V M**, est in **C H R I S T V M** credere, se totum in eum cōtradere, & in hoc perseverare vsque ad vitam æternam. Et id est **C H R I S T V M** sequi, qui præcedens lucet ad omnia salutis necessaria, ne quis in huius mundi diuerticulis impingat, neve in tenebris cupiditatum & iudicii carnalis aberret. Contra, Qui in **C H R I S T V M** non credit, sicut is spiritus **C H R I S T I** caret, ita necesse est eum in tenebris ambulare, id est sequi rationem humanam, malarum cupiditatum seruam & ministram: vnde is semper impinget, & nunquam non noxia sibi quaeret & sectabitur. Quid enim non noxium esse potest, quod quaeras neglecto præteritoque Deo? Huc pertinet quod Paulus dicebat, Ephes. cap. 5, Nolite ergo effici participes eorum: eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino, vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Cauendum est igitur ne ab hac luce diuertamus, ne deserat nos spiritus eius: qui si deserit, omnia Dei nobis stultitia erunt, nec poterimus ea capere: 1. Corinth. cap. 2.

## Sed habebit lumen vitæ.

Premiū sequi  
Christi.  
Lumen vitæ.

En effectus & præmiū sequelæ **C H R I S T I**, hoc est fidei in **C H R I S T V M**, simul & promissio qua ad sui sequelam nos inecat. Qui sequitur me, habebit lumen quo in vitam dirigetur: aut habebit me, **L Y M E N** vitæ, per quem viuificabitur: aut, Lumen vitæ, id est me, qui illumino ad vitam: aut Lumen vitæ, iuxta dialecton Hebraicam dictum est: id est, Habebit lumen viuificum, hoc est ipsam viuificationem. Et vt vno verbo dicam, is qui sequitur **C H R I S T V M**, viuet in luce: nam mortuorum est in tenebris conditi: viuorum est, in luce versari. **C H R I S T V S** verè dicitur lumen viuificum, qui quum sit vita, salus, & redemptio, cæcos illuminat, damnatis salutem confert, & mortuis vitam præbet, quam consequemur perfectam in cælis. Psal. 35, Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Tunc videbimus eum sicuti est, 1. Ioan. cap. 3. Atque hæc visio vita erit perfecta, beata & æterna. Obserua: Lumen visibile non dat vitam, licet exterius coadiuuat operationes vitæ corporalis. At hoc lumen **C H R I S T V S** nesciens occasum, vita est, dans nobis vitam: in ipso enim sumus, mouemur & viuimus omnes.

## Dixerunt ergo ei Pharisei.

Phariseorum liuor furor que (audita **C H R I S T I** magnifica de se prædicatione, sed verissima) statim ebullit ac efferbuit, nec sustinere potuit hoc **C H R I S T I** encomium, quo se lucem prædicabat: præsertim quum intelligerent ad gloriam **C H R I S T I** apud plebem aliquid accedere, de sua verò detrahi. Vnde subito obstrepunt & submurmurant apud plebē, ne à se ad **I E S V M** deficerent, & eum sequerentur. Hoc superciliosum genus hominum, humilitate & abiectioe personæ **C H R I S T I** offensum, non potest credere **C H R I S T V M** esse lumen mundi, & vitam æternam esse præmiū sequelæ **C H R I S T I**.

## Tu de teipso testimoniū perhibes: testimoniū tuum nō est verū.

Hoc peculiare est blateronibus & maleferiatis hominibus, vt conuicti, nihil que ad manum habentes, quod excusationi intentarent, de facili reperiunt, quod in virum probum veritatis amatorem calumniantur. In conuitia mox prorumpunt, & commentitia plenaque mendaciis verba regerunt, quæ igneo liuore in stomacho & cordibus eorum efferbuerant. Itaque Pharisei hypocrite conuicti, **C H R I S T V M** criminantur: atque communi sententia, vsu, & experientia, iuxta humanum morem probata obpalliare moluntur, vt arrogantia & mendacii ipsum arguant. **T V** (inquiunt) de teipso testimoniū perhibes, & c. hoc est, Tu de teipso magnifica prædicas. Hoc certè arrogantis est, nō veracis, suam iactare gloriam. Proinde propria laus sordet, & arguit hominem mendacii, Testimoniū tuum non est verum. Huiusmodi enim testimoniū quod quis de seipso perhibet, nihil ponderis & auctoritatis habet. An existimas nos velut arbores emortuas & truncos, vt testimoniū quod de te perhibes, & nuda tua verba honorificè excipiamus, ac mox vt sacra exosculemur? Quales de nobis

de nobis induisti opinionem? Proculdubio sumus primores in hac ciuitate sancta, legisdoctores, qui ab incunabulis in Sacris literis versati sumus Pharisei, iudicio omnium sanctitate & religione splendidi: tu verò Galilæus es, qui literas non didicisti: tamen id tibi arrogas, vt nos docere velis, contendásque vt nudis tuis verbis credamus. Proinde nisi è verbo diuino te esse eum quem prædicas, Filium Dei scilicet, & prædicationem tuam lege, quam ad vnguem tenemus, comprobaueris, tibi non credemus: sed te veluti impostorem, scismaticum, mēdaceum & hæreticum è Synagoga excludemus. Quia istorū corda liuor & odium occupant, non agnoscebant **I E S V M** verum Deum, & hominem Deo plenum: ideo eius de seipso testimoniū, verum credere non potuerunt.

Respondit **I E S V S**, & dixit eis.

Hoc tam atrox conuictum à **C H R I S T O** referendum veniebat, quod plus nocenti afferre salutis multitudinis, quam suæ gloriæ detrahere videretur.

## Et si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimoniū meum.

Probat **C H R I S T V S** testimoniū suum verum esse, argumento à natura sua petito, qua Deus est, & Filius Dei: vnde mentiri non potest. Et Moyses dixit Numeri cap. 13, Non est Deus quasi homo, vt mentiat. Scio inquit, quod inter homines commendatio & testimoniū quod quis de se perhibet, & qui falli potest & fallere, pondus & auctoritatem non habet: ac ingenuè fateor reuocandum esse in dubium, illorum testimoniū: qui nihil aliud sint quam puri homines, ex humano sensu & proprio iudicio magnifica de se prædicantes, qui falli, auditoribus imponere, & mentiri possunt. At longe aliter in me res habet: nam testimoniū quod de meipso perhibeo, non est alio somnio excogitatum, verissimum est. Non enim solus ego qui videor vobis vilis & abiecta persona, sum mihi testis, & testimoniū perhibeo de meipso quod ego sum lux mundi, & quod ille qui credit in me, habeat lumen vitæ: ego & Ioanis Baptistæ, & Legis, & Prophetarum testimoniū producere de me possum. Hoc tamen vobis condonarem, quod lex & Prophetæ de me (qui nullius hominis testimonio indigeo) tacuerint, nullamque mentionem fecerint: ego producere opera & signa quibus potuistis agnoscere me Filium Dei, & huc à Patre missum, ab omnibus desyderatum & expectatum. Si sciretis qui sim, & vnde venerim, vos vtique non refelleretis testimoniū meum, quod veluti diuinum exosculemini.

## Quia scio vnde veni, &amp; quo vado.

Ætiologia est veritatis testimonii **C H R I S T I**. Verissimum est testimoniū quod ego perhibeo de me: nam me esse Filium Dei scio, non nuper institutus, sed natura imbutus: quam scientiam nō ex scripturis aut hominum scholis accepi, sed ex natura ipsa è Patre meo hausi. **S C I O** vnde veni, id est Deus sum cum Patre Deo: & Filius Dei. Ad **C H R I S T V M** verè spectat dicere, Scio vnde veni, & quo vado. Nam nescimus vnde seu quomodo venimus, & quis sit futurus noster exitus. Quis scit quomodo sit in vtero matris formatus, quomodo sanguis coagulatus, & huiusmodi quæ in generatione operantur? Similiter & de exitu dici potest. At **C H R I S T V S** scit sese à Patre ab æterno genitum, & ad eum se rediturum sciebat. Solus ergo scit vnde venit, & quod vadat. Vnde id argumento Iudæis esse poterat, quod **C H R I S T V S** esset Deus. A Patre, inquit, veni in hunc mundum missus, hoc est factus sum homo, vt voluntatem Patris omnibus aperiam, qua vult omnes per me saluos fieri. **E T** scio quo vado. Ego Deus cum Patre, ad Patrem homo per crucem redeo. Horū omnium sensus est: Esto, de me tester (quanuis solus hoc non faciam) sunt tamen tres mihi testes de me testificantes, qui etiam si de me tacerent, tamen adhuc testimoniū meum est verum, quia scio me esse Filium Dei, Deum verum & hominem à Patre missum, qui mendacii nescius sum. Quia ergo sum Filius Dei, qui fieri potest vt testimoniū meum sit falsum? Videtur ad hunc modum argumentari **C H R I S T V S**, Ego sum Deus cum Deo Patre: ergo non metior. Rursus, Ego sum Filius Dei: ergo testimoniū meum verum est, qui metiri non noui. Item, Veritas dicit se esse Filium Dei: ergo verū est eius testimoniū: fieri enim non potest vt veritas mentiatur. Veritas dicit testimoniū de **C H R I S T O**: ergo eius sufficiens est testimoniū. Obserua, Verba, **V E N I**, & **V A D O**, diuinitatis & incarnationis mysterium cum fructu eius insnuant. Nam dicēdo, **V N D E** veni, significatur Deitas cum origine à Patre, vt infra dicitur, Exiui à Patre. Quum vero dicitur, **V E N I**: incarnationis mysterium explicatur. Huius mysterii fructus significatur dicendo, **Q U O** vado: condescendit enim ad dexteram Patris vt homo, ad quam electos omnes attrahit.

Testimoniū  
Christi verum.Solus Christus  
potest dicere,  
Scio vnde veni.Verba Veni &  
Vado.



Vos autem nescitis vnde venio, aut quo vadam.

Affectiones ex-  
cecat.

Quum liuore & affectibus prauis excæcati sitis: quod scire licet, volentes nescitis. Vt lip-  
pitudine oculis ne recta videant: ita affectus & passionis animis, ne rectè sentiant, nocent. Si enim cognosceretis V N D E venio, id est Si meum æternum processum, siue ab æterno me à Patre genitum, cognosceretis, A V T quo vadam: hoc est, si cognosceretis me esse Deum cum Patre Deo, & Filium Patris: & me hominem rediturum ad Patrem Deum, non diceretis mihi, Testimonium tuum de teipso non est verum.

Vos secundum carnem iudicatis.

Iudicare secun-  
dum carnem.

Quemadmodum qui secundum carnem viuunt, improbè vitam agunt: ita qui secundum carnem iudicat, iniuste iudicare dicitur. Est autem I V D I C A R E secundum carnem, iudicare ex humana ratione, ab externa carne, iuxta externam speciem. Vult certè C H R I S T V S, vt Pharisæi cum æstiment de sua natura, ex doctrina & officio, non externa specie. Vos, inquit, peruersè iudicatis de me, qui (quod iuxta externam speciem videatis me vilem & abiectam personam) iudicatis me purum hominem, nihil animaduertentes vnde venerim, nec quo vadam. Huc vos non euehet ratio humana, cæca est in hoc mysterio. Submouetote improbos & impios vestros affectus, & ex his quæ loquor & facio, collatis cum lege, Prophetis, & signis per me factis, sincere iudicabitis, agnoscentesque verum esse testimonium meum: & negotium quod tracto, planè diuinum & cælestè, non humanum esse. Quia ergo ex humanis affectibus iudicium vestrum procedit, corruptum est & falsum. Iudicium verum ferendum est puro animo, verbo & opere: quod non fouet in sua classe eos qui ex passione & affectu ductantur, sed ex bono & æquo.

Ego non iudico quenquam.

Christus non ve-  
nit ad condem-  
nandum.

Dici potest hoc per occupationem: fortassis obiecerint auditores: Si nos Iudæi iniuste iudicamus, quare non punis, quare non condemnas? Respondet Dominus: Ego non iudico quenquam. Quasi dicat: Non ad hoc veni, & homo factus sum, vt condemnem: Ego enim nunc nullum iudico iudicio condemnationis: nunc primo meo aduentu non veni vt condemnem, sed vt dispersos congregem & saluem: postremo venturus omnium viuorum & mortuorum iudex. Sunt quibus magis arridet interpretatio per antithesin facta, vt hæc sit antitheseos secunda pars: Vos iudicatis ab externa specie, & iis quæ foris apparent, idque ex humana ratione. Ego verò neque nunc, neque aliquando prolaturus sum sententiam à rebus externis, sed à iudicio Patris mei: & ab iis quæ vera sunt. Placet mihi vtraque lectio.

Et si iudico ego, iudicium meum verum est.

Elegans correctio per occupationem. Dedit mihi quidem Pater omne iudicium quod nunc non exerceo. Nondum enim iudicii tempus est, sed conferendæ salutis. Sed si vos iudicarem, iudicium meum verum esset, quod non dissentiret à Dei iudicio. Ego non ex affectu & passione, sed ex iustitia & veritate iudico.

Quia solus non sum, sed ego & qui me misit, Pater.

Christus non est  
solus.

Ætiologia est veritatis iudicii C H R I S T I: Iudicium meum non potest non verum esse, Q V I A solus non sum: id est ego sum Deus, & non purus homo. Omnis creatura quum sit suum esse sine sua essentia, non verè dicere potest, Ego sola non sum: sola enim est à suo esse. Cui libet autem & soli hypostasi diuinæ verè dicere, Solus non sum: quia vno eodemque esse quo est vna hypostasis diuina, est & alia persona siue hypostasis. Vnde sequitur: Sed ego, id est hypostasis seu persona quæ Filius est, & Pater, nomen est hypostasis, vnum sumus: non ergo solus sum. Augustini verba referam: Verum est iudicium meum, quia Filius Dei sum. Vnde probas quia Filius Dei est? Quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater. Erubescite Sabelliane, audis Filium, audis Patrem. Pater, pater est: Filius, filius est. Non dixit, Ego sum Pater, & ego ipse sum Filius: sed Solus non sum, inquit. Quare solus non es? Quia mecum es, Pater. Ego sum, & qui misit me Pater. Ne perdas personam, distingue personas. Distinguit intelligentiam, noli separare perfidia. Vna substantia est, vna diuinitas, vna coæternitas, perfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Hæc ille. Quis dicitur, Q V I me misit, cõmendatur incarnatio Filii: cuius Missio, est eius Incarnatio. Ac per hanc missionem significat eandem esse hypostasin vtriusque naturæ, & diuinæ & humanæ. Est enim natura diuina humanitati vnita in hypostasi, hoc est in persona, quæ est Filius. Similiter & humanitas vnita est ipsi hypostasi, qua vnione verè dicimus, Deus est homo, & homo est Deus. C H R I S T V M ergo non esse solum, est ipsum cum Patre esse vnum: est ipsum simul esse & operari cum Patre

Missio, id est  
Incarnatio.

Christum non  
esse solum.

cum Patre. Si igitur iudicauerit Filius, nõ solus iudicabit, sed Pater cum eo: eritque verum eius iudicium: quod Pater idè pronuntians, non potest nõ habere ratum & firmum, quum Pater & Filius per omnia idem velint. Vtriusque enim vna est voluntas, potestas, & æqualitas.

Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

Authoritate Scripturæ confirmat C H R I S T V S testimonium suum verum esse. Fortassis, inquit, hoc solum vos à fide remoratur & dissuadet ne mihi credatis, quod vnus testimonium nihil autoritatis habeat. Agite, hanc remorã à vobis auferã. Lex vestra (Deuteronomii cap. 17.) docet quod testimonium duorum aut trium testium pro vero recipiendum sit: vnus verò testimoniũ nihil ponderis habeat. Iam duo sunt qui de me testificantur, nempe Pater, qui misit me, & ego qui à Patre missus sum. Quod testimonium perhibeam de meipso, id ex autoritate Patris facio, qui & ipse testimonium perhibet de meipso, & de doctrina mea, & persona mea. Nec aliud de me pronuntio, quàm ille de me testificatus est, qui me in mundum misit, vt testimonium perhibeam veritati: quam ille solus nouit. Si meum testimonium contumelia affeceritis, & illius testimonium contemneris: si meum reieceritis, necesse est vtriusque testimonium abiiciatis. Iam quum duo simus testes qui vobis proponimur, nullam haberis excusationem etiam iuxta legem vestrã, quin hoc testimonium admittatis. Vobis igitur omnino credendum est in me, nisi legem vestrã de duorum admittendo testimonio enervare velitis. Si quis rogauerit, Quod est illud Patris de Filio testimonium? Respondeo: est illud quod Filius testatus est de seipso. Sunt enim opera diuinarum personarum indiuisa: quarum vna est voluntas, potentia & æqualitas. Obiciet Iudæus, Quando, & vbi Pater testificatus est de te, Nazaranè? In lege vestra (inquit) quã si incorruptis animis scrutaremini, illius vocè agnosceretis. Testificatus est de me apud Iordanè. Imò eius testimonium accipere potestis ex factis ipsis, quæ videtis ab illo geri per me.

Lex de testimo-  
nio.

Opera vtrius-  
que indiuisa.

Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus?

Quum crassi Pharisæi affectu carnali ducti, audirent de Patre teste, vnde missus esset, & cuius autoritate se communiret, dubitant admirabundi, si de Ioseph fabro (cuius filius tum vulgo credebatur) tam magnificè prædicaret, & quæ appellare videretur. Quod si ille non esset de quo sentiebat, contendit intelligere quisnam ille alter pater esset à quo venisset, & ad quem rediret. Quis tuum de te testimonium reiecissemus, citasti Patris testimonium: sed vbi, aut quis est ille tuus pater? Nouimus quidem pauperculum illum fabrum Ioseph patrem tuum: sed is aequè homo mendax est atque tu: proinde quid nobis affers patris tui testimonium, quum huiusmodi patris de filio testimonia suspecta sint, & parètes de filiis iudicia ferentes, serè amore corrumpantur? Carne, & sola ducti ratione humana, putant C H R I S T V M hæcenus suum protraxisse sermonem de patre carnali, existimantes C H R I S T V M purum hominem, cuius pater homo esset. Hi typum gerunt eorum qui nolunt credere nisi cum ratione videant, & carnalibus oculis ac manibus obiectum palpent.

Respondit I E S V S, Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitã & Patrem meum sciretis.

Quum obstinatis animis & verè carnalibus rogarent, non vt discerent, sed vt calumniarentur, & veritatem auerarentur, nec vellent intelligere Patrem I E S V Deum esse, Dominus non responder nominatim quem habeat Patrem, sed illorum ignorantia causam aperit. Vos (inquit) rogatis de Patre, ad cuius testimonium & autoritatem appellem, vos indigni estis qui illum videatis, imò ne illum quidem videre potestis, qui ipsius expressam imaginem abiicitis. Quandoquidem non est ad Patrem vllus accessus nisi per Filium. Pater non verè cognoscitur, nisi per Filium: nec Filius plenè cognoscitur, nisi cognito Patre: nec vtriusque cognitio oculis corporeis habetur, sed fide. Non potest Pater humanis sensibus exponi & ostendi, sed piis animis spiritualiter insinuatur. Quum ergo non me noscatis, neque Patrem meum cognoscitis, & dum me nosse non vultis, nec Patrem nosse potestis. Quare si vultis Patrem cognoscere, credite in me. Putatis vos me nosse, quia patrem, domum, parentes & fratres secundum hominem nouistis: at ista non est vera mei cognitio: hoc non est verè nouisse Filium. Si verè cognosceretis Filium, sciretis qui sum: nempe quod sum C H R I S T V S Filius Dei. cur venerim, quod est meum officium, quid bono-

Accessus ad Pa-  
trẽ per Filium.

Cognoscere Fi-  
lium Christum.



*Voluntas Dei.*

*Patrem Deum cognoscere.*

*Lex facies Dei irati. Christus facies Dei placati.*

*Relatiuorum natura.*

*Forfitan pro Vtique.*

*Spiritus est persuadere de Christo.*

*Gazophylacium.*

rum vobis attulerim. Qui horum cognitionem habet, Patrem cognoscit. Est certe CHRIS-  
TUS expressa Patris imago. Ad Coloss. cap. 1. & Hebr. cap. 1. Adeoque in solo CHRIS-  
TO totam Dei voluntatem expressam habemus. Voluntas Dei, est omnes saluare per  
CHRISTUM. Quis nos hanc voluntatem docet? non caro, non ratio humana: sed CHRIS-  
TUS. Deum enim nemo vidit vnquam: Filius vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse no-  
bis enarrauit: & supra cap. 6. Hæc est voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt Filium,  
& credit in eum, habeat vitam æternam. Quum ergo in CHRISTO omnia, Patrem (qui se totum in Filium coniecit, vt eo nobis suam voluntatem manifestam redderet) spirent &  
referant, non potuit vlla ratione Pater & eius voluntas certius & plenius quam per Filium  
& in Filio cognosci. Patrem Deum cognoscere, non est legem scire, aut ratione humana &  
imaginatione carnali Deum cogitare: sed est bonitatem ac voluntatem Dei Patris credere  
nobis per CHRISTUM exhibitam. Et est credere Deum Patrem nobis per CHRIS-  
TUM placatum esse. Proinde Deus per legem quidem cognoscitur, quia lex est quæ-  
dam Dei facies: sed non cognoscitur per legem vt Pater. Lex enim iram Dei operatur:  
& conclusit Scriptura nos omnes sub peccato. Quum ergo lex condemnet: Lex est facies  
Dei irati, quem per legem apprehendo vt condemnatorem: at CHRISTUS est  
ipsissima imago Dei fauentis & saluantis. Per solum igitur CHRISTUM cognos-  
citur Deus, vt Pater: Quare Deum oraturus, non ad legem condemnantem, ne animi  
despondeas, sed ad CHRISTUM, viam ad Patrem, & faciem Dei tibi per ipsum placati,  
toto corde attendas: certo apud te statuens quod exaudieris per Filium: qui pro sua reue-  
rentia, pro te & aliis fide ornatis, exauditus est. Quum ergo conuicti essent Pharisei nesci-  
re Filium, cõsequens est eos nescire Patrem: nam ea est relatiuorum, & quæ reciprocè mu-  
tuoque referuntur natura & cõditio, vt cognito vno eorum, cognoscatur & alterum: igno-  
rato vno, ignoretur & alterum. Quod si cognoscerent Filium in forma Dei esse, & æqua-  
lem Deo, atque ex Patre genitum, & Patrem vtique agnosceret eiusdem secum naturæ Fi-  
lium atque substantiæ genuisse. Obserua hoc loco, FORSITAN, particula est affirman-  
tis pro Vtique. Nihil enim hoc loco CHRISTUS reuocat in dubium. Beatus Augustinus  
monet, Forfitan, hinc non esse dubitantis, sed increpantis. Placet tamen mihi hæc interpre-  
tatio, si me sciretis, inquit, qui reuelo Patrem, & voluntatem Patris, FORSITAN, id est  
vtique sciretis & Patrem meum, hoc est Patris voluntatem cognosceretis, & quo affectu sit  
erga vos: sed quum Spiritu & doctrina Patris vacui sitis, & me (in quo plenitudo diuinita-  
tis corporaliter inhabitat, & per quem solum Deus cognosci potest) non cognoscitis, fru-  
stra de Patre meo inquiritis. Huic responso non absimilia sunt quæ scribuntur Matthæi  
cap. 11, Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Et infra cap. 16.  
ad Thomam ait CHRISTUS, Si cognouissetis me, vtique & Patrem meum cognouis-  
setis. Et ad Philippum ait, Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.

**Hæc verba quæ loquutus est IESVS in gazo-  
phylacio docens in templo.**

Quoties Euangelistæ memorant Dominum docuisse, iustas orationes ad populū Do-  
minus habuit: quanquā Euangelistæ satis sibi duxerint pauca ex illis narrasse, sed in qui-  
bus maxime inesset Domini de se testimonium, plenius magisque obseruandum. Nam E-  
uangelistæ fungi voluerūt officio præconis, testisque, præsertim apud eos qui iam fide Do-  
minum receperunt, non autem oratoris, apud eos à quibus Dominus nondum vt CHRIS-  
TUS agnitus est. Etenim non hominum, sed Spiritus Sancti est persuadere de CHRIS-  
TO vnico Seruatore. Hæc verba loquutus est IESVS: quasi dicat Ioannes, Multo  
pluribus quam hinc scripta annotatæ sunt, de se testificatus est atque docuit IESVS.  
Hanc historiam confirmat: simul & indicat quàm mirabiliter Pater Dominum in suo ne-  
gotio seruauit, in loco templi frequentissimo qui dicitur Gazophylacium, vbi minime to-  
lerabile erat hostibus audire palam testificantem de se, & docentē, vnde vehementer in se  
prouocaret animos Phariseorū. GAZOPHYLACIUM, locus erat in atrio maiore, vbi  
erat arca pecuniaria, quam primus instituerat rex Ioas, 4. Reg. cap. 12. In eum locum confe-  
rebantur donaria, seruabanturque donata templo. Hic locus non erat angustus, verum am-  
plius, & multorum hominum capax. Quæ tamen conferebantur veluti Deo consecrata,  
vertebantur in luxum & quæstum sacerdotum ac Phariseorum.

**Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.**

Tametfi

Tametfi nihil magis in votis haberent Pharisei, quam illum comprehendere, nemo ta-  
men manus illi intēcit. Cur non apprehenderūt? Conatus & impia voluntas non deerant:  
præsentem, quem etiam absentem quæsiuerant, in mediis retibus habebant; contra quem  
clamoribus validis ferociebant, & tamen irretire nequiverunt, quia Dei nutu non erat da-  
ta facultas. Pater præordinauit Filio tempus suæ crucis. Magna profecto in eis cæcitas, qui  
non cogitauerunt, quod re vera diuinæ virtutis, erat opus, obfessum scilicet in mediis ho-  
stibus, & comprehendere affectantibus, illæsum & intactum manere. NONDUM ergo  
venerat hora: id est, Nolebat apprehendi IESVS. Quare nolebat apprehendi? Quia  
nondum venerat hora. Hæc sententiæ frequenter ab Euangelista repetitur, suauissimam no-  
bis afferens consolationem, qua intelligimus neque aduersarios quicquam contra nos pos-  
se, neque capillū posse de capite nostro moueri, nisi bona Dei voluntate concedente. Obser-  
ua: Tacentem non autem loquentem Dominum aduersarii comprehenderunt: valentior  
enim erat sermo CHRISTI his, qui eum comprehendere affectabant: qui quum se  
apprehendi in hortu permisit, tacuit.

**Dixit ergo iterum eis IESVS.**

Magna CHRISTI philanthropia qui conuictis & tacentibus Phariseis, interim ta-  
men impios conatus, & parricidales cogitatus in animo volentibus, ITERVM loquitur,  
nihil intermittens vt eos lucretur, quorū conscientias tacite ferit, vt vel sic cognoscant illū  
esse Deum, qui etiam occulta cordis agnosceret: quod nulli puro homini cõcessum est.

**Ego vado.**

Ostensus Iudæis se suam mortem præscire (quam nullius impietas, antequam ipse  
veller, inferre posset) ait, EGO vado, ego sponte vado: vos non me nolentem trahitis  
ad mortem. Mors CHRISTI fuit eius profectio, eod vnde venerat homo factus, & vnde non  
discesserat Deus. Huius profectiois causa finalis est, Vado per crucem auspicatoris nouū  
regnum, & iustitiam paraturus in æternum duraturam.

**Et quæretis me, & in peccato vestro moriemini.**

Vos nunc me præsentem incessitis, & mihi inuideris: quū abiero, absentem frustra me  
quæretis & desyderabitis. Quid hic istud audio, dicit aliquis, an CHRISTUS salutem  
sitientibus & rogantibus, negaturus est potum? Aut quomodo Iudæi CHRISTUM quæ-  
rent, quem viuentem persequuntur, persequentes reiciunt, reiectum morti tradunt, & post  
mortem in discipulis eius persequuntur? Beatus Paulus docet CHRISTUM esse iustitiā,  
salutem, vitam, felicitatem, gaudium & redemptionem. Hæc sunt bona quæ credentibus per  
CHRISTUM contigerunt. Hos thesauros frustra quærent alibi quàm vbi sunt: qui quum  
in solo CHRISTO sint, & in eo quæredi sunt. At quia Iudæi & quotquot sunt hypocri-  
tæ, CHRISTUM, hoc est Christi diuitias sanguine suo credentibus partas, non quærun-  
t in CHRISTO, ideoque tantopere & tam magno desyderio cupiunt bona, nūquam af-  
sequuntur. Quærun-  
t quidem salutem, redemptionem, peccatorum remissionem, sed non in  
CHRISTO, verum in sua sapientia, in adinventionibus suis, in potentia mundi, in car-  
nali voluptate, & mundi deliciis: non autem in CHRISTO per fidem. Quærendus  
CHRISTUS in seipso solo, in quo omnis qui CHRISTUM quæserit per fidem, repe-  
riet. Est igitur verborum sensus: Ego vado, non quod vestra me compellit impietas, sed vo-  
lens ab eo carne per mortem ad Patrem, auspicatoris regnum, & paraturus omnibus in me  
credentibus redemptionem & felicitatem æternam duraturam, inde ascendam ad dexterā  
Patris, missurus Spiritum paracletum omnibus mihi obaudientibus, vt iustificati saluen-  
tur. Vos autē quæretis huiusmodi bona: sed quia in me non quæretis me, id est bona mea;  
credentes vos iustitiam & salutem consequuturos in illo Messia, quæ delusi expectatis car-  
nali quadam pōpa & exercitu regio venturum, qui vos multo auro & diuitiis locupletet,  
& vos ab externa captiuitate breui futura liberet: vnde quod me abiectam personam &  
cruce tectam videatis, abiicitis. Profecto vos hæc bona nunquā assequemini, sed MORIE-  
MINI in peccato vestro: id est in incredulitate & infidelitate: propterea quod in me non  
creditis, qui sum verus ille Messias à Patribus tantopere desyderatus. Prædico vobis grā-  
de & horrendū vestrum exitium. Vos certē infinita mala pro eo quod me reiciitis appre-  
hendent: perpetuis additi pœnis, & æternæ vitæ exortes eritis. PECCATVM vocat in-  
credulitatem, siue non credere in Christum: sicut infra cap. 16. Quum venerit ille, arguet  
mundum de peccato: quia non crediderunt in me. Est certē incredulitas omnium pecca-  
torum fons. Ad Rom. cap. 14. Quod non est ex fide, peccatum est. Erit ex contrario fides in

*Virtus diuina opus. Etiam Christi venisse.*

*Verbi Christi efficacia.*

*Christi profectio ad Patrem, mors. Christum vade ad Patrem.*

*Credentium bona.*

*Christus quaerendus in ipso.*

*Mori in peccato.*

*Peccati, inere-  
dultas.*



CHRISTVM omnium bonorum fons, per quam credentibus omnia bona contingent. Obserua quam bene coniungat CHRISTVS peccatum & mortem: quia ad Rom. cap. 6, Stipendia peccati, mors.

### Quo ego vado, vos non potestis venire.

Expolit declaratque, quid est in peccato mori, simul & subindicat quod resurrecturus sit, & ad dexteram Patris confessus: ad quam propter suam incredulitatem, ipsi non sunt conscensuri, sed in peccatis suis morituri. Ego per crucem vado, nihil vobis magis exosum est quam crux, nihil prius ac optatius quam pompa & deliciae, quae nihil commune habent cum cruce. Non igitur ad regnum & iustitiam per crucem parata peruenietis. Quare nisi credideritis, in peccato vestro moriemini. Hoc est, non poteritis venire, quo ego vado, ad dexteram Patris mei scilicet, ad caelestia gaudia, & ad vitam aeternam.

### Dicebant ergo Iudaei.

Iudaei non Galilaei, sed Pharisaei & huiusmodi superbia turgidi, toti peccatis madetes, & in propriis iustitiis confesuli, non cognouerunt quid his verbis quo ego vado, vos non potestis venire, CHRISTVS significaret. Non intellexerunt fidem in Christum causam esse ad Patrem Deum veniendi, & ad vitam aeternam. Huius ignorantiae causa est, quia haerent tantum in externis, suspicantes Christum fore carnalem Regem in hoc mundo, qui hic regat à seculo in seculum. Hoc quum non viderent in IESV, admirantur quid sibi velit Christus his verbis, quo ego vado, vos non potestis venire: non tamen ausi sunt illum percontari, sed inter sese mullitabant, dicentes.

### Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?

Carnali affectu & iudicio ducti Iudaei, nihil aliud suspicantes esse IESVM quam hominem, non eadem dicunt quae superiore capite 7. dixerant, NVNQVID in dispersionem Gentium iturus est? sed longè grauius ex verbis Christi diuinat, ipsum scilicet iturum in mortem, atque ita liberandum à molestiis persequentium, quum tamen ille significaret se ad Patrem rediturum, vnde venerat. Quoquo ille abierit (aiunt) eo peruenire licebit. Nam ne locus quidem in vniuerso mundo est ad quem non accedamus, si ille se eo receperit. At quum dicat nos non illuc posse venire, facile conuicimus illum sibi consciturum mortem, quam certè nemo nostrum sibi consciscere vellet. Vnde eo profecturus est quo peruenire neque vellemus, neque iure possemus.

### Et dicebat eis.

Dignatur CHRISTVS (tanta est eius philàthropia) singulari aetiologia explicare, cur Iudaei ipsum neque Regem Messiam recipiant, neque intelligant regnum Messiae, neque cognoscant solam fidem in Christum, esse viam ad Patrem, & vitam aeternam. Neque sciant quod Christi abscessus hinc ad Patrem, est per crucem, qua auspicatorum est noui regni, & iustitiam aeternam duraturam omnibus in se credentibus paraturus. Quae ignorantiae profecto affectatae sunt causa cur dixerit CHRISTVS, IN peccato vestro moriemini.

### Vos deorsum estis.

Putatis (ait CHRISTVS,) me absque ratione dixisse, Vos in peccato vestro moriemini, vos ab infernis, hoc est homines vani, terreni & carnales estis. Nam vt pomus nihil aliud quam pomum producere potest: ita nec terra aut caro aliud quam terram aut carnem: iam quum de terra & carne sitis, terrenos & carnales vos esse oportet: atque quales estis, tale est iudicium vestrum, hoc est carnale. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt Spiritus, 1. Corinthiorum cap. 2. & supra cap. 3, Qui de terra est, de terra loquitur. Vos igitur mundum sapientes, & iuxta carnalem mundi sensum loquentes, nunquam Messiam, regnum eius, & media ad vitam aeternam cognoscetis. Fide, (quae donum Dei est) huiusmodi verè caelestia comparanda veniunt. Quae neque videre, neque cognoscere potest caro. Vnde non mirum est si vos Pharisaei homines carnales carnalibus cupiditatibus affecti, liuore ac inuidia pleni, superbia turgidi, auaritia obruti, non possitis credere, dum carnis mammas suggitis, & mater caro vos lactat.

### Ego de supernis sum.

Vos de terra, & terrenis hominibus progeniti, homines estis, ego de supernis sum: id est Deus & homo diuinus supra omnem creaturam. Obserua. Vox DEORSVM, creaturarum

rarum proprietatem fortèque designat, Deo modis omnibus subiectam. SUPERNIS verò, cum diuinam naturam tum spiritualia insinuat: quasi dicat, Ego ex Patris substantia ab aeterno genitus, eique in omnibus aequalis, omnium creaturarum naturam supero & transcendendo. Supra, cap. 3, Qui de sursum venit, super omnes est. Vnde quae loquor, spiritualia sunt omnia & caelestia: solum Spiritum & caelum spirant, quae nulla ratio humana, nulla caro, nulla terra capere potest: imò ad illorum cognitionem nihil virium & virtutis profus habet. Supra, cap. 6, Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Ibidem, Verba quae ego loquutus sum vobis, Spiritus & vita sunt. Quae ergo dixi vobis, (Quo ego vado, vos non potestis venire) non veniebāt à vobis iuxta carnem magistrā intelligenda, quod mihi ipsi mortem vellem consciscere: spiritualia & caelestia sunt. Quis igitur me docentem audiueritis, nolite carnem & rationem humanā consulere, quae neque scholam meā, neque me nouerunt: sed Spiritum ipsum, qui vobis suggeret omnia quaecunque dixerō vobis.

### Vos de hoc mundo estis.

Natura comparatum est, vt quae à teneris annis imbibimus, eisdem oblectemur, & studiosius ea quaeramus. Vos ab lactauit caro: mundus vos in gyro suo fouit, & suo pulmento aluit: vos illorum sectam ad vnguem didicistis, atque adeo in illa promouistis, vt laurea doctorali insignitis videam: non mirum est si vos de mundo esse dixerim, in quibus nihil spiritale legi videri potest. Nihil aliud quam mundum spiratis, nam quae mundi sunt, quaeritis, loquimini & sapitis: veluti, Messiam vestrum fore carnalem regem in hoc mundo. vos auro & argento locupletantem à seculo in seculum, hoc est in aeternum, in hoc mundo regnaturū, & multa huiusmodi carnali somnio confidat. Item vos primatū & honores ardentissimè ambitis, eligentes primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in mēsa, vestraque opera faciētes, vt videamini ab hominibus: nimia cupiditate ductamini, deorantes domos viduarū, & pecuniae quaestum in ipso quoque templi vestibulo aucupātes.

### Ego non sum de hoc mundo.

Vos mundi incolae, & filii estis, ego sublimioris mundi incola sum: vos de terra, terreni: ego de caelo, caelestis: vos carnales, carni seruitis, ego spiritualis rex sum. Et quia regnum meum non est de hoc mundo, mihi abeundum est per crucem (quam mundus aduersarius mihi infligit, toto conatu frustraneo tamen, nitens me meosque, extinguere) ad auspicandū regnū meum spirituale, & distribuēda bona spiritualia credentibus in me. CHRIVS non solum natus est in mundo de matre, sed etiam à Patre caelesti, ab aeterno ante iacta mundi fundamenta. Ad hunc modum non est de mundo: vnde nec omnes pii de mundo sunt: quia licet sint de terra, nati tamen, renati sunt ex CHRISTO, è verbo semine spiritali & incorruptibili, atque liberi à carnali affectu, habent municipatum suum in caelis. Huc pertinet quod de Patriarchis Paulus ad Hebr. cap. 11. scribit, Iuxta fidē (inquit) defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à lōge eas aspicientes & salutantes, & cōfidentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Et ad Ephes. cap. 2, iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.

### Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.

Confirmat omnia quae dicit, simul & Pharisaeorum exitium praeiudicat: Ego spiritualia & sublimiora vobis dixi, quam possitis assequi: nec vnquam assequemini nisi relicta infidelitate, dociles vos exhibueritis. Hoc modo vobis dixi, ego iterum atque iterum dico, nisi purgatoribus animis affecti, omnem malitiam exueritis, vos IN PECCATIS vestris, id est infidelitate moriemini, & cum infidelibus poenas luetis nunquam interituras.

### Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

Proprium est Deo, dicere EGO sum: ad solum Deum maximè spectat dicere EGO sum. Aut quum de Deo fit sermo, QUI est. Annotauerunt non solum Christiani, sed & Gentiles Platonici, Dei nomen esse, QUI est. Exodi cap. 35, Si dixerit mihi (ait Moyses) quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum qui sum, ait: sic dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos. Hoc nominis habet, eo quod is sit omnis essentiae, omnisque vitae plenitudo, & ab eo omnia viuunt, ab eo profecta, vt quod essent post ortum, & quod orirentur, ille fuerit causa. De hoc magnus & eximius ille Theologus Gregorius ait, Deus quidem fuit semper, estque & erit, imò vero sempere. Nā fuit aut erit diuisiones sunt fluxae naturae, & temporis, cui subiicimur nos. At Deus semper est, quo nomine ipse seipsum appellauit quum Moysen alloqueretur in monte. Totū enim in se ipsum

Cruce abieci ad Deum.

Pharisaeorum caecitas videlicet Christi sum, via ad Patrem.

Caro scholam Christi non nouit

Mundi discipuli

Christi matinitas non de mundo Pii non de mundo, sed è Christo nati.

Dei nomen, Qui est.

Temporis partitio



Fides de Christo, qualis habenda.

Mors, damnatio res cognata.

Esse complectitur, quod neque cepit unquam, neque desinet: quasi quoddam essentiae pelagus infinitum & immensum, omnem & naturae & temporis rationem transcendens. Magnus ille Dionysius diuina & Apostolica sapientia plenus, ait, Appellauit se ipsum, QUI est, non enim secundum aliquam quantitatem ac dimensionem est, sed simpliciter & interminabiliter, totum Esse in se comprehensum. Hoc ergo nomine Dominus nominatim seipsum explicans, adducit unicam viam cum effugiendi omnem peccatorum leranam, tum eundi ad vitam aeternam duraturam: quasi dicat, Vos CHRIS TVM queritis, illiusque aduentum desideratis: abiicite tenebras infidelitatis, & credite in me, unicam viam ad Patrem: qui solus per fidem Euangelicam a peccato & morte libero. Nisi enim credideritis quod Ego sum, quod hoc nominis mihi est, hoc est quod ego sum Deus cum Patre Deo, Filius Dei, lux mundi: nisi (inquam) credideritis quod ego sum ille CHRIS TVS per Prophetas promissus, & a Patribus expectatus, per quem Pater vult omnes vitam ac salutem consequi, vos vestra culpa moriemini in peccatis vestris, hoc est in infidelitate vestra ad aeternam damnationem. Damnatio enim est res mortis, & mors peccato cognata.

Dicebant ergo ei.

Vsq; adeo Pharisaeorum mentes excacauerat hic mundus nimium adamatus, ut maius odium in CHRIS TVM concitauerit: hi non solum humilitate & abiectioe personae illius offenduntur, verumetiam quod se nominatim Deum insinualet, & fidem, ut cultum soli Deo conuenientem, sibi requireret, dicendo, Nisi credideritis quod Ego sum, moriemini in peccatis vestris.

Tu quis es?

Importuna est haec interrogatio, qua rogant quis sit, quum modo dixerit, Ego sum: & antea pluribus egerit, ostendens se esse lucem mundi, & haecenus docuerit se esse Filium Dei, Quia dixisti, Ego sum (aiunt) non satis intelligimus, nisi expliceris quisnam es. TV qui es? contemptim ista pronuntiant: Vnde est tua persona? quis te ad hoc munus praedicandi vocauit: vnde habes tuam doctrinam?

Dixit eis IESVS.

CHRIS TVS (cui etiam omnium corda aperta sunt) non ignarus quod peruerso studio interrogabant, quodque calumniarentur quicquid respondisset: talem responsonem adhibuit, qua naturam in se diuinam pariter & humanam designans, ostenderit illos digniores qui audirent quid qualisve essent, nimirum impii, scelerati, rebelles, quam quid esset ipse, cui insidiabantur.

Principium qui & loquor vobis.

Principium pro Primo.

Principium in Graeco textu est *αρχή*, quod ferè omnes vertunt pro Primo seu Principio, quemadmodum *τέλος* pro Postremo. Nonnus locum hunc enarrans ita legit, *καὶ ἄρχος ἀνάχων, ὅτι πρὸ ἅμιν ἐξ ἀρχῆς ἀπέχον ἔχον ἀνιέθημα διδάσκει καλέειν*, id est & CHRIS TVS respondit: Quod quidem vobis ab initio dixi, habens innumera & iudicare, & loqui. Principio siquidem sermonis habiti, cum Phariseis & aliis (vnde ferè omnes sequentes dimanarunt) qui supra s. capite ab Euangelista enarratus est, dixerat Dominus sibi à Patre omne iudicium demandatum. Vnde Nonnus intellexit Dominum nunc respondisse ad arrogantem & superbam illorum interrogationem (sicut quum primum calumniam ei tanquam Dei blasphematori intentare cepissent, supra. cap. s.) se esse iudicem, ut omnium, ita & ipsorum. Aut dici potest, Ego nihil sum aliud, nisi quod ab initio loquutus sum vobis, videlicet, cui Pater omnia dedit in manu, lux mundi, panis vitae, cibus in aeternum durans. Non desunt qui non ineptè sic interpretantur CHRIS TVI responsum, Verbum quod ego loquor, illud quoque sum. Nam CHRIS TVS est ipsum verbum, Ioannis cap. i. Potest esse hic sensus, ut rogatus IESVS quis esset, responderit, Hoc primo loco dicam, is sum qui loquor vobiscum: nam caetera de me indigni estis, qui audiat. Beatus Augustinus ait Domini respondisse se esse principium: ac si dixisset, Credite me esse principium per quod creata sunt omnia: in quo Deus creauit caelum & terram. Oportet rerum omnium authorem Deum esse: quare nomine Principii, se Deum aperte significauit. Qui, ut insinualet quod homo factus, subiunxit, QUI & loquor vobis: quasi dicat, Si ego principium mansissem ita apud Patrem, & formam serui non accepissem, humilis factus propter vos, & loquerer vobis familiariter, quomodo mihi principio crederetis, quum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo credite me esse principium.

Principium Christum.

pium. Quia ut credatis, non solum sum principium, id est non solum sum Deus, sed et QUI loquor vobis, id est, Sum homo propter vos factus, annuntians verba quae à Patre accipi, ut illa audiat. Obserua: Quum dicit et loquor vobis, quasi dicat, Ego sum qui dico & sum verbum aeternum, atque loquor, dans vim & energiam verbo Euangelii in quo loquor, & scindo ac diuine longè penetrabilius quouis gladio ancipiti, quod pertingam vsque ad diuisionem animae ac spiritus ceu discretor cogitationum. Quum itaque sum verbum, meum est loqui, & solus loquor, atque ad me solum spectat loqui: nimirum sine me verbo muta vanaque sunt omnia. Quod siquid aliud videtur verbu, certè sonus est sine spiritu & intellectu. Quare, Ego sum qui sum ab initio, & dico verbum, & loquor vobis.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare.

Comminatio est aduersus Iudaeos contemptores & irrisores Euangelii: quasi dicat, Sci tote me habere multa quae de vobis loquar, quibus vestram impietatem arguam & iudicem, id est condemnare possum. Multis nominibus ego qui loquor, possum vos accusare. Imprimis quod ne vnus quidem vestrum est qui non totus maeat peccatis: dein quod Euangelium per me vobis annuntiatum contemnit, & impias aduersum me machinationes molimini. Vos putatis me veluti abiectam personam haec ignorare: Ego modo non iudico quenquam, hoc est cõdẽno, quando ita visum est Patri qui me misit in mundu, nõ vt ex malis fiant peiores, sed vt qui mali sunt, respiciant ad salutem. Haec quae loquor, ad cumulu vestrae damnationis venient, quando olim venero iudicaturus viuos & mortuos.

Sed qui me misit, verax est.

Confirmat certitudinem suae personae argumento ab autoritate Patris. Quid me veluti abiectam personam spernitis & contemnitis? Incredulitate vestra profite mini vestra impietatem, & blasphemiam aduersus Patrem, dum eius Filium reicitis: Est Pater meus VERAX, id est longanimis quidem est, sed aliquando vobis perfoluet, qui tempus retributionis (quod neque creditis, neque suspicamini) in futurum seculum referuauit. Quod decreuit, irretrectabile est vtcunque vos impii non credatis. Quum ergo huc Patris veracis autoritate sum missus, me vt veracem recipere debetis, quem quum mendacii arguere nõ possitis, nisi Patrem quoque non minoris criminis reum peregeritis. Propterea grauissima poenae vos manent, nisi mihi credideritis. Ille verax est, ergo & Filius illi coequalis, est verax. Pro certitudine igitur meae personae sufficiat vobis, quod miserit me verax Pater.

Pater verax.

Et ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo.

Eadem Patris autoritate probat CHRIS TVS doctrinam suam certam & veram. Vos nãso doctrinam meam suspenditis, verbum meum irridetis, & quae annuntio perinde atque vana somnia contemnitis. Vos hanc impiam incredulitatem & blasphemiam non impunè feretis. Doctrina mea, non est mea priuata doctrina, sed Patris mei, veracis: quare & vera est, sicut & Pater verax est. Citius caelum & terra ruent, quam vt vel apex vnus aut iota vnum in doctrina Patris possit mendacii argui: sed quaecunq; ab ipso audiui, quae certus sum ipsius esse verba, haec ego in mundo & inter vos loquor, ergo mea doctrina verissima est: & qui eam reicit, Patrem ipsum reicit, grauissimique se iudicii reum constituit.

Christi doctrina. Euangelii certitudo. Contemptores Euangelii, Deum contemunt.

Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum.

Tanta erat Pharisaeorum impietas, liuor, & crassa ignorantia, vt nõ intellexerint quod de Patre suo CHRIS TVS fuisset loquutus, quado dixit, veracem qui misit se, & quae audisset ab eo, se loqui. Hic contemptus quo CHRIS TVM, vt abiectam & vilem personam reiciebant, inducebat illos ad argumentandum iuxta humanam rationem: IESVS Nazarenus est vilis & abiecta persona, ergo non est Messias, Filius Dei, verus Deus cum Deo Patre, ergo doctrina eius non est à Deo. O blasphemias & carnales argumentationes! mentiuntur impii Pharisei CHRIS TVM, & doctrinam eius ab externa facie, & non à re ipsa & veritate, iuxta quam res considerandae veniunt, & non in specie iuxta externu apparatus.

Argumenti carnalium aduersus Christum.

Dixit ergo eis IESVS.

Nihil non tentat diligens ac fidus praceptor IESVS CHRIS TVS, vt cecos illuminet, ignorantes scientes faciat, & errantes in viam reuocet. Quare quum nihil Iudaeos moueret autoritas Patris (quem quum CHRIS TVS ad ipsum appellaret, & certis euidentibusque argumentis insinualet, non cognoscerent:) nunc certum ob oculos eorum ponit signum, ex quo quae modo negant, aliquando intelligent.



Quum exaltaueritis Filium hominis.

Serpens exalta-  
tio.  
Christi exalta-  
tio.

Alludens CHRISTVS ad formam olim serpentis in deserto exaltati, nihil his ver-  
bis aliud crucem suam & iudicariam potestatem illis significauit, & minatus est. Exalta-  
uerunt autem eum Iudæi, quando se summè deiecisse eum, affectum morte crucis ignomi-  
niosissima putauerunt. Hæc mors seruii eius functioni finem imposuit, vt sic humiliatum  
Filium Pater ad dexteram suam exaltaret, & per mortē exaltaretur gloria Filii. Vos, inquit,  
me vt contemptam & abiectam personam habetis, & vobis vanus videor: sed quum per  
vos volens in crucem confixus fuero, & resurrexero, tunc demum intelligetis qui sim, &  
meæ doctrinæ veritas, vobis conuictis, apparebit.

Tunc cognoscetis.

Cognoscete.

Prophetia & promissione ornatus est hic locus: Præuidebat Dominus aliquos ex au-  
ditoribus (qui ipsum crucifixuri erant) post resurrectionem suam ad Euangelium conuer-  
tendos. His vt reliquis Israel cum aliis sanctis ante mundi constitutionem electis veram  
sui cognitionem, hoc est viam fidem promittit. In Actis Apostolorum, cap. 2, Petro præ-  
dicatē legimus hæc impleta fuisse: Quem vos crucifixistis (inquit Petrus.) His autem audi-  
tis compuncti sunt corde, & c. Item Lucæ cap. 23, Et omnis turba eorum quæ simul aderant  
ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.  
C O G N O S C E T I S: Per fidem: est enim Fides medium quo cognoscitur CHRIS-  
TUS esse verus Deus cum Patre, Filius Dei & Saluator mundi.

Quia ego sum.

Resurrectionis  
Christi virtus.  
Verbi optimum  
testimonium.

Post crucem & resurrectionem, cognitus est IESVS ab ipsis Iudæis filius Dei. Resur-  
rectio enim CHRIS-  
TI hæc virtutis habet, vt aduersarios confundat, & sit verbi eius opti-  
mum testimonium. Ad Rom. cap. 1, Qui factus est ei ex semine David secundum carnem,  
qui prædestinatus est, id est, declaratus est Filius Dei ex resurrectione mortuorum IESVS  
CHRIS-  
TI, & c. Hoc testimonio resurrectionis, re ipsa docuit se esse peccati, mortis, & in-  
ferni victorem, ac omnibus creditibus per mortem suam donare peccatorum remissionem,  
& per resurrectionem, iustitiam. Ad Rom. cap. 4, Traditus est propter delicta nostra, & re-  
surrexit propter iustificationem nostram. Tunc post resurrectionem meam cognoscetis  
QVIA ego sum: hoc est, Cognoscetis deitatem meam, & quod in peccatis vestris morie-  
mini, nisi credideritis id nominis mihi esse, EGO sum: quod nomen solius Dei est: vnde  
cognoscetis, QVIA ego sum, hoc est personam meam de qua rogastis, Tu quis es? esse Deū.  
Cognoscetis me Filium Dei, Saluatorem mundi, doctrinam meam spirituales, & regnum  
meum spirituale. Sentietis re ipsa me esse lucem mundi, fontem vitæ, adeoque vitam per  
mortem, & redemptionem per crucem parare. Est certè resurrectio CHRIS-  
TI om-  
nium credentium iustificatio & vita.

Et à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.

Trinitatis opera  
indivisa.

Ostendit non solum doctrinam, sed & Patris & sua opera indiuisa & communia esse.  
Nihil priuatim aut ago aut doceo (inquit) EGO à meipso facio nihil, id est à meipso non  
sum: Filius enim de Patre est Deus: Pater & Filius vnum sunt, vna essentia, vna voluntas,  
vna potentia in æqualitate. Vos tunc intelligetis rem non humano modo geri, sed Patris  
mei virtute, qui in me omnia agit, & per me vobis loquitur. V T S I C V T, & c. id est, Quia  
potestate & virtute ille operatur, & ego eadem loquor, doceo & operor: propterea graue  
tamen est tapinosis, id est, humiliatio in CHRIS-  
TO, agnoscere Patrem pro doctore.  
Hoc aduerbium S I C V T, verè hoc loco est similitudinis. Obserua: Pater docuit Filium,  
non quia ignoratē & prius diuinæ scientiæ expertem erudierit, aut in cognitionem ad-  
duxerit, sed quia scientem ante secula genuit, gignendoque, ipsi Filio sapientiam, sicut &  
essentiam diuinam contulit. Est itaque Filius ab æterno sapiens.

Et qui me misit, mecum est.

Pater & Filius  
vnum.

Ex resurrectione & aliis signis cognoscetis me Filium Dei, qui ita me misit in mundū,  
vt tamen ab illo non deserat: Ego enim & Pater vnum sumus: summus inter nos cōsensus  
est: ego in Patre, & Pater in me est. Est ergo M E C U M, inseparabiliter, & identitate substā-  
tiæ, & ego in eius sinu sum ab æterno: id est, consubstantialis sum illi. Hæc nihil aliud si-  
gnificant quàm Patre Deum cum doctrinæ tum personæ CHRIS-  
TI tutorem & defen-  
sorē esse. Est Deus Pater tutor & defensor doctrinæ CHRIS-  
TI: Ergo CHRIS-  
TI do-  
ctrina

Pater tutor  
Christi.

Et non reliquit me solum.

Et non reliquit me solum.  
Epanaphora est cū expolitione eiusdem quod dixit, Mecum est: ne quod de sui cū Patre æ-  
qualitate protulit sacramentū, negligētē auditū sine fructu trāsfret, sed repetitū tenacius au-  
ditorū animis infigatur. E T N O N reliquit me solum: quasi dicat, Nō solum cognoscetis i-  
dēitatem substātiæ Patris & Filii: sed etiā intelligetis, quod etiā me hominē cōtinuē seruauit,  
& nūquam me deseruit. Assumpsi quidē formā serui, sed interim nō abieci Dominū: factus  
sum homo, nō tamē repulsi à me Deū: is enim mecū est: hoc est ego cū illo sum verus Deus.

Quia quæ placita sunt ei, facio semper.

Argumento ab obedientia & sedula cōmissi officii administratione petito, CHRIS-  
TUS  
ætiologiam adducit cur Pater personæ & doctrinæ suæ custos & defensor perpetuus sit, si-  
ue cur non reliquerit Filium solum. Hoc erit vobis signum & argumentum, quod Pater nō  
me solum reliquit: Ego optima fide fungor mea legatione, sic vt quæ ille mandauit, illique  
sunt decreta, perpetuō expediā. Moses quidē & David quos tātopere suspicatis, multa fe-  
cerūt quæ Deo grata fuerūt: sed nonnunquā offenderūt: Ego, ne vngue quidē transuerso ab  
obediētia Patris recedo: & quæ sunt illi placita, facio. F A C E R E Patri placita, est demādatū  
officiū, & prout cōmissum est, expedire. Addidit S E M P E R, id est cōtinuē, sine intermissio-  
ne, & perpetuō fuit Patri obediēs Filius: cuius vita sibi semper æqualis fuit: & vt vita, ita &  
doctrina. Hac cōtinua obediētia meruit vt homo nunquā à Deo deserat, & Dei cōtinua cura  
absque interpollatione seruari in suo officio & omnibus suis & actionibus & passionibus.

Filius Patri obe-  
diens.

Patri placita fa-  
cere.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Tamet si Phariseorū malitia in pœnis pmoueret: erāt tamē ex reliqua turba nō pauci, in  
quibus semē Dei radices accepit, vt tū erāt Euāgelicæ doctrinæ capaces. Iactus est aliquis gra-  
dus ad fidē, etiā si nōdū eō p̄fecerāt quod post erāt promouēdi. Audito ergo IESVS, spe bonā  
ex his quæ promittebat cōcepta, crediderūt illi. Obserua & vide vt nunquā desint apes, quæ ex  
floribus verbi Dei mel sugāt, vt cūque inde aranei venenū hauriāt. Idē aduerte verbi Dei po-  
tētiā, quū M V L T O s dicit: & tenebrarū expulsiōne, aduentate luce, quādo crediderūt, dein-  
de obiectū fidei, I N E V M supple CHRIS-  
TUM, in quē se fides extēdit. Colligamus ex to-  
to hoc sermone, Christū significasse Iudæos ipsum cognituros in cruce à signis quæ tūc, & à  
resurrectione & captiuitate facta sunt. Omnia enim hæc, ait Theophylactus, cuius verba sub-  
scribo, poterāt declarare eius fortitudinē. Vtrūque igitur scietis & fortitudinē meā, quādo me  
crucifigetis, & cōcordiam meā cū Patre: neque enim Pater vltus esset me, data ciuitate vestra  
Romanis, vel signis in cælo factis, nisi Filius eius esset, & eiusdē sciētiae, & nō cōtrarius. Tūc  
igitur scietis quod quæ doceo & dico, ab illo sunt, diuina omnino & verba Dei ac nō mea, sed  
eius qui misit me. Dicebat ergo IESVS ad eos qui crediderūt ei, Iudæos.

Verbum nūquā  
sine finē.

Quia (vt ille ait) nō minor est virtus quàm quærere, parta tueri: dignatur Dominus, quos  
videbat cognoscebatque etiam in animis fidei fundamenta iecisse, exhortari ad spiritualis  
ædificii consummationem: nec satis esse cœpisse, nisi consummauerint: & munire contra  
demolitores, fures, tentationes, insidias, & id genus quæ à cœpto opere, id est à suscepto ac  
credito verbo retrahere conātur. Notātque quosdam hypocritas, vt ferè fit, fuisse inter hos,  
qui Domino videbātur credidisse: & confirmat eos qui verè crediderant quod Euāgelium  
(cuius vsus est bene operari) non pertineat ad otiosos.

Otiosi nihil ad  
Euāgelium.

Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.

Verbo MANSERITIS, hortatur ad p̄seuerantiā in suscepta fide. Bene cœpistis credere ver-  
bis meis, quæ nūc audistis, à quibus cauedū est ne aliorū vos abducat incredulitas: sed in his  
manēdū est. S I MANSERITIS, id est perseueraueritis in doctrina mea, cui etiā totos vos  
cōsecraueritis, V E R E discipuli mei eritis, id est agnoscat vos germanos, verosque discipulos  
meos. Nō illos verè discipulos meos agnouerim, qui modō credūt, paulō post leui quodam  
offendiculo aut p̄secutione recedūt. De his Dominus in parabola (Luc. ca. 8.) mētionē facit,  
dicens, Nā qui supra petram: qui quū audierint, cū gaudio suscipiunt verbū, & hi radices nō  
habēt, quia ad tēpus credunt, & in tēpore tentationis recedunt. Perseuerandū est in suscepto  
verbo: Qui enim p̄seuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Hactenus Moyfi, qui vobis legē  
(quam ferre nō potuistis) dedit, seruauistis: is quem adumbrabat, præsens vobis loquitur  
cui si vos cōsecraueritis, & in fide permāseritis, iā nō estis Moyfi, sed Dei discipuli. Obserua  
quā necessaria est hæc exhortatio, ne etiā quālibet dura patientes, à verbo deficiamus. Nā  
dum res in portu & vado est, dum verbum prosperum habet progressum, bene audit, & ei

Verbi Manse-  
ritis.

Discipuli Dei.  
Perseuerantia  
commendatio.  
Exhortationis  
necessitas.



Discipulorum nota & signum.

fuccedunt omnia feliciter, nemo non lætatur verbo, apud quod lubens permanet. At si mo dica exoriatu tempestas, & tentatio aduersus verbum, si non bene audierit, nec felicem habuerit progressum, incōstantes & non veri discipuli incipiunt à verbo deficere, ipsum abnegare, & profiteri se nunquam illud nouisse. Si constanter verbo adhæserimus quanlibet magnis tentationum procellis agitati, submergi nō poterimus, certō apud nos statuentes, quōd Dominus promissis stabit, qui nō sinet nos tentari supra id quod possumus. Hæc exhortatio Christi, suauissimam nostris cōscientiis affert cōsolationē, explicans certū & probū signū, quo discere possumus nos discipulos CHRISTI, & filios Dei. Si tentatus video me manere, id est, adhærere verbo Dei, & ab illo non deficere, hoc signo me ipsum consolator, dum apprehendo me Deum habere propitium, qui dignatur me filium & discipulum habere, & in tentationibus non deserere: cuius auxilium & fauorē sentio hac fide qua ex superior me illius verbo adhærere. A cœpto itaque opere bono & sancto, non est desistendum, sed perseverandum. Meminerimus vxoris Lot, quæ conuersa retrō, in statuam salis est mutata. Huc pertinet quod Lucæ cap. 17, dicebat Dominus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrō, aptus est regno Dei.

Et cognoscetis veritatem.

Auditor discipulæ Christianæ.

Cognoscere veritatem. Cognitionis veritatis gradus.

Qui diligens auditor in classe Domini cœlestem veritatem nō Pharisaicæ doctrinæ profitentis, manserit, is veluti verus discipulus COGNOSCE T veritatem, id est, remouet velamine legis Mosaicæ, à die in diem, progressūque temporis in Euangelio promouebit, maiorem accipiens verbi cognitionem, quod in Spiritu & veritate intelligit: hoc est cognoscet ipsam æternæ vitæ sapientiam, quæ quæ verè bona sunt & intelligit & amabit. Aut COGNOSCE T veritatē, id est me, qui sum veritas, infra, cap. 14, Ego sum via, veritas & vita. & cap. 17, Sermo tuus veritas est. Proinde est quidam huius cognitionis progressus & ordo: imprimis verbo credimus: fides, verbum, quod est IESVS CHRIS TVS, arripit: at quæ Christus sit thesaurus scientiæ, cognitionis, sapientiæ, & intellectus, consequens est, vt qui se totum fide viuam Christo contradidit, cognitionis veritatis capax fiat. Supra cap. 1, Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per IESVM CHRIS TVM facta est.

Et veritas liberabit vos.

Veritas liberat.

Progressus ad veritatem.

Spiritus veritatis.

Euangelii officium.

Seruitas corporalis nō pugnat cum Euangelio.

Hæc tum VERITAS: vera scilicet scientia salutis, liberos vos reddet: nam dum per illam scientiam Deum verè cognoscetis, ipsi omnino consecrati eritis, & viuētis: viuētis quæ noxia sunt agnoscetis, & ab illis prorsus abhorrebitis, atque affectus, qui vos antea in seruitutem trahabant, veluti liberi, reprimeris, vitam cælo, Deo que dignam agētis. Aut dici potest, Qui totū se CHRISO cōsecrauit, in libertatem vindicabitur: ad quam est quidā ordo & progressus. Primū, audire verbum, hoc est CHRIS TVM. Secundū, credere, & certo statuere apud se firmas esse Dei promissiones. Tertium, manere in classe Dei, & se beneuolam verbi auditorem præstare. Quartū, cognoscere veritatem, siue in Euangelio & doctrina CHRIS TI promouere per illuminationem Spiritus Sancti, qui dicitur Spiritus veritatis, infra cap. 16, Quum venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnē veritatem. Postremū, est liberū esse à iure peccati & mortis: quod maxime operatur Spiritus Sanctus credentibus per CHRIS TVM exhibitus. Rom. cap. 3, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū Sanctum, qui datus est nobis. 2. Corinth. cap. 3, Dominus autem Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Propriissimum ergo Euangelii & verbi officium est liberare à peccato & tyrannide eius, à prauis & mundanis cupiditatibus, à metu mortis, & à seruitute Pharisaicarum constitutionum: non autem statum fortunæ mutare eximendo corpus à iure heri: non enim seruitus corporalis (qua seruus operas suas hero debet) pugnat cum libertate Euangelica. 1. Corinth. 7. & 1. Petri cap. 3, Discamus quæ vera est libertas, & à quo petenda. Verè liber & vera libertate insignitus est, qui non trahitur ad iniquitatem, & principali Spiritu præditus est, vt liberè vitam cælo dignam viuat. Hanc veram libertatem solus CHRIS TVS (qui donat Spiritum huius libertatis) confert. Obserua: Quemadmodum his qui non credunt, graue exitium comminatus est, dicens, In peccatis vestris moriemini: ita credentibus, & in fide manentibus suauissimam promittit consolationem, libertatem scilicet à peccatis, quam conferre non poterant sanguinis aspersiones & sacrificia: vmbra enim erat. At veritas nobis per CHRIS TVM cōtigit. Vnde spirituale & verū sacrificiū per fidem viuam (qua nos omnino consecramus CHRISO) liberat nos, vt amplius non simus serui: sed filii Dei in Christo & per Christum efficiuntur, qui natura Dei filius est, nos verò adoptione per ipsum. Cauendū est maxime ne iactes eiusmodi voces: Liber per fidem sum quæ nihil non absoluit: quid

quid porò meis opus est operibus? Omnia per Christum absolute acta sunt: longè lateque aberras. Absit vt eiusmodi voce, impium nequitiae operculum prætexamus. Christiana libertas est qua quis non coactè, sed liberè & ex animo bona opera velut seipsum vincere studens, operatur. Ad hunc modum diuus Paulus docet, Lex non est iusto posita: lex enim nihil iuris in eo habet quod accuset: sponte enim & Spiritu Dei (quæ lex postulat) exequitur. Hæc libertas proprie referenda est ad conscientia pacem ac gaudium: sed quia adhuc in carne viuūt Christiani, & inter homines, seruiendum est necessitati, comedendo, bibendo, mercando, &c. ita & frænanda caro, & seruiendum proximi necessitatibus. Inde spiritus ipse sua sponte ac cum gaudio & voluptate suscipit negotium frænandæ carnis & seruiendi fratris necessitatibus. In hunc modum debitores sumus. Sic diuus Paulus 1. Corinth. cap. 9. Rom. cap. 6. & 7. & Galat. cap. 5, Vos in libertate vocati estis, fratres, tantū ne libertatem detis in carnis occasionem, sed vt per charitatem Spiritus, seruiatis inuicem.

Responderunt ei.

Iste solet esse impiorum genius, vt his sibi placeant, quibus nequaquam meliores redduntur, vt est à sanctis & maioribus genus ducere, quum Deus contra velit nos quempiā à vita, à studiis, ab animo æstimare. Istorum typum gerunt Pharisei, qui nobilitate & prærogatiua maiorum tumentes, indignabundi CHRISO responderunt.

Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiumus vnquam.

Quomodo tu dicis liberi eritis?

Hoc responsum ex Pharisæorū fœtido & male olente stomacho prodiens, ostēdit ipsos nulla re magis offensos, quàm quod se seruos audirēt. Tanta illorū erat cæcitas & ignoratia, vt ex libertate Euangelica & spiritali, carnalem intelligerēt. Quales (aiunt) putas nos esse, quibus tu abiecta persona longè maioribus nostris inferior, polliceris libertatē? Quasi verò seruitutem seruiamus nos, qui maximi illius Patriarchæ Abrahæ posteritas sumus, ingenii ex ingenio prognati, & auita nobilitate insignes, cuius semini promissum est regnum æternū, nē cōylli vnquam seruiumus, id est, nulla gens in nos authoritate diuina dominū exercet: quāuis Romanus imperator regnum nostrū tyrānicè occupet, non tamen id iure diuino fit, à cuius tamen subiectione si vuleris nos in libertatem vindicare (modo id præstare possis) nobis gratissimum esset. Vnde libertatē promittis, quasi serui simus manumittendi? veluti Abrahæ filii ex Agar ancilla, & non ex Sara libera, liberi prognati, Saraceni liberi, non Agareni serui sumus? Quid igitur inuris generi nostro notam, perinde ac si ex ancilla Agar nati essemus? Hoc certè non est libertatem polliceri, sed liberū genus, seruitutis nota sordidare. Impudico ore mētiti sunt dicentes, NEMINI seruiumus. Seruierūt enim quoties in captiuitatē ducti sunt, & Aegyptiis sub Pharaone in luto, latere & paleis: Babyloniis sub Nabuchodonosor, & aliis multis. Item, Ioseph vnus ex Patribus eorū (Genes. cap. 39) seruiuit in AEGYPTO, doctore Dauide Psalmo 104, In seruum vānundatus est Ioseph: sed vsque adeo præceptis & vehemēs est cōtradicens studium, vt quicquid in buccam venit, impræmeditatè dicant, nihil attendentes quod pronuntiant verum sit necne.

Respondit eis IESVS.

Quum Dominus Iudæorum crassitudinem obseruaret, qui in rebus carnalibus ponebant fiduciam, & gloriā suā, interim negligentes spiritualia, quæ nos Deo cōmendant: nec intelligerent de qua libertate esset loquutus: dignatur imprimis CHRIS TVS explicare, se de animorū libertate loquutū, quæ spiritualis est: qua liberamur per Christū à peccatis. Deinde respōdebit illorū gloriatiōni in authore libertatis suæ, Nos semē Abrahæ sumus:

Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

Rem etiam maxime certam & seriam, propter imbecillitatem nostram iuramento cōfirmat, & explicat de qua libertate ipse loquatur. Vos (inquit) vestra opinione liberi estis: nimirū ingenui filii Abrahæ ex Sara libera. Non est hæc vera illa libertas de qua loquor: hanc vt cognoscatis operæpretium est prius intelligatis, quæ sit vera captiuitas & seruitus. Est quidē genus quoddā captiuitatis ac seruitutis, si quis ex ancilla nascatur seruus, aut capiatur in bello, aut seipsum in alterius potestatē iure ciuili vēdat, aut carcere tetro captiuus includatur. At aliud est seruitutis genus lōgē turpius, & calamitosius: à quo neminē asserit maiorū quālibet magna nobilitas. Quod est illud? quæ est illa vera captiuitas? Pro certo cōfirmo vobis (ait Christus) si IQV I S cōmittit peccatū, seruus est sub potestate & tyrānidē

Impiorū vocē blasphemæ. Christiana libertas.

Persona æstimatio à virtute.

Iudæorum carnalis apologia de sua libertate.

Iudæi seruierūt.

Libertas animorum.

Captiuitas.

Seruitutis variū genus.



Quis verè liberat.  
Christus verè liberat.  
Tyranni à quibus Christus liberat.

Tétationes extrinsecæ nō de omni.  
Mors aculeus.  
Mors victa.

Captiuitas vera

Ambitio incommoda.

Peccati tyrannicū dominium

Serui.  
Fili & serui collatio.

Domus.

peccati & Satanae, ac sui iuris esse definit. Sunt ergo omnes homines nati serui, quia omnes peccauerunt & egent gloria Dei, Rom. cap. 3. Quibus iure suo dominantur, & tyrannidem exercent, peccatum ut occidat, mors ut damnet, & Satan ut perdat. Tāta est hæc captiuitas, atque adeo vrget, vt qui hac tenetur seruitute, nihil libero animo agere videatur: inquietus agit omnia, nullam domi forisve conscientia pacem habet, etiam si alioqui corpore vegeto & libero sit. Ab hac vera captiuitate non potest seruus cōseruum liberare & manumittere, qui & ipse peccato est obnoxius: sed ille solus liber reddi & ingenuos, qui solus nulli peccato est obnoxius. Is vnus solūque est Dominus IESVS CHRIS TVS, Deus & homo, qui sua cruce, morte, & resurrectione, nos (qui omnes in Adam peccauimus & egemus gloria Dei) vera libertate donare potest, & liberare à iure peccati, ne nos occidat: à misericordia & tyrannide mortis, ne nos damnet: & à Satana, ne nos perdat: vt nos restituamur iustitiæ, gaudio, vitæ, & Deo optimo maximo, cui æternū viuamus. Hoc beneficium CHRIS TVS præstat, liberōque nos spiritu donat, qui etsi in præsentem non omnem peccati, hoc est deprauati animi tyrannidē & fomitem extinguat, fortiter tamen illum reprimi, neque cedit, donec profus illum deiiciat & eliminet. 1. Corinth. 15. Deinde finis: quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutē. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimē autē inimica destruetur mors. Quādiu ergo hīc sumus, semp nos suis machinis impetēt tyranni illi, nec auferēt extrinsecus tétationes peccati, mortis, & diaboli: nec ab illorū sensu nos liberat vera libertas, siue viua fides, donec venerit nouissimus dies ille iudicii: sed liberat credētes à iure & dominio ipsorū, & adimit eis aculeum quo omnes homines peribant, 1. Corinth. cap. 15. ex Osea, cap. 13. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis, peccatū est: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrū IESVM CHRIS TVM. Sentimus quidem aduersarios, sed fide illos subiugabimus, & certō vincemus. Itaque vera captiuitas est à peccato, cui omnes nascimur serui & captiui, duram seruientes seruitutem, quoad manuducamur, hoc est renascamur per CHRIS TVM omnium dominum, herum & magistrum. Dicit aliquis, Expende mihi aliquod genus peccati, vt sentiam quāta tyrannide peccatum in homine dominetur. Auaritia peccatum est, quæ si alicuius animum occupauerit, quid non cogit? in diuitiis inopiam facit: liberalem, tenacem reddit: animum nunquam finit quietum: cogit vt noctes insomnes congerendis diuitiis protrahat avarus, cui tantum deest quod habet, quā quod non habet. Et quid non mortalia peccata cogit auri sacra fames? Si in homine regnet ambitio, statim tyrannidem exercet, & veluti summum habens dominium, cogit lycophantizare, adulari, parasitari, ex alieno viuere, inuidere, proximum contemnere, ininitum fœdus frangere, cum nullo pacem habere, & nunquam rebus præsentibus cōtentum esse, semper sitire, & nunquam saturari. Hoc est tyrannicum peccati dominium, donec cogat in æternam perditionem. Non ergo regnet (ait Paulus Rom. cap. 6.) peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius: sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & mēbra vestra, arma iustitiæ Deo. Vide quæ in illum Pauli locum scripsimus. Obserua: Verbi & Euangelii officium est, liberare à peccato. Seruum peccati esse: est à peccato angī, tribulari, vexari & damnari. Obserua: AMEN AMEN dictum est pro Quā verissimē. Hebræi enim superlatiuum faciunt tam in aduerbiis quā in nominibus eiusdem vocis repetitione.

### Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum.

Singulari quadā collatione confert hoc loco omnes homines secum, vt ad sperandā à se hanc verā libertatem incitaret: nomine SERVI significans omnes homines qui in Adam peccauerūt. Seruus tamen ad tēpus in domo quadā agit, tamen quoniam seruus est, ad nutum & voluntatē Domini domo exigitur, hæreditatis expers: filius autē bonorū omnium hæres est, perpetuū ius in domo habens. Hoc simili non solū nos ad libertatem inuitat, sed etiam significat nos omnes seruos peccati natos, Dei filios fieri oportere. Obseruādum est DOMVM hoc loco intelligi, aut Ecclesiam in præsentem seculo (de qua scribit Dauid, Psalmo 23, Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ: aut alterū in cælis, in qua beati vita fruuntur æterna. Psalmo 83, Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorū laudabūt te. Theophylactus hoc loco ait DOMVM accipi pro potestate,

state, sicut pro principatu vsurpatur, infra cap. 4. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. SERVM peccati intelligito, nō quia peccat, (nō est enim homo qui nō peccet 3. Reg. 8. & Proverb. cap. 24. Septies in die cadit iustus.) sed quia permanet in peccato, quo oblectatur, & ex inueterata peccati consuetudine, veluti quodā reti peccatorū irretitus, in peccatis totus moritur, & sepelitur. Huiusmodi seruus in neutra domo manet: in priore quidem secundum speciem & externam conuersationem diuersatur, reseruit tamen est à corpore mystico, nō secus atque putridum membrum à vegeta corporis parte: neque in posteriore manet, in quam solus ingreditur qui sine macula operatus est iustitiam.

### Si ergo Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

Quum operæpretium sit nos omnes filios Dei fieri oportere, & id beneficii non nisi per ipsum vnigenitum consequi possumus, rectè intulit, SI ERGO Filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Quasi diceret, Ego CHRIS TVS solus sum Filius Dei: ergo solus bonorū Dei hæres. Quare si volueritis manumitti & in libertatē asseri, ac in hæreditatem bonorū restitui, nō est quod eam expectetis à Mose, aut Patriarchis, aut Sacerdotibus vestris, (quorū administratio fuit ad tempus) neque quisquā horū profus immunis fuit à peccato, neque quisquā ius habuit abolēdi peccata, neque quisquam ad plenū nouit veritatē, sed expectanda est à me vnico Filio, hærede omniū bonorū, & permanente in domo in æternū, cui tota perpetuāque domus potestas tradita est. Ego ille sum, qui si à peccatis absoluerō, & ab erroribus vos liberauerō, verè plenēque liberi eritis, etiā si ex ancilla Agar nati fueritis. Obuiā igitur omnes eamus Domino, libertatē consequuturi, si nos ipsi totos cōsecrauerimus: Nam ille dat Spiritum suum, quo liberi & pronis animis, quæ Dei sunt scētemur, quæ sola vera libertas est. Quid enim profuerit carne orbi imperare, & animo esse seruum mortis? Is verè mancipium est crudelissimorum tyrannorum, peccati, mortis, inferni, & Satanae, etiam si fuerit à sanctissimis, nobilissimis, ac liberrimis parentibus prognatus. Consule Apostolum ad Rom. cap. 4. & 8. & ad Galat. cap. 4. vbi allegoricè tractatur per exempla libertas Christiana, & seruitus legalis. Non inutile fuerit videre locum 2. ad Corinth. cap. 3. Obserua: Filius liberator est, ergo & liberati per illum æterni erūt. Item, Hæreditas spectat ad liberatos per CHRIS TVM, qui dicuntur filii Euangelii: & qui sub Euangelio sunt, verè sunt liberi. Verè liberari, est fructus fidei in CHRIS TVM.

### Scio quia filii Abrahæ estis.

Posteaquam docuit carnis libertatem apud Deum pro nihilo haberi, sed solam spiritualementem ac veram libertatem ex operibus æstimandam: nunc incipit respondere ad prærogatiuam, qua Iudæi maiorum nobilitate & sanctitate gloriabantur, siue auita fide & probitate. Audio vos nomine Abrahæ vobis placere: scio & confiteor vos ex Abraham prognatos esse: sed nihil aut parum refert carne & secundum Ismaelem ex Abraham natum esse, si non habeatur spiritus Abrahæ, vnde & vita & studium Abrahæ sequatur. Ad Rom. cap. 9. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.

### Sed quæritis me interficere.

Leuis & popularis est gloriatio, maiorum stemmate gloriari, & nullum sui specimē præclarissimis gestis exhibere: natura comparatum est, minores referre maiorum probitatem, & factis declarare se illorum posteros esse, nisi degeneres filii videri velint. Agnosco quidem in vobis ab Abraham originem, sed non fidem & religionem, qui adeo credidit Deo, vt non dubitauerit ad illius iussum, vnicum, quem habebat ex Sara, filium Isaac mactare: quāuis per hunc promissa illi esset numerosa posteritas. Iam factio declaratis vos degeneres esse, & non filios Abrahæ secundum promissionem: hoc est secundum Spiritum: sed secundum carnem ex Ismaele Isaac hæredis persequutore, dum non solū me Filium Dei, vnicum hæredem persequimini, sed & conamini me ipsum interficere, pro natura carnalis filii Abrahæ, qui est Ismael. Huc ptinet quod scribit Paulus ad Galat. cap. 4. Nos autē fratres secundum Isaac promissionis filii sumus: sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequeretur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eitice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ.

### Quia sermo meus non capit in vobis.

Ætiologia est ab incredulitate sumpta, qua ostenditur cur Iudæi sint Abrahæ filii degeneres. Vos ratione humana & sensu vestro vultis sermonem meum comprehendere, qui

Peccati seruus.

Libertas à solo Christo.

Libertatis Spiritus.

Filii Euangelii liberi.

Abrahæ Spiritus.  
Fili promissionis.

Gloriatio popularis.

Abrahæ fides commensatur.

Ismaelita.

Iudæi ab Abrahâ degenerant.



Capitulum, verbum.

sola fide apprehenditur: ideo vos me persequimini, in sania vestra cōtra me est, quia s e r m o meus sublimior est vestra cogitatione, & à vobis capi nequit: propter hoc, nō oportet me occidere, sed magis orare, vt doceam dogmatum sublimitatem & colere & obseruare. Sermo meus non c a p i t, id est, locū nō habet in animis vestris liuore & odio occupatis: vnde non creditis sermōni meo, qui spiritalis est. Hęc incredulitas causa est, cur me vt blasphemum, opinione quidem vestra, persequamini, & interficere conemini: atque manifestē declarat vos maximē alienos à moribus patris vestri. Abrahā nihil hęcruit de promissis (quanquam natura reclamaret) sed credidit legato, per quem illi loquebatur Deus. Vos autē me presentem (per quem Pater vobis & loquitur & maiora pollicetur) neque recipitis, neque mihi creditis: sed vt impostorē & calumniatorē persequimini, & maliciofis consiliis mortem machinamini: non igitur Abrahę posteri estis spirituales, sed carnales.

## Ego quod vidi apud Patrem, loquor.

Patris, &amp; Filii vna doctrina.

Doctrina Christi vera. Filii opera non dissimilia operibus Patris.

Hic locus cum sequente collatio est, qua cōferuntur causę sermōnis & operū c h r i s t i, similiter doctrinę & operum Iudęorum. Argumento à certitudine suę personę & sermōnis sui petito, c h r i s t v s humilitate suę personę offensis Iudęis mederi studet: atque hanc certitudinem à causa efficiente probat: proceditque probatio à certitudine suę personę ad certitudinem doctrinę suę suorumque operū. Estque hęc sententia etiam per occupationem dicta: dicere enim potuissent, Nos te propter doctrinam odimus, quia non dicis à Deo, sed à teipso, propterea non possumus doctrinam tuam capere. Respondeo det non à meipso loquor, sed quę a p u d p a t r e m meum vidi, id est, diuina & celestia (quę Patrem meum expriment) loquor. Licet vna eadēque sit Patris & Filii scientia, tamen tapinosis est in c h r i s t o per carnem humiliato, quū dicit, e g o quod v i d i, id est, expertus sum apud Patrem, loquor. Hoc verbo l o q u o r, Christus complectitur & doctrinam & opera sua. Pater meus celestis verax est, qui quum sese totum in me expresserit, non possum non loqui veritatem. Veritatem vidi, veritatem loquor, quia sum veritas. Ego enim natus sum Filius Dei veracis ante omnia secula. Sunt ergo vera quę dixi, me esse lucem, fontem vitę, panem viuum, & huc à Patre missum, non vt iudicem mundum, sed vt per me saluetur mundus. Et doctrina mea, & opera mea ostendunt me ex verace venisse, & veracem esse.

## Et vos quę vidistis, apud patrem vestrum, facitis.

Iudęi dissimiles Abrahę.

Satanas Iudęorum Patris.

Malus coruus malum ouum.

Vos ex operibus vestris dissimilimi estis Abrahę: qui qualia apud patrem vestrum vidistis & didicistis exequimini. Quum igitur opera vestra sint, persequi maliciofis consiliis mortem innocentis & machinari, inuidere, occidere, interficere, & huiusmodi, oportet vos illa didicisse & vidisse a p u d p a t r e m vestrum, qui homicida sit & impostor. Is Satanas est, apud quem v i d i s t i s hęc, id est, in Satanę potestate hęc operamini, illius maliciam imitantes, & disciplinam obseruantes, veluti qui in verba illius magistri iurauerunt. Quū ergo loquamini & faciatis quę apud maliciosum patrem vestrum vidistis, consequens est & doctrinam vestram & opera vestra mala & impia esse. Huc pertinet parōmia illa vulgaris, Malus coruus, malum ouum.

## Responderunt, &amp; dixerunt ei.

Quum Iudęi subodorarent c h r i s t v m loqui de libertate & origine spiritali, nō rūmque similitudine & imitatione, nec bene ferrent dictum Christi, v o s quę vidistis apud patrem vestrum facitis, sic respondent, vt conuictum aliquod in Abraham ex dictis c h r i s t i eliciant, vt si ita fieret, populum ad lapides prouocarent. Nam quum dixisset palam illorum mala esse opera, illōsque agere quę apud patrem suum vidissent, nec agnoscerent alium patrē quā Abraham, existimant se suo responso persuasuros populo, quod c h r i s t v s hoc dicto, Patriarchā Abrahā taxaret, qui talis fuisset, quales habebat filios.

## Pater noster Abraham est.

Abrahę cōmendatio.

Quum certō statuerent se esse filios Abrahę, nec alium patrem habere quā Abrahā: Quid? (aiunt) audimus te dicentem nos agere, quod apud patrem nostrū vidimus, & mala nostra esse opera? Es ne dicturus aliquid contra patrem Abraham sanctissimum Patriarcham, qui nobis omnibus absolutissimum viuendi exemplar est? Ille omnium iustissimus est: cur illum calumniaris, quasi nos impia docuerit? non ista feremus. Defendunt se contra c h r i s t v m accusantem illos: defensionem à prerogatiua sua quærunt, atque ad hunc modum videntur argumentari, p a t e r noster Abraham est, ergo doctrina nostra, & opera

& opera nostra bona sunt, nec à te abiecta persona veniunt arguenda. Quam male argumententur, nouit etiam elementarius dialecticus.

## Dicit eis IESVS.

Non cōtendit c h r i s t i responsum, vt durius quicquam dicat in Abraham, quem tantopere commendat, neque vt neget Iudęos esse filios Abrahę secundum carnem, quemadmodum paulō antē dixit, Scio quia filii Abrahę estis: sed vt discernat inter Ismaelitas & Israelitas, hoc est inter carnales & spirituales filios fide imitantes Abraham, & iuxta fidem operantes.

## Si filii Abrahę estis, opera Abrahę facite.

Veri & germani filii, parentes & eorum castimoniam imitantur: vos semper gloriamini de patre vestro Abraham, cuius mores & sanctimoniam nulla ex parte aut attingitis, aut imitamini. F A C I T E opera eius, id est, credite quod ille credidit, scilicet in semē illud promissum, in quo benedicendę sunt omnes gentes. Fide adhęsit Abraham verbo promissionis, vidit eum qui vobis loquitur, quem tamen quæritis interficere: ratiocinatur Dominus ex signis reciprocis, siue vt dialectici loquuntur, conuertibilibus, Si animal est, sentit: si sentit, animal est. Ponit enim hanc definitionem, Filius est qui patrem imitatur. Si estis filii Abrahę, vtique facitis illius opera. Si facitis, estis filii: Sed non facitis, non estis igitur filii.

Germanorū filiorum genitius.

Conuertibilia.

## Nunc autem quæritis me interficere.

Argumento ab opere Iudęorum diuerso, ab operibus Abrahę petito, apertē probat Iudęos esse degeneres filios Abrahę. Vbi estis, inquit, filii Abrahę, quum sitis homicidę, & sanguinis innocentis sitibundi, quæratisque me occidere?

## Hominē qui veritatē vobis loquutus sum, quā audiui à Patre.

Hęc per occupationem dicuntur, ne quis diceret, iure quærunt te occidere, addit, Hominem veracem, non aduersarium Deo, qui non suam gloriam quærit, quum veritatem dicit, quā non ex se comminiscitur, sed quā audiuit ex Deo: vt quisquis ei diffidit, eundē & Deo diffidere necesse sit. Quę est veritas quā dixit? Quod æqualis sit Patri, & non feruus, sicut vnus Prophetarū, sed filius: nihil proprium vel docens vel faciens, sed omnia quę Patris sunt. Hęc est veritas propter quam volebant illum interficere Iudęi.

Veritas propter quā Iudęi Christi persequuntur.

## Hoc Abraham non fecit.

Persequi hominem innocentem, & maliciofis consiliis vitę eius insidiari, neque nouit vnquam Abraham, neque docuit. Vos igitur non estis veri Abrahę filii, qui longē diffidētis ab illius moribus.

## Vos facitis opera patris vestri.

Nominatim non explicat c h r i s t v s patrem illorum, cuius mores & opera imitantur, tacitē tamen insinuans diabolus esse. Abraham non vos agnosceret filios suos, qui rem impiam molimini, longē dissidentem ab illius moribus. v o s facitis nō Abrahę, sed p a t r i s vestri opera, hoc est, Opera vestra ab operibus Abrahę diuersissima, manifestē ostendunt vos habere alium patrē quā Abrahā, quisquis is est, cuius ingenitū exprimitis.

## Dixerunt itaque ei.

Iudęi in conscientia conuicti c h r i s t v m veracem esse (qui manifesta probatione ostendit illos non esse veros Abrahę filios) irritiores facti, consultant inuicem, dicentes, Aliud recurrendum est quā ad Abraham, quem quoties nominauerimus, ille semper dicitur est, Quare non illum imitamini, de cuius genere gloriamini? At scimus Deum comunem omnium esse patrem, nobisque peculiarem esse ex signo circumcisionis: dicamus nos non esse spurios, qui Patrem habemus Deum, vt videamus quid hic impostor calumniabitur, & nobis respondebit.

## Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum.

Heus tu I E S V Nazarenę, quem tu patrem nobis alium assignas, qui nobis parentem adimis Abrahę? Quū non sumus ex stupro, gloriari nobis liceat de hoc quod nō sumus posteritas Abrahę, verū etiam, sumus filii Dei. Quod si alium Patrē quā Deū totius gētis nostrę cōmunem patrē tribuis: non solum in nos, sed & in vniuersam Iudęorum gentem



contumeliosus es, quem manifesti mendacii arguemus, quando suspicamur te dictis tuis infinuare, neque Deum neque Abrahamum, sed Satanam esse patrem nostrum. Si iuxta carnem genus rogaueris, omnibus apertissimum est Abrahamum esse Patrem nostrum. Si de spiritali patre quaeris, is est Deus. Nam circumcisio nobis in signum data est, quod sumus Filii Dei. Genes. cap. 17. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, foedere sempiterno, ut sim Deus tuus & feminis tui post te. Exod. cap. 4. Filius meus primogenitus Israel. Obserua istorum arrogantiam & inflationem. Postquam illos Dominus à cognatione Abraham eiecit, & alienos conuicit, ambitione turgidi insurgunt, ut praerogantia, se ipsos etiam Dei filios faciant rursus. Quamuis Dominus multos ex stupro prognatos asseuerare potuisset, quod contra legem admiscebantur gentilibus Hebraeae mulieres, & Iudaei gentilibus: non tamen id facit, cuius studium est non reprehendere eorum carnalem ignobilitatem, sed declarare eos secundum Spiritum degeneres esse. Dicit potest in hunc sensum, NOS non sumus ex fornicatione, id est, non sumus ex gentilibus idololatriis, quibus Deus non se promisit ut nobis. Vsu Scripturae FORNICATIO, pro idololatriae impietate ac cordis prauitate accipitur, ut videre est Deuteronomi cap. 31, Fornicabitur post deos alienos. Osee cap. 4, Fornicatur terra à Domino. Esaia cap. 1. & 57. Hieremiae cap. 1. & 3. Ezechielis cap. 10, 16, & 23. Iudic. cap. 8.

## Dixit ergo eis IESVS.

Quum Iudaeorum responsum impudentiam magnam haberet, seuerius à CHRISTO retunditur. Nihil profecto dici videri potest impudentius, quam quosdam gloriari & putare se in album filiorum Dei repositos esse, & interim grauissimis sceleribus totos maderere, & CHRISTI vitae insidiari. Propterea quum reiecti à familia Abraham, sua arrogantia sese in filios Dei asseruissent, Dominus ostendit illos magis aduersarios Deo.

## Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me.

Argumento ab effectis ad causam, probat Iudaeos simpliciter non esse veros Dei filios, licet ratione conditionis naturae, omnium pater sit Deus. Si Deus vobis pater esset, hoc est veri germanique essetis Israelitae, vos me ut fratrem diligeretis, qui sum Patris expressa imago, qui Patris mores, ut decet germanum filium, exprimo. Quum CHRISTVS sit vox & verbum Dei, via ad Deum, veritas, sapientia, & omnium bonorum thesaurus, quae bona non solum possidet, quae filius est, sed etiam quae homo. Filii enim Dei, homo factus est, Verbum caro factum est. Consequens est, ut nemo verè gloriari possit de Deo, nisi fide habita in CHRISTVM. Quare cessant hinc Turcae, Iudaei & infideles omnes vbivbi sunt, qui gloriantur se verè colere vnum Deum caeli & terrae, quum neque CHRISTVM ut Deum recipiant, neque in ipsum credant. Non est proculdubio ad Deum aditus, nisi per CHRISTVM: quem qui nescit, & Deum ipsum ignorat.

## Ego enim ex Deo processi &amp; veni.

Rationem à causa ad effectum CHRISTVS adducit, cur ipsum Iudaei diligere debeant. Si Deus vobis pater esset, diligeretis me, qui non sum Deo aduersarius, & nihil aliud exprimo quam Patrem, nec alterius negotium ago quam Patris: QUIA ex Deo processi, generatione aeterna & ineffabili, secundum diuinitatem, qua Deus ex Deo, omnipotens de omnipotente, aeternus de aeterno genitus sum. ET VENI, iuxta aduentum in carne, in mundum ad redimendum, saluandum, & omnibus beneficiendum. Qui quum non sum aduersarius, sed maxime in quo sibi complacet Pater, vos neque filii, neque amici eius estis, quando mihi aduersamini, & vitae meae insidiimini. Obserua: PROCEDERE ex Patre, diuinitatis est: VENIRE verò, humanitatis.

## Neque enim à me ipso veni, sed ille me misit.

Præcedentem rationem repetit, & expolit, ut tenacius auditorum animis hæreat. Ego neque huc priuata auctoritate veni, neque me ipsum legauit, ut quicquam ex me loquar, aut faciam: sed ille (quem vobis communem asseritis patrem) misit me. Vos igitur me ut Patris legatum excipere & diligere debetis.

## Quare loquelam meam non cognoscitis?

Hoc ferè cuique adnatum est, ut suo sermone & idiomate exprimat cuius sit. Exemplo nobis erit Petrus, cui ancilla hostiaria respondit, Galilaeus es: nam & loquela tua manifestum te facit. CHRISTVS diuinam loquelam habens, hoc est virtutem aliquam exerens, audiebatur

audiebatur cognoscebaturque supra modum humanum loqui. Interrogat Iudaeos: Si mihi & vobis communis est pater, & eiusdem patris filii sumus, cur non agnoscitis linguam eius qui verus est filius, qui semper apud Patrem fuit, antequam in mundum veniret: qui nihil loquitur quod à Patre non audierit: qui est verbum Patris? cur meam loquelam non cognoscitis? Obserua. Quemadmodum CHRISTVS miracula operabatur longe excellentiore modo quam Prophetae (nimirum imperando) & docebat sicut potestatem habens, ita & modus eius loquendi diuinus erat, vim aliquam exerens diuinam supra hominem. Deum loqui, vsu Scripturae est cordibus manifestare, aperire, & reuelare, Psalmo 84, Audiam quid loquatur in me Dominus, hoc est, Quid menti meae indicet, ipse animaduertam.

## Quia non potestis audire sermonem meum.

Aetologia est cur Iudaei non cognoscant loquelam CHRISTI, & non credant Euangelio. Quare (inquit) loquelam meam non cognoscitis? QUIA audire non potestis. Fides ex auditu est, auditus autem per verbum. Sed vnde AVDIRE non poterant? Quia corrigi credendo nolebant. Cognoscere loquelam CHRISTI, est credere Euangelio. Obseruauit Theophylactus in hunc locum, Non posse, pro Non velle positum: NON potestis, id est non vultis audire sermonem meum, propter sanguinariam vestram voluntatem liuore & odio plenam.

## Vos ex Patre diabolo estis.

Vos loquelam meam neque cognoscitis neque ferre potestis. Cur ita? quum per me vobis loquatur Deus, & nihil quod ab eius praescripto & pietate erga homines degeneret, conspiciatis? Sunt mores vestri longè diuersi à meis, & ex diametro meis aduersarii. Est mihi ergo alius Pater à vestro, cuius ingenium & mores refertis. At ne vos diu suspensos sustineam, si nomen patris vestri (à quo moribus non estis degeneres) tantopere desyderatis audire, vos neque ex Abraham, neque ex Deo prognati estis, sed EX DIABOLO, cuius mores induistis, & illius germani estis filii. Qui vos viderit, & intus & in cute nouerit, mox dicet, vos ad viuum referre diabolus: nam illius ingenium & indolem spiratis. Quæris vnde Iudaei sunt filii diaboli? Respondeo, imitando, non autem nascendo, pater est non natura, sed exemplo. Vnde diabolus? Respondeo, vnde & ceteri angeli: sed & ceteri angeli in sua obedientia perstiterunt, ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus, trahens secum ingentem angelorum cateruam. 2. Petri cap. 2, Deus (inquit) angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium referuari.

## Et desyderia patris vestri vultis facere.

Impia & execrabilia est arrogantia vestra: nam vos asseribitis vobis patrem Deum, & tamen opera vestra ostendunt & conuincunt vos habere diabolus patrem germanum. DESYDERIA enim eius vultis facere: Huic vos etiam atque etiam obsequentissimos praestatis, quum antequam quid demandatum sit, spontanei occurratis, ut & desyderium impleatis. Obserua: non dixit Opera, sed Desyderia, ostendens mirè affectos homicidii mendacique libidine: quae maxime propria mala sunt diaboli.

## Ille homicida erat ab initio.

Designat CHRISTVS notas & colores quibus diabolus cum vniuersa sua schola cognoscamus, & cognitum modis omnibus vitemus, fugiamusque. AB INITIO, supple sui lapsus (non enim in malitia aut homicidio fuit creatus) diabolus HOMICIDA fuit, sibi vitam adimens, qui primos homines suo mendacio pellexit in mortem, & primum homicidium inter fratres sua sit. Nomine homicidae veniunt inuidi, auari, immiseri cordes, & qui se saluis, omnia etiam humana pessum iri velint. Itaque Deus sicut inopiam fidei, scortationem: ita penuriam charitatis, homicidium vocat. Synceriores theologi per Sanguinem volunt intelligi omnem rancorem & inuidiam, ut homicidae & sanguinari sint, quique iracundi & inuidi. Matthaei cap. 5, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicii. Sic & David, vir sanguinarius, ab aedificando Dei templo prohibitus fuit.

## Et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo.

Duo asseribuntur diabolo vitia, quibus totus mundus dementatus, & omne malum in orbem terrarum penetravit, mendacium & homicidium. IN VERITATE non stetit: quia à veritate abiit ad mendacium, nolens manere in suae originis sanctitate. Factus quidem fuerat ad imaginem & similitudinem Dei, sed superbiendo retinuit quidem imaginem, quia non perdidit naturam immortalitatis: amisit tamen veritatem similitudinis,

Iudaeorum pater.

Fornicatio.

Impudentia.

Filium germanum.  
Christi in se ipsum.

Nemo de Deo gloriatur citra Christum.

Argumentum quod Iudaei non sunt Filii Dei.

Procedere &amp; venire.

Idioma prole  
quis cuius sit.

Deum loqui.

Iudaei cur Euangelio non credunt.

Christi loquelam cognoscere.

Possit pro Velle.

Iudaei filii diaboli.

Diaboli origo.

Diaboli desyderia.

Diaboli colores.

Homicida.

Sanguis.

Humani generis duas pestes, Mendacium &amp; Homicidium.



Angelorum or-  
natus.  
Mentum.

Angelus quomo-  
do factus dia-  
bolus.

Mendacium dia-  
boli proprium.

Diaboli filius,  
mendacium.

Iudeorum & dia-  
boli collatio.

Diaboli plan-  
stra.

Christi & dia-  
boli antithesis.

Incredulitas Iu-  
deorum inex-  
cusabilis.

quia ex bono angelo diabolus & Satan impius factus est. Intellegito hunc locum de veri-  
tate fidei. Principio enim suae creationis omnes angeli illustrati sunt veritate fidei super-  
naturalis beatitudinis, quam viua illa fide mereri potuerunt. In qua veritate quidam perse-  
uerarunt, petentes illam beatitudinem ex Dei gratia sibi conferri, & manserunt: alii vero  
propriis viribus contententes illam assequi, lapsi sunt ab illa veritate, & mendaces facti sunt.  
Q V I A non est veritas in eo: id est, Quia non est in eo amor veritatis post lapsum: ante la-  
psum enim fuit in diabolo veritas. Amauerunt ergo angeli boni veritate reuelatam vt regu-  
lam suarum actionum, quam mali oderunt, quia in ea perseuerare noluerunt, ergo oderunt.

Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.

Diabolus vtēs mēdacio, re propria vitur: recessit à veritate, & nō est in eo veritas: Ergo  
Q V M loquitur mendacium, non ex his quae sibi à Deo cōmunicata fuerunt, loquitur, sed  
ex propria malitia & praua inclinatione. Ipse profecto ex proprio corde mēdacia cōfingit.

Quia mendax est.

Qui fieri potest verax sit diabolus, quum veritatis sit osor, pronus ad omne malū, cuius  
pater est? Amissa veritate (in qua nōn perseuerauit) successit sua sponte mendacium.

Et pater eius.

Proles diaboli, est mendacium: qui non solum est mendax, sed & primus qui produxit  
mendaciū, dicēs ad Euam (Genesis cap. 3.) Quacūque die comederitis, eritis sicut dii. No-  
mine mendacii, intelligit omnem peccatorum sentinā & congluuiem, cuius est fons. Qui-  
cūque ergo mendacium loquitur, ab illo loquitur qui est fons & pater mendacii. Quem-  
admodum ē diuerso, Omnis veritatis fons, est Deus, & quum quis veritatem ad Dei glo-  
riam loquitur, non ex se loquitur, sed ex Deo. Num ex his intelligitur, & Iudaei, vos habere  
diabolum patrem, cuius ingenium & indolem spiratis, & ei tam promptē obeditis? Didici-  
stisne ex patre vestro veritatem persequi, & innocenti vitam moliri? Ille homicida est pri-  
morum hominum, non alia re plectus, quā inuidia felicitatis alienae. Hunc imitamini,  
dum hominis innocenti & benefici necem machinamini. Ille inuidit homini feliciter cōdi-  
dito: vos persequimini & inuidetis homini ad felicitatem, vnde excidit, restituendo. Ille  
sua superbia & arrogantia veritatem odit, à qua lapsus in mendacio sepultus est, & per vos  
veritatem oppugnat, vt quod solus non potest, suos filios habeat mendacii & omnium ma-  
lorum administros, per quos inuehat peccatorum plaustra in orbem terrarum. Itaque haec  
omnia fati declarant vos neque ex Deo neque Abrahamo, sed ex diabolo prognatos esse.

Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

Pergit Dominus probare ex quadam collatione & suae doctrinae certitudine, Iudaeos  
non Dei, sed diaboli patris mēdaciū filios esse. Si prognati essetis ex Deo, auctore veritatis,  
potius quā diabolo mendacii & malorum omnium fonte, dum ego V E R I T A T E M cae-  
litus acceptam loquor, cur vt filii Abrahamae nō creditis M I H I, in quem creditis Abraham?  
& quem vestrum iactatis patrem? Nihil aliud potestis causari in me, cur non credatis, quā  
quod veritate loquor: & hinc confurgit illa vestra rabies contra me, quia filii patris men-  
dacii estis. Ille homicida ab initio, ego viuificator: Ille veritatis calumniator, ego assertor:  
Ille mendax est & pater mēdaciū, ego natura verus, & pater veritatis. Haec mea opera quum  
Deum spirent, declarant me habere Deum patrē: quae quoniā profusa diuersa sunt à vestris,  
inducant vos habere diabolum patrem: vōsque hoc solo nomine me persequimini & mihi nō  
creditis, quia ego veritate loquor, qui non possum loqui & spirare aliud quā veritatem.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

Hac & praecedente sententia, C H R I S T V S admodum blandē causam à Iudaeis requi-  
rebat cur non crederent, quando nec vitam nec doctrinam eius possent culpāre. Doctrinae  
suae sinceritatem declarauit, dicens, Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Vitam  
inculpatissimam ostendit, quum ita possit hostibus insultare, Q V I S ex vobis arguet me de  
peccato? Doctrinae ergo vita respondebat, vtraque irreprehensibilis. Hac sententia & in-  
terrogatione C H R I S T V S transfert omnē culpam perditionis in Iudaeos, quibus C H R I-  
S T V S neque doctrina, neque vitae moribus vllam occasionem praebuit non suscipiendi  
Euangelium. Quasi dicat, Nihil habetis quo vestram incredulitatem excusare possitis: nam  
irreprehensibilis est doctrina mea, & inculcata mea vita: doceo veraciter, viuo sanctē:  
quod verbis doceo, factis praesto. Vos igitur & me & doctrinam meam suscipere debetis.  
Proinde hic locus de vita irreprehensibili confirmatiuus est prioris sententiae de doctrina

quam

quam à totius vitae moribus confirmat. Vnde licebit ad hunc modum argumentari: Omnis  
vera doctrina moribus confirmata, est suscipienda: Doctrina C H R I S T I est vera, & vitae  
moribus confirmata: Ergo à Iudaeis erat suscipienda. Rursus, Nemo poterat C H R I S T V M  
arguere de peccato: Ergo C H R I S T V S veritatem loquebatur, Ergo eius doctrina vera &  
certa erat. Non est quod quisquam existimauerit C H R I S T V M carnali iactantia de vitae  
suae innocentia gloriatum. C H R I S T V S qui vsquequaque carnalem sui gloriam spreuit  
(iuxta spiritus sui prudentiam) obiecit suam innocentiam in doctrinae suae commenda-  
tionem, vt ex puritate vitae, doctrinae auctoritas commendetur. Omnibus praecipue praedi-  
catoribus relinquitur exemplum, vt C H R I S T V M imitentur, & vitae innocentia (ne pro-  
pter ipsorum vitia, doctrina Dei malè audiat) & doctrinae sinceritate (ne quem seducant)  
vt ita tam apud inimicos quā amicos integri persistant, & gloriam Dei promoueant. Vi-  
tae probitas aduersus inimicos fortissimus est clypeus, qui longè plus vitam quā doctri-  
nam considerant, ac propter vitam deprauatorem, doctrinam quoque contemnunt. Synce-  
ritate verò doctrinae valeant apud amicos, qui doctrinam multò pluri faciunt, quā vitam,  
& propter doctrinam, vitam tolerant. Tametsi omnes sumus peccatores, & in cōspectu Dei  
nemo iustificatur, sed sunt omnia opera nostra ex se velut pannus menstruae mulieris.  
Oportet tamen omnem Christianum, nedum Ecclesiasten sine crimine & graui aliquo fa-  
cinore viuere coram mundo, cui possit in suae doctrinae defensionem citra omnem sui car-  
nalem gloriam dicere, Quis ex vobis potest me arguere de peccato? licet coram Deo se pec-  
catorem agnoscat. Sic Moses (Numer. cap. 16.) gloriabatur se nihil à quoquam accepisse, ne-  
que cuiquam iniuriam fecisse. Sic & Samuel 1. Reg. cap. 5. Hieremias, Esaias, & Paulus (Act.  
cap. 20.) suam innocentiam coram hominibus praedicabant, vt aduersariis & falsò crimi-  
nantibus, os obturaret. Obserua vetustissimi codices habet Arguit, itidem & Graeci, ἐλέγξαι,  
id est arguit: vt A R G V I T positum sit, pro Possit me arguere. Et A R G V E R E dixit, pro  
conuincere, non pro accusare: nam id est ἐλέγξαι.

Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

Interrogo vos; Si neque odio veritatis doctrinae meae, neque ex peccato meo, non cre-  
ditis: quid aliud causamini quod mihi non creditis? Nam quum neque doctrinam, neque  
vitam meam accusare possitis (vtraque enim inculpabilis est) cur igitur non creditis? in  
promptu certe causa est.

Qui ex Deo est, verba Dei audit.

Superioribus egit de causis quibus & Iudaei & infideles omnes impediuntur quomi-  
nus veritatem & Euangelium suscipiant. Nunc explicat causam qua ducitur, vt veritatem  
suscipiamus. Causa haec est, Esse ex Deo. Sunt quidem omnia ex Deo, iuxta creationem: sed  
hoc loco V S S E ex Deo, dicitur qui renatus est ex Spiritu: qui Dei Spiritum habet: qui si-  
dem habet in Deum, & rectè credit. Q V I ergo ex Deo est, id est, qui renatus est, & Spi-  
ritum Dei habet, A V D I T verba Dei: id est, verbis meis (qui sum Filius Dei) credit. Ex-  
ternis quidem auribus me loquentem auditis: at carnales sunt vestrae aures: internae & spi-  
rituales aures verbis meis arrigendae veniunt: vt praecipis Dei, quae tum per me, tum per  
Scripturas loquitur, obediatis. V E R B V M Dei audire, est illud suscipere, & illi credere.  
Haec sunt signa de quibus cognosci debent filii Dei: audire scilicet verbum Dei, & ea quae  
tradit verbum, suscipere. Lucae cap. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.  
Ad Rom. cap. 2. Non auditores legis iusti sunt, sed factores legis iustificabuntur. Iacobi cap. 1.  
Qui autem perspexerit in lege perfectae libertatis, & permanserit in ea, non auditor obli-  
uiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Vulgata sententia dici solet, Cōtraria per se posita, magis elucescunt: ita fit nunc. Nam  
haec sententia contraria, praecedentem illustrat. Qui audit verbum Dei, est ex Deo: vos Iu-  
daeī nō auditis verbum Dei, ergo non estis ex Deo. Haec igitur & nulla alia causa est, cur  
vos, quae loquor, verba Dei, non auditis, quā quia nō ex Deo, sed diabolo nati estis.  
Huc pertinet quod scribitur 1. Ioannis cap. 4. Omnis spiritus qui constitetur C H R I S T V M  
in carne venisse, ex Deo est. Ergo ex contrario, qui non constitetur, ex Deo non est.

Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei.

Solent obstinati (quales videmus Iudaeos) tanto reddi insaniore, quanto diligentius  
docentur, & blandius inuitantur: qui conuicti ad insana maledicta confugiunt. Intolerabile  
erat Iudaeis audire se ex diabolo esse, qui volebant filii & populus Dei haberi: eoque futuro

Innocentia com-  
mendat doctri-  
nam.

Vita probitas  
doctrinam com-  
mendat.

Ecclesiastes  
quā irreprehē-  
sibilis.

Euangelii impe-  
dimenta.  
Esse ex Deo.

Verbum Dei  
audire.

Obstinatum  
ingenium.



concliti; doctrinam & vitam CHRISTI nulla causa calumniatur, dicentes, Nonne, &c. Hi Iudaei typum gerunt eorum qui in impietate conuicti, dum neque habent quod respondeant veritati, neque improbare possint verbum, molestant personas confidentes & praedicantes verbum: idque eo praetextu faciunt, vt diffamatis personis, simul intreat & verbum.

Nonne bene dicimus nos, Quia Samaritanus es tu, & daemionium habes?

Samaritanus. Daemionium habere.

Quae multo liuore & odio in stomacho coxerant, malitiose regerunt, dum sine vlla veri similitudine aiunt & criminantur Dominum habere daemionium, & esse Samaritanum: quo voluerunt intelligi, eum esse legis & ceremoniarum Dei transgressorem. Calumniatur doctrinam in eo quod dicunt, DAEMONIUM habes, id est ex Satana loqueris, quaeque doces, mendacia sunt daemioniorum. Nolebant credere Dominum miracula operatum esse diuina, sed magica virtute. Dicebant enim, In Beelzebub principe daemioniorum, eiicit daemonia. Vitam accusant, quum dicunt, Samaritanus es: quod grauissimum erat apud Iudaeos conuictum, peiusque audiebat quam quoduis aliud crimen. Et hoc contemptum in personam CHRISTI dicunt, SAMARITANVS es, id est homo vilis, contemptus, prophanus, gentilis, & nullius aestimationis aut dignitatis homo. Quousque abuteris nostra patientia o Nazaraeus? Quid ex te audimus? Obrudis nobis vitae tuae sanctitatem, & doctrinam veritatem, quum vtraque sit reprehensibilis. Nam vita es Samaritanus, quouis haeretico & apostata peior & iniquior. Tua vero doctrina ex diabolo Satana est: non ex Deo loqueris, qui mendacium dicit. Nam nos scimus ex lege & Prophetis, quod sumus populus sanctus, genus sacerdotale, gens a Deo electa: & cui se totum Deus donauit. Ex Prophetis & Patriarchis sumus, habentes testamentum & promissiones: tu vero pro Samaritanorum more, praedicas nos neque ex Patre Abrahamo, neque ex Deo esse. Necessarium est igitur asseuerare doctrinam tuam mendacem esse: nihil certe facilius quam calumniari. Hic docemur piorum vitam & doctrinam, impiorum technis, insidiis, & malitiae patere, ne vllam videantur suae incredulitatis causam habere.

Samaritanum dicit, apud Iudaeos conuictum.

Respondit IESVS.

Clementissimus IESVS tacens fert calumniam, quod Samaritanum vocant, doctrinam autem suscipit defendendam: hoc suo exemplo nos docens, non magnopere defidemus in defendenda ab euidenti calumnia & apertis technis vitae nostrae innocentia, ne videamur magis aurae popularis & inanis gloriae cupidi, quam doctrinae defensores. Sancta enim & pura vita est propugnaculum inexpugnabile, & optima ab impiorum calumniis apologia. Quod si falso vitam quispiam est calumniatus, contemne calumniam, & tuam innocentiam Deo committens, da diligentissimam operam vt purius & sanctius viuas. Hac via, veritas mendacium calumniae detegit, quod sua sponte confusum discedet. CHRISTVS ergo nihil ad contemptum suae personae, quod Samaritanum dixerant, respondet: sed ad contemptum doctrinae tantum, ita tamen vt non regerat maledictum, quod in illos meritum possit retorqueri. Haec enim Dei erat, iam vt vt alia ferantur omnia, non est tamen merendum vt Dei gloria imminuatur. Nam quum doctrina impetitur, nullus est patientiae locus. In periculum debemus adducere nos nostraque omnia, & nihil non quamlibet durum ferre, potius quam admittere illam aliquid ferre ac laedi. Si occumbo pro verae doctrinae defensione, nemo magnam iacturam facit: at si tacens permitto verbum Dei interire, iacturam incomparabilem totus orbis facit. Quod si impiis non possum os ocludere, ne doctrinam Dei maledictis incessant, non debeo tamen tacere, & ferre, vt me tacente videantur iure verbum Dei blasphemasse. Oportet enim quoties aduersus impios defendenda est Euangelica veritas, vehementes simus & acres. Quae ergo contra Deum sunt, vindicemus: quae autem contra nos, mansueti seramus: sicut & praceptor noster, CHRISTVS.

Apologia a calumniis.

Gloria Dei imminui nunquam ferendum. Vitam pacisci pro Euangelio.

Veritatis propugnatores magis quam nostri corporis.

Ego daemionium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me.

Daemionium habere.

Patrem Deum honorificare.

Purgat se CHRISTVS de doctrina, innocentia vitae Deo commissa. EGO daemionium non habeo, hoc est, Ego auctore Satana non doceo. Mea doctrina non est fallacia daemionum: non perficio mea opera praesidio daemionum: ego non loquor mendacium, SED HONORIFICO Patrem meum, hoc est, Praedico mea doctrina solam gratiam Dei Patris mei, vt ipse vnus magnificat, ametur, & honorificetur a credentibus. Ego fungor meo munere (quod a Deo Patre mandatum est) ille mandauit & mihi commisit vt sanem contritos corde,

tos corde, praedicem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt annuntiemannum placabilem Domino, vt consolet omnes lugentes, & dem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis, pro spiritu meroris. Et vt vno verbo absolua, misit me Pater vt annuntiem Euangelium, & saluem credentes. Euangelicae praedicationis officium nihil aliud est, quam quaedam perpetua Dei glorificatio. Iuxta illud, Psalmo 18, Caeli enarrant gloriam Dei. Hoc quum ego faciam, & totus in hoc sim, vt honorificetur Deus Pater, qui misit me: nihil habeo commercii cum daemone, sed Deo auctore & doceo & operor. ET VOS inhonorastis me: hoc est calumniati estis doctrinam meam ex daemonio esse, & mendacia ferere, Deumque blasphemare, & inhonorificare. Obserua. Non dixit, Et vos inhonorastis Patrem, sed ME: tacite significans Patris & suam gloriam, eandem esse, sicut idem cum Patre Deus est. Quamquam simul quoque significat Deum velle vt officium praedicationis (quo glorificatur Deus) habeatur in honore: quod isti (vt solent omnes impii) scelerate blasphemant.

Ego autem non quaero gloriam meam, est qui quaerat & iudicet.

Occupatio est: Ne putaueritis me propriae & priuatae gloriae cupidum: parum me mouet quod me inhonoratis (quanuis ego meipsum non vindico) sed quum iniuria afficior, sustineo. EST QUI quaerat & iudicet: id est, Ne putaueritis inultam fore iniuriam hanc: est enim Pater meus qui me vlciscens, a vobis requiret & iudicabit hanc calumniam: nequaquam impunè me inhonoraueritis: non enim suam solum, sed & meam quaerit, quandoquidem ego illius quaero. Quum meam non recipitis doctrinam, vos illius doctrinam inhonoratis, & dum me mendacii traducitis, & Patrem meum mendacii accusatis. Videte & caete vobis: ille contumeliam suae doctrinae, quae & mea est, non sinit inultam. Haec est ingens piorum consolatio, qui CHRISTI exemplo & doctrina audiunt se curae esse Deo, & quem Euangelium defenorem habeat, horrore plenum est pro sceleratis & impiis piorum & Euangelii contemptoribus, quum audiunt Deum ipsos aliquando puniturum. Obserua: hoc verbo, EST QUI quaerat & iudicet, vehemens est tapinosus, id est humiliatio in CHRISTO, qui non quaerit priuatam gloriam, quandoquidem committit ac resignat Deo Patri vindictam: & recte quidem, iuxta illud Deutero cap. 32, Mihi vindicta, & ego retribuam. Gaudeamus & laetemur omnes, si quando a mundo ignominia & falsa calumnia afficiamur, quam iniuste patimur, quippe certi Deum nostram gloriam requisitum, & vlturum de his, qui eam indigne modo conspurcant. Indubitato enim aderit iudex iustus, & pendet his qui nos propter verbum & nomen ipsius inhonorarint. Proinde hic docemur exemplo CHRISTI gloriam Dei quidem esse vindicandam ab aduersariorum iniuria, non tamen regerenda esse maledicta & malefacta: sed Deo vltionem esse relinquendam.

Patris & filii vna doctrina.

Piorum consolatio. Impiorum vltor.

Vltio Deo relinquenda.

Amen, amen dico vobis.

Ostensa doctrinae suae certitudine aduersus verbi contemptores, pergit CHRISTVS nunc potentiam, vim & energiam verbi, a suis effectibus commendare, exordiens orationem suam a iuramento, pro vtilitate auditorum, vt Iudaeos ad credendum difficiles, facilius commoueat. In re enim seria & certa pro vtilitate proximi iurare licet.

Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum.

Totus hic locus manifestè indicat, vt sapientia Dei & hominum ratio sibi mutuo aduersentur, & inter se pugnent. Qui enim fieri potest, agnoscat homo sermonem corporalem ab humano ore prolatum, posse liberare a morte? Relicta ergo humana ratione, fide attendenti cognoscamus hunc sermonem. Non mentionem hanc facit CHRISTVS de sermone legis, sed Euangelii, qui de CHRISTO pro nostris peccatis mortuo, & a morte suscitato, praedicat. Nam qui aliter fieri potuit? Deus suum CHRISTVM per mundum inuulgavit, multisque communem fecerit, nisi ipsum includeret, vimque daret sermoni, quo hominibus postea offerretur, ac ceu distribueretur omnibus? aliàs a nobis incognitus permansisset, & sibi soli visus fuisset mortuus. Quare quum Euangelii sermo nobis CHRISTVM praesentat, eo praesentat, vt hunc fide recipiamus, qui pro nobis mortem, peccatum, & Satanam vicerit. Hunc sermonem qui receperit, & seruauerit fide, id est qui certo statuerit apud se ita esse, & id beneficii a CHRISTO per sermonem oblato voluerit, siue se CHRISTO fide cotradiderit, is CHRISTVM recepit, & seruat: atque per hunc sermonem iam habet, vt non pereat in aeternum. Et ob id sermo vitae est, & indubitato verum (qui illum seruat) vt aeternum viuat Deo. SERVA RE sermonem Euangelicum, non est obiter credere, sed

Sapientia Dei & ratio humana pugnant.

Sermonis diuinae energia. Christus in sermone seu verbo oblatus.

Euangelium seruare.



in animo & corde verbum habere, & fide seruire, quanlibet adnitatur aduersarius vt ipsi nobis extorqueat. Itaque blasphemis Iudæis sermonem hunc tantopere auersantibus, respondet **C H R I S T V S** cum admirabili suauitate, clementia & bonitate: qui tamen si calumnia & iniuriis impetitus fuerit, tamen quæstionem de gloria sua & defensionem Patri committens, ad exhortationem & doctrinam vertitur, benefaciens iis qui ipsum persequebantur, & iniuriis inaccessibant. Vos, inquit, meam doctrinam & sermonem meum calumniâmini esse dæmonis: totisque viribus adnitimini ipsum obscurare, & prorsus extinguere: ego autem etiam iureiurando vobis affirmo, illudque pro certissimo habetote, Si quis obtemperauerit sermonibus meis (quemadmodum frequenter dixi) mortem non videbit in æternum. Est profecto sermo meus siue Euangelium, potentia & virtus Dei in salutem omni credenti: quæ potentia siue virtus, morte deuicta, in æternam vitam colloct seruantem ipsum sermonem viua fide, ac ita super omnes cælos & creaturas extollo. **Q U I** seruauerit, id est vere crediderit: **N O N** videbit mortem in æternum: id est non peribit in morte. Obserua. Verbum **V I D E R E**, metaphoricè per deflectionem posuit, pro sentire & experiri. Differentiam facit inter Mortem, & Mortem videre. In mortem omnes venire oportet: Hebr. cap. 9, Statutum est omnibus hominibus semel mori. Christianus tamè non videt mortem: hoc est, non sentit mortis tyrannidem, non terretur vt alii, sed blandè & sensim velut consopitur, vt restius indormire quàm mori dicatur. Impius autem sentit mortis tyrannidem, & terretur à pœna æterna & gehenna perpetua per mortem præsentata, ac ferè desperat & in furorem vertitur, dum in necessitate mortis ventum est. At Christianus habet in corde sermonem Dei, eundemque seruat moriens, vt mortem non videat, hoc est morte nõ terreatur: sed magis videat vitam in **C H R I S T O**, qui illi per sermonem præsentatur: à quo ita recreatur, vt etiam in media morte, vitam videat, & nihil mortis sentiat. Infra cap. 11, **Q U I** credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Obserua appendicem, **I N A E T E R N V M**. Verbum quod vita est, æternum est, ergo seruans illud, æternum viuet. Verbum enim, credentes in æternum seruat: verbum seruat eum æternum, à quo seruatur. Videat ergo Christianus in quam sit accitus dignitatem, qui modo etiam à morte in æternum liberatus est, vt nunquam moriatur. Christianus enim dormit dum moritur, & per mortem transit ad vitam. Vnde mors in Scripturis somnus dicitur. Sicut enim qui consopitur, nescit quomodo in somnum labitur, quid sibi acciderit, & mane resurgit, item præter suam scientiam euigilans: ita etiam subito in die nouissimo resurgemus, vt ipsos nos lateat quomodo in mortem & per mortem in vitam ipsam venerimus. Mors quidem Christiani iuxta externam speciem similis est impiorum morti, sed secundum internam, non minus distat ab illa, quàm à terra cælum. Miram consolationem afferet, si negotium hoc exemplo expenderimus. **Q U I** cum Israelitæ ex Aegypto versus mare Rubrum pergerent, alacrioribus animis ibant, vt qui nihil mortis, sed libertatem & omnia quæ ad vitam faciunt, sentirent. Mox autem vt viderunt se insequi Pharaonem cum omni suo exercitu, animos despondebant, & in media morte hærebant, nihilque vitæ iam illis ob oculos erat: à facie enim erat mare Rubrum, nullis apparatus nauibus, quibus traicerentur: à tergo imminabat Pharao cum suo exercitu validissimo & ingenti sua virtute: ab vtroque latere montes celsissimi: vndique morte imminente conclusi & capti, ad Mosen vociferatur (Exodi. cap. 14.) Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine, & c. adeo animam iam despondebant. Audiens hæc Moses consolatur illos verbo Dei, dicens, Nolite timere, state & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie: Aegyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum. Dominus pugnat pro vobis, & vos tacebitis, & c. Hoc verbo Dei, Moses consolatur illos in media morte iam constrictos, & in vita seruauit. Dum enim illo nitebantur, & fide ipsum seruabant, in morte vitam videbant. Vnde verbo confisi, in medium mare se intrepidi recipiebant, quod illis ab vtroque latere ceu duo muri stabat. Factumque est per verbum Dei, vt in medio mari, vbi prius nihil nisi periculum & mors fuerat, iam esset nihil nisi securitas & vita. Nunquam enim tam confidenti animo fuissent, etiam si mare in centum se partes diuisisset, vt illud ingredi fuissent ausi, nisi verbum Dei animos addidisset, illisque suffecisset, & promissionem vitæ obtulisset. Ad hunc ergo modum vincitur ab homine mors, dum verbo credit, & eo nixus, morti se securè committit. Horum summam vno & altero verbo absoluiamus. Videt mortem & tyrannidem eius, qui desperat, & verbo vitæ caret: non videt mortem, qui fide verbo affixus, perdurauerit.

Verbum Dei.

Seruare verbum Dei. Videre.

Mors p̄ somnum est. Indormire. Mors impiorum horrida. Mortem non vi det pius.

Christianus non moritur.

Consolatur suos Deus etiam in rebus desperatis.

Verbi Dei p̄ sentia.

Mors quomodo à nobis vincitur.

Dixerunt

Dixerunt ergo Iudæi.

Iste est impiorum genius, qui apertis argumentis conuicti, dum non habent quod respondere veritati, conuertunt se ad conuicia. Hi Iudæi typum gerunt eorum qui quanto apertius & manifestius audiunt Euangelium, tanto magis ac magis excæcantur, ad blasphemiam vsque: & meritò quidem: sunt enim cæcitas & pertinacia pœnæ infidelitatis seu impietatis. In furorem vertebantur obstinati Iudæi, & offendeantur ex doctrinæ & verbi **C H R I S T I** potentia ac virtute tam efficace. Nam ratione sua humana non poterant sibi persuadere tantam virtutem, & tam efficacem potentiam, sub tam humili verbo, qualis erat hic effectus, Recipientes sermonem, non videt mortem in æternum.

Desperatorem veri sequuntur conuicia. Vane in se delitatis.

Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes.

Mansuetè responderat Dominus, inuitans illos tanto præmio vitæ æternæ ad credulitatem: sed isti male feriatu reuerunt conuicia, & quod iuxta Spiritum dictum erat de vita animæ, de vita corporum interpretantur: & quod dictum erat illos erudiendi gratia, seditione deprauant ad contumeliam Patriarcharum, vt apud plebem possent aliqui inuidiæ Domino **I E S V** constare. Itaque superbia turgidi respondent, dicentes, **N V N C** compertum habemus te & dæmoniacum, & furiosum ac lymphatum esse, qui audeas hoc polliceri seruantibus tuum sermonem, quo etiam summi nostri Patriarchæ non sunt donati, quibus Deus esse loquutus. Error Iudæorum erat ex amphibologia verbi, **M O R T E M**: intelligebant **C H R I S T V M** loqui de morte corporali, quum tamen diceret de morte æterna, quam non esse visurus, qui verbum **C H R I S T I** seruat.

Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.

Argumento ab exemplo nititur Iudæi probare **C H R I S T I** doctrinam à diabolo esse: Nunc apertè (aiunt) manifestas doctrinæ tuæ vanitatem: Abraham loquutus est Deus, quemadmodum & Prophetis, qui verbis Dei obtemperarunt: & nihilo secius mortui sunt omnes. Quomodo igitur potest quis vitam æternam habere è tuo verbo? Qua fronte tu abiecta persona & mortalis, promittere aliis audes quod tibi concedere non potes? Tu mortalis, quomodo immortalitatem præstabis?

Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt?

Recurrunt ad suam prærogatiuam, qua gloriabantur se patrem habere Abraham. Non est hoc Prophetis condonatum, imò ne Abraham quidem summo Patriarchæ, & sanctissimo viro, vt non morentur: mortui enim sunt omnes, neque vllus illorum quanlibet magnus & sanctus ausus est tale polliceri cuiquam. Quid tibi arrogas?

Quem teipsum facis?

Contumeliosè dicunt, Tu qui nullius momenti es, qui fabri filius, qui ex Galilæa es, audes, priuatæ tuæ personæ authoritati fidens, tam splendida de teipso iactare? maiorem te facis Abrahamo & aliis Prophetis, Deum te facis (vt ex tuis verbis audimus) dum quod solius Dei est (dare scilicet vitam æternam) promittis: tu gloriam Dei rapis, & te maiorem facis nostro patre Abrahamo. Eò tendebant istorum technæ, vt si se Abrahamo maiorem (vt verè erat) **C H R I S T V S** confiteretur, concitarent plebem ad lapides.

Respondit I E S V S.

Tanta fuit **C H R I S T I** philanthropia, vt propter obstinatos Iudæorum animos, non desisterit à docendo: sic tamen suum temperauit responsum, vt quoniam illi nondum tanti mysterii capaces erant, subobscurè indicauerit se Abrahamo & Prophetis maiorem, & ex diuina virtute esse, qui vitam illam æternam præstare possit. Hoc responsum concessione quadam expositum est, qua concedit Iudæis priuatam gloriam sordere: viris omnibus Ecclesiasticis & prædicatoribus exemplum relinquens, ne in negotio pietatis & Euangelio nuntiando, priuatam gloriam querant.

Christus Abrahamo maior.

Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

Hæc veluti non pauca superius dicta Dominus per imitationem vel concessionem dicens, ostendit se non querere priuatam gloriam: **S I E G O**, nimirum homo, vt homo, & more hominum captarem gloriam meam apud homines, vana & mendax esset cum vitam doctina mea. Ego nihil mihi falsè arrego. Hoc quum recusetis, & veluti somnium ex

Prædicatoribus vana populæ tu auræ.



me excogitatum dicitis, ego ad Patrem meum appello, huius controuersia æquissimum iudicem: cuius iudicio & testimonio non solum ceteris creaturis, sed & Abrahamo & Patriarchis omnibus maior esse manifeste videbor.

**Est Pater meus qui glorificat me.**

Quid opus est me apud homines venari gloriam? **E** enim mihi Pater (a quo omnis gloria, & vera doctrina proficitur) **Q**ui me glorificat: hoc est, Doctrina mea, gloria & operum meorum authorem habeo Patrem: quandoquidem ipse expressit in me omnia sua bona, totamque suam substantiam in me effudit: ut quemadmodum ipse omnium rerum creator est, & omnipotens, ita & ego sum aternus, creator, & omnipotens. Pater semper **C**HRISTVM glorificauit, idque per Prophetas de illo, per testimonia de caelo. Ioannis cap. 17. & Matthæi 5. & per innumera ac immensa miracula. Obserua. Hæc glorificatio non consistit in nouæ gloriæ adiectione ad eum, sed in gloriæ iam habitæ manifestatione.

*Patris testimonia de Filio.*

**Quem vos dicitis, Quia Deus noster est.**

Occupatio est. Si vultis scire quis sit ille Pater meus, is ipse est quem vos in hypocrisi & nõ in veritate iactatis vobis Deum esse, simul & Patrem, ac doctrina vestra vestrorumque operum authorem. Apertissime **C**HRISTVS docet Deum esse Patrem suum, vt intel ligant isti, quod ipse vt homo non glorificat seipsum, sed Deus est qui glorificat illum, illique admandauit omnibus aperire Euangelium. Deus dedit ei vnde eius doctrina gloriosa est: nam Deus Pater generando Filium, dedit ei deitatem, ex qua glorificabatur.

**Et non cognouistis eum.**

Vos de Deo gloriamini, quem non cognouistis vobis patrem: nam si illum patrem agnouissetis, vos filii illius essetis, nimirum agnosceretis illius legatum. Si verò cultores essetis, faueretis illius gloriæ, nec ignominia afficeretis quem ille vestra salutis gratia misit in mundum. Sine me nemini innotescit Pater: non cognoscitur Deus, nisi in verbo: verbum autem vos contemnitis & persequimini. At vt hypocritica religione colitis eum, ita falsò vindicatis vobis illius cognitionem: ille spiritualis, vos verò carnales estis, nihilque aliud agitis spiritali quàm carnalia. Si Patrem illum agnosceretis, exciperetis eius Filium vt fratrem: nunc autem dum Filium eius non colitis, manifestum est quod non cognoscitis illum vt Patrem: imò ne vt Deum quidem illum agnoscat: alioqui timeretis sermones eius, vt Dei. Nunc autem vos vsquæ ad eum illius contemptores estis, vt quum præceperit ille, Ne occidas, vos meditemini mortem meam: cuius neque doctrinam neque vitam arguere potestis. His ergo manifeste conuincimini vos non habere veram Dei cognitionem. Agnoscent verè Deum, qui in mandatis eius ambulant, nec quaquaersum declinant. Declinant autem qui (vt in proverbio est) vna manu panem ostentant, altera lapidem ferunt. De quibus Paulus ad Titum, cap. 1, Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et Matthæi cap. 15, scribitur, Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Elaias (cap. 29.) dicens, Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me.

*Iudæi non cognouerunt Patrem.*

*Deum agnoscere.*

**Ego autem noui eum.**

Solus Deum verè noui, **E**go, qui sum Filius & expressa Dei imago. Matthæi cap. 11, Nemo nouit Filium nisi Pater, nec Patrem quis nouit, nisi Filius: supple, cognitione perfecta, quæ vocatur Comprehensio. Per me solum contingit notitia Dei Patris. Infra cap. 16. ad Thomam dixit, Si cognouissetis me, vtique & Patrem cognouissetis. Proinde **C**HRISTVS tam Filius Dei notitia diuina, quàm Filius hominis notitia beata, Deum cognoscebat. Itaque verè nouerat **C**HRISTVS, quod nõ sibi falsò quicquã arrogaret, sed quod verè esset, loqueretur.

*Filius solus Patrem cognoscit, Comprehensio.*

**Et si dixerò, quia non scio eum: ero similis vobis mendax.**

Similitudo à contrario est in mendacio: dissimilitudo autem, in cognitione. Sicut dicentes vos scire Deum, mentimini, ita si dixerò me nescire eum (quum sciam eum) ero similis vobis mendax. Ac si diceret: Si negem me nosse illum, tam sum futurus mendax, quàm vos estis vani & mendaces, profitentes vos scire Deum, quum me non recipiatis, si tunc quo non potest contingere Dei Patris notitia. Hæc conditionalis propositio vera est, ad cuius veritatem sufficit consequentiam esse bonam: cuiusmodi est hæc: Si dixerò, &c. quum antecedens sit impossibile. Ex his licebit colligere hunc syllogismum, Qui dicunt se cognoscere Deum Patrem sine **C**HRISTO, mendaces sunt. Iudæi dicunt se cognoscere Patrem Deum, quum tamen nesciunt **C**HRISTVM: Ergo Iudæi mendaces sunt.

*Conditionalis propositio vera est, Iudæi mendaces.*

Sed scio

**Sed scio eum.**

Exaggeratio est, qua **C**HRISTVS vnam eandemque rem vehementer expolit, & pluribus agit, vt virgeat & manifestet se verè nosse Deum Patrem suum, & intelligant Iudæi ipsum nihil fœderis iniisse cum dæmone. Noui (inquit) eum, & ab illo missus sum, & fui apud illum ante mundi iacta fundamenta.

**Et sermonem eius seruo.**

Occupatio est. Dicet fortasse aduersarii, Quam cõiecturã affers quæ scias eum? Quia (inquit) sermonem eius seruo: exequor ministeriũ quod mihi ab eo commissum est: veritate dico, nõ mēdaciũ, vt vos calūniamini. Quicquid doceo, operor, aut facio, id operor cõsensu Dei Patris. Quia ergo sermoni eius obediõ, neque aduersarius Deo sum, neque ipsi arroganter loquor, neque eius madata soluo. Ergo ego scio illũ, & mea doctrina ab illo est. Itaque quisquis sermonem meum contemnit, Deum verè contemnit, cuius legatione, bona & integra fide fungor. Quisquis autẽ verbũ Dei aspernatur, is nec notit Deum, nec eum habet pro Deo. Vos ergo qui sermonũ eius transgressores estis, captique malis concupiscẽtiis cõstringimini, & sanguine innocẽtis sititis, & alia multa lege interdãta concupiscẽdo facitis, manifestè profitemini vos illũ ignorare. Quidã interpretatur hunc locũ, **S**ERVO sermonem eius: Quia habeo in meipso sermonem essentiæ eius in nullo dimmutũ, propterea scio eum. Eadẽ enim est natura, & idẽ sermo substantiæ Patri & Filio: & ita scio Patrem. Nam & sermonem eius substantiæ cõseruo in nullo minore. Obseruat Theophylactus cõiunctionẽ, **E**T, hoc loco pro Enim positã, iuxta figurã in Scriptura consuetã, vt Psalmo 59, Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana salus hominis. Dicitur est in hunc sensum, vana enim salus hominis. Sic hoc loco, **S**ERVO illum & sermonem eius, &c. id est Scio eum: sermonem enim eius seruo.

*Et pro Enim.*

**Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meũ, vidit, & gauisus est.**

Pergit **C**HRISTVS cõtra Iudæos probare ab exemplo, quod qui verbum & sermonem Dei seruat, nõ videt mortẽ, sed aternũ viuere: asseperans Abrahã & Prophetas etiam nõ viuere, & nõquam mortuos, sed in media morte vitã possidere. Atque ex his subindicauit Dominus se nõ solum Abrahamo maiorẽ, sed & Abrahã saluatoreẽ. Abraham (inquit) **V**IDIT diem meũ: hunc indubiè & Prophetæ viderũt. Vbi autẽ, aut quãdo vidit? Nõ sanè vidit eum oculis corporeis, vt Iudæi hæc verba intelligebãt: sed oculis fidei in corde: hoc est, **C**HRISTVM, & tẽpũ aduẽtus eius agnouit, quãdo dictũ est ei (Genesis cap. 22.) In semine tuo benedicetur omnes gẽtes. In hoc verbo credẽs, intelligebat & fide videbat **C**HRISTVM de suo semine, sed per intactã Virginẽ (ne cum reliquis filiis Adã, maledictioni esset obnoxius, sed benedictus potius, vt & aliis benedictione impartiret, siue aliis benedictionis author fieret) nasciturũ, ac pro peccatis mũdi passurũ, indeque curaturũ, vt id per vnũ orbem prædicaretur, & ita vnũ nationes terræ caelesti benedictione per ipsam perfunderetur. Hic quoque ille **D**IES **C**HRISTI est, tẽpũ nimirũ Euãgelii, quod lumen est huius diei, quod de **C**HRISTO, sole iustitiæ, irradiat, & vnũ orbem illuminat. De hoc die, & certo tẽpore aduẽtus **C**HRISTI præordinato, scribit Paulus Ephes. cap. 1, Vt notũ faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ, secundũ beneplacitũ eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis tẽporũ, instaurare omnia in **C**HRISTO, quæ in caelis & quæ in terra sunt in ipso. Hic dies spiritalis est, licet ortus fuerit quum **C**HRISTVS hinc ageret, quem antequam oriretur, spiritaliter oculis fidei Abrahã vidit: non autẽ cæci Iudæi carnis macipia, vnde nec sermonem **E**SVS de hoc die intellexerũt. Dicamus igitur, **A**BRAHAM (cuius dissimillimi erãt, & quem mirabatur potius quàm imitabatur) quantumquãtus fuit, tamẽ exultauit, sibi que felix futurus est visus, si cõtigisset videre diẽ **C**HRISTI: **V**IDIT diẽ Christi, id est credit in Christũ, & ex promissione (Genesis cap. 22.) de Christo, vidit Abraham **C**HRISTVM, certò que expertus est in spiritu & cõsciẽtia **C**HRISTVM esse saluatorem mũdi, vitã, lucẽ, &c. **E**T **G**AUDIUM est, id est gaudio est perfusus, quia risit, & impletus est gaudio spiritus, fide senties Deũ propter **C**HRISTVM promissum esse sibi placatũ & reconciliatũ: atque ex hac fide viua in hanc promissione nõ vidit mortẽ, sed obdormiuit in Domino. Accepit enim ex hoc verbo & iustitiã & vitã aternã. Obserua: gaudium esse effectũ visionis per fidẽ. **G**AUDIUM, simpliciter intelligit pacem conscientiæ. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. cap. 5, Iustificati ex fide, pacẽ habemus ad Deum per fidem, &c.

*Abrahã diem Christi vidit.*

*Benedictio à Christo.*

*Christi dies.*

*Mancipia carnis, Iudæi.*

*Christi diem videri.*

*Gaudium fructus est fidei, Gaudium.*

**Dixerunt ergo Iudæi ad eum.**

Quum **C**HRISTVS respondisset nihil, præter quod spiritale est & ad vitã conducẽs, spiraret: carnales & obstinati Iudæi iuxta carnalẽ sensum tantũ mysteriũ sunt interpretati, nisi.



hil aliud suspicātes IESVS esse, q̄ hominem, nec antē fuisse q̄ de Maria nasceretur. Humā-  
næ enim rationi promissiones Dei vidētur stultissimæ, sicut & Dei sapiētia, stulticia est illi.

**Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?**

A circūstantia temporis iuxta humanam rationem colligunt Iudæi absurditatē & non  
credibilia, quæ in cōsultationem verborum CHRIS T I de exultatione Abraham obiciunt.  
Nondū (inquit) annos natus es quinquaginta, & Abraham ante tot ætates mortuum vidisti?  
(duobus enim annorū millibus plus minus natiuitatē CHRIS T I Abraham antecesserat.)  
Hæc dicebāt, existimātes Dominū fermē quinquaginta annorū esse, tametsi tūc triginta &  
tres tātū annos haberet. Theophylactus ait, curiosum esse quærere cur maluerint Iudæi di-  
cere quinquaginta, quā quadraginta. Sic enim in mentē primū venit Iudæis: non enim  
tam respiciēbāt ad ætatē CHRIS T I, q̄ ad longitudinē tēporis quod intercesserat ab Abra-  
ham vsq̄ ad CHRIS T V M. Addit ille, Veritatem dicit quidā quinquagesimū eius an-  
num ad honorē anni Iubilæi dictū, quo & seruos liberos dimittebāt, & possessiones emptæ  
reddebantur, & omnia alia perficiebāt, quæ ad honorem Dei cōstituta erant. Hactenus ille.

**Dixit eis IESVS.**

Humilitate CHRIS T I Iudæis offensis (vnde CHRIS T V M putabant purum ho-  
minem qui non viderit Abrahamum) Dominus medetur, suam allegans æternitatem & di-  
uinitatem, è qua facile verum creditur Abrahamum in spiritu per fidem vidisse CHRIS T V M: & CHRIS T V M vidisse Abrahamum.

**Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.**

Quia iterū dicturus erat, quod Iudæis paradoxon erat, addit asseuerationē suam, Amē,  
amē: qua cum nota sine verbo, soli naturæ diuinæ proprio, ego sum, iuxta quam, neque tē-  
pus neque secula CHRIS T V S nouit, sed semper idē fuit ante omnia secula, quemadmodū  
Deus Pater nesciēs tēpus, semper est quod est. Significat itaque hac voce, ego sum, æterni-  
tatem & indēmutabilē naturā. Verbo autē FIERE T, indicauit Abrahamū creaturā. Quasi  
diceret, Nolite igitur obstupescere quum auditis credentē in me & recipientē sermonē seu  
verbū meū, habere vitā æternā: hoc enim nō est solūm vocale aut volatile verbū, sed est ver-  
bum Dei: nec ego sum solūm homo, vti putatis, de terra terrenus, verūm etiam sum de celo  
caelestis: sum Filius Dei: nam AN T E Q V A M Abraham nasceretur, ego sum: id est sum Deus,  
sum Dei Filius. Vera ergo est mea doctrina, quæ docet credētes, per me saluos fieri, & habe-  
rē vitā æternā, quia sum Filius Dei, habēs omnia eum Patre cōmunia. Quum igitur Salua-  
tor sim, necesse est cōstiteamini me & Deū & hominē: Deum quidē in homine coniunctū.

**Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum.**

Vix sermonē finierat CHRIS T V S, quum isti in furorē lapsi, nullius magistratus autho-  
ritate, & citra omnē causæ cognitionē, pœnā legis (Leuitici cap. 24. de blasphemis) CHRIS T I  
S T O designāt: nimirū quum amplius manibus tēperare nō possent, acceptis lapidibus ag-  
grediūtur CHRIS T V M obruere, idque in loco sacro, in quo nefas & illicitū erat etiā cōui-  
sum & damnatū punire. Quam fuerit hoc impiū, exemplo docuit Ioiadas Pōtifex, qui ex-  
tra tēpli septū voluit Athaliā trahi, antequam morti traderetur. lib. 4. Regum, cap. 11. At per-  
citi & maleferiati homines, sanguinis sitibundi, neque locū, neque diē, neque personā reue-  
rentur, modō vindictā explentes, vbi vbi fuerit, sanguinē hauriāt. Ita est mūdi gratitudo er-  
ga verbi & veritatis prædicatores. Imprimis verbū auersatur & molestatur, deinde blasphe-  
miis & contemptu obruit personas, tandem & verbum & personas adoritur ad interitum.  
Ratio enim humana supramodum offenditur planēque ad insaniam prouocatur, quum au-  
dit hominem Deum esse. Est planē is articulus quo & hodie Iudæi offenduntur, vt blasphe-  
mandi & lapidandi CHRIS T V M nullum queant facere finem.

**IESVS autem abscondit se, & exiit de templo.**

IESVS Deum se esse professus, vt hominē quoque demonstraret, cessit illorū furori: nō  
quod illorū furorē metueret, sed hoc suo exemplo docens, grauius fortiterque prædicandā  
esse veritatē Euāgelicā, vbi tēpus postulat. Rursus, vbi nostro functi sumus munere, non te-  
merē & sine fructu prouocandā impiorū vāsanā. Clāculū IESVS tēplū egressus est: hoc fa-  
cto significās futurū, vt Euāgelica lux à Iudæis impiis & cæcis ad Gētes demigraret, atque  
vt obstinatis animis Iudæi nullū blasphemandi & lapidandi CHRIS T V M, finem faciunt:  
ita contra CHRIS T V S finem nullum facit se ab eis abscondendi, & de templo egredien-  
di: vt eum neque inueniāt neque videant in Scriptura, in qua tamen quotidie cōuersantur.

Conciliatio.


CONCILIATIO.

Inuicē pugnare vidētur hi loci in hoc capite, GLORIA mea nō quæro: & ego sum  
lux mundi: Respōdeo: Conueniunt certē nihilque pugnantia habēt, quum Christus in hoc  
capite dixerit, Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrē meum. Et suprā, cap. 5, Ego  
non quæro volūtatē meam, sed volūtatē eius qui misit me. Ita quoque hic ait, Gloriam  
meam non quæro. Omnia accepta refert Patri, cuius gloriā solūm quærit, sicut infrā, cap. 17.  
ipse interpretatur, Ego te clarificauī super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt  
faciam: manifestauī nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Clarū est igitur  
CHRIS T V M loqui de Patris gloria quæsitā, nō affectata propria. Quod verò se lucē mun-  
di prædicat, nō est gloriā affectare, sed simpliciter veritatem fateri: nam ipse est Messias,  
Saluator, & lux mundi. Hoc autē dicere, non est laudem ambire, sed cōfiteri veritatem. Ipse  
enim verè lux est mundi, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundū. Nemo  
illuminatur nisi auctore CHRIS T O: nemo videt lumen vitæ, nisi per CHRIS T V M: ne-  
mo penetrat tenebras huius mūdi, nisi CHRIS T O duce, solus illustrat, viuificat, & saluat.

Gloriā quærere.

Veritatem cō-  
fiteri.

CAPVT NONVM.



**F**T præteriens IESVS, vidit hominem cæ-  
cum à natiuitate, & interrogauerunt eum  
discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic aut  
parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respon-  
dit IESVS: Neque hic peccauit, neque pa-  
rentes eius: sed vt manifestentur opera Dei  
in illo. Me oportet operari opera eius qui  
misit me, donec dies est. Venit nox, quādo  
nemo potest operari: quādiu sum in mūdo,  
lux sum mūdi. Hoc quum dixisset, expuit in terrā, & fecit lutū ex spu-  
to, & liniuit lutū super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria  
Siloë, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit, & venit videns.

Cæcus natus ad  
gloriam Dei.

Operari opera  
Dei.  
Lux mundi.

Discipuli eius  
dicentes.  
Aut iam.

Limittē illius.  
Natatoria) la-  
uatio natatorio:  
loum intelligit  
in quem excipie-  
bat: aqua fontis  
Siloë.  
Sedebat) Cre-  
ca exemplaria  
legunt) cæcus:  
sub. ad templū.

Et abiit v t au-  
tem abiit & la-  
ui, visum recepi.  
Dixerūt igitur.

Vidisset visum  
nequisset.

Qui) quia.

Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant:  
Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? alii dicebant: Quia hic est.  
alii autē: Nequaquā, sed similis est ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum.  
Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille ho-  
mo qui dicitur IESVS, lutū fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi:  
Vade ad natatoriā Siloë, & laua: & abii, & laui, & video. Et dixerūt ei:  
Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducūt ad Phariseos eum qui cæcus fuerat.  
Erat autē Sabbathum, quādo lutū fecit IESVS, & aperuit oculos eius.  
Iterū ergo interrogabāt eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autē di-  
xit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebāt ergo  
ex Phariseis quidā: Non est hic homo à Deo, qui Sabbathū non cu-  
stodit. Alii autē dicebāt: Quomodo potest homo peccator hæc signa  
facere? Et cisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterū: Tu quid dicis  
de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autē dixit: Quia Propheta est. Non  
crediderūt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & vidisset, donec vo-  
cauerūt parētes eius qui viderat, & interrogauerūt eos, dicētes, Hic est  
f. ii.

Cæcus interro-  
gatur à Phari-  
sæis.

Sabbathum.  
Peccator.

Increduli Phari-  
sæi.

Abrahæ anni  
ante Christum.

Diuine nature  
nota.  
Christus ante  
Abraham.  
Verbum vola-  
tile.

Lapidibus Chri-  
stus peritur.

Prædicatoris ab  
impiis afflictio.

Christum fallit  
lapidare volen-  
tes.



Parentes cæci timent excommunicationes Pharisæorum.

Excomunicantur qui Christo credunt.

Gloria Deo.

Moyfi discipuli.

Peccator.

Superbia Pharisæica. Cæcus à Christo dectus, credit in ipsum.

Adorare. Iudicium Christi.

Cæci.

filius vester quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parêtes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate ætatē habet: ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parêtes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim cōspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse CHRISTVM, extra Synagogam fieret. Propterea parêtes eius dixerunt, Quia ætatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominē qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriā Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: si peccator est, nescio: vnū scio, quia cæcus quum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterū vultis audire? nūquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autē Moyfi discipuli sumus. Nos scimus quia Moyfi loquutus est Deus: hunc autē nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autē quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatē eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditū quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit IESVS quia eiecerunt eum foras: & quum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filiū Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? Et dixit ei IESVS: Et vidisti eum, & qui loquitur tecū, ipse est. At ille ait, Credo Domine: & prociēs adorauit eum. Et dixit ei IESVS: In iudicium ego in hunc mundū veni, vt qui nō vidēt, videant: & qui vidēt, cæci fiāt. Et audierūt quidā ex Pharisæis, qui cum ipso erāt: & dixerūt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis IESVS: Si cæci essetis, nō haberetis peccatū: nūc verò dicitis, Quia videmus: Peccatū vestrū manet.

Loquatur loquitur.

Extra Synagoga interitur.

Da gloria Deo. Supple potius quam Christo, id est, tribue hoc beneficium visis, Deo potius quam Christo tuo, quem certo scimus miracula nō posse edere, quod peccator sit. Simile genus dicendi in fine cap. 7. & 1. Reg. 6.

Maledixerunt comitati sunt. Sic) vel es. Et aperuit) qui aperuerit. Heb.

In iudicium, etc. id est, veni vt eandem aliquando feram sententiam qua feci, vt qui, etc. Peccatū) peccatū ergo, etc.

Et præteriens IESVS.



Cæcitas miserimum genus.

Miracula, appēditur doctrina.

**A**BSOLVTA disputatione lōga de libertate Christiana per CHRISTVM, quum tempus esset vt apertius potētiam suam Dominus reuelaret, exiens de templo obuium habuit argumentum satis consonum iis quæ gesta fuerant in templo. Siquidem illic cum cæcis fuerat concertatio, sed animo cæcis, non corpore. Miserrimum est hoc cæcitatē genus, atque hoc etiam infelicius, quod quum essent plusquam cæci, tamen sibi videbantur oculati: vt non solum essent infelices, verum etiam immedicabiles. Hic autem præteriens diuertit CHRISTVS ad cæcum corpore (qui hoc sanabilior erat, quod magis cæcitatē suam agnoscebat) vt miraculo doctrinam priorem obfignet: duritiam ac imperiusibilitatem eorum frangere conans, tametsi nihil illis prodesset. Sunt enim miracula, doctrinæ appendices, vt quicumque nostro tempore doctrinam CHRISTI prædicaret, producere posset aduersus impios miracula hæc, veluti sigilla in doctrinæ testimoniū. Particula, ET, vim habet connectendi superiora sequentibus. PRÆTERIENS. acsi diceret, Quum IESVS

IESVS exiret de templo, vt furor Pharisæorum mitigaretur, occasione quadam factus est cæco obuius, quem præcessit ac præuenit: hac præuentione significans nos non nostro merito saluari, sed gratia CHRISTI præueniente, cui acceptum ferimus quicquid nostræ salutis est. IESVS, salutaris medicus præuenit nos infirmos & cæcos natos. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Ephes. cap. 1, Elegit nos Pater in CHRISTO ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. & ad Rom. cap. 5, Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, &c.

Salus à Christo.

Vidit hominem cæcum.

Verbo VIDIT, commendatur præueniens CHRISTI gratia: vidit, oculis misericordie & gratie, hominē cæcum, & captum oculis corporeis. Cæcitas propositio est necessitatis & morbi, cui vt medeatur, necessarius est medicus. Præfens medicus, morbum & necessitatem aduertit: nam vidit studiose, & attentē est intuitus etiam non rogatus, sed misertus: vnde hoc intuitu occasione rogandi de hoc cæco discipulis dedit.

Christi oculis.

A natiuitatē.

A circūstantia temporis exaggeratur necessitas & morbus. Quasi diceret Euangelista: Hic homo captus erat oculis, diuturnus erat morbus. Natus enim erat cæcus, vt medicis quidem esset insanabile malum, non etiam CHRISTO. ENCHRISTI potentia clarificat: qui potuit tam diuturnum morbum pellere, & tantam necessitatem fugare.

Christi potentia.

Et interrogauerunt eum discipuli eius.

Intuitus Domini tam studiosus & attentus in cæcum, argumento fuit discipulis cum coniectandi præceptorem suum velle quicquam in illius cæci gratiam operari, tum rogandi, an afflictiones sint semper peccatorum supplicia. Quum discipuli meminissent quod paralitico sanato ad probaticā dixisset (supra cap. 5,) Vade, & amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et paralitico iacenti in grabato qui in domo ei fuerat oblatus (Matth. cap. 9,) Fili, dimittitur tibi peccata tua: suspicati sunt omne corporis vitium ex animi vitio nasci. De cæco itidem percontantur, cuius vitio accidisset, vt cæcus nasceretur.

Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius vt cæcus nasceretur?

Salutant magistrum, cuius beneuolentiam à dignitate personæ captant. RABBI, vox est Hebraica, significans Magister mi: QVIS peccauit? Quæstio est de causis crucis afflictionum & pœnarū. Quum suspicemur peccata causas esse afflictionū & pœnarū, hoc rogamus, Cæcitas contigitne huic cæco ex proprio peccato, an ex alieno, hoc est parentum peccato?

Rabbi.

Respondit IESVS, Neque hic peccauit, neque parentes eius.

Suo responso corrigit Dominus ignorantiam discipulorum, dicens, peccatum non esse causam cæcitatē in cæco nato. NEQUE hic peccauit: id est, hic proprio peccato non meruit nasci cæcus: non enim peccauit antequam cæcus esset: neque huic contigit cæcitas ex parentum peccato. Non simpliciter dixit quod non peccauerint parêtes, sed addidit vt cæcus nasceretur: nam peccauerunt quidem parentes, sed non inde huic cæcitas.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo.

Potissima causa vt hic nasceretur cæcus, fuit vt gloriæ Dei illustrandæ esset occasio, non vel ipse vel parentum eius peccatum. Hac sententia insinuat seipsum Deum. Iam enim opera Patris manifesta erant in totius mundi creatione, & sapientissima dispositione, & continua gubernatione: sed de CHRISTO humana forma induto, non vsque adeo erat adhuc perspectum, quod hic homo, Deus erat, mundi rector: sed per hanc rei mirabilem illuminationem, & aliorum miraculorum operationem, inducti sunt homines ad credendum, CHRISTVM esse Deum, & rerum omnium conditorem, & ita manifestauit Filius Dei gloriam suam in restituendo visu huic cæco, vt ostenderit se creatorem & auctorem mundi. Obseruat Theophylactus quod particula *ita* & *ergo*, hoc est, vt: sæpe in Scriptura ponitur, non vt causam, sed euētum designet, sicut illud, Psal. cap. 50, Vt iustificeris in sermonibus. Non enim peccauit Dauid, vt iustificetur Deus: sed quia ex opere peccantis cōtigit Deū manifestari in suis promissis iustū & fidelē: ita & hoc loco, vt manifestentur opera Dei in illo, nō causa sed euētus designatur. Ex hoc enim quod sanatus est cæcus, intelligit glorificari Deū. Nam sicut sæpe architectus domū quidē partim elaborat, partim imperfectā relinquit, vt si quis ei forte non credat, quod ipse non sit ille qui partē extruxit. f. iii.

Vt particula.



*Afflictiones  
suntne perpetuo  
peccatorum cas-  
sa.*

*Gloria Dei.*

*Parentum pec-  
cata sicutne cau-  
sa qua filii af-  
fliguntur?*

*Afflictiones non  
casu.*

rit, possit per hoc quod conditum est & imperfectum ostendi, quod & ipse extruendi opifex sit. Ita & Deus noster I E S V S excacata membra sanans, & in suam naturam constitutis, ostendit quod ipse sit qui & alia membra condidit. Vtraque lectio bona est, magis tamen mihi arridet prior. Hic locus se offert vt de afflictionibus aliqua scitu digna scribamus: An afflictiones semper sint peccatorum supplicia? Nam propter peccatum introierunt in mundum maledictiones, infirmitates, plagæ, calamitates, adeoque ipsa mors. Et lex peccatum demonstrans, minatur etiam peccatoribus varias afflictiones & calamitates. Leuiti. cap. 29. & Deuterono. cap. 28. Rursus solent morbi ob peccata immitti, vt docetur supra, cap. 6. & 1. Corinth. II. Respondeo: Sunt certè omnes homines peccatores, & in peccatis concepti, quibus pœna correspondet, nisi merito C H R I S T I abluti fuerint. Non tamen omnis afflictio propter peccatorum merita contingit. Immittuntur aliquando afflictiones à Deo propter peccata: interdum autem mala immittuntur hominibus vt in eis gloria Dei illustris fiat. Vasa enim Dei sunt, & debent quouis modo gloriam inferuire conditoris sui. Accipio hic gloriam Dei, pro saluatrice eius potentia: ea enim in hoc cæco manifestata fuit. Itaque peccauit cæcus qui in peccatis conceptus est, & non iustificatur in conspectu Dei omnis viuens: Sed cæcitas illa non ideo contingit, quia vel ipse peccauerit, vel parentes: si enim pro merito peccatorum debuissent affligi, vix infernus, nedum cæcitas suffecisset. Sed huic contigit cæcitas, vt declararentur opera Dei, id est, vt gloria Dei in illo manifestetur. Sic Susanna afflicta fuit ad gloriam Dei, & tres pueri in fornace, Danielis cap. 3. Similiter afflicto accidit ipsi Iob, non propter peccatum (vt amici contendebant) sed vt manifestentur opera Dei, qui nouit pios ex afflictione eripere. Sic afflixit Israelitas in Aegypto, vt liberando eos de tyrannide Pharaonis, ingentem sibi inter homines laudem pararet. Nam quum Dominus deiciat in extremam miseriam, & postea eripiat, hunc honoris titulum refert, quod sit Deus liberator & adiutor in necessitatibus. Qui titulus magnificentissimus est, inuitans omnes homines ad Deum inuocandum. Subiiciuntur ergo pii interdum pœnis & afflictionibus, non propter peccata, quæ ita magna non habent, sed propter gloriam Dei, vt inde glorificetur Deus, dum pios potenter & cum summo triumpho è cruce liberat, & ad gloriam transfert: vt Ioseph innocentem è carcere liberans, ipsum ad gloriam transtulit: hinc magnificus ab omnibus cognitus est Deus. Proinde in impiis semper verum est eos affligi propter peccata sua: in piis non semper verum est: quibus consolatorium est scire se non semper affligi propter peccata sua, sed se in afflictionibus vasa esse, quæ ad gloriam Dei seruiunt. Quare errant frequentes plerique, qui sola ratione humana absque C H R I S T I cognitione eruditi, ratiocinantur in modum amicorum Iob: Hic siue Iob, siue quiuis alius affligitur, ergo affligitur propter peccata sua. Item, Cæcus à natiuitate cæcus est, ergo propter sua aut parentum peccata. Rogabit aliquis: An propter parentum peccata filii affligantur? Respondeo. Est quædam pœna spiritalis qua affligitur anima: hanc pœnam filius pro patre non portat. Ezechi. cap. 18, Filius non portabit iniquitatem patris: anima enim filii, non est ex patre, sed à Deo. Omnes inquit (Ezechi. cap. 18.) animæ meæ sunt, supple per creationem. Sicut anima patris, ita anima filii: sed quandoque ob iniquitates parentum, filii temporariam & corporalem in hac vita subeunt pœnam. Corpus enim filii, est quædam res patris. Exemplo nobis erit Roboam, Salomonis filius, 3. Reg. 11, Dereliquerat Salomon Dominum, adorans idola mulierum alienigenarum, quarum ardentissimo amore tenebatur: propter quod à Roboam, filio eius, ablata sunt decem tribus Israel, & data Hieroboam filio Nabath. Rursus 3. Reg. 21, Offenderat Achab grauiter oculos Domini, quod interfecto crudeliter innocente Naboth, vineam eius possedit: at quia se conuertit ad pœnitentiam, ieiunioque & cilicio se afflixit, ad Heliam factus est sermo Domini: Quia Achab humiliatus est mei causa, nõ inducam malum in diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domui eius. Putant nonnulli pueros quandoque in parentum pœnam mori: quorum tamen vitam putauerim Deum frequentius propter misericordiam præripere, vt ne (quum superuixerint) deteriores parentibus fiant, & in malum suarum animarum & multorum viuunt. Sed quum iudicia Dei sint abyssus multa, missa hæc faciamus, & cum fide C H R I S T V M amplexemur, qui potes est à quauis pœna nos eripere, & in afflictionibus consolari. Hoc vt sciamus, non inutile fuerit aliqua obseruare, quæ in omni genere afflictionum in promptu pijs & viles suppedi- tabunt consolationes. In primis firmiter constantèque credendum est, dum affligimur, nos neque affligi casu, neque aduersa cõtigisse casu, sed aliquo consilio ac permissione Dei. Abi- genda hinc venit humana ratio, quæ in afflictionibus rogat, An casu id euenerit, Deo nihil

talia curante aut permittente. Epicureorum est hæc opinio sola ratione humana & carne ducta, aduersus quam producenda sunt Sacræ Scripturæ testimonia. Threnorum cap. 3, Quis est iste qui dixit, vt fieret Domino non iubente, Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Huc pertinent omnes sententiæ de prouidentia. Matthæi cap. 10, Nõne duo passeress assueuunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Act. cap. 17, In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Psalmo 9, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Psalmo 93, Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non consideret? Qui corripit gentes, non arguet, aut qui docet hominem scientiam? Et Paulus 1. Corinth. cap. 11, Dum iudicamur autem, à Domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur. Hæc omnia testantur afflictiones non accidere casu, sed Dei consilio ac volũtate. Secundo. Credendum est non solum afflictiones nobis accidere Dei consilio, sed etiam certò statuendum est, quod Deus puniat, non vt perdat, sed vt vocet nos ad pœnitentiam, & exerceat fidem nostram. Itaque pii obseruant afflictiones veluti signa misericordiæ & bonæ voluntatis Dei. Qui ad hunc modum transformat afflictiones in signa misericordiæ & bonæ voluntatis Dei, suauissimam recipit consolationem, qua patienter in aduersis durat, benedicens & laudans Deum, qui dignatur se visere. Nam quum quis summo dolore afflictus, apprehendit afflictionem diuinitus inflatam, in punctionem & vltionem peccati, augetur doloris acerbitas, & paratur desperatio, nisi addiderit secundam consolationem priori, quæ docet de voluntate Dei, quod puniat non vt perdat, sed vt ad pœnitentiam reuocet, & in fide nos exerceat. Ad hunc modum Euangelium interpretari solet afflictiones: vt, quod ex Paulo adductum est (1. Corinth. 11.) Dum iudicamur, à Domino corripimur. Prouerb. cap. 3, Quem diligit Dominus, corripit. Hebræo. cap. 12, Flagellat omnem filium quem recipit. Psalmo 118, Bonum mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Apoca. cap. 3, Ego quos diligo, castigo. Esaiæ cap. 28, Vexatio dat intellectum. Numer. cap. 1, Bonus est Dominus & confortans in tribulationibus, & agnoscit sperantes in se. Hieremiæ cap. 31, Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus, postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. Quemadmodum Euangelium docet legem datam esse, vt humiliet nos, & hac nostri abnegatione quaramus C H R I S T V M: ita docet & pœnas additas esse, non vt perdant, sed vt reuocent nos ad pœnitentiam, vt feramus crucem seu afflictiones in quibus exercere nos ipsos debemus, vt probemur in fide. 1. Petr. 1. 2. Corinth. 1. & 4. Rom. 5. Iacobi cap. 1, Omne gaudiũ existimate, quum in varias tentationes incideritis, &c. Si tentauerit nos humana ratio, quod nobis afflicti succedant omnia infelicitate, tyrannis verò feliciter, & pro animi sententia, huic obedientiam obiciamus, ne impatientes animum despondeamus. Impatientia graue est peccatum, huic ne indulgeamus, sed Deo, qui requirit obedientiam, & vult nos in ea exerceri, qua in afflictionibus similes sumus imaginis filii Dei. Consolatorium est hac obedientia non solum fieri similem imaginis filii Dei, sed etiam afflictiones nostras cum obedientia esse sacrificia Deo gratissima. Significant enim sacrificia quiddam Deo propriè dictum, vt per id honore afficiatur. Vnde dicebat Dauid Psalmo 50, Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Ad Roma. cap. 12, Exhibete corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Requirit igitur Deus hanc obedientiam, quam vt verum cultum valde approbans, non reiecit afflicti illa ornatos. Tertio. Non solum fide tenendum est quod afflictiones non accidant casu, quod non sint signa iræ, quod indignatio seu impatiẽtia sit peccatum, quod Deus requirat obedientiam: sed etiam addenda est fides & inuocatio. Fide teneamus Deum nobis nunquam defuturum, sed semper nobis affuturũ, opem laturũ, & pro sua sapientia aliquando liberaturum, qui hac fide viu inuocandus est. Huic consolationi addemus duo, Præcepta & Promissiones. Præcepta iubent petere & expectare auxilium: vt, Inuoca me in die tribulationis. & Psalmo 4, Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in Domino. Item C H R I S T V S, Petite & accipietis. Psalmo 54, Iacta super Dominũ curã tuam, & ipse te enutriet. Huiusmodi præcepta excitare nos debent ad inuocationem. Deinde cõsiderandæ veniunt promissiones, vt Ioannis cap. 16, Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: & Matthæi cap. 7, Si vos qui mali estis, nostris dare bona, &c. quãto magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? Et in Psalms, Inuoca me in die tribulationis, eripia te, & honorificabis me. Hæc sunt exercitia piorum, intelligere publica & priuata pericula, & fide animum erigere, & petere à Deo, vt gubernet Ecclesiam, & liberet eam ab impietate & scãdalis, defendat rempublicã, det pacẽ, fruges, victũ, regat mores populi, vt Deus glorificetur. Duremus ergo in aduersis per verã

*Epicureorum opi-  
nio de affli-  
ctionibus.*

*Deus punit non  
vt perdat, sed  
emendet.*

*Tentatio qua  
pii videt impijs  
omnia feliciter  
succedere.  
Impatientia.*

*Patientia, sacrifi-  
cium Deo ac-  
ceptum.  
Sacrificium.*

*Obedientia gra-  
tissima Deo.*

*Fides.  
Præceptum.  
Inuocatio.*



*Patientia quid est. Impatientia. Iratus animus.*

patientiam, quæ non solum est obedire in afflictionibus, sed etiam indignationem in firmæ naturæ vincere, aut certe repugnare. Ex opposito impatientia irascitur Deo: & primum obedientiam, deinde fidem ex animis expellit. Nam iratus animus existimat se negligi à Deo, & imaginatur se frustra petere & expectare auxilium à Deo. Itaque in magnis afflictionibus multi sunt prorsus blasphemæ, & quærunt consilia contra mandatum Dei, sicut Saül consuluit veneficam. Talia peccata gignit impatientia contra primam tabulam: deinde aduersus homines dolor iniuriæ gignit odium, incitat ad vindictam: qua ex re sæpe fiunt non solum priuatae dissensiones, sed etiam seditiones, & publici motus: sicut Coriolanus dolor iniuriæ perpulit ad bellum patriæ inferendum. Vide si iuuat Titum Liuium in prima decade, & Valerium Maximum. Quanto honestius fecit Scipio, qui ingenti animo desepit latrantes Tribunos, cessit etiam inuidiæ, & se contulit rus, ne præsens magis infamaret odium. Atqui facile poterat se armis defendere contra iniuriam, sed condonauit priuatas iniurias reipublicæ. Melior igitur cuius fuit quàm postea Marius & alii multi, qui priuatas iniurias cum perniciose publicæ vlti sunt. Ex his plane intelligimus quàm necessaria est patientia, primum coram Deo, vt obedientiam & fidem retineamus: deinde propter tranquillitatem Ecclesiæ, ne ingenia vehementia irritata, vleiscantur priuatum dolorem, publicè motis tragædiis, vnde orientur hæreses: deinde propter priuatam tranquillitatem, vt tranquillam habentes conscientiam, pacem habeamus ad Deum.

*Coriolanus.*

*Scipio.*

*Priuatæ iniuriæ patriæ condonanda. Patientiæ necessitas.*

**Me oportet operari opera eius qui misit me.**

Exegesis est illius sententiæ, Vt manifestentur opera Dei in illo: quam de seipso Dominus intelligi vult. O P O R T E T me operari opera eius qui misit me: id est, Oportet me manifestare meipsum, & facere opera quæ possunt me ostendere facere eadem quæ Pater. Obserua quod non dixerit, Oportet me facere talia aut similia quæ Pater facit: sed illa ipsa quæ facit Pater, quæ prorsus eadem sunt, & eadem esse monstrauit: quæ sunt, infirma saluare, debilia roborare, homines illuminare. Quorum enim eadem est operatio, eorum vna eademque natura & voluntas est, ac potentia. Ergo quum Filius eadem & ipsamet quæ Pater facit, operetur, identitas erit substantiæ Patris & Filii. Quæ opera manifestant ipsum C H R I S T V M esse Deum. Infra cap. 10, Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. & cap. 14, Pater in me manens, ipse facit opera. Propter tamen formam serui assumptam, per tapinosum vocat O P E R A Patris, ad quæ facienda missus erat. Quasi diceret, Ego in hoc missus sum in mundum, vt procurem gloriam Dei manifestandam huiusmodi factis, quæ incredulis fidem faciant me vera loqui: vt qui crediderint, sanentur à cæcitate sua. Obserua: Vocat O P E R A Dei, quia ad ea virtus diuina requiritur. Opera Dei, sunt signa & notæ quibus cognoscimus potentiam Dei: sunt potentis Dei effectus. Quum dicit M E O P O R T E T, ostendit quod etiam non rogatus facturus est opera, vt impleat quod sibi admandatum est. M E oportet operari, & c. id est, Ego sum per quem gloria, potentia, & opera Dei manifestari debent hominibus: idque oportet ex dispositione & ordinatione Dei Patris & iuxta vocationem meam.

*Patris & Filii eadem opera. Regula notanda.*

*Opera Dei.*

**Donec dies est.**

*Dies, ministerii Christi.*

D I E M vocat Dominus tempus ministerii sui suæque præsentia: & iure quidem lucebat enim ipse tum sol iustitiæ radiis doctrinæ, & operum vitæ æternæ. Sensus est: Procuranda est gloria Patris, & gnauiter exequendum est mandatum Patris, quandiu hic præsens verfor inter homines, vt cognoscant Patrem, & me (quem misit) esse Saluatorem mundi. Est etiam Dies, præsentia C H R I S T I, quæ verbo fit. Fit autè omnibus vsque ad extremum vitæ: tantisperque dies est, dum nobis verbum fuerit præsens. Huc pertinet exhortatio illa Pauli ad Hebræos, cap. 3, Videte fratres, nequãdo sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati: participes enim C H R I S T I effecti sumus, si tamè initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus, dum dicitur, hodie si vocè eius audieritis. Donec hodie cognominatur, hoc est dum præsens vita agit, vt homines audiant verbum, & operentur præsentem verbo, hoc est credant. Quia vêtura est nox, in qua nullus operari poterit, id est credere. Nam dies quidè præsens, vita est: eod quod possumus nunc, quandiu viuimus, sicut in die, bona & Deo grata operari. Qui fide verbum habet, is lucem habet qua ad Deum accedere potest, contemnens mortem & maledictiones omnes, & penetrans vsque ad iustitiam, vitam, & cælestes omnes benedictiones. Quod si quis verbum lucis contempserit, tanquam abiectum aut non necessarium, frustra erit salutis expectatio in necessitatibus. Quare dum præsens dies operandi facultatem præbet, quæ ad

*Dies, tantisper nobis dum viuimus.*

*Dies, præsens vita.*

*Verbum, dies est.*

quæ ad salutem æternam pertinent, non est cessandum. Huc nos impellit dici ratio, qui totus negotiis perficiendis est destinatus: Psalmo 103, Ortus est sol, exibit homo ad opus suum & ad operationem suam, vsque ad vesperum.

**Venit nox quando nemo potest operari.**

Quasi dicat, Ego tantisper docebo, operabor, & miraculis gloriâ Patris manifestabo, eisdemque doctrinam meam obsignabo, dum ministerium meum compleuero. Ventura est nox, sicut breui cessabo, quando venerit potestas tenebrarum, & cruci affigat: tunc nemo operabitur, quia lux à vobis breui ad Gentes deficiet. Ex verbis Domini manifestum est N O C T E M vocari tempus suæ absentia: & alluisse more suo ad noctem vulgarem, in qua non possunt homines operari. Hinc allegoricè significauit instare tempus in quo à Iudæis abiturus esset, & nihil eorum tum operaturus quæ ipse faciebat. Itaque hæc nox (quæ dicitur priuatio tēporis concessi prædicationi & operationi C H R I S T I in carne) venit Iudæis, quum & à C H R I S T O & Apostolis eius deserti fuere. Operemur igitur dum verbum & lucem habemus, in qua ambulantes exerceamus nos ipsos in fide, nunquam visuri hanc noctem, quod semper habeamus solem nobis illucescentem iuxta eius promissum, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: in qua audituri sumus, Venite benedicti Patris mei, percipite regnū, & c. in quo nihil vmbra & obscuri, sed clara illic omnia & perlucida. Quidam referunt hæc verba ad tempus Antichristi futurum, in quo obscurabitur Euangelium, à quo tyrannide Antichristi multi deficient. Placet mihi prior interpretatio. Obserua: Paulus per Noctem intelligit omnem doctrinam, quæ non est Euangelium, aut Euangelio aduersatur: præter quod, nulla omnino doctrina potest esse saluifica. Et sicut Dies significat illuminationem per Euangelium, siue ipsum Euangelium: sic Nox cæcitate & ignorantiam Euangelii. Vmbra mortis, phrasis est Hebraica, pro nocentissima nocte qua premuntur damnati, hoc est qui extra fidem hinc migrauerunt.

*Nox, absentia Christi.*

*Antichristus.*

*Euangelium solum est doctrina saluifica. Dies. Nox. Vmbra mortis.*

**Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.**

I E S V S C H R I S T V S suapte natura est lux, est & ab effectu & officio suo lux M V N D I, id est, hominum: ipse enim illuminat mundum siue omnem hominem venientem in hunc mundum. Ipse L V X mundi, id est, hominum, est: dum in M V N D O, id est, in hominibus credentibus est, non solum corpore suo, sed multo amplius suo Spiritu, & per Euangelium. Efficacius enim verbo præsens mihi est, quàm sola persona solum coram existente. Nam si nos audierimus & verè crediderimus verbum, plus nobiscum est quàm cum Pilato aut Caipha, qui oculis etiamnum ipsum viderūt. Obserua verbum diuinitatis, S V M. Quasi diceret, Tametsi corpore sim à vobis abiturus, ego tamen sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. S V M ergo lux mundi, quandiu mundus erit, quia semper erunt aliqui quibus illucescam. Respondebit carnalis quispiam, C H R I S T V S sublatus est è mūdo præsentialiter, C H R I S T V S igitur non est amplius lux mundi. Respondeo: sublata quidem est præsentia eius corporalis, qua nobiscum visibiliter est versatus: sed manet ipse lux mundi cum suapte natura, qua Deus est, & semper manet lux cum officio. Perpetuæ enim sunt eius operationes & effectus erga suos. Proinde C H R I S T V M esse lucem mundi, est ipsum esse sacerdotem, pastorem, interpellatorem & aduocatū pro mūdo, hoc est pro hominibus. Quandiu igitur mūdo fide retinet C H R I S T V M, tandiu lux est mundi: quod si quibusdam mūdi hominibus non illucescit, in causa est ipse mundus, qui fide C H R I S T V M non recipit.

*Lux mundi.*

*Verbi efficacia.*

*Christum esse lucem mundi.*

**Hæc quum dixisset.**

Quum Dominus quæstioni Apostolorum de causis cæcitatibus in cæco satisfecisset, atque de operum suorum autoritate disseruisset,

**Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & limuit lutum super oculos eius.**

Miraculum expectantibus discipulis, I E S V S expuit in terram, ac sputo commixto pulueri, fecit lutum, quo illeuit & vixit oculos cæci, extendens lutum veluti malagma oculis apposuit. Hoc profecto paternum ac verius suum referebat opificium, quo primum hominem ex argilla humore macerata finxerat. Arrogantius fortassis visum fuisset auditoribus, si dixisset, Ego sum qui Adam formauit: quod per opus mōstratum, non ita offendit. Propterea & de luto oculos illi formauit, more opificii quo & Adam formatus est: qui dum restituit, & integrum reddit quod perierat, aut mutilum erat, authorem ac conditorem il-

*Christus in terram sputum.*

*Cæco formatus in oculi.*



*Media aut sine  
no cōstruēla.  
Creaturas suas  
Deus honorat.*

*Tentandus non  
est Deus.  
Caro Christi  
organū salutis.*

*Sacramentorum  
vsum necessarium*

lius quod non erat, se esse ostendit: nec minoris, imo maioris virtutis est sarcire quod corruptum est, quam gignere quod natum non est. His rebus vsum est Dominus ad aperiendū huic cæco oculos, non quod his rebus putauerimus huiusmodi virtutem inesse (solus enim omnia potest sua virtute perficere) sed propter honorandum creaturas suas, quas ita ad bonitatis suæ ministerium, & virtutis suæ cooperationem admittit: atque vt commendaret media & occasiones præsentēs, quæ vbi præstō adfunt, nō sunt in ministerio negligendæ. Ipse enim dum in distributione suorum bonorum adiicit aliqua instrumenta, docet Deū non esse tentandum, sed mediis iustis à Domino nobis propositis, esse vtendum. Caterum aliàs quosdam solo verbo, vt cæcum, (Marci cap. 10.) quosdam vero contactu corporis sui sanauit. Hōc indicauit pretium carnis suæ, per quam salutem nostram operatus est: illō vero, verbo se omnia perficere posse monstrauit, etiam si absens corpore fuerit, ne displiceremus nobis, quibus corporis sui præsentiam subduxit. Ex his colligimus vsum quendam sacramentorum in Ecclesia necessarium, sine quibus posset quidem Deus cōferre salutem, & confert in necessitate, tamen simul instituit & sacramenta, baptismum, cōfirmationem, poenitentiam, eucharistiam, ordinem sacrum, infirmorum vnctionem, & matrimonium: illisque vti nos vult. Vana igitur hominum hæreticorum fabula est, asserere nullum esse sacramentorum vsum in Ecclesia.

**Et dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloë, quod interpretatur Missus.**

*Cæci Euan-  
gelistæ fides.*

*Siloa fons.*

*Hieronymus.*

*Regnum Iuda,  
aqua currentes  
cum silentio.  
Scripturæ sacræ*

*Visio beatæ.  
Euan-  
gelistarum  
mos.*

*Sordium corpo-  
ris ablutio.*

*Siloa quid ad-  
umbrabat.*

**C**H R I S T V S ablegat cæcum ad piscinam Siloë, vt aquis prolitiat lutum oculis oblitum. Malagmatis nouitas animos, omnium attentos ac suspensos reddit ad considerationem futuri miraculi: simulque docet quam constanti fiducia fuerit cæcus, qui nihil obmurmurat illinenti, sed simpliciter se morigerum præstat **C**H R I S T O operanti pro suo arbitratu, certō statuens se consequuturum id beneficii quocumque modo daretur. Iussit oculos lauati, non tamen illico, & in eo loco abluī cum voluit, sed iubetur ire ad piscinā Siloë, cuius origo est ad radicem montis Sion, vt nouitas spectaculi, necnon longioris itineris mora, ac malagma super oculos oblitum, plurimos euocaret miraculi testes. Diuus Hieronymus, qui Hierosolymis est versatus, & in ea regione omnia conspexit, ita in caput 8. Esaiæ scribit, Siloam autem fontem esse ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis diebusque ebulliat, & per terrarum cōcaua & antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos qui in hac regione habitamus. Hæc ille. Ex hoc igitur fonte, maximè quum interruptis vicibus manet, & sit in ea regione aquarum penuria, factum est natatorium siue piscina, quæ Siloa dicebatur. Huius piscinæ meminit Nehemias cap. 3. Esdras lib. 2. cap. 3. quam & expressit Esaias cap. 8. qui opprobrians populo quod cōtempto regno Iuda, respexisset ad virtutem regum Syriae & decem tribuum: per metaphoram regnum Iuda vocauit aquas Siloë, quæ cum silentio currunt. Typum Sacrarum Scripturarum gerunt aquæ illæ: quæ quum sine fastu & strepitu humanæ eloquentiæ placidè lenitèque fluant, tamen quia ex abstrusis diuinæ sapientiæ cauernis scatent, energiam quandam spiritalem, & diuinam vim habent quamvis cæcitatem mentis depellendi, & oculos conferendi aperiendisque quibus Deus videtur: cuius visio, beata est fruitio & felicitas. Euan-  
gelista more suo interpretatus est **S**I L O A M, Missum. Hoc Euan-  
gelistis peculiare est, vt quorum ipsi monere volunt, ea apertè indicent & interpretentur. Mittebantur homines ad aquam, tanquā ad typum, donec reuelaretur aqua gratiæ, & aqua vera. Rursus in abluendis sordibus corporis, vtebantur aqua, donec manifestaretur aqua gratiæ, qua abluuntur non sordes corporis, sed animæ, ad accipiendam tranquillam & pacatam conscientiam coram Deo. Verè & vnice missus est **I**E S V S **C**H R I S T V S, quem Pater misit ad illuminandas & lauandas hominum mentes. Illo fonte Siloë adumbratus est **C**H R I S T V S, qui nunc suo Spiritu in conscientiis hominum placidè & leniter scatens, atque in Scripturis arcanis latitans, propellit inueteratam humanæ mentis cæcitatem, aperitque oculos, dans fidem, qua ad cælestia & spiritalia penetramus, si nostrā agnouerimus caliginē, nobisque minimè videamur oculati, vt accepro luto **C**H R I S T I super oculos nostros, id est nostri abnegatione facta, lucem Euangelicam recipiamus.

**Abiit ergo.**

Magna est hæc cæci fiducia, nihil detrectantis quod iuberetur facere. Obedit, credit iubēti: nihil rogat aut dubitans apud se cogitat, dicens, Quomodo lutū restituet visum, quū magis

magis visui officiat. Quid mihi igitur proderit hoc malagma luteum, quis vsum illius aquæ Siloë, qua tam frequens oculos laui & nihil mihi profuit? si hic Propheta aliquam curandi virtutē haberet, vtique præsens me curasset. Nihil tale est meditatus, sed simpliciter verbo Vade, obediunt & obtemperauit præcipienti.

**Et lauit.**

Verbo promissionis **C**H R I S T I adhærens, iuxta verbum operatur, lauat oculos & lutum abstergit, (vt luto non ascriberetur miraculum) & vidit. Quidam dicunt (vt refert Theophylactus) quod & lutum non sit depositum, sed formatum in oculū. Quod **C**H R I S T V S cum cæco ad fontem non abierit, reddidit opus Dei multo celebrius, & manifestius potentiā verbi Dei declarat: si enim illuc profectus fuisset **C**H R I S T V S, non nihil præsentia & tactui, & non soli verbo Domini ascripisset, fortassisque sibi suasset non tantam inesse verbo energiam. Lotis igitur oculis, beneficium curationis ex fidei firmitate & obediendi promptitudine, mox est consequutus.

**Et venit videns.**

En fidei viua triumphus: intrat qui fuerat cæcus, Hierosolymam, quadrigis aureis ve-  
ctus: hoc est corona fertis floribusque fidei redimitus, domum reuertitur apertis oculis clarè videns, & per mediam Hierusalem cunctis spectantibus etiam Phariseis inuitis, & tanto miraculi specimine cōuictis, inueteratam illam cæcitatem à tergo trahit, pedibusque conculcat triumphans in **C**H R I S T O, qui oculos cum mentis tum corporis restituit: cuius tempus aduenerat vt oculi cæcorum aperirentur, iuxta vaticiniū Esaiæ cap. 53. Hic spectatur quam nihil impossibile sit credenti: rursus, quod ipse visus, non sit opus aut luti aut aquæ, sed verbi **C**H R I S T I iubentis. Cernitur illic obedientia, sanitas, & melioris vitæ expectatio.

**Itaque vicini, & qui viderunt eum prius, quia mendicus erat.**

Circumstantias adducit Euan-  
gelista, quæ negotium **C**H R I S T I, & miraculum cumulatius augent. Non parum multis notus esse poterat, quum publicus esset mendicus, idque causam tum dedit vt ad plurimos hoc opus Domini perueniret. Obserua Euan-  
gelistæ diligentiam, qui notat conditionem vitæ in cæco, vt insinuet apud **C**H R I S T V M non esse acceptionem personæ, qui mendicis atque infirmis æquè delectatur, ac diuitibus & firmis. Deinde vt ostendat magnam **C**H R I S T I philanthropiam, & immensam eius misericordiam, quæ se ad infirmos vsque demittat. Ita vt & mendicum summa diligentia curaret, & hinc ipsi disceremus ne contemnamus minimos.

**Dicebant, Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant, quia hic est: alii autem nequaquam, sed similis est eius.**

Admirabile miraculum, tum vicinos, tum alios quamplurimos reddidit artonitos, quorum pars incredula subdubitabat, pars vero credula asseuerabat hunc esse qui cæcus erat, & modò videt.

**Ille verò dicebat, Quia ego sum.**

Magnum & gratitudinis & fortitudinis exemplum in vidente, de quo orta erat quæstio, qui intrepidè & sine metu ait, Quid dissentitis inter vos? Existimatis hic fabulosam aliquā metamorphosim agi? nihil hic fabulosum conspicitur. **E**G O sum idem ille mendicus & cæcus à natiuitate, què sæpe vidistis, & queritantem victū audiuistis. Vnde vox mea (quam eandem cognoscitis) fidè vobis faciet huius tam admirabilis spectaculi & personæ meæ, quod ego is sum, qui cæcus eram, & modò vidēs. Obserua in hoc vidente exemplum confessionis, quem non pudet habitæ conditionis, quod cæcus fuerit & mendicus. Rursus gratiarum actionis & non ingrati animi exemplum in hoc videmus: quia confessione sua videtur gloriari medici sui omnibus velle notam facere, & dispergere: neque formidasse furorē plebis, neque renuisse seipsum ostendere, vt prædicaret benefactorem.

**Dicebant ergo ei, quomodo aperti sunt tibi oculi?**

De modo sanitatis, & medico seu persona sanante inquirūt, dicentes, Nos te cæcum vidimus, nunc conspiciamus te apertis & clausis oculis cernentem: hætenus scipione ad diuertēda offendicula & ductore aliquo vsum es, modo te non his indigentem videmus, qui synceros & limpidos habeas oculos. Vnde tibi hoc tam magnificum contigit beneficium, vt tibi prius clausi, nunc aperti sint oculi?

*Promissioni dei  
adherendum.  
Lutum formatū  
in oculum.*

*Videi factus.*

*Triumphus fidei.*

*Esaiæ vaticiniū  
impletum.  
Credentis omnia  
possibilia.*

*Humilitatis cō-  
mendatio.*



Respondit: Ille homo qui dicitur IESVS, lutum fecit, & vnxit oculos meos.

*Fidelis cæci infirmitas.*

Vt rem nouerat verax, narrat, & talis comprobatus est. Hominem vocat Dominū, quē adhuc simplex & infirmus vt purum hominem considerauerat. Nomen IESVS benefactoris expressit, quod tum per celebrem famam signorum, quā nomine illius facta didicerat, tum ex discipulorū colloquio audierat, quos verisimile est dixisse cæco dum appareretur lutum, Tu esto bono animo d cæce, permittite luto, quod apparat IESVS, oculos tuos vngi, vt videas. Sensu auditus percepit IESVM spuentem in terram, & sensu tactus super oculos sensit vngentem. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Rom. cap. 10, Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem & quod ait Dauid, Credidi propter quod loquutus sum. Magnam hæc afferunt infirmis consolationem, dum agnoscunt cæcum in fide adhuc infirmum, tamen à CHRISTO restitutum esse. Obserua ex his quàm vana sit doctrina eorum, qui aiunt & asserunt modicam fidem Deum contemnere: donec ad magnā pertingamus. Vide & considera non abs re CHRIS TVM dixisse (Matthæi cap. 17,) Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, &c. & dicenti (Marc. cap. 9.) Adiua incredulitatem meam. Omnia possibilis sunt credenti: quorum fidem adhuc pusillam non cōtempserit, quæ postea accessionem fecit, & plurimū in CHRISTO promouit.

*Fides etiam modica efficax est.*

Et dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloë, & laua.

Præcipientem ire ad natatoriam Siloë audiui, cuius vocem agnouit ex colloquio & disputatione cum discipulis eius.

Et abii, & laui, & video.

*Fidelis gratia.*

Verbo eius adhæsi, quod faciendum demandauit, diligenter feci, & restitutus sum. Gratus quosdam ad sanitatem obseruandos hic enumerat. Imprimis audiuit verbū, Me oportet operari, &c. Audiebat enim Christum discipulis colloquentem, verbo credidit, præcipienti obediuit, deinde facienda expediuit: inde effectus sequutus est. Quis? Sanitas.

Et dixerunt ei, Vbi est ille?

Qui animo malo & incredulo erant, quarunt occasionem calumniandi Dominum IESVM, quod temperato luto & oculis inuncto, operatus quicquam esset sabbatho. contemptim de illo interrogant nomen eius tacentes, Vbi nam est is qui hoc fecit?

Ait, Nescio.

*Gloria vana scientia.*

Aberat CHRIS TVS pro suo more: qui post præstitum beneficium, alienus ab ostentatione aliō secedebat, vt nos doceret, ne ex beneficiis nostris auram popularem venemur, sed solius Dei gloriam queramus, vt nesciat sinistra nostra quid faciat dextera, Matthæi cap. 6. Itaque respondet: Nescio: non enim IESVM de facie, sed tantum de nomine nouerat. Obserua: Ecclesiasticæ & verbi confessores non sunt à nobis prodendi, vbi infidias verbo fieri videmus.

Adducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat.

Verisimile est quosdam ex vicinis & notis videntem nequaquam malo animo ad Phariseos conduxisse, sed quod desiderarent illis significare Dominum (quem ita persequebatur) nequaquam esse hominem malum, qui tantum scilicet fecisset miraculum. Quidam vero ex animi malitia adducunt illum qui cæcus fuerat ad Phariseos, penes quos totius religionis cardo erat, vt re per ipsum simpliciter narrata & comperta, proderet IESVM, vt Sabbathi violatorem: nam Sabbathum erat.

Erat autē Sabbathū quādo lutū fecit IESVS, & aperuit oculos eius.

*Phariseorum thesaurus.*

Circumstantia temporis obiter ab Euangelista apposta est, vt ostendat notitiam huius miraculi ad plures peruenisse, & mendicū à non paucis cognitum fuisse. Sabbatho enim homines vacabant: & templum (pro cuius foribus sedebat mendicus panem queritans) frequentabant. Insuper eō inseritur circumstantia, vt ostendatur malitia eorum qui hac sola occasione accepta, arguerunt Dominum violati Sabbathi, atque hoc modo obscuraretur imō extingueretur miraculi notitia, & sola Sabbathi violatio innotesceret. Vnde non interrogant videntem, quomodo oculos CHRIS TVS aperuerit, cogentes calumniosè ipsum narrare CHRIS TVM operatum esse Sabbatho, hoc est temperasse lutum, & id apposuisse oculis, vt videntis testimonio vincant CHRIS TVM esse violatorem Sabbathi, & postea damnent.

Iterum

Iterū ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset.

Quum Ioannes tam studiosè diligentēque hunc euentum describat, & exquisitè circumstantias omnes absoluat, verisimile est ipsum voluisse insinuare longè maxima mysteria, quæ fortasse nos nō videmus. Suo spiritu reuelabit Dominus p bona sua voluntate. Hæc interrogatio calumniosa est, eō tendit, quod vidēs testetur Christū fecisse opus Sabbatho.

*Indeorum calumnia.*

Ille autem dixit eis: lutū posuit mihi super oculos, & laui, & video.

Suis interrogatis & verbis timentibus Pharisei videntem cogere videbantur, vt metu percussus, negaret sanationem. Sed ille imperterritus neque ipsorū tumida verba, neque turgida supercilia timens, historiam narrat, & simpliciter (vt res habebat) loquitur. Luto (inquit) salua temperato intunxit oculos meos: iussus, abii ad Siloam, vbi oculos laui, deinde visum recepi, & video. Exemplum constantiæ & grati animi in illuminato: veritatem impaudè confitetur.

*Gratitudo.*

Dicebant ergo ex Phariseis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit.

Tam inauditum diuinæ potentiæ miraculum adeo nihil potuit mouere illos, vt mitius de Domino sentirent, vt illico inde calumniæ occasionem arriperēt, quod Sabbatho illud fecisset. Iste solet esse incredulitatis genius, vt lenissimis rebus offendatur, & ipsa sibi scandalum fingat, vbi nullum est. Exemplo nobis sunt hi Pharisei, adeo increduli, vt quum tam manifestum miraculum inficiari non possint, neque tam beneficium damnare, ex Dei religione muruentur calumniam. Prætextus enim iustæ causæ in ipsis & accusationis contra Christum, non videtur leuis, qui à præcepto Dei de seruādo Sabbatho est petitus. Sed cæci sunt, toto calo & plana via errantes, qui non intelligunt Sabbathum & reliquas ceremonias, charitati & necessitati proximi cedere. Arguētantur ab effectu ad causam: Hic IESVS non seruat Sabbathum, ergo nō est à Deo: qui iussit Sabbathum seruari. Tametsi Patrem Deum frequentius in ore verset, non tamen illum authorem habet, dum huiusmodi factis Sabbathum violat. NON EST hic à Deo, id est, Huius hominis neque personam, neque doctrinam approbat Deus: quia hic non custodit Sabbathum: quasi dicerent, Ille Sabbathum pro nihilo habet, qui iam secundo in restituendis infirmis illud violauit.

*Incredulitatis natura.*

*Sabbathū charitati cedit.*

Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?

Qui non tam pertinace, sed sanabiliore animo erant, dicunt, Res ipsa comprobat & loquitur hæc præsidio Dei fieri: oportet igitur illum esse Deo gratum: neque enim hoc primum nunc addidit miraculum. Hic magna facit, ergo non est nefarius atque peccator: qui si peccator esset, non posset hæc ædere miracula. Iuxta rationem humanam argumentantur, quæ firmam doctrinæ certitudinem nō affert. Nam CHRIS TVM non esse peccatorem ex aliis rationibus constat, scilicet quod sit Filius Dei, quod vera doceat, quod irreprehensibiliter viuat. Facere ergo signa non est firma certitudo probandi hominem non esse peccatorem. Non probant pietatem miracula hominis: facultas enim operandi miracula, donum Dei est gratuitum, non iustificans, quod nonnunquam impiis confertur, vt Math. cap. 7. & pseudopropheta, Deutero. cap. 13.

*Christus probatur non esse peccator. Miracula non sufficiunt ad probandum hominem non esse peccatorem.*

Et scisma erat inter eos.

Ad hunc modum inter Phariseos & primores reipublicæ, de IESV, sententiis variatum est: quem alii damnarunt, alii susceperunt. Similis dissensio prius orta est in turba, pars miraculo patrocinabatur, pars ipsum obscurare contendebat. Hoc peculiare est mundo, qui semper varia habet de CHRISTO seu Euangelio & Euangelistis iudicia. At nemo his contentionibus moueatur, sed dum hæc videt, suam fidem confirmet fortius iuxta Euangelium & sacrosanctæ Ecclesiæ consilium, quam Paulus dicit (1. ad Timotheū cap. 3.) columinam & firmamentum veritatis. Edocta enim sui sponsi spiritu, fallere neque nouit, neque potest. SCISMA Græcè, Latine dicitur Diuisio, Dissensio, siue dissidium. Scismi erant, quia pars assentiebat veritati, & pars falsitati applaudebat. Hæc discussio eo ipso bona erat, quod coadunatos Phariseos aduersus CHRIS TVM conspirantes diuiserit. Est certè quædam discordia mala, quæ pacis violatrix est. Est & bona, qualis est illa quæ dixit CHRIS TVS, Matthæi cap. 10, Non veni mittere pacem in terram, sed gladium: id est separationem. Paulus Act. cap. 23. dissentientibus Sadducæis & Phariseis de resurrectione,

*Mundi iudicium de Euangelio.*

*Scisma. Discordia multiplex.*



rectione, clamavit inter eos se Phariseum esse, atque de spe & resurrectione mortuorum iudicari. Hac voce immisit dissensionem inter Phariseos & Sadduceos, dissoluitque totam illam multitudinem. Hæc discordia bona fuit.

**Dicit ergo cæco iterum: Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos?**

Nihil non tentant, & omnem movent lapidem, ut capient vndeunque occasionem calumniandi tū Christū, ut damnent illum, tum cæcū, ut illum è Synagoga eiiciant: nisi Christum miraculi authorē negauerit. **TV**, quid dicis de illo qui aperuit tibi oculos? De persona & æstimatione Christi interrogant, expectantes huius cæci testimonium. Si male de **CHRISTO** prædicauerit (aiunt) id obiciemus his qui bene de ipso sentiunt: si bene sentit, eiiciemus illum è Synagoga tanquam mendacem & non idoneum testem, qui faueat isti Galilæo, religioni nostræ à Deo & Patriarchis approbatæ, modis omnibus aduersario.

**Ille autem dixit, Quia propheta est.**

Mendicus quū celeberrimā **CHRISTI** famā accepisset, & eius admirabilem virtutē expertus esset, simpliciter & intrepidè (quid de **IESV** sentiret) palam pronuntiavit. Is videtur mihi esse Propheta, qui singulariter à Deo missus est, & priuatas habet à Deo reuelationes. His verbis sentit **IESVM** non vulgarem quandam esse Prophetā, sed illū vniciū & singularē, quē Moses (Deuteronomii cap. 19.) prædixit à Deo apud Iudæos suscitandū esse.

**Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes.**

Iam tertio vidit Iudæi ex cōfessione & testimonio videntis, tamen factō (quod res ipsa loquebatur) credere nolēbāt. Hæc sunt infidelitatis impietatisque partes, ut impietas quærat quō pietatem calūnietur. Præter sp̄ sanē (tanta istorū erat impietas, & ita illos agebat Satan) sperabant se plebi persuasuros ex parentum cæci testimonio, hunc non esse qui nuper sedisset ad fores tēpli mendicus à natiuitate cæcus, quū hunc constaret apertis oculis clarè cernere. Accersunt parentes, qui non de facie forsitā propter trāsformatos oculos & speciem oris aliquatulum mutatā, filium suū cognoscerēt, sed peculiaribus etiam indicis illū nosse poterāt. Vocatos interrogant si forte per ipsos possent miraculū obscurare: sed maliciofa Phariseorū curiositas, proficiebat ad gestā rei fidē simul & gloriam. Quō magis enim conātur miraculū obscurare, eō magis cognoscibile fit. Sunt enim astuti impiorū conatus, & aduersa eorū consilia occasio promouēdæ gloriæ Dei, operis ac volūtatis eius. Huius promotionis elegans interpret erit Psalmus ille secūdus, **Quare fremuerūt gentes, &c.** Ea fuit Dei voluntas, ut Ioseph fratrum suorum Dominus esset. Itaque quō plus conati sunt fratres eleuare, siue deprimere, tum demissione in cisternā, tū iniusta venditione, eō plus promouit Dei voluntas, tantum abest ut illa impediretur. Similiter fuit Dei volūtas, ut glorificaretur Christus hoc cæci miraculo: quō plus astutis suis conatibus obscurare & prorsus extinguere Pharisei conantur, eō abundantius promouet notitiā miraculi, quā si extinguere non fuissent conati. Respondebant aliquis: Non igitur peccat sua impietate impius, quū illorū conatibus promoueat gloria & voluntas Dei? Respondeo: Grauius peccat, ut qui maximè Deum auersentur: non enim ex fide operantur, sed ex inuidia, ira, & infidelitate. Quantum in ipsis est, opus Dei impedire conantur, & quod obscurare volunt, & male conantur, Deus sua bonitate perficit. Huc pertinet quod Genesis cap. vltimo, Ioseph dicentibus fratribus, Serui tui sumus, respondit, Nolite timere: nū Dei possumus resistere volūtati? Vos cogitastis de me malū, sed Deus vertit illud in bonū, ut exaltaret me, sicut in presentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos.

**Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est?**

Explorata cæci constantia, quem à confessione veritatis ne vngue quidem transuerso auertere potuerunt, nunc aliis machinis ab arce & eminentissimo loco miraculum deturbare contendunt. Parentes in medio statuunt, multoque furore, imo cum multa malitia interrogant de persona cæci. Num hic est (aiunt) ille vester filius, quem vos dicere soletis cæcum fuisse natū? En vide, lector, malitiosam technam. Non dicunt, Hic est filius vester, qui dudū cæcus, sed **Quē** vos dicitis: quasi dicerent, **Quem** vos fecistis seu finxistis cæcū natū, vbique sermonē illum dispergentes, fingentes & mētientes, quōd cæcus natus esset. O impiam impietatem! o malitiosam malitiam! **Quis** (vos obtestor o Pharisei) tam impius pater, qui talia contra filium suum mentiretur?

Quomodo

Infidelitatis partes.

Voluntati diuine non est resistendum.

Calūniæ Phariseorum.

**Quomodo ergo nunc videt?**

Interrogant de modo visus restituti, & de persona restituente. **Quid** huic accidit ut videat? Hoc ita narrant Pharisei, quasi prius filium suum cæcū fuisse mentiti essent: vnde illos reddunt perplexos & ambiguos.

**Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus est natus. Quomodo autem nūc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate, ætatem habet: ipse de se loquatur.**

Infirmitatis & infidelitatis genius in his parentibus describitur. Tacent in confessione **CHRISTI**, & re etiam leuicula patiuntur Deum à se abigi. Simulat se nescire quod verè sciunt, timore & tyrannide Phariseorum percussi. Itaque quum sentirent Phariseos venari calumniæ ansam, cautè respondent. De tribus sciscitami, o Pharisei, num filius noster est, num cæcus natus est, & quomodo visum receperit. **Quod** indubitātū habemus, (inquiunt,) ingenuè testari possumus: Scimus & testamur hunc esse filium nostrum: scimus hunc filium nostrum natum fuisse cæcum, à quo nunc abactam esse cæcitatem videmus: cæterum quis cæcitatem illam abegerit, quis modus restituti visus, quis author tam egregii facti fuerit, nescimus. Hic filius noster ætate iam promouit, nec puer est, ut nesciat narrare quid ipsi acciderit: oculatus testis est, rem probè nouit qui de illa periculum fecit. Rem ut gesta est, ex ipso iam prouectæ ætatis magis percontemini, qui sui facti solus conficius est sibi, de se loquatur quod probè nouit.

**Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos.**

Huius infirmæ confessionis causa fuit timor: proles enim timoris, est infirmitas. Vbi enim adest timor, mox infirmi aded sumus, ut nihil periculi pro tuitione & defensione veritatis, subire possimus. Itaque appositissimum est quod scribitur, **I. Ioannis cap. 4.** Timor non est in charitate, supple qua diligimur à Deo, & ex qua fortiter confitemur veritatem, & credimus nos Deo curæ esse, & à Deo diligi. Timor peruaserat parentū animos, qui ita responderant, non quōd nescirent quid filio accidisset, sed maluerunt illum vnū venire in periculum, quā communi periculo inuolui cum filio. Ad hunc modum se ab inuidia testimonii expediunt, dum illam in filium reiiciunt.

**Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum cōfiteretur esse CHRISTVM, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate.**

Ætiologia est, cur parentes de veritate testari timuerint, & dissimulauerint, veritatis cognitionem in filium reiicientes. Execrabili & malitiosa conspiratione decreuerat Pharisei se eiecturos è Synagoga eum qui cōfiteretur **IESVM** esse **CHRISTVM**, hoc est Messiam. **ET ICI** è Synagoga, id est, alienus fieri à cōgregatione, apud Iudæos magni, p̄bri loco ducebatur. Hoc apud Euangelii professores obseruatur aduersus eum qui à sua professione degeneras, incidit in aliquod graue facinus, nec salubribus monitis se corrigi patitur, excōmunicationis telo feritur, quo à reliquorū cōsortio semoueat, ut à cæteris deui tatus, pudore respiscat. Proinde ut duplex est Cōmunio, ita duplex est Excōmunicatio, interna & externa. Cōmunio interna, fit eodē spiritu, eadē bonorū **CHRISTI** participatione in fide, spe, charitate, & huiusmodi. Excōmunicatio interna fit quando quispiā sua infidelitate nō est particeps eiusdē spiritus, cū piis in vno **CHRISTO** bonorū suorū cōmunicatore quālibet in specie & extrinsecus videatur esse pius. Cōmunio externa est cōmunio verbi, sacramentorū, & sodalitiū cū piis. Externa excōmunicatio est illarū rerū priuatio. **Quare** impius dicēs in corde suo, nō est Deus, verè est excōmunicatus excōmunicatione interna: quāquā iudicio externo nōdū sit obnoxius. **Quōd** si offendiculo esset, nec bene monitis obtemperaret, excōmunicandus est etiam externa excōmunicatione: nō ut pereat, sed ut pudore respiscat. **Matth. cap. 18. I. Corinth. cap. 6.** Eiici è Synagoga, telū erat, quod tantum in malos torqueri debebat, & eos quidē saluandos magis quā perdendos: id verterunt in eos qui **CHRISTVM** profiterentur. At hoc non est malū, pro verbi & **CHRISTI** confessione eiici à Synagoga: quos enim expellunt illi, hos **CHRISTVS** excipit. Magna cæcitatatis index est hæc pœna, quæ pro confessione Messiae tam atrox & horridis

Timoris proles, infirmitas.

Astus respondens parentis cæci.

Excōmunicantur qui confitentur Christū.

Excōmunicatio

Communio duplex. Excōmunicatio duplex.

Excōmunicatio vsus. Synagoga telum.



plena statuitur. O scelestū scelus! ð cæcam cæcitatem! punire scilicet populum, dum in summa spe suum Messiam expectat! Obserua quàm mundus sit intolerans veræ iustitiæ. Quæ vnquam maior innocentia, quæ maior modestia, quæ maior in omnes officiositas visa erat, quàm quæ in CHRISTO omnibus cõspicabatur? tamẽ tanto odio hunc persequuti sunt, qui sapientia mundi ornatissimi erant & optimi habebantur, vt de CHRISTO sanctissima & verissima testantes, pronuntiauerint indignos sua cõmunionẽ, idque prætextu iustitiæ & studii Dei. Vnde PARENTES dixerūt, &c. id est, timore tyrānorū Phariseorū diffimulauerunt factum, & à se noticiam facti abiecerūt, alioqui nõ infici miraculi. Hæc nos docent quàm infirmi & imbecilli simus in confitenda veritate, quam nemo ex suis viribus & ex se confitebitur: sed ex Deo postulanda est virtus & potentia intrepide cõfitendi verbū. Vnde vt nos huius mysterii moneret CHRISTVS (Matthæi cap. 10.) promittit discipulis suis in afflictione & cruce Spiritum Sanctū: dicens, Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad Præsides & Reges ducemini propter me in testimonium illis & Gentibus. Quis autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: hoc est quomodo in afflictione perseueraueritis, quasi ex vobis id cõsequuti fueritis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: nõ enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

### Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus.

Satan pios semper oppugnat.

Vt Satan inquietus semper circuit quærens quem deuoret, & nunquam in pios pugnandi finẽ facit: ita ea fuit impietatis Pharisæicæ sollicitudo, vt & noctes & dies insomnes protraheret, ad obscurandam CHRISTI gloriam, & nihil non faceret vt miraculi laudem à CHRISTO auerteret. Nam quū factum tam euidentẽ esset, partim ex cõfessione restituti, partim ex re ipsa vt dissimulari negariue non possit: tamen pergit nunc ex mera animorū malitia causam facti alterare, vt miraculum adscribant Deo, & non CHRISTO puro (vt dicunt) homini, & vili & abiectæ personæ. Magna est istorum impietas, qui contemnunt CHRISTVM vt abiectam personam: magna illorum hypocrisis, quæ prætextu Dei gloriam sine CHRISTO. Sed quæ potest esse Dei gloria contempto CHRISTO? nulla.

Pharisæorū impietas & hypocrisis.

### Dixerunt ei, Da gloriam Deo.

Gloriam Deo dare.

Accersito qui ex cæco factus est videns, dicunt, iam apertè intelligimus te natum esse cæcum, & abactam à te cæcitatem. DA gloriam Deo, id est, confitere Dei beneficio & auxilio, non autem præsidio CHRISTI hominis puri, & abiectæ personæ, te visum recepisse. Huius beneficii gloriam tribue Deo, & non CHRISTO, cui nihil debes. Vehemens est istorum infania & maior cæcitas, qui putant gloriam Dei esse, nihil bonum de IESV attestari. DA gloriam Deo, id est confitere veritatẽ, & ingenuè dicito id quod res est. Ad hunc modum loquutus est Iosue cap. 7. ad Acham: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel: id est confitere veritatẽ.

### Nos scimus quia hic homo peccator est.

Hypocrisis execrabilis.

Nos compertum habemus hunc IESVM hominem esse scelerosum & impium, cui est Deo nihil est cõmercii: noli itaque hoc beneficii adscribere huic tã abiecto homini. Quod si feceris, vide quàm blasphemus fueris, qui diuino honori detrahas, & creaturæ ascribas quod soli Deo competit: qui virtutem operandi miracula nõ largitur impiis & scelerosis. Conantur Pharisæi separare quod fieri non potest, videlicet gloriam Patris à gloria Filii, titulo pietatis summã suã impietatem prætextentes: quasi vero toti in hoc essent, ne periret Deo sua gloria, interim tamen in omnibus propriam gloriam quærunt, gloriæ diuinæ negligentes, quæ execrabilis est hypocrisis. Nos scimus quia hic homo (per contemptum dicunt) est peccator: scimus inquam, quia Sabbathum violauit, alienã à nostra lege interpretationem affert, quia alium legis intellectū, quæ nos Pharisæi viri religiosi & legis doctores nos docemus. Propterea nos scimus hunc nebulonem & sceleratū esse, qui legem Dei data opera transgreditur. Obserua: Peccatoris nomine intellexerunt eum qui studio & citra pudorem peccaret, qualem nos nebulonem, vel scelestum vocamus.

Peccator.

### Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus quum essem, modò video.

Magna huius restituti constantia, qui neque minis neque magnorū hominū auctoritate, neque prætextu gloriæ Dei cõmouetur, vt neget CHRISTVM: sed constanter & circumspectè respondet, An homo scelerosus sit, (inquit) de hoc non est meum pronuntiare, alii viderint. VNVM scio: ac si diceret, Sed quod certo scio & expertus sum, id verè testari

possum: Cæcus fui, & nunc video, non alterius beneficio quàm illius qui lutum oculis meis apposuit, iussitque me abire ad Siloem: abii, laui, & video: expertus sum CHRISTVM in me miraculum hoc fuisse operatum. Consideretur res per seipsa, & sententiam de se ferat.

Testimonium à re ipsa.

### Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?

Quum ex restituti responsio cauto & circumspecto Pharisæi, nullam possent idoneam occasionem accipere vel calumniandi CHRISTVM, vel in restitutum læuendi, reditū ad superiores percontationes, si quid in repetendo miraculo fortè ex ore narrantis ineptū excidat, quo IESVM sua gloria spoliaret. A rebus humilibus & contemptis rationem cõmouedi accipiunt: qualia sunt lutum, saliuã, & aqua fontis: quasi diceret, Putas nos primores Republicæ, viros doctissimos, tã infelici natos ingenio, quibus psuadeas minutas res istas cõferre ad restitutionem visus, quum lutū ipsum suapte natura visui officiat? Hic homo luto & sputo tantum visus est, ergo non potuit visum illis rebus tibi dare: Dic igitur nobis (inquit) quid fecit tibi, aut quibus modis aperuit tibi oculos?

Carnis argumentum.

### Respondit eis: dixi vobis iam, & audistis, Quid iterū vultis audire?

Stomachatur restitutus aduersus duritiam Pharisæorū, quasi diceret: Indigni estis quibus repetam hoc factum tam frequenter vestris auribus inculcatum. Audistis quidem quàm dilucidè rem vobis narrauerim, sed nec credidistis. Quorsum attinet modò, sicut res habet repetam? Si simplici & bõno animo interrogatis, putauerim me vobis meo testimonio satisfecisse: sin minus, non est opus repetita narratione, quasi diceret, Quum narratis fidem adhibere recusetis, antè porcos vltèrius margaritas proicere non licet.

### Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?

Insinuat se discipulum CHRISTI: Ego illius sum discipulus: iam video, non inuideo. An ideo tam solliciti percontatores estis, vt dilucidè re comperta & exactè cognita, velitis auditores & diligentes discipuli fieri illius, per quem Deus tanta operatus est miracula: cuius virtutem expertus ego, quemadmodum & non pauci alii, illius doctrinam sanctam & veram constanter profitemur?

### Maledixerunt ergo ei.

Crux siue afflictio fidelissima est comes confessionis veritatis. Hastenus mendicūs ille Euangelista constantissimè CHRISTVM est confessus: nec permisit se ab ea confessione eo absterri, quòd videret se à primoribus Synagogæ, hominum consortio indignum iudicari & eiici. Nunc sequitur veritatẽ afflictio: MALEDIXERUNT ergo ei, id est conuictiati sunt: id imprecentes homini, veluti summum malum, quod tamen summis animis optandum erat. Quid imprecantur illi? Tu discipulus illius sis.

Crux comes veritatis.

### Tu discipulus illius sis.

TV, scilicet abiectæ & contempta persona, literarum, doctrinæ Mosæicæ ignara: tu furcifer, scelerose, scelerosi LILIVS discipulus esto: Credito illi & doctrinæ eius, & ponas spem salutis tuæ in illum. Vtinam mihi hæc cõingat maledictio. O me beatum, si illius sim discipulus, & illi me totum consecrauerim: hoc mihi donet ille, precor. Amen. Maledictio illa, summa est benedictio.

### Nos autem Moyfi discipuli sumus.

Zelum quidem erga pietatem habent Iudæi, sed non secundum scientiam: qui non peccant propter legis commendationem, sed quia propter legem excludūt gratiam Euangelii. Tu ergo discipulus illius sis, nos talem abominamur magistrum, qui sumus discipuli Moyfi, cum quo tuus IESVS non est conferendus. Hic dilucidè perspici potest hypocritæ genis. De Deo & sanctis viris gloriatur hypocrisis, quum tamẽ nihil magis auersetur quàm Deum & sanctos, & nihil minus curet quàm Dei & patrum honorem. Huius se veros discipulos ostendunt Pharisæi, qui nihil magis iactant, quàm suum Mosen: cuius se discipulos esse gloriantur, quum tamen neque Mosen, neque doctrinam eius excipiant. Ille enim mandauit (Deuter. cap. 18.) Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Cur igitur CHRISTO non obediunt, si legis Mosæicæ, tam egregii & docti sunt interpretes? Discamus ex his causam perditionis Iudæorum in peccatis suis, quia noluerunt ex studio erga legem, Euangelium suscipere.

Zelus nõ secundum scientiam.

### Nos scimus quia Moyfi loquutus est deus, hūc autẽ nescimus vnde sit.

Non (aiunt) Nos audiuimus, sed nos scimus, quasi dicerent: Nos certa experientia &

Cæcitas Iudæorum causa.



cetis signis cognoscimus doctrinā Moysi ratam & firmā esse, quod illi loquutus sit Deus. Quicquid igitur docet, ex Deo docet: ideo certū, ratū & firmū haberi debet. c h r i s t o autem neque Deus est loquutus, n e q u e s c i m v s vnde sit, id est nescimus vnde nobis missus, & cuius spiritu instructus adueniat. Quū igitur ignoremus necm suā doctrinā & operum suorum authorem habeat i e s v s, cur illi credemus? Doceat & probet nobis auctoritatem suam, & fortassis credemus illi.

Respondit ille homo, & dixit eis.

Qui fuerat cæcus, hoc suo responso occupationibus pleno, amplificat suā confessionē nis constantiam, qua non solum fortiter contemptis omnibus periculis se veritati adhærere prodit, sed etiam veritatis causam constanter agit, ex illuminatis oculis colligens & conuincens non esse obscurum vnde profectus esset i e s v s. Totius huius responfi & defensionis illuminati summa est, personam & doctrinā c h r i s t i esse à Deo. Animosior inter disputandū factus est illuminatus, & fiducia eius creuit, quū sensit Pharisæos vitæ Christi insidiari, & impiis technis aduersus illum perniciem moliri.

In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos.

Hoc certe dignū est admiratione, & vix persuaderi possum, vt nescire vos credā v n d e sit: hoc est, quæ authorē & personā & doctrinā & operū suorū habeat, quādo opera eius declarāt quod à Deo sit missus. Nemo enim negare potest p ipsum oculos mihi apertos esse, quos nascēs etiam habebā clausos. Rursum, totus admiror quod nesciat vnde sit, quū luce clarius manifestū sit illū diuiniore quadā potentia esse illustratū, quā nemo vestrū quilibet sanctus, doctus, nobilis, & Pharisæica religione ornatus habet: id argumēto vobis est, hunc, qui præsidio humano non indiget, esse Deū. Obserua: emphaticè pronuntiat o c v l o s meos: quasi dicat, Hos meos ocellos tam teneros, tam mihi charos, quibus à natiuitate nihil videram, hos illuminauit optimus ille & sanctissimus Propheta à Deo huc missus.

Scimus autem quia peccatores Deus non audit.

Pharisæorum iudicium (Quomodo potest homo peccator hæc signa facere) in memoriam reducit, quo ipsorū perniciosam & veneficam aciem retundit: apertè docens c h r i s t v m non solum à peccatis alienum esse, verum etiam illum valde placere Deo, personā, doctrinā & operibus. Per auxesim, id est augmentū, vocat p e c c a t o r e s, apertè impios, & ex professo agentes contra voluntatem Dei. Est & Peccator (quales sumus & nascimur omnes) ad peccatū pronus, non tamen in peccatis perseverans. Hic vocatur Peccator, respiciens ex fide in c h r i s t v m renatus; qui vt maximè sit in oculis suis peccator, & se talem existimauerit, reputatur tamen coram Deo per fidem viuam iustus, donaturque Spiritu precū, è quo clamat, Abba pater. Et, Peccatores, te rogamus audi nos. Audit igitur Dominus petentes remissionem peccatorū verè & ex corde, non vt peccatores, sed vt pœnitentes. Nam simulatque petierint remissionem, transferuntur ab ordine peccatorū in ordinē pœnitentium. Respondet itaque illuminatus: Extra controuersiam est, nec, vt audio, dissentitis, d e v m non audire vota peccatorū: id est, malis studiis intētos, scilicet vt declaret virtutem & potentiam suam ad eorum precationem, & ad hoc vt ipsi in pretio habeantur. Sed quum hic opera diuinitatis operetur, vt restituti oculi mei declarant, necessarium est hunc exaudiri à Deo, & eum esse de quo vaticinatus est Esaias cap. 35, dicens, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

Sed si quis Dei cultor est, & voluntatē eius facit, hunc exaudit.

Eō tendunt verba mendici Euangelistæ: Quū Deus ille maximus per i e s v m mihi cæcitatem ademerit, tamen præcipua gloria Deo tribuitur, oportet sit pius Dei cultor & Deo amicus, qui illum ad hoc beneficium mihi præstandū exaudiuit. c h r i s t v s est cultor Dei, ergo placet Deo: c h r i s t v s facit voluntatem Dei, ergo acceptus est Deo. Signū quod fecerat Dominus, apertissimè declarabat ipsum à Deo esse, id est, diuinitus missum, & negotium Dei agere, virtutēque diuina esse instructum. s e d si quis est Dei cultor, & c. id est, Exaudit credētes, qui Deū, fide, timore & dilectione in spiritu & veritate colunt: hi Deo placent, Dei opera operantur, voluntatem Dei faciunt. n v n c exaudit, id est huic fauet, bene vult, dat ei opera diuinitatis perficere. Obserua: Quomodo dixerit, Si quis cultor fuerit, mox apposuerit, n t voluntatem eius fecerit, multi enim sunt quales hypocritæ,

Apologia cæci pro Christo.

Christus pius esse probatur. Auxesim. Peccator.

Peccator per fidem coram Deo iustus.

Christum à deo.

Cultor Dei.

les hypocritæ, qui orant, sed non ex fide viuā, hoc est charitate. Proinde nec ipsi audiuntur. Hypocritæ enim in conspectu suo videntur sibi iusti, in conspectu verò Dei, sunt iniustissimi. Oportet certè & cultum Dei, hoc est fidem, & voluntatis diuinæ adimpletionem, hoc est fidem & opera, hoc est fidem viuam quæ vtrunque cōplectitur, adesse, vel vt Paulus nominat, fidem & bonam conscientiā, aut, vt breuius dicam, theoriam & praxin. Fides enim sine operibus mortua est, ait Iacobus cap. 1.

A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

Ad commendationem personæ c h r i s t i, tāquam à Deo profectæ, exaggerat opus illud diuinum, argumento à nouitate facti petito. Multa memorantur prodigia, quæ Deus per maiores nostros sanctos & non peccatores operatus est: sed si huc (qui ab orbe condito conscripti sunt) referrentur libri, nihil tale legeretur, audireturve, quod quis ab oculis cæci nati cæcitatem abegerit, perpetuam noctem fugauerit, & lucem infuderit. Quare quum à seculo non sit auditum quod quis aperuit oculos cæci nati, & c h r i s t v s hos meos à natiuitate cæcos oculos aperuerit: necessarium est confiteri quod videmus factum (etiam si ore dissenseritis) non esse humanarum virium, c h r i s t v m q u e amplius aliquid esse quàm hominem huius seculi. c h r i s t v s igitur Deus est, ergo à Deo est, & Deo placet.

Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

Elegans est hæc instituti accommodatio. Mendici Euangelistæ institutum fuit, probare Christum à Deo esse. n i s i hic à Deo esset, virtutēque Dei illi adesset, ex se nihil omnino posset efficere. Nullum enim tantum signum faciet, qui id non acceperit à Deo. Sed c h r i s t v s hoc tam insigne signum fecit, ergo c h r i s t v s habet Deum & suæ personæ & doctrinæ & operum suorum authorem. Ergo ex tam magnificis & mirabilibus factis, ego scio & scire potestis vnde i e s v s sit. Hic cæcus & alii pii, ex signis quæ faciebat i e s v s, cognouerunt quod à Deo esset, & Deus omnia ista per ipsum operaretur: non tamè plenè adhuc cognouerant deitatem c h r i s t i. Obserua: n o n potuisset facere quicquam: supple in restitutione mei ius.

Responderunt, & dixerunt ei.

Quum iam nulla spes foret, vt mendicus Euangelista, vel corruptus, vel metu territus desisteret à prædicando i e s v: conuertuntur ad conuitia & opprobria, quibus illum incessunt. Pudebat certè istos prorsus efferatos Pharisæos, insanos pertinaciorēsq; effectos, sic ab homine paupere & idiota vinci, & os sibi obturari.

In peccatis natus es totus, & tu doces nos?

Periphrasticè dictum est i n peccatis natus es totus, pro maximo peccatore. Tenuitatem fortunæ & pristinam cæcitatem ei exprobrant: quasi hæc diuinitus inflicta sint ob scelera: quasi que qui gibbosus, claudus, cæcus, aut luscus nascitur, scelerosus nascatur. Tu (inquiunt) maximus peccator es, qui illam cæcitatem tuis peccatis meruisti: tu inquam mendicorum vilissime & nebulonum iniquissime, tu qui vix abecedarius es, imo qui ne prima quidē elementa didicisti, quæ tui simillimos docere posses, tam temerarius es, quī audes docere n o s, legis doctores, rabbinos, qui religionis arcem & legis professionem tenemus? Tu qui paulo antè stipem emedicabas, hic apud tam celebres & doctos viros, philosophari audes? Nostrium est explorare & docere quod ex animo est: tuum est mandatis nostris obedire. Ad nos spectat loqui, & de religione philosophari, tibi tacendum est. Nos religione & sanctitate clari sumus: tu totus peccatis sordes, alioqui neque mendicus neque cæcus fuisses. Nos nobiles sumus & primores reipublicæ, tu ignobilis & vilissima persona: & tamen nobis spectantibus audes de religione disputare? Apage cum tua ista temeritate, & cerebrosa peruicacitate. Apage tu impie discipule, cum illo tuo magistro impio: indignus es nostro commercio & colloquio. Hæc sunt mundi argumenta & rationes, quibus auersatur verbum & verbi præcones. Obserua in hac tota & præcedenti disputatione, quos in Pharisæis produxerit ramos ipsa hypocrisis. En in Pharisæis nunc apparet ira, nunc inuidia, nunc minæ & rancor, nunc furor impotens, nunc sanguinis cupiditas, nunc conuitia, nunc conspirationes, nunc proximi contemptus, nunc veritatis oppugnatio. Et quid non malum apparebit, quum adsit infidelitas omnium malorum author & origo?

Cultus Dei. Fides viuā. Theoria. Praxin.

In peccatis natus. Peccator maximus.

Pharisæorum factus.

Pharisæorum nota & affectus.



Et eiecerunt eum foras.

Pharisaicum su-  
percilium.  
Excommunicatio  
phariseorum.  
A Synagoga, i-  
ei, est Christo  
iungi.

Pharisaicum supercilium (quod est seipsum iustum & sanctum dicere, alios vero vt peccatores habere & contemere) **IEI** est deturbavit veritatis confessorē ē Synagoga; id est, excommunicavit, iuxta edictum Pharisaicum, de quo paulo ante diximus. Sed quē Synagoga reiecit, **CHRISTVS** excipit in suam Ecclesiam. Secludi enim à cathedra pestilentiae & impiorum concilio, est Christo iungi. Et ab his qui suae iustitiae applaudentes & falsam stabilientes, veram Dei iustitiam oppugnant, damnari, probari est. Ab his qui sibi sunt Philaui & Suffani, nitentes **IESV** gloriam obscurare, affici contumeliis, summæ est gloriae. A sapientibus mundi stultum & insipientem dici, est sapientia insignitum esse: & execrabilibus execrabilem esse, est Deo charum esse. Obserua hanc eiectionem exemplar esse eorum qui veritatem confitentur. Fiunt enim pii in **CHRISTVM** credentes veluti excrementa mundi & omnium reiectamentum. 1. Corinth. cap. 4, Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsa usque adhuc.

Audiuit IESVS quia eiecerunt eum foras.

Quum rumor populi de praecone gloriae **CHRISTI** ē Synagoga eiectione percrebruisse, mox renuntiatum est **CHRISTO**, quam constanter & fortiter ille pro veritatis defensione, & tanti miraculi asseueratione sese apud Phariseos gessisset. Magnam affert piis consolationem, quum audiunt **CHRISTVM** non latere afflictiones piorum, & sic statim illas audire: quas tamen praesciebat. Quid enim eum latere potest, qui nouit omnia?

Et quum inuenisset eum.

Pia in afflictione adest  
Christus.

Videtur **CHRISTVS** diligenter quaesuisse eiectionem foras, & quodammodo dedita opera se obuiam praestitisse, vt eum rursus quasi agonothetae siue dispositoris certaminis athletam (qui fortiter dimicauerat) consolaretur. Afflictis animos addit haec inuentio, vt in aduersis patienter durent. Proinde consolatorium est, pios etiam in cruce à **CHRISTO** inueniri, & ab eo solatia accipere contra afflictiones.

Dixit ei.

Ea est **CHRISTI** bonitas & humanitas, vt eiectionem extra Synagogam excipiat, & exceptum doceat se suorum curam habere. In primis de fide (quae in aduersis periclitari solet) interrogat: quam vt omnibus magis conspicuam faceret, ait,

Tu credis in Filium Dei?

Credere in Filium Dei.

Heus tu qui caecus eras, **CREDIS** in filium Dei? hoc est, certone statuis apud **CHRISTVM** esse Dei filium, Saluatorem ac mundi redemptorem? Persuasistine tibi **CHRISTVM** esse à Deo, **CHRISTVM** esse operū Dei manifestatorem, Christum habere Deū Patrē & personā suā, & doctrinā suā & operū suorum authorē? Christū esse Deū cū Patrē Deo? Non latebat Dominum, mendicum constanter professum fuisse apud Phariseos Christum à Deo profectum fuisse, qui caecitatem à se abegit, & visum dedit: sed propter assidentes hanc à mendico professionem veritatis elicit, exemplum procurans ceteris. En vides Filium Dei vulgō Messiae cognomentum fuisse: nam in Messia expectabant Dei imaginem perfectissimē refulsurā. Obserua. Interrogans de fide, non ait, **Credis in CHRISTVM**? sed, in filium Dei. Quia vt Hilarius ait, futurum erat vt aliqui Christum confiterentur, quem tamen filium Dei, & Deum negarent. Quod Arrius fecit, cuius error hoc interrogato excluditur. Nam si **CHRISTVS** non esset Deus, non esset in eum credendum, quum solus Deus obiectum sit fidei, vnde in solum Deum credendum est. Credo quidem Petro & Paulo, sed non in Petrum aut Paulum, quorum neuter est obiectum fidei, quae in sola prima veritate quiescit.

Fidei obiectum.

Respondit ille, & dixit.

Quum medicus visum recepisset, neque praesentē vidit, neque de facie **CHRISTVM** nouit: magno tamen affectu desiderans eum nosse, quem Filium Dei diceret. Hic medicus typum gerit eorum qui libenter crederent Euangelio, si illud agnoscerent in primis praedicandum: praedicatū, audiendū: auditū, credendū: fides enim ex auditu, auditus autem per verbum est. Ad Roman. cap. 10, Quomodo ergo inuocabunt eum in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicatione? Obserua: Ait Augustinus, Hic respondet quasi inunctus.

Quis

Quis est Domine, vt credam in eum?

Haec vox non est diffidentis, sed ardentis & cupientis videre tanti beneficii authorem. Non enim dubitat de **CHRISTI** Filii Dei potentia, officio, & effectibus, quae spectantibus Phariseis professus est: sed tenetur desiderio vidēdi personā tantum, quā de facie nō noverat, sed voce. **DOMINE**: captat benevolentia à persona interrogantis Christi. Quasi diceret: En paratus, promptusque sum cum maximis votis, & videre & audire **CHRISTVM** in eū, id est, vt me totū ei contradā, qui hos meos oculos, ad eō mihi charos, aperuit.

Caei Euangelici ardens animus.

Et dixit ei IESVS.

Summa modestia & oratione simplici sine verborum lenocinio, explicat **CHRISTVS** se eum esse, de quo mendicus interrogat.

Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

Argumento ab experientia beneficii praestiti, & ab ipsa praesentia **CHRISTI**, aperit Dominus quod mendicus postulat. Quem videre tantopere desideras, iam **VIDISTI** eum: id est, sensitisti & expertus es eius beneficium. Et qui nunc loquitur tecū, **IPSE EST**, scilicet filius Dei, in quem credere debes. Obserua. Voculae illae **EV** & **QVI**, explicant hypostasin Filii Dei esse illam eandem quae videbatur & loquebatur: ad confusionem haereticorum distinguendum plures hypostasas in **CHRISTO**.

Iesus declarat se Christum filium Dei. Christi hypostasis una non due.

At ille ait, Credo Domine.

Spiritu **CHRISTI** afflatus medicus (Fides enim donum Dei est. Eph. cap. 2.) respondet, nihil cunctatus, sed magna animi alacritate professus est se credere. Quasi diceret, O Domine, ego certo apud me statuo, te esse Filium Dei.

Et procidens, adorauit eum.

En viuae fidei effectus, en charitatis opera, quae partes suas in hoc medico verè exerit: nō est otiosa, sed diligens. Vix enim finierat, Credo Domine, simul accessit ad genua **IESV**. Non ingratum se praestitit, sed seipsum abnegans, procidit ad pedes **IESV**, adseribens **CHRISTO** beneficium acceptum, & clamans, Hos tibi debeo oculos Domine, istud est tuum opus: ego & hos & meipsum tibi debeo, totus à te pendeo. Non absurdum est huic quod scribit Ioan. Apoc. cap. 4, Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentē in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem & virtutem, &c. Nō quaesuit quod suū erat, nec sibi applausit, sed procidēs adorauit **EV**, id est **CHRISTVM** vt Filium Dei. Cōfirmavit viuam fidem opere, similiter & sermonē sui abnegatione, vt re ipsa declararet quid de eo sentiret.

Caei Euangelici confesso de Christo.

Et dixit ei IESVS.

Eleganti occupatione (qua superiora sequentibus connectit) pergit **CHRISTVS** non solum caecum, sed etiam praesentes confirmare in fide, contra scandalum quod oriri solet ex paucitate credentium: vt quum mendicus ille viderit maiorem mundi partem non credere Euangelio, sapientissimos quoque mundi in **CHRISTO** scandalizari, ne scandalizetur, ait,

In iudicium ego in hunc mundum veni.

Fortassis obiecisset medicus illuminatus: Quid hoc est quod hoc tam mirabili spectaculo offenduntur, quamplurimi, & te vera luce praesente, neque illuminentur, neque videant, sed caeci maneant? Respondet **CHRISTVS**, iudicio res mutari solent. Ego veni res & mundi & Iudaicas prodita imagine falsae sanctitatis & fucatae cognitionis per Euangelicam lucem penitus inuersurus: nempe illuminaturus caecos, & excæaturus videntes: saluaturus peccatores, & dānaturus iustissimos mundi: mortificaturus viuētes, & mortuos viuificaturus: exaltaturus abiectos, & exaltatos abiecturus. Hoc est, Ego sum positus in lapidem offensionis & petram scandali. Ego certē veni in iudicium, non cōdemnationis aut extremae retributionis (quae fiet in extremo iudicio & fine seculi) sed discretionis & separationis bonorum ab improbis, & credentium ab incredulis. Ego positus sum in lapidem offensionis, quia sua incredulitate seipsum laeserunt impii, & impegerunt in me veluti in lapidem, & in petram scandali: quia solo carnis & rationis iudicio ducti, auerterunt se à me: & sua malitia scandalizati sunt, videntes patrem à filio, matrem à filia, & fratres à parentibus propter me & Euangelium separatos. Et positus sum in resurrectionem eorum qui me

Iudicio res mutantur.

Metamorphosis spiritualis.

Christus petra scandali. Iudicium discretionis & retributionis.



& meam doctrinam sunt amplexati. Hæc explicantur à Petro, i. Epist. cap. 2. Et qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapidis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vide, si iuuat, quæ in illum Petri locum scripsimus.

Vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.

Ex officio meo docendi, prædicandi, & miracula faciendi: siue ex luce Euangelica & verbi prædicatione consequutum est iudicium discretionis, V T Q V I non vident, id est qui hætenus videbantur cæci, peccatores, & damnati, per prædicationem Verbi videant, id est credant iusti, & salui fiant. Aut Q V I N O N vident, id est qui seipfos abnegant, peccatores se agnoscunt, & se præsidio C H R I S T I indigere confitentur (nã hoc loco, N O N videre, accipitur pro nõ fidere propriæ fiduciæ & propriis viribus) V I D E A N T, id est per verbũ oculos mentis recipiant, illuminentur ad vitam, sanentur, & iustificentur. E T Q V I vident, id est qui sibi placent, qui videntur sibi sancti, iusti, & salui in speciem, & secundum externam apparentiã, C A E C I fiant, id est excæcentur oculis animæ. Non quod illis aliunde contingat hæc cæcitas, quàm ex sua ipsorum malitia. Inuertit certè verbum Christi omnẽ mundi ordinem. Paradigma. Aduocati & electi sunt per C H R I S T V M publicani & meretrices: abiecti verò sunt Pharisei religione splendidi, & Pontifices coram mundo sanctissimi habiti: similiter per C H R I S T V M electi sunt Gentes incircuncisæ, abiectis Iudeis, gente coram mundo sancta. Colligamus ex his quod clarissimum Solis lumen aliis est illuminatio, aliis excæcatio. Videntes illuminat, cæcutientes magis excæcat: nõ culpa Solis, sed cæcutientium, qui vmbacula quærent. Multo alia est C H R I S T I ratio, qui cæcos illuminat, & videntes excæcat, ad quos venit in iudiciũ punitionis: hoc est, Hi cæci sua malitia merentur puniri sua cæcitate. Hoc iudicium illis contingit ex scandalo nõ dato à Christo, sed propria malitia accepto: quia in petram scandali impegerunt, nolentes lucem excipere, & illam habere præuiam. Qui seipsum abnegat, C H R I S T O adhærens, oculos mentis habet: qui verò sibi placet, & propriæ fidei fiduciæ ac sanctimonis, excæcatus est, & nihil lucis habet. Obserua ad huius contextus cognitionem, duos visus & duas cæcitates, carnalem & spiritualem.

Non videre. Videre.

Verbum Christi querit omnẽ mundi ordinem. Simile. Sol alios excæcat alios illuminat.

Scandalũ pharisæorum.

Oculi mentis. Excæcatio. Visus duplex.

Inuidia malis semper vrens.

Cæcitas grauis sima.

Gradus ad salutem.

Philantia, magna cæcitas.

Et audierunt quidã ex Phariseis qui cū ipso erant: & dixerunt ei.

Quò magis videbat Satan suam tyrannidem à Domino I E S V labefactari, eò plus Phariseos & Iudeos quosdam impios (qui liuore & odio ducti C H R I S T V M comitabantur) agebat in furorem & cæciores reddebat, dum C H R I S T V M nihil nisi omnium salutem operantem, tanto furore persequuntur. Proculdubio nihil verius, antequam Christus, Sol & lux mundi, oculis Phariseorum illuxisset: antequam virtutem Dei in Christo conspexissent, non tam perciti erant, non tanta insania & furore rapiebantur, atque post prædicationem & miracula Christi. Proinde qui ansam calumniandi Christum vndique captabant, nihil recedentes à turgido & superbo Phariseorũ supercilio, interrogant Dominũ, vt vel honorifico aliquo de se testimonio inescarentur à Domino, à quo aliquã de se laudẽ extorquerent, vel haberet vnde illum accusare possent apud Phariseorum ordinem. Dicunt illi,

Nunquid & nos cæci sumus?

Non est grauior cæcitas, quàm suam ignorare cæcitatẽ: quemadmodum infirmitatem neque sentire neque scire, execrabilis est & propemodũ incurabilis infirmitas. Exẽplo nobis sunt insani, dementes, & furiosi. Et quemadmodum ad morbi curationem primus gradus est agnoscere infirmitatẽ: ita ad salutem primus gradus est agnoscere se peccatorẽ, suã ignorantiam intelligere, se luce & præsidio Christi indigere. Hi quia neque suũ morbum, neque suam ignorantiam agnoscunt, putantes se videre, apertè suam cæcitatẽ produnt. N V N Q V I D & nos. Valde emphaticè pronuntiat particulam N O S: Nos inquam, qui Phariseis nostris & summis magistratibus adhæremus, qui legis peritiam & cognitionem habemus, qui sumus iusti, sancti & irreprehensibiles coram lege, cæci sumus? Quasi dicat, sibi applaudentes, certè non sumus cæci. Isti typum gerunt eorum qui spirituali quodam fastu, propria iustitia & arrogãtia Pharisaica turgidi & inflati, sibi ex persuasionẽ suã propriæ iustitiæ & operum suorum (iuxta vulgi opinionem) sanctissimorum, persuadent quòd sint iusti: & videant multum in rebus Dei, & spiritualibus negotiis, quã prorsus cæci sint, & nihil minus possint, quàm videre.

Dixit

Dixit eis IESVS.

Declaratur quàm execrabile sit peccatum, cognitã scilicet veritatem reicere, voluit Dominus adhuc hoc resposõo superbam illam & insidiosam interrogationem rescillere: vt ostendat eos tanta cæcitate animi laborare, vt quò magis putant se videre, eò minus videant: & insanabiliores fiant, dum agnitã veritatem & oblatã lucem reiciunt.

Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet.

S I verè, inquit Christus, E S S E T I S cæci: hoc est, si mentis iustitiam agnosceretis: si in rebus spiritualibus cognosceretis vos nihil scire, N O N haberetis peccatum: hoc est daretur venia simplicitati vestræ, & non imputaretur vobis peccatum quod imputatur, vbi non est fides in Christum: & peccatum incredulitatis non maneret in vobis, sed infidelitate abiecta, in me crederetis. Nunc verò, quum re vera cæci sitis, vobis tamen oculati videmini, arrogantes vobis apud populum eruditionis laudem, vnde vobis applauditis, iustitiæ vestræ fiditis, profectò manet peccatum, & insanabiliter estis cæci. Obserua: Non ait, Nunc verò videtis (quod re vera contrarium esset cæcitati) sed ait, Nunc verò D I C I T I S, supple ex propria persuasionẽ, sine verbo Dei, quòd V I D E M V S: id est nos propria nostra scientia cognoscimus veritatem, & iusti sumus. Hic cæcus, sicut & multi ex Hierosolymitanis, facilius visum recipiunt, quia non perinde videntur sibi perspicaces, & si quid caligat, ruditas est verius quàm malitia. Nihil sibi arrogates, venia digni fuerunt: agnoscentes se cæcos & peccatores, receperunt lucem & gratiam. Vos cognoscitis & lucem præsentem esse, cui fenestras animi vestri præcluditis, & veritatem ipsam fores mentis vestræ pulsantem: quam non solum excludere & reicere, sed etiam extinguere tentatis. Neque his sufficit quòd bis cæci sint: sed profitentur se doctores esse plebis, hoc est duces cæcorum. Hoc omnium grauissimum & perniciosissimum est scelus perniciosã & immedicabilis cæcitas. Non enim contenti lucem reiecessit, alios seducunt ob falsã opinionem ac speciem eruditionis & sanctimonis. Non mirum est si manet in istis peccatum (hoc est infidelitas, omnium malorum scaturigo) quàm manet poena perpetuũ duratura. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. 10. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, id est non fiunt participes. Sunt igitur philantia, amor sui, suorum operum & propriæ virtutis fiducia, causæ cæcitatẽ & iniustitiæ.

Cæcus effi.

Cæcitas insana bilis.

Ruditas.

Cæcitas & iniustitiæ cause.

CONCILIATIO.


Quid hic C H R I S T V S ait, I N iudicium ego veni in hunc mundum, quum supra cap. 3. dictum fuerit, N O N misit Deus Filiũ suum in mundum, vt iudicet mundum, & infra cap. 12. Non veni vt iudicem mundum? Respondeo. Primus aduentus C H R I S T I est salutaris, iucundus, suavis, expectatus: tum enim non iudex, velut in secundo aduentu, sed Saluator apparuit. Ioannis cap. 4. In hoc apparuit charitas Dei, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt vitam per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Euãgelium quod attulit, est verbum salutis: quod qui fide viuã exceperit, & perseuerauerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Marci cap. vltimo. Hoc nimirum est iudicium in quod venit C H R I S T V S, vt credentes saluentur, & gladio spiritus separètur ab impiis: qui quum nolint credere, perdentur. Iudicium enim est C H R I S T V S ipsis Euãgelii contemptoribus, salutaris verò, credentibus. Velut sol lucidus splendet in orbe terrarum, vt mundum illuminet, non vt tenebras obducatur. Si qui nolint in apricum & lucem prodire, non Solis, sed ipsorum culpa est: ita & C H R I S T V S omnes illuminat: cuius radios qui nolunt recipere vt illuminentur, huius cæcitatẽ C H R I S T V S non est causa, sed ipsorum malitia & peruiacitas. Secundus aduentus erit in fine seculi, quando omnes sistentur ante C H R I S T I tribunal. de quo supra cap. 5. diximus.

Primus Christi aduentus iucundus.



CAPVT DECIMVM.

Ostium. Ouille. Latro. Pastor.



Ostium. Fures.

Vita. Pastor. Eisa. 40. c. Exechiel. 34. f. g. & 37. f.

Mercenarius.

Genes Christo creditur. Exech. 37. f. Christus sponte se tradidit pro ouibus.

Dissensio propter Christum.

Interrogatur Iesus an sit Christus. Iudaei quare non crediderunt.

**A**MEN amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouiu, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: qui autem intrat per ostium: pastor est ouiu. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et qui proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues eum sequuntur, quia sciunt voluntatem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbiu dixit eis IESVS: illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum IESVS, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouiu. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascea inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor, animam suam dat pro ouibus suis: mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meae. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iteru sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo. Dissensio iteru facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebat autem multi ex ipsis, Demoniu habet & insanit: quid eum auditis? Alii dicebant, Haec verba non sunt daemionium habentis. Nunquid daemioniu potest caecoru oculos aperire? Facta sunt autem Encenia in Hierosolymis: & hies erat. Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Salomonis. Circumdede- runt ergo eum Iudaei, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es CHRISTVS, dic nobis palam. Respondit eis IESVS, Loquor vobis & non creditis. Opera quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimoniū perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meae vocem meam audiunt: & ego cognosco

Sciunt) noue- runt. Non sequuntur, etc.) non sequuntur, sed fugiunt. Haec prouerbiu vel hanc parabolum. Venerunt) ante ms.

Dat) ponit. Non pertinet, etc.) non est illi cura ouium. Adducere) regere & gubernare. Vnum ouile) vnus grex.

Pater) presens pro futuro, id est spoliabo me vita.

Dissensio) igi- tur. Encenia) festu erat in iherosolymis altaris quod contaminatum fuerat ab Antiocho, Persaru rege. i Macha.

A. f. g. Quousque) id est quousque vos suspenses tenetis?

Palam) libere & ingenue posito omni metu. Loquor) disci vobis.

Creditis) credidistis.

In nomine) ad gloriam & honorem Patris, etc. Ex ouibus meis) sub. sicut dixi vobis.

cas

Do) presens pro futuro Dabo. Quo d dedit) quo dedit mihi, subaudi oues, matore est. Et nemo potest rapere de manu Patris mei, sic uac de mea. Multa) id est multis beneficiis affecti vos Patre meo volere & inherere. Solum, id est argui mendaciu.

Ergo) iustus. Erat) iustus. Et multi) vbi.

eas, & sequuntur me, & ego vita aeterna do eis: & non peribunt in aeternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudaei, vt lapidarent eum. Respondit eis IESVS, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudaei, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo quum sis, facis teipsum Deum. Respondit eis IESVS, Nonne scriptu est in lege vestra: Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. Querebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic. Et multi venerunt ad eum, & dicebat, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quaecunque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Oues Christi.


Lapidare. Opera Christi ostendebant eis esse Deum.

Psal. 81. b.

credunt multi.

Amen amen.

CAP. XI.



**Q**UIA Pharisei iactabant se non solum non caecos esse, sed videntes: sed que aliorum duces, doctores ac pastores profitebantur, sed populi malo sua captantes commoda, Dominus illorum arrogantiam & supercilium demittit, perueniunt ac eleganti parabola, vt postea expositione altius animo insideat, quod est totius salutis humanae caput. Neminem scilicet posse ducem esse ac pastorem populi, nisi prius ipse sit ouis CHRISTI: neminemque quicquam posse videre, quatuus interim se videre gloriatur, nisi lucem CHRISTVM receperit. Et que huius axiomatis probatio a PERSONA CHRISTI, ad hunc modum: Solus CHRISTVS est ostium: ergo nemo sine CHRISTO intrat in ouile. Quod si aliunde intrauerit quisquam, fur & latro est. Solus CHRISTVS est lux: ergo sine CHRISTO nemo videt quicquam: ergo sine CHRISTO omnes homines sunt caeci. Vox, AMEN AMEN, index est charitatis in CHRISTO: qui iurat cum vt proximum Deo lucretur, tum vt confirmet Phariseos nihil videre, sed caecos esse, qui lucem a se abegerant.

Quis priusquam pastor. Qui non paruere nescit intrare.

Dico vobis.

Valde emphaticè pronuntiat, DICO vobis. VOBIS, inquam, qui putatis vos videre, ac populi ductores & pastores esse: qui omnem fiduciam in opera vestra collocastis: qui iustitiam & vestri iustificationem ex lege & menstruosis vestris operibus quaeritis.

Qui non intrat per ostium.

Metaphoris & allegoriis totus hic locus plenus est: quo commendatur nobis persona CHRISTI, vt Dei & pastoris aeterni, cum eius Euangelio & officio. Ianua in ouile Domini, est CHRISTVS. O pharisei, pro certo vobis affirmo, QUISQUE non intrat per ostium, id est, non recipit aut praedicat Euangelium. Chrysostomus Scripturas sacras vocat Ostium, per quas est nobis accessus ad Dei cognitionem. Roma. cap. 1. Quod ante promiserat p Prophetas suos in Scripturis sanctis de filio suo. Illae, lupos, hoc est haereticos, non permittunt intrare: illos enim intrare prohibent, vt nos securi simus: & de omnibus rationem dant de quibus voluerimus. 2. ad Timoth. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Simili

Ianua in ouile Dei. Intrare per ostium. Scriptura, ostiu.



Christus, ostium

Intrare per ostium. Non intrare.

Ouile ouium.

Fures. Latrones.

Ingressus in ecclesiam. Magistratus quales esse debent.

Pastor.

Predicatorum nomina à Christo scripta.

allegoria vsus est Paulus ad Coloss. cap. 4. Orationi instate, vigilates in ea, in gratiarum actione orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium CHRISTI. Suate natura solus CHRISTVS est ostium, qui solus regnum caelorum clausum aperuit: nec nobis aperitur, nisi per CHRISTVM: estque solus causa efficiens, per quam intramus in regnum Dei, & peruenimus ad rerum spiritualium cognitionem. Itaque qui videt aut cognoscit, huic visio aut cognitio per CHRISTVM contingit: qui iustificatur, huic per Christum iustificatio accidit. Obserua: INTRARE per ostium, est credere in CHRISTVM iustitiae collatorem, docere Euangelium, profiteri & enarrare CHRISTVM esse vnicum Saluatorem. E contrario NON intrare, est non credere in Christum, est docere mandata hominum relicto Euangelio, est sua praedicatione venari aurem popularem, & non querere gloriam Christi. Ex his colligamus, Qui per ostium vult intrare, illi opus est, ut verbum suum de Christo emittat, & in Christum refluere sinat.

In ouile ouium.

IN OUILE ouium, id est in Ecclesiam catholicam, consortium fidelium. Ecclesiam vocat Dominus & dicit Ouile ouium, quod per omnia cum illa se habet, atque cum ouili ouium. Obserua: Non dixit Ouile, id est stabulum equorum, camelorum, bouum, caprarum & huiusmodi, quae cornibus aut alio armorum genere munita ferociunt: sed OUIVM, quae inermes, cura pastorum indigentes, & mactationi semper apparatus sunt, quibus electos suos adumbravit: quod illarum mores maxime nos docere possint piorum omnium conditionem & qualitatem. Aut vocat OUILE ouium, ipsam cognitionem verbi & rerum spiritualium, quam habent pii, oues, & membra IESV CHRISTI.

Sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

Quasi diceret: Si verò sunt qui propriam ianuam, proprium foramen faciunt, aut superatis septis vel perfossis muris ut aliunde irrumpant: ac deinde alienam à diuina & caelesti fingant doctrinam, HIEREBES sunt, id est conscientias furantur puram & synceram doctrinam, & alia spiritualia bona: ET LATRONES sunt, id est depradantur conscientias, quas donis & bonis spiritualibus priuāt. De his Paulus loquitur, ad Rom. cap. 16, Rogo autem vos fratres, obseruetis eos qui dissensiones & offencicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciūt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim CHRISTO Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducūt corda innocentium. Obserua: genium furis & latronis: non intrat per ostium, transilit sepem, & propriam sibi ianuam faciens, omnia in periculo agit. Fur est, ut fraude surripiat aliquid: Latro, ut vi perdat. Notat igitur Dominus his verbis, pseudoapostolos, pseudodoctores Scribas & Phariseos, qui clauē scientiae rapuerāt, & humana sua figmenta pro lege Dei docebat, suae gloriae suoque lucro vbiq; studēt. Id quod Matthaei cap. 15. & 23. obiectū illis à Domino legimus. Quidam hunc locum ad eos pertraxerunt, qui sua temeritate ad episcopatus, curionatus, & beneficia (quae vocant) fauore & pecunia, minis, armis, tyrannide, propriae potestate, non statuta ordinatione, aut iure seipos ingerunt: quos iure optimo arguunt tum theologi tum iuris periti, autoritate Pauli muniti. Hebr. cap. 15, Nemo sumit sibi honorē, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Et beati Petri voce illa terribili (Acto. 3.) ad Simonem Magū, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti pecunia donum Dei possideri. Quum ergo multum in vocatione situm sit: nemo se propria opinione vel potius arrogancia, citra superioris demandationem ad ecclesiasticos magistratus, vel officia, aut ad verbi Dei ministerium se intrudat, Obserua. Non ait, Sed intrat, verum, Ascendit: id quod verè furis est.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Posteaquam certissimis notis fures & latrones delinuit, quibus facile cognosci possunt: nunc pergit ad explicanda veri pastoris indicia, cuius eius genio. Qui intrat per ostium: hoc est, qui vocatus & missus, verbum & doctrinam Dei habet, quam ex animo profitetur, ad hunc modum intrans, quia nihil doli meditatur ouibus, is est PASTOR, non suus, qui sua quarat: charitas enim non querit quae sua sunt: sed ouium, quarum salutem perquirat, hoc est verè docet oues & pascit ad salutem. Est itaque bonus pastor, qui CHRISTVM vnicum bonum pastorem tenet: qui pabula sua à bono & vigilantissimo pastore accipit. Item bonus Pastor vocatur praedicator, non natura, sed gratia. CHRISTI, qui eius nomen accepit, in album pastorum retulit, & delegatus est ad verbi praedicationem & ministerium exercendum.

Huic ostiarius aperit.

Qui candido & sincero animo intrare per ostium desiderauerit: hoc est fide apprehendere

hendere cupuerit CHRISTVM & eius doctrinam, huic per ostium ingredi volenti, pro certo aperietis, qui solus ius habet aperiendi ostium. OSTIARIVS Christus est, qui causa est efficiens, ut per ostium intremus in ouile ouium: hoc est in cœtum fidelium excipiamur, & doctrinam veram recipiamus. Ipse enim suo spiritu suggerit nobis cum fide, tum omnia quae ad nostri conseruationem & salutē faciunt, ut cum ipso aeternum viuamus. Obserua. Natura & officium CHRISTI est aperire, & dare aditum ingressumque ad Deum: Ergo ex solo Christo nobis contingit ut bene doceamus & praedicemus: qui solus confert veram doctrinam, & donat nobis Euangelii cognitionem. Dicuntur praedicatores ostiarii, tanquam veri ostiarii ministri: qualis fuit Moyses, cui diuina credita sunt eloquia, dicente Domino, Si crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi. Aut quia in Spiritu Sancto intelliguntur & aperiuntur Scripturae (ostendunt enim nobis Christum) merito Spiritus Sanctus dicitur ostiarius: in quo, ut spiritu sapientiae & scientiae, Scripturae aperiuntur, per quas ingreditur Dominus ad nostri curam, & per quas ostenditur pastor. Soli à Spiritu Sancto illustrati excipiunt verum pastorem. Obserua hoc loco ostiarius aperire ostium pastori, non autem furi, ut indigno qui ingrediatur.

Et oues vocem eius audiunt.

Quum natura comparatum sit, ut oues ad furis & latronis vocem incognitam expauescant, ipsis proclue erit veri pastoris vocem agnoscere, & eandem excipere. Nam etiam ouis animal sit stolidum & simplex, & ab alieno pendens praesidio, agnoscit tamen vocem illius quem sibi vtilem & commodum sentit, horretque vocem lupi etiam antea nunquam aut visum aut auditum. Obserua. Hoc peculiare & agnatum est piis, non audire aliam, quam veri sui pastoris CHRISTI & pastorum (qui CHRISTI instrumenta sunt) doctrinam. AUDIRE, est obedire & credere VOCI, hoc est doctrinae veri pastoris. Et hoc est OUIVM, id est credentium officium, credere scilicet verbo Christi.

Et proprias oues vocat nominatim.

Oues propriae sunt CHRISTO vero pastori & omnium pastorum capiti & auctori, quas etiam habet signis suis consignatas. 2. Corinth. cap. 1, Qui vixit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ephes. cap. 4, In Spiritu Sancto signati estis in die redemptionis. Signatus non terret, sed agnoscitur pastor, & vicissim agnoscit suas oues: adeo, ut nominatim etiam singulas vocare nolit, & illa vocatae parenti vocanti. Vocatur autem ad pabulum non ad lanienam. Ex verbo VOCAT, obserua elegatam allegoriam, quae alludit ad piorum vocationem, quos CHRISTVS intus vocat ad Euangelii vocationem, praedicatoribus interim externam exercentibus. Rursum aduerte voculam NOMINATIM, qua significatur certitudo piorum vocatorum, quorum vocatio adeo certa est, ut illorum etiam propria nomina non fugiant CHRISTVM suum pastorem. Huc pertinet quod ille magnus pastor ait, (Luc. 10,) Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in caelo. Et Paulus 2. Timoth. 2, Nouit Dominus qui sunt sui. O magnam & ingentem piorum consolationem, quum audiunt se dici proprias CHRISTI oues! Quod quia verum est, & aliter non erit: igitur CHRISTVS nostri curam fideliter agit.

Et educit eas.

Verbum EDUCIT, admirabile IESV CHRISTI philanthropiam exprimit, qua Christus vtitur erga suas oues: è tenebris ad lucem, & de via iniquitatis ad rectitudinem iustitiae amica notaque voce oues vocauit, vocatas non protrusit vltro parentes, è septis in pascua educit. En vide sedulum & vigilantem pastorem, illiusque amorem erga suas oues, qui non solum vult ut oues suae intra propria septa priuatoque parietes credant, & pabulo Euangelii solae vtantur: verum etiam EDUCIT eas, ut foris & in suam & aliorum salutem Euangelium & fidem suam profiteantur, suoque exemplo Euangelicae doctrinae pabula distribuunt.

Et quum proprias oues emisit, ante illas vadit.

Consolatorium est oues habere pastorem qui praecedat, quum in liberos campos praedierint, ne forte aberrent. Bonus pastor neque secedit, neque relinquit educas, sed ante vadit defendendo à lupis & tuendo ab omnibus periculis. Tametsi nostris pastoribus rusticis non obseruetur haec conditio, qui gregem non praecedunt (sed sequuntur: iuxta id quod scriptum est Psal. 77, Sustulit de gregibus ouium, de post foetantes accepit eum,) tamen praecedat is cuius sunt oues propriae, quas custodes sequuntur. Summus noster pastor ut oculatissimus, ita vigilantissimus & sui gregis studiosissimus est: quem à fronte, à tergo, à sinistris & à dextris vigilanter obseruat, adeoque illum munit praesidiis, ut ne vllus vel voracissi-

Ostiarius.

Christi officium.

Moses fidelis ostiarius.

Ostiarius non furi sed pastori aperit.

Audire. Vox doctrinae est. Ouii officium.

Vocatio piorum.

Nominatim. Nomina piorum propria cognita.

Educere oues.

Pastor praecedat oues.



mus quidem lupus accedere audeat. Vnde paulo post asseuerabit hic pastor, Et non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Huc pertinet quod scribitur Exod. cap. 13, Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Rursum, cap. 23, Dominus ad Moysen ait, Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparauit.

Et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.

Ouium officium.

Ouium officium est pastorem sequi. Præuitem pastorem verum ac notum cõsequuntur, qui non præcedit mutus, sed subinde nota & cognita voce prouocat oves ad sequendum, & ab errore reuocat. Obserua: QVIA sciunt &c. Ratio est cur oves sequantur, sumpta à notitia & certitudine pabuli pastoris sui. Sequuntur pii summum pastorem CHRIS TV M, de quo I. Petr. cap. 2. scribitur, CHRIS TV S passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Sciunt pii vocem CHRIS TI (quia populus eius, & oves pascuæ eius) secundum cuius præscripta faciunt omnia, nec quicquam faciunt ex priuato cerebro: nõ accipiunt aliorum traditiones pro veris pabulis. Colligamus ex his: SEQVI Christum, est in doctrina & vestigiis Christi incedere.

Sequi Christum.

Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

Pseudoapostolus.

Argumento à natura ouium, docet CHRIS TV S credentiu officia, ALIENVM vocans pseudoapostolum, siue quem prius furem & latronem dixerat, qui neque vocem neque pabula veri pastoris CHRIS TI, affert. Oves & refugiunt & abhorrent ab ignoto pastore, propterea quod non agnoscent nisi proprii pastoris vocem. Ratio cur oves sequuntur, est notitia vocis, ergo quod non sequantur, alienum est: quia alieni vocem non nouerunt.

Christus similitudinibus oblectatus.

Hoc prouerbiu dixit illis IESVS. IESVS CHRIS TV S vt antea, ita & nunc oblectatus est similitudinibus & parabolis, quibus inuitat omnes ad se: nunc panem se vocans qui è caelo prodierit, vnde qui ederet, viueret in æternum: nunc aquam viuam, vnde qui biberet, conciperet in se fontem aquæ salientis in vitam æternam: nunc lucem mundi, quæ illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum: nunc filium ac legatum Dei Patris, cui qui se contraderet, vitam consequeretur æternam: modò se ianuam, per quam esset aditus ad vitam, vocauit. Harum similitudinũ & parabolaru vsum ipse explicuit (Matth. cap. 13.) dicens, Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt: vt adimpleatur in eis propheta Esaiæ dicentis, Auditus audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis: Incastratum est enim cor populi huius, & auribus grauitur audierunt, & oculos suos clauerunt, nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanentur. Hoc itaque prouerbio taxauit Dominus IESVS Phariseos, Scribas, Sacerdotes, ac primores populi, vt illorum & cæcitatem & arrogantiam argueret: qui ferociebant & indignabantur quod essent multi qui mallet adherere IESV, quàm ipsi, qui sanctissimi viri & primores Reipublicæ viderentur. Proinde qui sues & leones erant, Scribarum voces agnoscebant & sequebantur: qui verò oves veræ & simplices, omnisque doli experies erant, agnoscebant CHRIS TI vocẽ, qui verus pastor aperuit illis ostium, vt sibi parètes in caulas Dei Patris, & in æternæ vitæ pascua adduceret. Obserua: PROVERBIUM Græcis dicitur Parœmia: & est sententia ad vitæ rationem commoda & conducibilis, moderata quadam obscuritate, multam in se continens vtilitatem. Hic sermo aliquando apertus & simplex est, vt, Obsequium amicos, veritas odium parit: interdum obscurus & aliud significans quàm verba exprimere videantur, vt Equus Scianus, & Calabri hospitis munera.

Prouerbiu quid est.

Scripturae cognitio à Spiritu.

Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Excipere sensum & declarationem Euangelii, donum Dei est. Necessarius est Spiritus CHRIS TI nobis suggerens omnem veritatem. Non igitur nostrarum virium & facultatis est, quod Euangelium non sit nobis prouerbiu. Quod certè manifestum docet Christus, ad discipulos dicens (Matth. cap. 13.) Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum. Isti Pharisei apud se sanctuli, & sibi nimium placentes, non cognouerunt quid diceret Dominus, quia illis non fuit datum. Non est illis datum, quia se indignos præstiterunt, toto nisi

nisi veritati resistentes. Proinde sapientiã Dei in stultitia abscondita, non potest à carnis prudentia agnosci. I. ad Cor. cap. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi: & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. I. Cor. cap. 1. Verbum crucis pereuntibus quidẽ stultitiã est: his autẽ qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: Perdam sapientiã sapientiu, & prudentiã prudentiu reprobo.

Dixit ergo eis iterum IESVS.

Sua nimia charitate dignatur CHRIS TV S, quod rectius dixerat (vt attentiores redderet, & altius insideret animis auditorum, quod per similitudinem esset infixum) cæcis Phariseis explicare. Hæc expositio elegans ac peruenuita est prouerbii, & rerum per prouerbia dictarum, ad personam accommodatio.

Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.

En charitatis feruor in Christo, qui videns Phariseos ad credendum tardos & difficiles, verbo addit iuramentum, vt illos magis pelliciat, & facilius commoueat ad excipiendam veritatem. AMEN &c. Quasi dicat, Pro certissimo confirmo & assero vobis incredulis & ignorantibus quis sim ego, & quæ mea sint officia: QVIA ego sum illud ostium, de quo loquutus sum, per quod oves ingredi & egredi oportet, si velint incolumes esse. CHRIS TV S parœmiam exponens aperit & asseuerat se ostium esse, non tautologia quadam & eiusdem eloquio, sed necessaria duplicis ostii expositione. Est enim CHRIS TV S ostium per quod ingrediatur oportet, qui pastoris boni munus velit obire: vnde non satis est intra septa Ecclesiæ quacunque via irrupisse: nec satis est ad pastoris titulum ac dignitatem quomodocunque penetrasse: vnica via & ostium vnicũ ad hoc munus pastoris, CHRIS TV S est. Hic ingressus in ouile OVI VM non armis & militis terrore, sed Spiritus vocacione, proborũque electione: non spoliandi & dilaniandi, sed pascendi animo fiat. Est etiam CHRIS TV S ostium ad doctrinam, quæ sola ducit ad Patris cognitionem, & illius fruitionem, quæ viuificat, saluat, & tranquillat conscientias. Summa huius hæc est: Extra CHRIS TV M non est salus. Acto cap. 4. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quum ergo piorum omnium (qui veræ sunt oves) cor neque viuificetur neque accipiat consolationem nisi è sole Christi Euangelio, puròque verbo, nemo rectè in Ecclesia docebit, nisi Christum verè doceat, nisi Euangelium & verbum purum & solidum prædicauerit.

Ostium, Christus.

Tautologia.

Ingressus pastoris in ecclesiam qualis esse debet.

Prædicator istius.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones.

Verbo, VENERUNT, significat eos quos non mittit, fures esse & latrones. Venientes enim, mittentis verbum (quo pascant) non afferunt, sed lucro studentes, oves laniant, marant & excarnificant, vt spolia referant. Venire itaque, est aliam quàm Christi doctrinam docere. De quibus Hier. cap. 23. scribitur, Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Non de Prophetis hic locus intelligitur, sicut delirat Manichæi, qui volentes ostendere vetus Testamentum non esse à Deo, & Prophetas non esse missos à Deo, defendunt se hac autoritate, dicentes, Omnes quotquot venerunt ante me, fures sunt & latrones. De seditiosis igitur, & non veris Prophetis hic locus intelligendus venit: quos narrat Iosephus lib. 18. Antiquit. ca. 1. & lib. 2. de bello Iudaico. cap. 7. & alibi. Pertinent quoque hæc & ad Scribas & ad Phariseos, qui clauem scientiæ rapuerant, & humana sua figmenta pro lege Dei docebat, suo lucro vbique studentes. Id quod Matthæus cap. 18. & 23. obiectum illis à Domino legimus. Quotquot igitur ante ipsum venerant, non per ipsum, non ipsius instructi Spiritu, non ingressi per verum & iustum ostium in ouile, id est, ouibus Dei sese ingererunt non missi ab ipso Christo. Hi non sunt pastores, sed FURES ET LATRONES, nimirum quæstus auidi & tyrannide violenti deceperunt conscientias, disturbauerunt, excarnificauerunt, perdiderunt, deprædati sunt. En tibi ó pie lector, germana pseudoapostolorum descriptio, verus ipsorum impostorum genius, expressissima quæstuariorum & Antichristi præambulum nota & imago.

Pseudo doctores Fures.

Venerunt, verbum.

Manichæi.

Pseudoapostoloru descriptio. Quæstuariorum nota.

Sed non audierunt eos oves.

Horum omnium impostorum vocem audierunt quidem sues & hædi, qui mundum diligunt: non autem OVES, hoc est electi æternæ vitæ pascuis destinati, & Euangelici pabuli auidi. NON AUDIERUNT, id est non sunt sequuti illos, dedentes se illis toto corde, ita vt sese dedunt Christo, & iis qui Christi doctrinam purè prædicant, auersantes omnem Pharisaicam hypocritism, & fucatam religionem ac sanctimoniam quandam, externo



quodam gestu habituve coram plebecula speratam eneruantes. Non audierunt oves ipsos impositos. Vox enim (quæ cum pronuntiante aliquid cognationis habere solet) non sonabat pastorale quiddam, sed prædonis magis ac lupi. Obserua piis semper fuisse periculum à pseudoapostolis, & falsa doctrina, proposito tamen errori & imposturæ non acquiescisse permanenter, hoc providente pastore Christo.

Ego sum ostium.

Christum solum ad vitam.

Est CHRISTVS non solum ostium ad doctrinam spiritalem, vt dictum est: sed etiam ostium est ad Patrem, & bona Patris communicanda filiis: quæ sunt iustitia, salus & vita æterna. Ac si diceret: Si quis Patri se oblatum iri desiderauerit, ego sum ostium, quo datur aditus & ingressus ad immolandum Patri. Extra me, non est Patri grata hostia. Nemo putauerit quanlibet magnificis suis viribus se assequiturum iustitiam, salutem, & vitam æternam sine Christo.

Per me si quis introierit.

Christum promissis nos ad se inuitat.

Pollicitationibus & ditissimis promissionibus à præmiis & commodo Dominus ad suas causas nos inuitat, vt suorum bonorum nos participes gratis efficiat. Magna profecto Christi liberalitas, qui quum planè agnoscat nos non posse alia via quam per se ad Patrem ire, seipsum vt ostium & ianuam credentibus aperiendam, gratis offert. Siue enim pastor esse velis, siue ouis, non est tibi salutatis aditus ad Ecclesiam ac regnum cælorum, nisi per Christum. Rogabis: Quid est Per CHRISTVM introire? Respondeo: Qui credit in Christum, is introit: ad vitam enim Euangelii ac Dei Patris cognitionem peruenit: Christo se totum contradit & consecrat, quem certo apud se statuit esse ostium, hoc est eum esse, qui est nostra iustitia, salus & vita: eum inquam esse, per quem pacatum habemus Patrem, & in quo recipimur à Patre vt Filii.

Inuolue per Christum.

Saluabitur.

Spiritalis illius introitus, hoc est fidei viua (quæ CHRISTVM pro ostio recipit) effectus, est ipsa salus, siue salutis æternæ assequutio.

Et ingredietur.

Ingressi.

Non solum hoc pastore saluabitur: sed etiam tutus (cui non erit periculum à furibus & latronibus) INGREDIETVR in causas, fruiturus otio felici contemplationis. Huic erit certa voluntatis diuinæ cognitio, & notitia certa viæ ad salutem.

Et egredietur.

Egredi.

Ingressus, corde credit ad iustitiam: egrediens, ore confitetur ad salutem. EGREDIETVR: proditurus officia charitatis: siue foris bene operabitur & confitebitur CHRISTVM esse ostium & viam ad salutem. Aut ingredietur in causas cum fidelibus, quibuscum in Euangelio promouebit: Et egredietur, foras ad infideles quos verbo ad salutem alliciet, nihil veritus tyrannorum minas & verbera. Acto. cap. 3, lbant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati. Obserua. Verbo Ingressiendi, ad priuatam utilitatem alludit: voce Egrediendi, fere ad aliorum utilitatem respicit. Vtroque verbo alludere videtur ad id quod (Deuteronom. cap. 28.) scribitur, Prouideat Dominus Deus spiritum vniuersæ carnis hominem super populum istum, qui possit ingredi & egredi, &c.

Et pascua inueniet.

Pascua.

Pinguis copiosusque erit cibus: quocumque se vertet, habebit & doctrinam sanam & certa solatia. Huic aderit quod dicebat ille Psalmo 22, Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Non deerunt vsquam pascua, sed vbique dabitur materia beneficiendi, quo simul & aliis proficit, & ipse benefactis in causas redeat saginatio. Aut, Ingressiendi, id est ambulabit & viuet feliciter, nihil bonorum eum deficiente: non enim potest esurire vel sitire qui venit ad CHRISTVM, qui est fons & panis ille cælestis. Rogabis: Quæ sunt PASCUA? Respondeo: Euangelium, verbum, doctrina, salus, vita, & Dei bona omnia. Si quis propter peccatum, esuriat sui iustificatione: propter tyranos & afflictiones, esuriat consolationem: & propter mortem, vitam appetat: hæc omnia in CHRISTO per fidem vitam REFERIT, hoc est iustificabitur, consolabitur, & viuet. Quia duplex est noster homo, internus scilicet & externus, Rom. cap. 7. Ingressi quidem, qui curam egerit interni hominis: & egreditur iterum, qui mortificat membra super terram, & opera corporis in CHRISTO: vnde pascua inueniet in futuro seculo.

Homo noster duplex.

Fur

Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

Malum doctorem ab ipsis effectis depingit, qui non in aliud venit, nisi vt furetur, & è gregis alieni malis, sibi turpe lucrum comparet. Rursus venit latro vt laniet ac perdat, & in gregem (cui prodesse debebat) tyrannidem exerceat occultè & latenter. Per vim enim aut publicè LATRO furatur: sic dictus, quod à latere adoriatur: vel à latendo, quod latenter infidietur. Proinde qualis est doctor, talis & doctrina eius: Falsa, quæ suffuratur conscientias doctrinam synceriores, & quæ mactat, perdit, disturbat, intranquillas reddit & excarnificat conscientias. Genius enim impiæ doctrinæ est, perdere, occidere, & mactare conscientias: id quod perspicuum est in prima Satanæ doctrina. Docebat enim ille nõ è verbo Dei, sed è suo commeto, Eritis sicut dii. Huic falsæ doctrinæ quum primò auditor Adam assensit, perditus, occisus, & mactatus est. Tribus itaque notis falsum doctorem & pastorem deprehendemus. Prima, si per ostium non ingrediatur, hoc est si non credat in Christum vnicum Saluatorem. Secunda, si doceat quod diuinæ & Euangelicæ doctrinæ non congruat. Tertia, si spectet aliò quàm ad Dei gloriam ac populi salutem. Obserua: falsum doctorem, ideo FVRVM vocat, quia propter suam hypocrisim non cognoscitur facilè: sicut nec doctrina eius multa hypocrisis operata. MACTARE, interficere est, quod tractum est à facris, vbi mactari oues dicuntur, quæ immolantur. Dictum MACTARE, quasi magis aucto, hoc est augeo: hinc MACTARE, pro magis augere, veteres vsurparunt.

Furem ventre.

Latro.

Doctrina impiæ natura.

Pastoris multas notas.

Mactare.

Et veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Singulari antithesi CHRISTVS verus & bonus pastor, opponitur furi, falso pastori & doctori. Summus pastor IESVS CHRISTVS per ostium ingressus, non in aliud venit, nisi vt oues morbidæ sanentur, mortuæ viuant, ac viuæ saginentur omni virtutum genere. Eò venit vt verè credentes VITAM habeant, hoc est tranquillam accipientes conscientiam, salui fiant: & ABUNDANTIUS habeant, hoc est vitam æternam fide viuâ percipiant, quæ per Christi spiritum semper incrementum accipiat, donec plenè perfecta beatitudo reddatur. Hæc vita, vita est Spiritus quam perdidit primus homo, qua sola viuunt spiritus noster. Vnde dicebat Paulus ad Galat. cap. 2, Viuo iam nõ ego, viuunt verò in me CHRISTVS. Aut, vt abundantius habeant, id est vt non obiter tantum habeant vitam, sed etiam certi sint de vita: ob signati Spiritu promissionis Sancto ad vitam. Est proculdubio CHRISTVS, non solum vita, verum etiam bonorum omnium thesaurus, è quo petere licet quicquid voluerimus. Ille enim sic ait: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, credentes, dabit vobis. Est & bonorum corporaliu thesaurus, eo modo, quem neque caro, neque ratio humana capit. Ipse enim est sub morte, vita: sub ægitudine, sanitas: sub paupertate, diuitiarum plenitudo: sub rebus desperatis, spes: sub captiuitate, libertas: contra spem, spes: sub perditione, lucrum. Hanc institutionem auersatur caro: sed vt hæc doctrina humanæ rationi stultissima videtur: ita Spiritui prudentissima est, qui solus mentem Domini nouit. Obserua: VOX, ET abundantius habeant, exaggeratio est liberalitatis & potentie CHRISTI cum diuitiarum eius commendatione.

Vitam habere.

Habere abundantius.

Adam perdidit vitam.

Thesaurus Christi.

Ego sum pastor bonus.

Græcis additur articulus (Ille) EGO sum pastor ille bonus siue egregius. Quasi diceret: Iam vobis declarauim me ostium esse, nunc pro certo habetote me pro pastore illo Messia, de quo vos præmonuerunt sancti Prophetæ. Esaias cap. 40, Ecce Dominus Deus in fortitudine venit, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, ita brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit. Ezech. cap. 34, Suscitabo super ea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Summa diligentia quid de hoc pastore deinceps futurum esset, prædixerunt, vt Zacharias cap. 11, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Vox, EGO, valde emphaticè profertur, pro, NON alius: siquidem præter vnum CHRISTVM, non alius pastor verus ac bonus: & quod ille non pascit, impastum manet. Solus ipse suapte natura, effectu & æternitate, bonus pastor est, & solus facit bene & verè pascere alios qui ex gratia & adoptione boni sunt pastores. Vnde Petrus vocat illum pastorem principem. I. Petr. cap. 5, Et quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Hoc pastoris nomine significat se multam pro grege sollicitudinem habere. Munus enim pastoriciu ingentis est laboris ac sollicitudinis: doctore Iacob (Genes. cap. 31,) Die noctuque æstu vrebar & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis. Quum ita-

Pastor bonus.

Pastorum princeps, Christus.



*Pastoris diligentia & iustitia.*

*Ovis inertissimus.*

*Simile.*

*Vera Pecunia.*

*Boni pastoris officium.*

*Anima pro vita.*

*Quomodo efficiuntur oves.*

*Mors Christi non autem martyrii sanctificat.*

que CHRISTVS, vt pastorem, fide apprehendimus, statim agnoscimus in Christo vigilantissimum studium & ingentem curam ac sollicitam diligentiam, qua pro nobis, grege suo, noctes atque dies excubat. Proinde suavissima nomina sibi usurpat CHRISTVS: nunc se panem viuum, nunc fontem viuum, nunc ostium vocans: quibus non tam nos vt in Euangelio promoueamus inuitat, quam vt se nobis cum suorum bonorum vniuersitate donet. Vnde quum aliis se panem viuum nuncupat, nonne hoc ipso nos ad mesam suam inuitat, & nobis verè credentibus omnem mentis futuritatem donat? Ita & nunc quum se bonum pastorem vocat, excitat animos nostros vt agnoscamus nos oues: & hoc nomine pollicetur nobis ouibus admodum stultis ac perditis omnem pastoriciam sollicitudinem ac vigilantiam. Nam oues quum dicimur, nostræ infirmitatis & stoliditatis admonemur. Est sanè ipsa ouis omnium animantium inertissima ac simplicissima, vt vulgo inde proverbium iactetur, si de simplici, idiota, ac non ingenioso loquendum sit, Ovis est. Adeo iners & stulta est, vt nulla de causa ac sepe numero hybernis mensibus foras è septis digrediat, quumque à niuibus occupata fuerit, ni pastor compulerit, discedere non vult, sed relicta, velut inermis manet & perit, nisi pastor adduxerit: apud quem solum illa, auxilium quærit, dum sibi ipsi opem ferre non possit, neque pascere se, nec sanare, nec à lupis seruare, sed tota in aliena ope sita est. Ita & nos homines in peccatis nati: imbecilli, simplices, inertes, nulla etiam de causa frequenter septa CHRISTI eximus: in qua (nisi à pastore compulsi) nunquam redimus. Stamus sepe numero lupis, inferno, & Satanae expositi: à quibus voraremur, nisi vigilantissimus pastor nos reduceret. *Obserua:* Boni pastoris officium est, pascere & regere. Hæc duo officia significantur pera, & pedo, siue baculo pastorali. Pascit quidem pastor, quum puris ac salutaribus pabulis prospicit suis ouibus: Regit, quando abigit lupos ab ouibus, tuetur ac defendit oues ab omni iniuria.

### Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Bonus pastor homo habetur qui viuunt quidem de gregis sui prouentu, qui bona fide reducit oues ad septa, qui reducit in pascua, qui nihil furatur, nihil maculat: At longè excellentior est pastor Euangelicus: nam non solum non spoliatur gregem vt fur, non laniat vt prædo: verum etiam ANIMAM, hoc est vitam suam (tropa enim Scripturæ animam pro vita ponit) pro ouibus suis DAT, id est profundit: tantum abest vt lucri quæstusue gratia lædat gregem suæ fidei cõcreditum. Fecit Dominus quod monuit (ait Gregorius) ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit, vt in sacramento nobis corpus suum & sanguinem daret, & oues (quas redemerat) carnis suæ alimèto satiaret. Infra cap. 15, Maiorem charitatem nemo habet, nisi vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc præstitit CHRISTVS: adeoque eò melior est pastor, quod non sit mortuus pro nobis iustis & piis existentibus, sed pro nobis quum adhuc inimici essemus. Rom. cap. 5, Si enim quum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Locum hunc pie cõtemplatus Ambrosius, ait, Nemo tantum exhibet, quantum qui semetipsum tradit. Pastor autem noster CHRISTVS Dominus, corpus suum in cibum & sanguinem nobis proponit in potum: secundum quod dixit Iudæis (Ioan. cap. 6,) Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Carnem quoque suam dedit in redemptionem, sicut Paulus profitetur, dicens nos emptos esse pretio magno (1. Corinth. cap. 7,) atque ideo fieri non debere seruos hominũ. Et ne quicquam sibi reliquum maneret, etiam quod maximum habet, diuinitatem suam dat in præmium. Sic nanque dixit ad Abraham (Genes. cap. 15,) Ego merces tua magna nimis. Spiritum quoque suum Sanctum nobis elargitur in initium vitæ æternæ, vt iam nihil obstat, quin vnus CHRISTVS & verus & optimus sit pastor. Huc pertinet parænesis illa (1. Ioan. cap. 3,) In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Eò tendit hic locus, cuius germanus sensus est, vt intelligamus nos effici veras oues morte CHRISTI: & similitudine quadam officium hominis pastoris boni esse, talem debere potius vitæ relinquere, quam deserere suos auditores, oues, cum periculo conscientiarum: quod præstiterunt Stephanus, Paulus, & alii martyres non pauci, non tamen simili & eodem effectu cum Christo: CHRISTVS enim sua morte nos reddidit iustos & Patri reconciliatos: non autem Stephanus, aut quiuis alius, quamlibet sanctus fuerit, hoc beneficii præstitit: sed sua morte nos confirmauit, vt ex illius martyrio pro veritate nos ipsos spiritaliter consolemur. Atque tametsi Paulus & alii martyrium perpeffi sint in nostræ fidei confirmationem, non tamen id citra CHRISTI specialem fauorem

fauorem fecerunt. CHRISTVS autem sine omni præsidio aliorum, salutem nobis sua morte acquisiuit. DAT vitam pro ouibus, vt supple, eas redimat atque saluet. Colligamus ex his: CHRISTVS non solum vero pabulo pascit oues suas, sed etiam illas saluat & iustificat. Exemplo CHRISTI boni pastoris, pastores gratia donati pro ouibus sibi concreditis etiam extrema subeunt pericula urgente necessitate. Nemo enim cognouit mentem veri pastoris meretur, nisi purus sit ab omni cupiditate priuati commodi, nisi vitæ quoque suæ sit contemptor, si quædo periculum gregi ingruat. Huc pertinet parabola (Luc. cap. 15,) de oue quæ errauerat, ad quam vadit, & quærit eam relicta nonaginta nouem. Rogabit aliquis. Quare CHRISTVS animam suam ponit pro ouibus? Respondeo: vt abigit & vincat lupum, qui est Satanas, circumiens & quærens quem deuoret: & lupinam cohortem. Hæc enim omnia Christi morte sunt subacta & victa: & recuperata sunt iustitia, gaudium, vita, cælum.

*Quare Christus animam posuit pro ouibus?*

### Mercenarius autem, & qui non est pastor.

Quantum ad vocabulum attinet, MERCENARIUS dicitur qui à vero pastore certo pretio conductus est, & sui compendii gratia gregis curam suscipit: interim non admodum sollicitus est, siue benè siue malè pascantur oues, siue veniat lupus siue non, siue rapiat siue non rapiat. Huiusmodi sunt multi pastoritio magistratu cum seculari tum Ecclesiastico insigniti, qui vitæ periculo ingruente, hoc est vitæ lupo irruente, proditis ouibus, suæ vitæ fuga consulunt, gregem dissipandum ac dilaniandum relinquunt: & veniente Satana, gregem suum per falsas doctrinas, per peccata, per offendicula & per mortem dilacerante, conuiuent, tacent, non increpant, timore damni sui: non instant opportunè, importunè: sed sua mercenaria quæstuosaque doctrina hoc docent, hoc suis blanditiis inculcant, vt gloriam propriam & commodum lucentur, solius ventris curam habentes, & compendium suum in ouibus spectantes. Quid in causa? Nihil aliud nisi quod mercenarius est, non pastor. Vera charitas non est mercenaria: præcipuum finem non spectat, mercedem. Vbi enim mercedis est sola ratio, ibi aut nulla aut imperfecta est charitas: & si quod præstatur officium, non præstatur ex animo veri pastoris, qui omnia candidè & liberaliter agit. Hi non gratis amant CHRISTVM, à quo gratis amantur: neque ipsum sola charitate Dei præ oculis habita, diligunt, sed solum compendium quærentes, in speciem gloriæ Dei studere videntur. Nolim tamen negare pastores & Ecclesiasticos & seculares posse ex grege accipere, quo victum iuxta magistratus modestiam & decentiam sustineant. Id nemo est qui abneget, quando etiam Dominus æquissimum hoc esse censuit (Luc. cap. 10,) dicens, dignum esse mercenarium mercede sua. Paulus quoque id ipsum confirmauit. 1. Corinth. cap. 9, Quis militat grege stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? An non & lex eadem dicit, Non alligabis os boui trituranti? Nunquid de bobus cura est Deo? Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita ordinatum est diuinitus, vt qui annuntiant Euangelium, de Euangelio viuant. Hic habes ex ordinatione diuina & Dei præscripto pastores bonos, siue episcopos siue parochos siue ecclesiasticos, siue quosvis alios posse victum suum cæteraque ad vsum habere ex subditis, neque per hoc mercenarios esse, quales hoc loco CHRISTVS repulsat & abigit veluti delicatulos, qui otiantes habent pinguisima (vt ita dicam) beneficia: qui patrimonium CHRISTI recipientes, absumunt, decoquunt, nihil Ecclesiæ Dei seruiunt, manducant tantum & bibunt: nunquam concionantur, nunquam gregem suum visunt, cuius solam lanam quærent, nunquam canunt in templis, confessionem nullius audiunt, vt conscientias consolentur, nunquam missas celebrant neque celebrare intendunt, mercenarii ignauissimi, ventres pigri (ait Paulus) malæ bestię. Istiusmodi homines suis coloribus eleganter depingit Ezechiel, cap. 34, Hæc dicit Dominus Deus, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribus pasceuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod contractum est, non alligastis: & quod abiectum est, non redixistis: & quod perierat, non quæstistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potètia. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quod non est pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso,

*Mercenarius.*

*Ex Euangelio aliquid accipere.*

*Ignauis non tunt dent, sed deglutunt oues.*



& super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Vide reliquum in Propheta, & exitium quod huiusmodi pastoribus minatur Dominus.

Cuius non sunt oves propriæ.

Quia C H R I S T O vero & summo pastori propriæ oves, sunt pii, valde consolatur ipsos, quum audiunt propria sua pabula habere à C H R I S T O: se non ad alium pertinere quàm ad C H R I S T V M, qui hodie æquè curam agit suarum ouium, atque dum hîc ageret in terra. Sunt igitur verè mercenarii, qui pro libidine dominantur, & sæuiunt in conscientias, præscribendo, & veluti trifulcis excommunicationis fulminationibus minitando, terrendo & angustiando eas. Ab hoc dominio & tam fera sæuitia se prorsus alienum Paulus afferebat, 2. Corinth. 1. scribens, Ego autem, inquit, testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltra Corinthum: non quia dominamur fidei vestræ, sed quia adiutores sumus gaudii vestri. Quum itaque oves sint C H R I S T O propriæ, consequens est affirmare C H R I S T V M ouium curam habere, defendere eas, ac tueri.

Mercenarii.

Christus prorum curam habet.

Videt lupum venientem.

L V P I nomine veniunt intelligendi falsi doctores, mundus, Satanas ipse, qui verè lupus, leo, draco & serpens nuncupatur, imò & omnes personæ quæ tentant & pellicunt aduersus doctrinam & spiritum C H R I S T I: Quæ hoc nomine dicuntur è natura & officis luporum: quæ sunt rapere, dispergere, dissipare, interficere, & huiusmodi. Obserua, Mercenarius videt lupum venientem: quia huic conuiuet, non latrat, non hunc auersatur: propterea sub mercenariis faciliè irruunt doctores falsi, & falsa doctrina.

Lupi qui dicuntur.

Et dimittit oves.

Quando grex desyderat maximè pastorem, ibi grex proditur fugiente conductio & mercenario pastore. Cur ita? Quia conductitijs pastor sola ratione humana ductus, iudicat fatius esse perire gregem alienum, quàm se venire in capitis discrimen. Hic suo sensu ductus, cogitat, Quid tum si pereat grex? mihi nihil perit, merces in tuto est, & siquid mercedis perit, hoc perire malo, quàm pro grege alieno certare cum lupo. Si perit, suo domino pereat, reperietur alius grex cui mercede præficiar. En vides genium mercenarii, cuius animum nihil cruciat gregis interitus.

Pastor conductitijs.

Et fugit.

Mercenarii (dum res in vado est) mentiuntur se veros pastores: sed accedente lupo, hoc est falsa doctrina, quæ rapit, dispergit, dilaniat, deuorat, & perdit conscientias, nihil admodum curat, nihil tristatur: sed F V G I T & permittit illas deuorandas lupis. Aut F V G I T, id est timet silètque quando loquendum est.

Fugere.

Et lupus rapit & dispergit oves.

Periphrasticè de interitu & perditione conscientiarum in tentatione loquitur, quibus per mercenarios & mercenariam doctrinam imponitur. In speciem quidem veri pastoris & sanæ doctrinæ ad tempus apparent mercenarius & mercenaria doctrina: Pseudo prædicatores sunt, ouilla vestiti pelle: qui sub specie diuinæ Christianæque doctrinæ, merum virus C H R I S T I pecudibus propinant, & salutaria se docturos pollicentur: quorum effectus & scopus sunt rapere, dispergere, dilaniare, excarnificare & perdere conscientias. Hoc est contendere vt à fiducia in bonitatem Dei, ad inania creaturarum auxilia, animos hominum deducant, & ab vtilibus proximis, id est dilectionis operibus, ad inutilia & cupiditatis opera detorqueant. Has easdem notas legimus Prophetas pseudoprophetas & iis qui ipsorum imposturas sequebantur, obieciisse. I N S V S C H R I S T V S magister noster, iuxta sapientissimus & nostri amantissimus ab his cauendum nobis præcipit, vt omnino eò aduertamus animum ne nobis imponant, comptis, blandulis, spiritualibusque verbis, neque in fidiis nos fallant, & ad sese pertrahant, quum ait Matthæi cap. 7, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Idem hortatur Paulus seniores Ephesi, quum ab illis discederet (Acto. cap. 20.) dicens, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parentes gregi: & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod, vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte ac die non cessavi cum lachrymis

Pseudopredicatores.

Pauli exhortatio ad episcopos.

monere

monere vnumquemque vestrum. Puto hanc Pauli admonitionem ex animo feruentissimo profectam fuisse. Vtinam eiusmodi parenesim animo & diligentia non vulgari perpendere: id quod nobis in primis necessarium hoc tempore foret. Sunt itaque L V P I, nihil aliud quàm qui Euangelium, tum foris opere, tum intus malè sana doctrina persequuntur ac suppressere cogitant. Isti maleferiati homines seipfos produnt, & certis notis exprimunt quales sunt, qui vt Deum ignorant, ita miris cupiditatibus laborant: vnde vita quoque ac moribus non obscure produnt nominis & gloriæ sitim, authoritatis & magisterii ambitionem, ventris studium, odium veritatis & eorum qui illam asserunt. Has notas pseudoprophetas tribui in diuinis literis legimus, vt Rom. cap. 16. & 1. Corinth. cap. 4. & 2. Corinth. cap. 11. & Galat. 4. & 5. Philipp. 3. 4. & 1. Timoth. 4. & Tit. 1. Nusquam autè plenius describuntur, atque 2. ad Timoth. 4. & 2. Petr. 2. & apud Iudam. Auaricia, supercilii, ambitionis, doli, ac inuidentiæ vbique ferè notantur, etiam apud Prophetas, vt Ezech. cap. 23. Amos. 6. Micheæ, cap. 3. Obserua. Verbum R A P E R E, vim importat, quo fit vt conscientia quæ neque habent pastorem C H R I S T V M, neque pabula eius, non valeant consistere coram violentia falsorum doctorum doctrina falsæ, Satanae & mundi. R A P E R E & dispergere oves, est disturbare conscientias, terrere, intranquillas reddere, adigere ad desperationem, honorem Dei ad creaturas referre, Euangelium, verum pabulum, auferre, tentare, & malis cogitationibus animas confundere, hoc est dispergere. Malitiæ cogitatio confertur furto: confensus autem in malam concupiscentiam, diaboliæ maclationi: opus autem malum, perditioni: & id est quòd fur non venit nisi vt furetur & maclat ac perdat. Alium enim ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit: hunc inuidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Lupus ergo gregem dissipat, quum fidelem populum diabolus per tentationes necat.

Lupi.

Rapere.

Cogitatio malitia. Confensus. Opus malum. Lupus dissipare gregem.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Miserimus & abiectissimis affectibus ducti mercenarii aduentate lupo, aut modico vitæ dispendio, proditis ouibus fugiunt. Aiunt enim apud se: Quid ad nos si lupus rapuerit oves, securi certumque est pretiũ nostrũ, vt vt ouibus acciderit: fugiamus itaque vt cunq̃ interrim se res habeat cum ouibus. Cur ita? Quia M E R C E N A R I V S est, id est solum priuatũ compendium siue cõmodum quærit: illiũque propria intetio, est merces. E T N O N pertinet ad eum de ouibus, id est nõ curat oves, vt improprias. Olim principes episcopis & sacerdotibus, imò & alijs magistratibus ingentes census largiebantur, terras item & populos, vt adeo pii episcopi, quales fuerunt D. Nicolaus & Ambrosius, huiusmodi dignitatẽ non lubenter amplecteretur, sed fugerent, tanta horũ erat humilitas & sui abnegatio. Iam verò inuersa sunt omnia, cursu enim celerique impetu quæruntur talia bona, tales præfecturæ, tales magistratus: & quo pinguius fuerit aut beneficium aut officium, eò celeriore curritur pede: omnes ita suum quærentes, non quod I E S V S C H R I S T I. Qui episcopatum desyderat, vt profit subditis, non autè vt solum præsit, opus & laborem bonũ, nõ otium & cupidiam desyderat.

Mercenarius.

Episcopatus desyderatis, bonum opus desyderat.

Ego sum pastor bonus.

Singulari epanaphora redit ad idẽ, vt hac repetitione vrgeat omnes alios esse mercenarios, se verò solum vnicum illum & bonũ pastorem. Vox, E G O emphasim habet. Quasi dicat C H R I S T V S, Alii sibi placeant quantum velint, & sibi videantur boni pastores: ego tamen solus sum qui nihil omitto quod ad veri pastoris partes attinet. Ego gregẽ diligo, bene pasco, hunc in periculo nõ desero, non fugio. Respõsabit aliquis: Si C H R I S T V S solus est bonus pastor: quid igitur dicemus de Apostolis, & alijs bonis viris Ecclesiasticis? num & ipsi mercenarii fuerunt? Respondeo: Quemadmodũ solus C H R I S T V S Filius Dei, bonus, iustus & cælestis est, sunt tamen credẽtes, per fidem viam filii Dei in C H R I S T O, boni, pii, iusti & cælestes: ita solus C H R I S T V S est bonus Ecclesiæ pastor: sunt tamen in C H R I S T O cum Apostoli tum alii Ecclesiastæ, boni pastores: & id officii cõmunicatione boni pastoris accipiunt, dum sana doctrina & verbo Euangelii puro, Ecclesiam C H R I S T I instituant, & ei sanctæ vitæ exemplo præsent. Tales enim Ecclesiastæ esse oportere Paulus Acto cap. 20. hortatur, Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et Petrus 1. Epist. cap. 5, Pascite qui in vobis est, gregẽ Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundũ Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominatẽ in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et quum apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibile gloria coronam.

Solus Christus bonus pastor.

Quales esse debent ecclesiastæ.

v. ii.



Et cognosco meas.

Alludit ad notulas illas quibus pastor corporeus suas ab aliis distinguit & cognoscit oues. CHRIS TVS sanè cognoscit ea quibus suæ oues ab aliis secernuntur, deprehenditque ipsas prædestinatas & effectus prædestinationis in ipsis. Hoc est & præsentè illarum statû, & futurum exitum cognoscit: Quid enim illum latere potest, qui nouit omnia? Suas ergo cognoscit oues, quas assumit & seruat vt electas & in se prædestinatas. 2. Timoth. cap. 2, Nouit Dominus qui sunt eius. & Infra cap. 13, Ego scio quos elegerim.

Et cognoscunt me meæ.

Oues suam cognoscunt pastorem. Lumen in prædestinatis. Deus homo factus vt diu esset. Cognitio Dei gratis.

Id est cognoscor à meis. Est proculdubio in prædestinatis lumen internum huiusmodi notitiam faciens. Obserua quàm necessarium sit lumen illud lucis æternæ in nobis locum habere, sine quo nunquam ad Dei cognitionem perueniremus, sed perpetuis obsiti essemus tenebris. Prius enim à Deo cognoscimur, quàm Deum cognoscamus. Ipse in primis familiaris factus est nobis, carne factus homo, deinde nos illi familiares facti sumus, quum per gratiam eius, ex Deo nati sumus. Vnde, ex homine prius nasci voluit, vt homo ex Deo nasceretur. Cognouit prius hominem homo factus, vt cogniti ab illo homines, ab ipsis cognosceretur. Huc pertinet quod ait (Hieremiæ cap. 13.) Dominus, Cognoscent me omnes à minimo vsque ad maximum. Quomodo id fit? donantur sanè electi Spiritu Sancto, quo & CHRIS TVM, & verbum, & vocem eius cognoscunt. 2. Corinth. cap. 1, Deus est qui confirmat nos, qui vnxit nos, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. CHRIS TVM itaque probè cognoscere, est sentire quòd nobis vnà cum tota facultate sua, ex pura Dei bonitate CHRIS TVS donatus sit, qui pro nobis satisfecerit, salutem ac vitam æternam pepererit: & quòd hæc omnia nobis Deus gratis donat propter eum cuiusque causa. Posteaquam pro fundamento & substantia salutis tuæ Christum habueris, tum aliud sequitur, vt & exempli vice, illum quoque suscipias, teque ita proximo tuo in seruiendo præstes, quemadmodum vides qualem se tibi exhibuerit. En vides fidem & charitatem in suo flore esse. Hoc modo præceptum Dei completum est: Homo exhilaratur ac intrepidus reditur ad quiduis vel patiendum vel ferendum. Diligenter itaque animum aduerte. CHRIS TVS ceu munus fidem tuam viam nutrit, teque in Christianum transmutat, qui ex impio solus pius facit. CHRIS TVS vero ceu exemplum, opera tua perficit, quæ te Christianum non efficiunt, sed ex antea Christiano prodeunt. Scire ergo & cognoscere CHRIS TVM, est scire ac sentire quare Christus aduenerit, & quo pacto illum nobis vtilem facere debeamus. Hanc cognitionem Paulus sæpe in suis epistolis, similiter & Petrus viris Christianis exoptant: 1. Petr. cap. 5, Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri & Saluatoris IESV CHRISTI.

Opera ex fide procedunt. Cognoscere Christum.

Cognitio mutua Christi & ouium.

Animam ponere pro ouibus. Pono.

Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem.

Argumento à quodam simili petito, probat se certam suarum ouium habere notitiam. Videtur iuxta aliquam similitudinem sic ordinandus, & superiori sententiæ coniungendus textus. Ego cognosco meas oues, vt me cognoscit Pater, & cognoscor ab illis, vt Pater à me cognoscitur. Iam Pater sic Filium cognoscit, vt nunquam eum deserere possit, sed omnia in gloriâ Filii attèperet. Sic iam & ipse Filius oues suas cognoscit, vt pro earû salute nihil non faciat & patiatur. Aut Pater certò nouit CHRIS TVM esse Filium suum: contrà CHRIS TVS nouit Deum esse Patrem suum, protectore & seruatore. Similiter CHRIS TVS credentiu Pater, nouit oues suas: contrà, oues eius nouerunt CHRIS TVM esse bonum pastorem, protectorem, & custodem vigilantissimum, à quo se omnino pendere certò fatentur.

Et animam meam pono pro ouibus meis.

A certo & vero boni pastoris signo, superiora confirmat, probatque se esse bonum pastorem, tutorem, & protectorem suarum ouium, pro quibus ANIMAM, id est vitam ponit. Quo verbo declarat quòd non inuoluntarius, sed voluntarius ad passionem accedat. Verbum enim PONO, significat quòd volens seipsum morti offerat, quam non fugit cum aduenit hora. Cauerunt hoc Theudas, Iudas, & alii pseudo prophetae, qui non posuerunt animam pro ouibus, quas cum suis erroribus perire permiserunt. Pono igitur hic bonus pastor animam suam pro ouibus. Sed rogo te, pie lector, quæ possit hæc maior cura & dilectio dici? Verè itaque cognoscit oues suas CHRIS TVS, vt CHRIS TVM Pater. Aut ideo oues cognoscunt Patrem meum, quia ego PONO animam meam, hoc est, quia ego morte mea emereor ipsis Spiritu clamantem Abba Pater: impetro vt sint filii Dei, & placatum habeant Patrem. Et alias

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.

Hic locus est de vocatione Gentium, quæ non minus spectant ad Euangelii gratiam, quàm Iudæi. Euangelium enim, virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco. Iudæi, primæ oues sunt, quibus CHRIS TVS ipse primùm concionatus est: idque ita sibi persuadebant Iudæi, fortassis ex eo loco Davidis, Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Iudæorum enim tum nomen tam sanctum erat, atque hodie Christianorum. Gentes verò incircuncisæ, ALIÆ fuerunt OVE S, quæ nos sumus: QVÆ non sunt ex hoc ouili, hoc est à Iudæis, quos ouile vocat: non enim habebant testamenta, non erant de progenie Patriarcharum, nec habebant promissiones, quemadmodum Iudæi, qui inter certa scripta & legem ipsam inclusi erant, Esaiæ cap. 5, Respondebunt aliquis: Non erat missus CHRIS TVS nisi ad oues quæ perierunt domus Israel (Matth. 15.) Quomodo ergo ait se alias habere? &c. Respondeo: Quauis secundum exhibitionem præsentis suæ corporalis, non fuerat missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel: tamen præuidens Gentium multitudinem ministerio Apostolorum ad ouile suum adducendam, illamque ex promissione esse iuxta Prophetarum oracula, dicit, Alias oues habeo, quæ non sunt, &c.

Gentium vocatio.

Ouile.

Et illas oportet me adducere.

Oportet, quasi dicat: Necessitas ouium hoc postulat. ME, dicit valde emphaticè. ME, sine quo nõ cõtingeret hæc salus, & in caulas dispersæ nõ reduceretur. Verbum, ADDUCERE, ostendit Christum loqui de longinquis & multum distantibus populis, qui adducendi sunt: quales erant Gentes. Quasi dicat Christus, Neque Patris voluntati, neque meæ charitati fiet fatis, si tantum has Israelis oues seruem: longius mea cura tendit. Sunt enim & inter Gentes dispersæ oues, luporum, furum & latronum insidiis obnoxie: nec mihi quiescet animus tam sollicitus, donec has in communes caulas reduxero.

Adduco, verbu.

Et vocem meam audient.

Quia ex Deo sunt, verbum Dei audient. Licet Moysen & Prophetas non audierint, tamen audiet vocem meam, siquæ sint salutis destinata. Non enim natio secludit à salute. Suprà, cap. 5, dicebat Dominus, Venit hora, & nunc est, quado mortui audiet vocem Filii Dei: & qui audierint, viuunt. Gentes (quæ erant populus mortuus) audiuerunt VOCEM, id est verbum CHRIS TVI, & adductæ sunt in caulas Domini, veri pastoris, siue ad veritatem & vnitatem fidei. Obserua, Verbum AVDIENT, indicat hunc locum promissionis esse de vocatione Gentium. Ergo Gentes vocabuntur, & ex gratia vocatæ sunt. Vocatæ & adductæ sunt Gentes per Apostolos, non tamen sine interna CHRIS TVI voce, qua suo spiritu afflat & vocat. Promptè & expeditè fidem per Apostolos exceperunt Gentes. De quibus Propheta ait, Psalmo 71, Populus quem non cognoui, seruauit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Natio non secludit à salute.

Audire, verbu promissionis.

Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.

CHRIS TVS Gêtes in vnũ ouile redegit, hoc est in vnam Ecclesiã, per Apostolos & cõcionatores, quos misit prædicare in vniuersum mûdum (Marc. cap. 16.) quorũ officium adhuc semper durat, donec (ait Paulus Ephes. cap. 4.) occurramus omnes in vnitatè fidei, & agnitionis Filii Dei, in virtũ perfectũ, in mësura ætatis plenitudinis CHRIS TVI. VNUM ergo OUILE, hoc est vna Ecclesia, ex Iudæis & Gëtibus in vnã religionè conspiratibus, facta cõgregatæque est sub vno pastore, capite huius Ecclesiæ, CHRIS TVO. Hanc vnionem Gentiu cum Iudæis Paulus Ephes. cap. 2, plenissimis buccis prædicat, Nunc autè in CHRIS TVO IESV, vos qui aliquãdo eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ, & mediũ parietè maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legè mandatorũ decretis euacuãs, vt duos condat in semetipso, in vnũ nouum hominè, faciens pacè: vt recõciliat ambos in vno corpore Deo per crucè, interficiens inimicitias in semetipso: & veniè euangelizauit pacè vobis qui longè fuistis, & pacè his qui prope: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem: FIET ergo vnum ouile & vnus pastor: id est vna fiet Ecclesia ex Iudæis & Gëtibus collecta, vnum pastore CHRIS TVM agnoscens. Quod Apostolorum tempore comprobatum est, vt Acta docent. Vnum ouile enim ceperunt esse Iudæi & Gentes sub Euangelio, quod est doctrina vniuersalis pro omnibus hominibus. Alia erat ratio cum legis doctrina, quæ tantum ad Iudæos pertinuit. Animaduerte! Non est hic locus intelligendus iuxta quorundam interpretationem quòd post nouissimum iudicii diem, omnes & boni & mali, in vnum æternæ vitæ locum congregabuntur. Quis enim fieri potest vnum futurum bonorum & malorum ouile? quum Dominus in maiestate sua separaturus sit oues ab hædis? Matthæi cap. 25.

Unitio Ecclesiastica vsque ad finem seculi.

Euangelium.



Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

Digressio est qua declarauit quomodo pro ouibus suis animam posuerit. Videtur mihi ad hunc modum ordinandus textus: Quia ego pono animam meam, propterea me diligit Pater, vt iterum sumam eam. Non hic fit sermo de dilectione paternâ simpliciter & absolute, sed de dilectione ad hunc effectum, scilicet vt Verbum homo resurgeret. Quasi dicat: Tam gratum est Patri ponam voluntariè vitam meam, vt quia ego pono animam meam, propterea ex hoc merito diligit me Pater, ad tantum beneficium scilicet, vt iterum sumam eam: hoc est meipsum resuscitem. In eandem veniunt sententiam verba Pauli ad Philipp. cap. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, &c. Rursus Ephes. cap. 4. Descendit primùm in inferiores partes terræ, &c. Quasi diceret: Quia descendit in infimas partes terræ, factus abiectissimus & nouissimus virorum, ideo ascendit super omnes caelos. Et Psal. 8. Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. **QVIA** ergo **EGO** pono animam meam pro ouibus, id est, Quia per crucem ego redimo oues meas: & per mortem seruo oues meas: propterea hæc mei oblatio in cruce, gratissimum est opus Patri: vnde in hoc mihi fauens Pater, non finit me perire in cruce & morte: sed per crucem & mortem eo ad gloriam, & emereor **ITERUM** vitam sumere, id est à morte liberari, & mea virtute exurgere à mortuis, occidendo mortem, & ouibus meis immortalitatem pariendo. Obserua: Christum habuisse suæ crucis ac mortis approbatorem Deum Patrem: vnde nec temere, nec sine singulari Dei consilio & ordinatione, Christus animam pro ouibus posuit. Aduerte: Mærore plenum est **CHRISTUM** ponere animam suam: at consolatorium est eum iterum animam sumere.

Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso.

**ANIMA** hoc loco pro vita accipitur. Significat **CHRISTVS** quod cruce afflictus fuit & mortuus, quia sic suæ & Patris voluntati placuit: non quia Caiphas aut Pilati, alteriusve minis, viribus, & potestate coactus fecerit: sed ex sua ipsius gratuita & beneuola voluntate & charitate, quam erga suas oues habebat. Vnde Pilato puranti in manu sua esse **CHRISTI** animam tollere, respondit **CHRISTVS** (infra cap. 19.) Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Huc pertinet quod scribitur Acto. cap. 4. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum **IESVM**, quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium tuum decreauerunt fieri. Colligamus hoc exemplo quantum pii consolationis habeant in aduersis, quum audiunt aduersarios nihil potestatis habere aduersus pios in magna Dei custodia habitos, nisi quantum permittit Deus, & quia sic est voluntas eius, quam per impios exequitur, in extremum impiorum exitium, in summam autem piorum vtilitatem. Proinde quum volens & non inuitus mortuus sit **CHRISTVS**, volens etiam stituit & esuriuit, qui poterat ab huiusmodi corporeis actionibus & passionibus seipsum, si voluisset, seruare. In nullo enim puro homine natura subditur voluntati, ideo mors cuiuslibet talis hominis, est naturalis. In **CHRISTO** autem natura sua, & tota alia natura subditur voluntati eius: quod fit vt secundum voluntatis suæ beneplacitum potuit animam ponere, hoc est separare animam à carne, eo temporis momento siue ea hora qua voluit: & rursum sumere eam, per iteratam ad corpus vnionem, tempore resurrectionis, quo rediuius resurrexit, & seipsum exuscitauit: quod nulli puro homini datum est hoc facere: licet volens, sibi mortem consciscere possit. Hoc argumento ductus Centurio ille, videns in passione **CHRISTVM** sic mori, clamauit, Verè hic Filius Dei erat. Agnouit enim ipsum tantæ potestatis fuisse, qua sponte mortem perpeffus fuerit.

Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

Quia iuxta Dei consilium, **CHRISTO** patiendum ac moriendum erat, ne putaremus de Christo actum fore (siquidem ratio & sensus sic argumentantur, **CHRISTVS** passus & mortuus est, ergo de ipso actum est, & nihil spei est de vita eius, qua rediuius fiat) repetit Christus & probat argumento à potentia sua petito, quod de voluntaria sua morte dixit, vt piis omnibus tenacius inhæreat, id veluti: Summa totius Christianismi & salutis omnium anchora **CHRISTVS** volens mortuus est, & suapte natura seipsum à mortuis exuscitauit.

exuscitauit. Commendatur itaque potentia Christi, in cuius manu & vita & mors est. Quasi diceret: Quæntacunque fuerit in me inimicorum seuitia & grassantium crudelitas, nihil mihi molestiæ inferent, si voluero: qui habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi potestatem. Magnam hæc afferunt piis consolationem, quum audiunt se habere tam potentem pastorem, defensorum & protectorem, in cuius manu sita mors & vita.

Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Perueniusta tapinosi sui que humiliatione, **CHRISTVS** dicit se **ACCIPISSE** hoc mandatum à Patre, id est in hoc se missum esse, vt moreretur pro peccatis ouium, id est electorum: & resurgeret propter iustificationem eorum, Rom. cap. 4. Aut, Quod sim dominus vitæ ac mortis (ait Christus) siue quod ego habeo potestatem ponendi animam, & iterum sumendi eam, id habeo à Patre meo, qui me misit in mūdum, vt hac ratione procurem negotium humanæ salutis, mihi que hanc potestatem impartit, vt quod volo, possim.

Diffensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos.

Quæto clarius prodebat **CHRISTI** diuinitas & eius functio, tæto magis electorū & reprobatorū reuelabatur discriminē. Pii cū personā tum doctrinā Christi quamlibet humilis & abiecti honorificè ac fiducialiter excipiebāt: impii verò humiliatione & abiectioe personæ Christi offensi, nihil credebāt sermonibus eius, solāque ductabātur ratione humana. Vnde inter hos & illos nō bene cōueniebat, ppter sermones hos, videlicet de pastore Christi & potetia. En malus mūdi genitus, q de Christo iudicādi authoritatē vsurpat, qui à Christo iudicādius est. Obserua Christi humilitatē, q se patitur ab aliis (quorū ipse iudex est) iudicari.

Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit. Quid eum auditis?

Huiusmodi sunt impiorum verba & blasphemiæ, qui candida in nigra vertunt, auersantes doctrinam & personam Christi: dicebant enim quod iam & antè non semel dixerant, si quando illorum technas & secreta consilia proderet, aut aliquid humanis viribus maius diceret faceret, Dæmoniacus est & insanit: carent enim sensu communi quæ loquuntur: quid istum iuuat audire? His blasphemis non sufficit vt gratuitam **CHRISTI** iustitiam non suscipiant, verum & alios ab illa abstrahere moluntur.

Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Argumento à potentissimis diuinitatis operibus petito, quidam contendebant aperire, **CHRISTVM**, doctrinam & opera eius, vt res à Deo & nō à diabolo profectas. Hæc verba (aiunt) non sunt hominis obnoxii malo dæmoni: spirant enim & exerunt virtutē diuinam, præsertim quum dictis facta respondeant. Quælis est sermo, talia sunt facta. Quæ loquitur, nullo capi possunt humano sensu: quæ facit, virtutem humanam excedunt. Est igitur is homo à Deo. Num insanus & malo dæmoni obnoxius, potest cæcorum oculos aperire? Spectat ad dæmonium exoculare videntem: sed cæco nato aperire oculos, virtutis est diuinæ: Ergo & persona **CHRISTI**, & doctrina eius, & opera eius sunt à Deo. Diabolus non potest aperire oculos cæci: ergo **CHRISTVS** non habet virtutem aperiendi oculos & authoritatem ardua faciendi simul & docendi, à diabolo. Ad hanc controuersiam Dominus **IESVS** Euangelicæ mansuetudinis non oblitus, nihil respondit: nos interim docens interdum furori impiorum cedendum esse, nec semper contendendum cum improbis, sed factis potius declarandum quid possumus, quàm verbis.

Facta sunt autem Encæniam in Hierosolymis.

**ENCÆNIA**, festiuitas erat qua celebrabatur templi innouatio, quam nos templi dedicationem vocamus. Ordinata fuit templi dedicatio, in primis à Salomone (3. Reg. 8. & 2. Machab. cap. 2.) in Autumno, mense Septēbri. Secūdo à Neemia & Zorobabel sub **IESV** filio Iosedechi, Sacerdote magno, in Vere, mense Martio, 1. Esdræ cap. 6. Tertiò per Iudam Machabæum post contaminationem factam per Antiochum: de qua legitur 1. Machab. 4. & apud Iosephum de Antiquitat. lib. 12. cap. 14. Celebrauit, inquit, Iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia, per dies octo, nullum deliciarum genus omittens. Et legem posuerunt, vt posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent in mense Casleu, qui nostro Nouembri interdum & nostro Decembri, respondet, Zacha. cap. 7. In hoc igitur festo **CHRISTVS** aderat. Vt tēplum Hierosolymitanum erat vmbra veri templi (quod est **CHRISTVS**) ita & dedicatio eius templi vmbra erat dedicationis nostri.

Pater diligit  
re Filium.

Litatio Christi  
Patri gratissima.

Anima.

Piorum conso-  
latio.

Voluntati hu-  
manæ non est  
subiecta natu-  
ra.  
Voluntati Chri-  
sti subiecta na-  
tura.

Christi potetia.

Vita & mors  
in manu Chri-  
sti.

Datum à Patre  
mandatū Chri-  
sto.

Electorum &  
reprobatorum dis-  
crimen.

Christus à Deo  
esse probatur.

Impiorum furori  
quandoque  
cedendum.

Encæniam  
Templi dedica-  
tio.



Dedicatio tem-  
pli in nobis qui-  
do fit.

maximè templi, quod sumus. I. Corinth. cap. 6, An nescitis, inquit, quoniam membra vestra templum est Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Hæc dedicatio in nobis fit, quando per baptismum donamur Spiritu Sancto, & restauramur per fidem viam in templum Spiritus Sancti. Obserua. Si verbum verbo reddendum esset, diceremus Encænna, id est initialia, à *ἐγκαινία*, nouum, *ἀρχαῖα*, innouo, initio, dedico. Scribendum est autem Encænna per *α* diphthongum, quod *κεν* per *ε*psilon, Græcis sonat Inane.

Et hiems erat.

Hiems.

ERAT hiems, videlicet tempus illorum animo conueniēs: nimirum qui frigida legis studio affecti, non arderent Euangelica charitate. Circumstantia hæc temporis aperte insinuat hanc dedicationem templi non fuisse eam, quæ à Salomone cum magna gloria & totius regni pace, Autumnali tempore facta est: sed quæ à Iuda & fratribus eius in hieme peracta est.

Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Salomonis.

Porticus Salo-  
monis.  
Ambulare in  
templo.  
Christus qualis  
rex.

IESVS CHRISTVS non otiosus, sed serid aliquid cogitans, iam non in intimis templi versabatur, sed inambulabat in porticu Salomonis (quæ templo adhaerebat) vbi Salomon ad orandum stare consueuerat. Non intelligas porticum illam fuisse quam Salomon edificauerat: nam & porticus & templum à Nabuchodonozor sub Sedecia desolata sunt: sed quod, vt reor, locus ille rursus in porticum sub Esdra restauratus, pristinam appellationem retinuerit. Solent porticus nominari ambulacra, vestibula, & atria, quibus templum cingebatur. Proinde huic porticui cognomen erat Salomonis, vt locus ipse loqueretur ad esse pacificum illum, omnia conciliaturum quæ in cælis & quæ in terris. Hæc voces AMBVLARE in templo, &c. insinuant qualis rex sit CHRISTVS, nimirum pacificus: qualem doctrinam habeat, certè spiritualem & à mundo alienam: & quale regnum, profectò tranquillum & spiritale.

Circudederunt ergo eum Iudæi.

Dedita opera & ex studio fati hypocritico ducti Iudæi, multisque CHRISTI dictis & factis irritati, IESVM ambulantem, ne posset elabi, cinxerunt: volentes de persona, doctrina & operibus CHRISTI certificari. His verè adimpletum videmus quod prædictum erat Psalmo 34, In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam conciliati sunt. Et rursus, Aduersum me lætati sunt, & conuenerunt, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis.

Et dicebant ei, Quousque animam nostram tollis?

Anima.

Fingentes se verborum CHRISTI obscuritate cruciatos, adoriuntur illum his verbis, Quousque verborum inuolucris suspendis animos nostros, & hac ambiguitate, populū seditionem concitas, dum prædicas nunc parabolas, nunc allegorias, nunc illa nunc alia verborum inuolucra proferis? Tentant, & calumniam struunt, vt inueniant quod accusent illum apud Pilatum, & summos magistratus, Scribas & Phariseos. Obserua. ANIMA, tropo Hebraico ponitur pro animo, vt hic etiam pro persona hominis: & Rom. cap. 3, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Ezech. cap. 4, Ecce anima mea nõ est polluta, id est, ego non sum pollutus. TOLLERE hoc loco, pro suspendere vsurpatur.

Si tu es CHRISTVS, dic nobis palam.

Inleorum opi-  
nio de magnifi-  
co Messie ad-  
uentu.

Putauerunt sicut & hodie putant Iudæi, regnum à Prophetis CHRISTO promissum, debere solummodo temporarium esse, vnde CHRISTVS holofericatus, auro, armis, & magno stipatus comitatu proditurus esset. Qui dum vident IESVM personam humilem, & hominum nouissimum iuxta æstimationem & externam faciem abiectissimum, nunquam in eam veniunt opinionem, quanlibet magna & admiranda opera faciat, qua sibi persuadeant illum esse Messiam qui regnaturus sit in Israel. Propterea aduersus illum irritati, non rogant si Bethleemitanus aut Nazareus sit: sed si CHRISTVS, hoc est rex vnctus, & promissus ille Messias à Prophetis sanctis. Vt si regem se esse fateretur, accusarent illum læsæ maiestatis, vt qui se regem assereret aduersus Cæsarem. TV, valde contemptim pronuntiant. Tu, inquam, vilis & abiecta persona, qui Galilæus es, DIC nobis palam, id est sine prouerbis & verborum ambagibus, allegoriis, & verbis à nostro captu alienis, dic nobis, inquam, PALAM, id est liberè & ingenuè, si tu, qui re vera Messias esse non appares: si tu es CHRISTVS, hoc est Messias in Prophetis promissus. Declara te & verbis & factis Messiam esse illum quem expectamus: noli tandiu nos suspensos detinere. Ingratitudinis

ingratitude plena erat hæc interrogatio, aperte illorum fallaciã & malitiam insinuans: quomodo Christus vbique liberè & ingenuè prædicaret, & in festis compareret, nihil in occulto loquutus, Filiumque Dei se nominaret, & lucem, & viam, & panem illum cælestem, & ostium, & bonum illum pastorem, adhibito etiam Moyssi & Prophetarum testimonio.

Interrogatio In  
deum fallax.

Respondit eis IESVS.

Tamet si indignos sese præstarent quibus respondendū esset, tamen tanta est Christi benignitas, vt illis mansuetè respondeat, magis erudire quàm irritare cupiens.

Loquor vobis, & non creditis.

Græcis legitur *ἐμὸν ὄμιον*, id est dixi vobis. Dixi vobis me esse panem vitæ, & lucē mūdi, aliãque huiusmodi narraui, quæ prædicant me esse Messiam. E solo verbo discere potuistis me esse CHRISTVM, non è facie externa: sed quum vestros oculos tantum conieceritis in meum habitum externum & contemptibilem, ac abiectam conditionem, qua non pro regia pompa (quemadmodum vos carnales sperastis) inter vos ago, fieri nequit, vt verbum meum excipiat, & mihi credatis. At quum personam meam vilem & abiectam habeatis, agite, nolite personam (vt lex iubet) agnoscere, verbum meum excipite: quod si iuxta sermonem meum, non autem secundum externam larvam iudicaueritis, fieri non poterit, quin mihi non credatis. Quod si neque personam neque doctrinam acceperitis, ego ad opera appello, quæ conuincunt vos fateri me esse CHRISTVM.

Christus probat  
se Messiam.

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonia perhibent de me.

Pergit Dominus probare se CHRISTVM esse, argumento ab effectibus & operibus diuinitatis petito. Si doctrinæ meæ credere non vultis, ego meis operibus vos inuito ad fidem: hæc enim testimonia de me reddunt quod sum CHRISTVS. Sunt sanè miracula, doctrinæ & verbi sigilla. Referunt Prophetæ quosdam effectus & miracula quædam, quæ Messiæ tribuunt, & ex his cognoscendum prænuntiarunt. Esaias cap. 35, Deus ipse veniet, & saluabit eos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c. Propheta recenset quædam CHRISTI officia, ex quibus cognosci potest, & ex ipsis CHRISTVS vult cognosci. Matthæi II, Et respondens IESVS, ait illis: Ite, & renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: Cæci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, &c. Effectus ergo ostendunt & manifestant IESVM esse Messiam. Valent igitur hæc entymemata: Ego facio (ait Dominus) opera diuina: ergo ego sum Deus: ergo ego sum CHRISTVS. Item, Ego cæcum à natiuitate illumino: ergo ego sum CHRISTVS in Prophetis promissus. Hæc nos docet quæ sunt mediæ à quibus cognoscitur Messias: nimirum ex ipsis officiis illum apprehēdimus, nõ autem ex eius maiestate, quæ incomprehensibilis est, longè exuperans captum nostrum. IN NOMINE Patris mei, id est in cooperatione Patris mei: ad testificandum Deum esse Patrem meum, me esse Filium Dei, & me esse CHRISTVM à Patre promissum. Opera quæ ego facio non vt aduersarius Dei, sed IN nomine, id est ex virtute & voluntate Dei Patris mei, non autem dæmonii (quemadmodum quidam calumniantur) testimonium perhibent de me, quod sum CHRISTVS: & quod doctrina mea est ex Deo. Et si opera non recipitis, quomodo nudis verbis crederetis? Omnino enim efficacior viuaciorque est virtus operum quàm verborum ad persuadendum: quod quidam paulò antè fatebantur, dicentes, Nõ potest homo peccator talia signa facere.

Opera testifica-  
tur de Christo.  
Sigilla doctri-  
næ.

Officia qui-  
bus cognoscitur  
Christus.

Christus In no-  
mine Patris ope-  
rans.

Opera verbo pa-  
tentiora.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.

Si opera mea videantur (vt verè sunt) digna Deo, credite me missum à Deo. Conuicti sæpe fuistis in conscientia vestra ex operibus quæ ego facio, me esse CHRISTVM: sed vos neque factis neque verbis meis creditis: cuius rei non sum ego causa, sed vester turgidus & superbia inflatus animus, QUIA NON estis ex ouibus, id est non estis mihi à Patre donati, non estis ex electis ad vitam, nõ estis dociles Dei & suauitatis: vt oues Dei, quæ Dei verbum & vocem audiunt: toti animales estis. Qui simplici animo sunt, nullaque tæbe inuidiæ, & huius mundi malitia vitiatum, credunt verbis meis. Obserua: Hic addit Græci, Quemadmodum dixi vobis: quod referendum videtur ad id quod supra cap. 8, dixit, Vos ex Patre diabolo estis, sed quoniam magno consensu, Latinorum exemplaria additum respiciunt, putauerim adiectum esse à quopiam studioso. Demus operam dum hiems est,

Incredulitas  
Iudeorum causa.  
Ex Christi ouibus  
esset.

Verbo credentes  
tractabiles.



id est præsens vita (quæ à malis spiritibus semper turbatur) vt celebremus Encaniam templi spiritualis, CHRISTO semper adherentes, qui aderit festiuitati Encaniorum in porticu Salomonis: custodia sua nos muniens, & pacificos nos faciens ab affectionibus. Ipse enim pacificus Salomon est. Emphaticè, ait, MEIS, quasi dicat: Oues quidem estis, sed non oues meæ, & quarum ego sum pastor.

Oues meæ vocem meam audiunt.

Quum & pastoris boni conditiones non frustra repetit, vt præter ea quæ dicta sunt, ostendat & apertè doceat omnia à diuina electione pendere, & electos perire nunquam posse. OUES MEAE, id est electi, & mihi à Patre donati, AVDIENT vocem meam, id est fidè recipiunt, & credunt me esse CHRIS TVM. Alii verò non oues, non sunt vocis meæ & doctrinæ meæ capaces: nam hi spiritu mundi sunt ducti, & animales à Paulo dicuntur. I. Corinthiorum 2, Illi verò sunt Dei spiritu afflati. Paulus (I. Corinth. cap. 2.) apertè tribuit spiritu Dei afflatis diuinarum rerum cognitionem: & qui spiritu carent, animales dicitur. Nos autem (inquit) non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, &c. Sequitur: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Hunc Spiritum dat IESVS CHRIS TVS, nullius creaturæ opera adiutus, & hanc illi gloriam debemus. Quum Dominus spiritum dare instituit ad erudiendum & mouendum, tum ex ipsius gratia ipsi cooperari dicimur, si tamen ipse fermentationem nostrum eodem spiritu rectè percipere donet iis, quibus loquimur. Vnde subiungit,

Et ego cognosco eas.

Hic pastor dū oues fidei operam nauant, non otatur. Nā illas COGNOSCI, hoc est sunt sibi curæ, siue illas curat. Cōsuetudo Scripturæ Sanctæ est dicere Dominum nosse quicquid elegit: dicente Apostolo (2. ad Timoth. 2.) Nouit Dominus qui sunt eius. & illud nescire, quod nō approbat dignū vitæ æternæ. Vnde impius dicitur est, Matth. 7, Nō noui vos.

Et sequuntur me.

Audita doctrina mea, oues non offenduntur meæ personæ humiliatione, sed SEQUUNTUR ME, id est credunt me esse CHRIS TVM. Vos autem non me sequimini, quia non estis de ouibus meis, quarum simplicitas docilis est, quum vos habeatis animos ambitione turgidos, inuidia fermentatos, odio & liuore corruptos, auaritia infectos, & omni cupiditatum coluuiè vitiatos: quibus malis si animos vestros repurgaretis, essetis oues meæ, audiretis vocem meam, & me sequeremini.

Et ego vitam æternam do eis.

Præmiis inuitat ad excipiendum Euangelium. Si vocem meam audierint, si me sequentur, ait, EGO DO eis vitam æternam, & quæ finem nescit. Obserua. Fidei viua res cognata, est vita æterna. Vna est vita capitis & membrorum. Qui viuunt, in CHRIS TO viuunt necesse est: in quo & non in alio vita nostra est. Coloss. cap. 3, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum CHRIS TO in Deo. Qui autē CHRIS TVS apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Rom. cap. 6, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autē viuunt, viuunt Deo: ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in CHRIS TO IESV. En vides Christum qui verè vita est, dare vitam, & ipsum in suis vitam esse. Viuo iam non ego (ait Paulus) viuunt verò in me Christus. Obserua: Quum dicitur, ET EGO, ostenditur CHRIS TVS esse vitam æternam collator. Verbum DO, indicat quod Paulus ait Rom. cap. 6, Gratia Dei, vita æterna in CHRIS TO IESV Domino nostro. Donum Dei, est vita æterna.

Et non peribunt in æternum.

Tametsi oues illæ aliquando cadant, & à vita recta secedant, ad aliquot horas, vt Petro, Paulo, Moyse, & Dauidi contigit, tamen non peribunt quacunquē occasione in æternū, sed maxima Dei munificentia, vitam consequentur æternam. Curat summus pastor ne pii ægritudine, passione, negligentia, & aliis quibuscūque internis afflictionibus agitati, pereant, quos ad vitam portum reducit, vt vitam consequantur finis nesciam. Qui quia æternus est, causa est cur pii non pereant in æternum: sed cum ipso æternū viuant.

Et non rapiet eas quisquam de manu mea.

Argumento à potentia CHRIS TI confirmatur quod dictum est, oues non perituras in æternum. Sunt quidem oues meæ (ait CHRIS TVS) imbecilles, innoxie,

Afflati Sancto Spiritu. Animales.

Cooperatores Christi.

sequi Christū.

Fermentati inuidia.

Vita æterna cōiuncta fidei.

Et, in Christo viuunt.

Pii vltimus æternū.

innoxie, simplices, imbelles, omnibus mundi huius præsidii destitutæ: aduersus quas, & à dextris & à sinistris, sua arma, machinas, & vires omnes mundus exercet: sed quanlibet magna futura sit Satanæ machina & potestas, non rapiet eas de manu mea, qua ego defendo & tueor eas, ne pereant in æternum. Habet mundus sua præsidia & exercitum copiosum: habet suos Phariseos, quorum autoritate gloriatur, regibus armatis stipatus graditur: suos habet præfectos, iudices, tribunalia, carceres, catenas, virgas, secures, equuleos, exilia, mortes, & huiusmodi tela, quæ aduersus simplicitatem ouium iaculari solet. Sunt illi alia ex aduerso iacula, quibus etiam quanlibet incorruptos tingere & inficere contendit: cuiusmodi sunt blanditiæ promissionum, & diuitiarum acerui, magistratus, honores, dignitates & voluptates. Hæc sunt quibus vt solet mundus, vt oues meas de manu mea rapiat: sed frustra contendit Satanæ cū exercitu suo, qui me protectore, ne animam quidem ouium subducere poterit. CHRIS TVS ouium seu prædestinatorum protector est, pro quibus se fideiussorem præstitit, & satisfecit, vt omnes reddat Patri, & in Patris caulas reducat. Iā Christus omnes aduersarios, Satanam, mortem, mundum & carnem vicit, vt sicut mors illi nō dominabitur, ita & existimemus (ait Paulus Rom. cap. 6.) nos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in CHRIS TO IESV. Viuentes igitur in Christo, mortis & Satanæ victore, neque mors, neque Satanus, neque quiuis alius tyrannus rapiet de manu CHRIS TI. Huc pertinet quod dicebat Paulus Rom. cap. 8, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creaturæ alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in CHRIS TO IESV, Domino nostro.

Pater quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.

Hoc argumento à potentia Patris, probat credentes non perituros in æternum, neminemque esse qui possit oues de manu Patris eripere: simul indicans eandem se cum Patre habere potestatem & potentiam. PATER quod dedit mihi, &c. Pater Filio, Dei & hominum mediatori, dedit vt sit eius vnigenitus Filius, Deus de Deo, nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec duratione posterior, coæternus, coequalis & consubstantialis. Et hoc non crescendo, sed gignendo dedit, quia Deus verus Deum verum genuit: lux æterna, lucem coæternam: vita, vitam. Hoc re vera OMNIBVS maius est: quia & humanam & angelicam, imo & quauis aliam excedit creaturam. Potest illud intelligi de Ecclesia, cuius aduersarii plurimi sunt: sed maior est virtute pusillus ille grex: nō ex sese, sed quia Pater dedit Filio. Græcis legitur ὁ πατήρ μου ὁ εἰς ἐδωκεν μοι, πᾶσαν πνεύμα ἐστίν. id est, Pater qui dedit mihi, maior omnibus est, siue maximus omnium est. Ita legit Chrysostomus, & huic concinens Theophylactus. Sensus itaque est: Propterea nemo potest oues meas rapere de manu mea, quia Pater, qui mihi oues dedit, est omnibus creaturis potētior, suamque potentiam in me totā natura effudit & expressit. Proinde quæ eadē sit MANVS, id est potestas siue potētia mea & Patris, vt nemo poterit oues de manu Patris rapere, ita nemo de manu mea oues extorquere poterit. Respondabit aliquis: Quid hinc audio, neminem posse oues rapere de manu Patris, quum multos rapi & perire videam? Respondeo: Veras oues, hoc est electos & prædestinatos nunquam quis rapiet vt pereant, licet ad tempus aliquando aberrant, & paulisper decipiantur. Iudas non fuit vera ouis, non audiuit vocem, non est sequutus, non persequeratur, laqueo se suspendit, perit. Obserua: MAIOR omnibus est, scilicet & hostibus & raptoribus. CHRIS TVS hoc loco non negat futuros quosdam hostes & raptores, sed tantum illorum hostium & raptorum impotentiam perstringit.

Ego & Pater vnus sumus.

Non solum quæstionem qua quæsitum est à Iudæis, an ipse esset CHRIS TVS, absoluit: verum etiam hæreticorum (quos futuros præuidit) insaniam, quam sit detestanda, monstrauit. Venit Arrius separans Filium à substantia Patris: accessit Sabellius, confundens personam Patris & Filii sine discretionem. Hic Filium eundem esse, qui Pater est: ille Filium inferiorem Patre asseuerauit. Augustinus libro de quinque hæresibus, cap. 7, ait, Pereant vaniloqui & mentis seductores Arrianus & Sabellianus. Non Ego & Pater vnus sumus, sed Ego & Pater vnus sumus, inquit. Quod dico VNVM, Arrianus audiat: quod dico SVMVS, audiat Sabellianus. Non diuidat Arrianus VNVM: non debeat Sabellianus SVMVS. Hæc ille. Ego Filius persona alia à persona Patris: & Pater, id est, hypostasis siue

Mundi præsidia & tela.

Iacula mundi.

Vincimus in Christo.

Christus victor.

Oues non posse rapi de manu Christi probantur.

Electi aberrant quidem, sed non peribunt. Iudas non fuit vera ouis.

Arrius, Sabellius.



*Pater & Filius  
vnum.*

persona Patris, alia à personâ mea, s v m v s vnum, id est vna essentia, vna potentia, vna æqualitas, vnus Deus, vna virtus. Inter Patrē & me, sicut est absolutū Patris cōfortiū, ita summus est voluntatis cōsensūs. Modis omnibus vnū sumus, pariter potentes, idē volentes, idē nolentes. Ergo, Ego & Pater simul defendimus credentes, & curam illorum agimus, contra omnes lupos, fures & raptos, vt in æternum saluentur & non pereant, sed habeant vitam æternam. Quare vt de manu Patris nemo potest electos rapere, ita neque de manu c h r i s t i. Dum igitur æternū in manu saluatrice c h r i s t i oues perseuerant, perire certē nunquam possunt, necesse est eas vitam habere æternam. Hic locus magnam afflictis affert consolationem. Siquis mundi procellis & Satanæ tempestate agitur, c h r i s t o adhæreat, & fide totum se illi contradat, verē est ouis c h r i s t i: certē habet Patrem & Filium, qui vnum sunt, & quorum potestate nulla est maior, Psalmo 45, Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & trāferentur mōtes in cor maris. i. Ioan. 3, Etiam si reprehenderit siue condemnet nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro. Deletum enim est. (Coloss. cap. 2.) chirographū decreti, siue cordis nostri, & affixum cruci. Similiter i. Ioan. cap. 4, Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eos: quoniam maior est qui in vobis est, quàm qui in mundo. Quid ergo formidabit pius in periculis mundi agitur? Paupertatem? locupletior est c h r i s t v s (in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei) quem habet, quàm omnes diuitiæ mundi. Calumniam? c h r i s t v m habet, qui pro gloria calumnias tulit. Satanam? mortem? infernum? c h r i s t v m habet horum tyrannorum victorem. Audiant pii Paulum in afflictione dicentem, Rom. cap. 8, Quis ergo nos separabit à charitate c h r i s t i? Tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis, Psalmo 43. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Ingens est hæc consolatio, quum audiunt pii, Sed in his omnibus superamus, &c. Colligamus ex his, quia vnum sunt Pater & Filius: eandem manum habent, id est potentiam, de qua nemo vnquam rapiet eos, quos illa semel apprehenderit saluandos. Sunt autem apprehensi quibuscunque datum est, ab eo qui vult omnes saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Omnes vocat, vocantem multi recusant, suprâ cap. 5, Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

*Libertum arbitrium.*

### Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.

Manifestè conuicti verbis c h r i s t i, quibus dixit & probauit se c h r i s t v m esse, ostenditque se dare credentibus vitam æternam, credentes in æternū perire non posse, se & Patrem vnum esse, quum non haberent, ad quem confugerent, iudicem qui condemnaret c h r i s t v m, solo furore acti, appellant ad lapides, & ipsum, tanquam blasphemum, lapidibus obruendum iudicāt: & quod solum furor ministrabat, lapides capiunt. Sua malitia & pertinacia offendebantur in verbis c h r i s t i, quod toties haberet in ore Patrem suum Deum, cuius præsidio tanta polliceretur. Quæ omnia, quia sola humana ratione ducti, non videbant in c h r i s t o, vt humili & abiecta personâ, dicunt illum blasphemum & blasphemias loquutum. Vnde accingunt se persecutioni, ad abigendas blasphemias contra Deum: habentes quidem zelum pro Deo, sed non secundum scientiam. O furiosum furorē! ô iniquissimū iudicium! dānare hominem priuata autoritate, in dicta causa, sine iudice! Obserua: Græci addūt *πῶλον*, id est, iterū. Sustulerūt ergo iterū lapides, &c. Suprâ cap. 8. lapidare tentarunt, rursus nunc attentant illum lapidibus impetere.

*Iudæi ad lapides  
prouocati.*

*Zelus Iudæorū  
indirectus.  
Iniqua sententia  
laudare voluntium  
indicta  
causa.*

### Respondit eis I E S V S.

Placidis & mansuetis verbis Iudæorum furorē corrigere tentat, facitque sua virtute, vt parata brachia ad lapidum iaculationem remittantur, & nemo ipsum impetierit: quia nondum venerat tempus quo decreuerat extrema pati pro salute generis humani. At hoc responsum non priuatæ personæ defensione, sed gloria Patris mouetur: quæ vera minuetur, si Filius haberetur vt blasphemus. Propterea probat suam innocentiam, quod non sit blasphemus in Deum: & refutat causas quibus moti sunt Iudæi ad lapidationem. Exemplo & responso c h r i s t i hortamur, vt contra aduersarios veritatis, sola Dei gloria, nō autem priuata vindicta nos ad defensionem excitet & commoueat.

*Defensio pro gloria  
Dei.*

Multi

### Multi bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis.

Solent populi manus ad vltionem lapidibus armare aduersus publicos maleficos. Lapidationem non merui, qui tantum beneficiorum in vos cōtuli ex benignitate Patris mei. Qui dixi vobis veritatem quam accepi à Patre: qui dōdū vos doctrinam quam dedit mihi Pater: qui operatus sum quæ mihi largitus est Pater: errantes reduxi, afflictos consolatus sum, famelicos paui, mancos restitui, leprosos mundavi, ægrotos sanavi, demoniacos liberaui, paralyticos & contractos erexi, mortuos in vitam reuocaui. Quicquid à Patre accepi, id gratis impendi & tradidi iuuandis vobis. Hoc vnum vos rogo dicite, in his omnibus; quōdnam est illud quod lapidationem meretur? Si lapidibus petitis beneficium, quid maleficis & scelestis fiet? Obserua. **BONA OPERA** hoc loco vocantur beneficia quæ **CHRISTVS** contulit in Iudæos, non solum doctrina, sed etiam operibus aliis. Verbum **OSTENDERE**, pro exhibere, & dare, vsurpatum est ab Euāgelista: quia acceptione vsus est Paulus 2. ad Timoth. cap. vltimo, Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: id est fecit. **EX PATRE** meo, ait: quasi diceret, Non debeo vobis videri blasphemus, quum nihil aduersus Patris voluntatem agam. Meum opus Patris est opus: ipse meorum operum est causa, & mecum operatur. Iniquum igitur & iniustum est, imo nullam habetis occasionem lapidandi me. Vehemens est tapinosis in **CHRISTO** dicente, Multi bona opera ostendi vobis ex Patre meo: **CHRISTVS** enim humiliatus, agnoscit Deum Patrem: vt causam efficientem suæ personæ, suorum operum & suæ doctrinæ. Aduerte: Plus expressit voce, **LAPIDATIS**, quàm si dixisset, vultis lapidare. Ipsi enim iam in procinctu & accincti erant ad lapidandum: iam exerebant gestis, quod animo conceperant.

*Christi beneficia  
erga Iudæos*

*Ostendere pro  
facere.*

### Responderunt ei Iudæi.

Hoc habet carnis prudentia, & ratio illa humana, vt nolit videri se **CHRISTVM** & Christi præcones persequi, sed comminiscitur nescio quas causas pro sui defensione & innocētia aduersus **CHRISTVM**, & veritatis amatores. Exēplo sunt hi Iudæi, qui hoc suo responso certam & iustam sui propositi causam assignant. Hic accusant **CHRISTVM** blasphemiam in Deum, & alibi, seditionis in Cæsarem. Accusarunt olim Prophetas defensionis à lege & seductionis. Apostoli & martyres accusati sunt partim seditionis, partim blasphemiam in deos. Adeoque efferebunt impiorum vafania, vt piorum sancta ac laudabilia opera pro scelerosis ducant: quos si quis interfecerit, gloriabitur, iactans se obsequium præstare Deo, Infrâ cap. 16.

*Caro hypocrisis.*

*Multis vultis  
deum se non persequi  
pios.*

### De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo quum sis, facis te ipsum Deum.

Perciti, & veluti quibusdam furis agitati, non animū ad **CHRISTVM** opera vertūt, sed ad ea quæ palam protulit verba, dum professus est se & Patrem vnum esse: id est eandem sibi quæ & Patri virtutē esse: quo verbo se vtique Deum esse palam docuit. Hoc igitur blasphemiam & Dei contumeliam Iudæi interpretati sunt. Qui bona Dei, fide viua vsurpat, non est blasphemus: pius enim per **CHRISTVM** illa bona, id est iustitiam, sanctificationem & redemptionem sibi arrogat: sed qui illa bona Dei suis viribus, sua ratione, sua ambitione, & alio spiritu ac ingenio, quàm per **CHRISTVM** vsurpat, is verē blasphemus est. Quid enim in huiusmodi viris cernimus aliud quàm arrogantiam & animi tumorem? Exemplo erit superbus ille, qui Esaiâ cap. 14, dicebat, in cælum conscendam: super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, In lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinē nubium: similis ero Altissimo. Et de principe Tyri, Ezechielis, cap. 27, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. In **CHRISTO** neque tumor animi, neque arrogantia est, nihil alienum sibi arrogat: qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. ad Philipp. cap. 2. Ipse verus Deus, est Deus de Deo. Quare nihil blasphemiam in eo legi potest. Signanter addunt, **QUIA** tu homo quum sis &c. & valde contemptim pronuntiant, **ET** quia tu vilis & contempta persona, homo terrenus, abiectus & Galilæus, in quo nihil minus apparet, quàm te Deum esse, tu tua arrogantia facis te Deum, id est, ingeris te ipsum pro Deo, & asseueras te Filium esse Dei. Dicis enim te, & Patrem, vnum esse: & vt nemo de manu Patris, ita neque de manu tua potest oues rapere:

*Dei bona licet  
ne vsurpare?  
Blasphemus.*



Deus unus.

Blasphemare.

Hoc quid aliud est, quam se facere Deum cum Patre Deo, & arrogare sibi diuinitatem quandam? Hæc mera est blasphemia. Sed quis hoc ferat, quod tu quum sis homo, Patrem tuum Deum semper in ore verbas? quasi verò nos omnes non simus Filii Dei: & tu qui es hominum nouissimus, noua quadam ac peculiari ratione, te ipsum afferis Filium Dei, tibi que cum Patre esse rerum omnium consortium. Cæterum quum vnus sit Deus & non plures, quisquis hominum diuinæ potestatis consortium sibi arrogat, erga Dei maiestatem iniurius est ac rebellis. Hoc tu homo tibi arrogas, ergo blasphemus es. Obserua: **B L A S P H E M A R E**, est aliquid vituperare & execrari: vt quum quis Christianum institutum vituperat, tanquam malam hæresim: Similiter quum inuertuntur ea quæ **C H R I S T V S** docuit & instituit. Ad hunc modum etiam **B L A S P H E M I A** fit, quum volumus carnali & humana ratione de Euangelio & fide discutere: quæ quum solo Spiritu **C H R I S T I** habeantur, nihil commune cum carne & ratione humana habent. Est & **B L A S P H E M I A**, de qua Marci cap. 3. quæ peccatū ad mortē (1. Ioan. cap. 5.) appellatur: quando aperta Dei veritas videtur, ita vt conuictus sis apud te ipsum in tuo corde & conscientia, quod ita res habet, & aliter esse nequit: attamen impiè audes dicere, & contrà contendere hoc non esse verum, non esse à Deo, esse peruersum, esse à diabolo. Quæ horrenda blasphemia non verèis gladium Domini contra te testantis: quasi etiam impudè liceat pugnare voluntariè contra Deum. Hæc ex Marci cap. 3. videre licet: vbi Iudæi manifestum opus Dei contra conscientiam suam tribuebant ipsi Beelzebub. Sic & Paulus Hebr. cap. 6. de his qui gustauerunt donum cælestis, accepto Spiritu Sancto gustauerunt bonum Dei verbum, ac virtutes & efficaciam regni Dei, & tamen ab his omnibus retrorabantur, & blasphemant gratiam tanto Spiritus testimonio agnitam, id quod capite 10. ad Hebræos, vocat voluntariè peccare, post veritatem agnitam.

Respondit ei **I E S V S**.

Apologia Christi quod sit vnus cum Patre.

Iniuriam iniuria non depellit Dominus, sed argumento ab autoritate Scripturæ à minore ad maius petito, probat se non esse blasphemum: atque ea temperatura ad intentatū crimen respondet **C H R I S T V S**, vt blasphemiam culpam procul ab se omnino depellat, & confirmet magis quod asseuerauit, se & Patrem vnum esse, se Deum & Filium Dei esse, & se Patrem cooperatorem habere, cui æqualis, coæternus & consubstantialis est.

Nōne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dii estis?

Iudices vt iudices dicitur filii Dei.

Vicarij Dei. Magistratum commendatio. Filii Dei duplices.

Hic locus sumptus est ex Psalmo 81. dicto ad principes & iudices terræ, eosque malos qui iniquè iudicant, & impiis deferunt: quia tamen potestate in aliis præditi sunt, vt eiu modi vocantur filii Dei: non quod ipsi sint natura filii Dei, verum à causa efficiente, quæ Deus est. Quid enim aliud **D E V S** est quam summa potestas? Cuius est omnis potestas, & à quo omnes potestates, quæ vspiam sunt, ordinatæ sunt. Ad Romanos cap. 13. Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Iam principes & magistratus à Deo potestatem vitæ necisque acceperunt: & hac data potestate, facti sunt diuinitatis participes: ideo dii, filii Dei & vicarij Dei altissimi iure vocantur, dum sua non abutuntur potestate: quorum abusus, vt à Deo non est, ita nec à Deo probatur. Magna est hæc magistratum commendatio. Dii vocantur magistratus: ergo magistratus colendi atque in honore habendi sunt. Obserua: duplices sunt filii Dei: vnus est natura Filius Dei, qui est Verbum Patris: alii sunt filii adoptione, qui ex hoc Patris Verbo, filii renascuntur. Ioan. cap. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit & misit in mundum: vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?

Sermo Dei factus ad aliquem quid significat.

Hic sermo aliquanto confusior & obscurior est, qui tamen dilucidari potest ad hunc modum: Si Dauid in lege vestra dixit illos deos, ad quos sermo Dei factus est, id est, ad magistratus, quibus commissa est potestas, & demadatum est munus aliis imperandi. (**F A C T V S** enim sermo Dei ad aliquem, idiotismo Hebraico significat aliquod illi à Domino datum negotium.) Aut **A D** quos factus est sermo Dei, id est qui ex verbo renati sunt: aut quos Deus suæ visionis & gratiæ participes fecit. Hæc probatio procedit à minore ad maius: Si Deus ipse dignitatem sui nominis impartit iis, ad quos sermo Dei factus est: non solum

solum illos filios Dei, sed Deos appellans, non læsa tamen vnus Dei summa maiestate. **E T N O N P O T E S T** solui Scriptura, id est, non potest falsitatis & erroris argui. Non potest solui Scriptura, cuius autoritas manet, quæ de vno Deo prædicat, & vnū Deū colere iubet, etiam si auditores verbi Dei, dii vocentur, & filii excelsi. **N E C** potest solui Scriptura, subaudiendum est, De eo: **Q V E M** Pater sanctificauit, id est, peculiariter segregauit ac elegit, selectumque præ Angelis & aliis creaturis, diuina & saluatrice omnium potestate donauit, **E T M I S I T** in mundum: id est pro mundi salute hominem factum tradidit, & propitiatorem omnibus adorandum proposuit. Quasi dicat: Si non peccatur contra legem & Scripturam, his verbis, quum quempiam gratia Dei illustratum, & cui Deus negotium aliquod sanctum commisit, vocamus Deum, supple participatione, aut Filium Dei, nec peccatur contra Scripturam, quando dico me Deum esse, quem Pater misit in mundum, vt det vitam æternam, & dispersas oues in Patris caulas reducat, quibus det vitam vt in æternum non pereant. Modica admodum diuinæ potentiæ participatio, puros homines dignos facit vocabulo Dei, vt Scriptura quæ blasphemare nescit, deos illos vocet, filiosque Altissimi. & **V O S D I C I T I S**, quia blasphemas, id est, Pronuntiat me (in quo longè præclarior diuinitatem relucere videtur) blasphemare, quia dixi me filium Dei, vnūque esse cum Patre, & eadem potestate præditum: profecto si non est blasphemia, & non soluitur Scriptura, quod puri homines dii vocentur, quanto magis manet eiusdem Scripturæ de vno Deo autoritas, etiam si verus & naturalis Dei Filius, per quem alii filii Dei per fidem viam nascuntur, Deus dicatur? Si colloquium Dei cum hominibus, ex hominibus facit Deos & filios Dei, quomodo pronuntiare audeatis me blasphemare, si dixerò me Filium Dei, qui sum ipsum Verbum Patris, quique apud illum fui antequam venirem in mundum, qui cum illo rerum omnium habeo consortium?

Dii dicti non læsa maiestate diuina.

Scriptura non potest solui.

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

Hic locus videtur esse quædam concessio, qua Iudæos hortatur vt oculos ad opera & non ad personam vili habitu vestitam, desistant. Relicta mea persona (quam vt contemptam habetis) prospicite opera mea, quæ nisi Patris opera referant, nisi testentur verum esse quod dixi, nisi videantur esse homine maiora, nisi diuinæ virtutis speciem habeant, nolite credere quod sum Filius Dei, & iure accusate me blasphemiam. Obserua: vocat **O P E R A** Patris, quæ tamen sua sunt, quum sint Patris & Filii opera communia & indiuisa. **C H R I S T V M** facere opera Patris, est **C H R I S T V M** suis operibus diuinitatis declarare se Deum esse cum Patre Deo. Aut **O P E R A** Patris vocat, quorum author est Pater, quo cum omnia agit, & operatur. Quare male argumentatur Arrius, dicens, **C H R I S T V S** facit opera Patris, quorum author est Pater: ergo **C H R I S T V S** est Patre inferior. Per rapinosum enim dicit **C H R I S T V S**, se facere opera Patris sui, & Patrem suum author esse operum, omniaque refert ad Patrem, quia homo factus est, & per carnem humiliata est persona, **C H R I S T V S**.

Operibus probatur Christus esse Deus.

Christus facit opera Patris. Arrii cõsuetudo.

Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.

**S I** autem facio, sicut certum & comprobatum est, quia facio verè diuina, qualia me facere negare non potestis, mihi dicenti quod sum Filius Dei, credere debeatis: sed si meis dictis fidem adhibere piget, certè operibus meis & factis ipsis quæ videtis oculis, credite. Vidistis me verbo totum hominem, qui grabbato affixus fuit annis triginta octo, sanum reddidisse, cæco nato dedisse visum, mortuos in vitam hanc reuocasse, & id genus alia, quæ nisi longè plus mihi tribuantur quam verbis sumo, arrogans videar. Obserua: hoc argumento ab operibus, voluit **C H R I S T V S** adducere Iudæos ad sui notitiã, vt crederetur **C H R I S T V S**: Ergo ex officio suo siue ex operibus cognoscendus est. Quod & alibi (Matthæi cap. 11.) iudicauit, dicens, Ite & renuntiate Ioanni: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c. Ex his colligimus: quum **C H R I S T V S** faciat opera Patris, duo illi debemus: in primis fides adhibenda est verbo eius: Secundo credendum est operibus eius: quæ opera, sunt sigilla & testes verborum eius, quod vera sunt: dicente Domino Marci cap. 2. Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

Christus ab officio cognoscendus. Christo duo debemus.

Vt cognoscatis & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre.

Si sincercis animis opera mea perpenderitis, fiet vt non solum **C O G N O S C A T I S**,



*Filius in Patre esse.*

*Vir sanctus quomodo unum cum Deo.*

*Cognitio aequalitatis patris & Filii unde. Substantia Dei cognosci non potest. Trinitas in v. nauatua.*

id est, certò sciatis, verùm etiam **C R E D A T I S**, id est, fide apprehendatis, non amplius dubitaturi **Q U O D** Pater in me est, & ego in Patre, id est, quòd ego & Pater vnum sumus. Filius in Patre est per aequalitatem vnius eiusdemque substantiæ, & per indigressibilem vnius in altero immanfionem ob naturæ identitatem. Est quidem vir sanctus in Deo, per participationem & communicationem gratiæ diuinæ: estque vnum cum Deo aequalitate & identitate seu coniunctione per Dei gratiam: sed non est vnum cum Deo aequalitate & identitate substantiæ, quomodo Pater cum Filio, & Filius cum Patre: quorum indiuidua est societas & coherentia, dum Pater per Filium, id est, cum Filio, quicquid vult operatur, & Filius à Patris exemplo nunquam recedat: vt qui Filio credit, Patri credat: qui Filio repugnat, Patri repugnet. Cognitio aequalitatis Patris & Filii non est ex cognitione substantiæ Dei: impossibile enim est hîc scire substantiam Dei: sed sumendum est iudicium identitatis secundum virtutem ex operum aequalitate & identitate. In diuina triade, vnus Deus non tres dii: tres hypostases, vna substantia: quæ vnica substantia, est tres illæ personæ siue hypostases Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Pater non est Filius, & tamen est id quod est Filius, quia vna substantia & natura eadem: ideo Pater in Filio, & Filius in Patre.

**Quærebant ergo eum apprehendere.**

*Simile.*

*Satir in rabiem excitatur auditore Christo.*

*Apprehendere. Ingratitudo in deorum.*

Qui mansuetis & modestis **C H R I S T I** sermonibus corrigi debuerant, irritiores effecti, conati sunt illi manus iniicere. Miserrimus impiorum & Satanæ genius: dum reuelator fit veritatis apertio, excitari solet impiorum furor, non secus atque ignis, quum aqua aspergitur. **C H R I S T V S** enim sua præsentia & virtute, tyrannidem Satanæ, ita vt aqua ignem, extinguit. **Q U O D** fit vt vbi primùm Satan **C H R I S T I** virtutem, vel parùm illucescere sentit, totus in rabiem concitatur. Studio & de industria insidiantur aduersarii veritatis ipsi veritati, non ferentes sublimiorem **C H R I S T I** theologiam, & quòd tam sublime & efficax ferebat de se testimonium. **Q U A E R E B A N T** apprehendere eum, vt apprehensum damnarent & perderent. Verbum **A P P R E H E N D E R E**, violentiam connotat. Magna istorum ingratitude, qui pro benefactis mala rependunt.

**Et exiuit de manibus eorum.**

*Percula temerè non subeunda.*

Virtute diuina auertens furorem illorum qui ipsum apprehendere contendebant, cessit, & è manibus illorum elapsus est, cedens ad tempus malorum immedicabili vafania. Obserua: Exemplo **C H R I S T I**, nemo temerè se in crucem præcipitet: item impiorum conatus non semper pro animi sententia succedunt, quos frequenter Dominus reprimat. Item inuitis aduersariis Dominus secessit, ostendens quòd neque in cruce detentus fuisset, nisi sponte se tradidisset.

**Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primùm.**

Quum satis Dominus Hierosolymis docuisset, sua absentia illorum morbo medens; transmissio Iordane, rediit ad eum locum vbi Ioannes cœperat primùm baptizare, confirmatus Ioannis cum prædicationem & doctrinam, tum ipsius baptismum, & testimonia quæ de se dederat, ad stabiliendos eorum qui crediderant, animos.

**Et mansit illic.**

Relictis Hierosolymis venit in desertum trans Iordanem, vbi commoratus est, velut perosus ciuitatum impietatem.

**Et multi venerunt ad eum.**

*Potentia verbi.*

Multi è finitimis locis ( quorum animos fama **I E S V**, philanthropia, miracula conspicua accenderant ) confluxerunt ad **I E S V M**. Obserua potentiam Euangelii & Verbi, quum audis multos confluisse ad audiendum verbum: deinde notandum, vt in desertis Iudææ multi credant Domino, cum Hierosolymitarum primores illum vellent lapidare: Sic humilia celsis præferuntur.

**Et dicebant.**

Locus ipse illos commonuit, vt **I E S V M** qui iam sui specimen dederat, conferrent cum Ioanne, quem audiuerant de **I E S V** testificantem: & inuicem colloquentes ex fide, quam de **I E S V** & Ioanne conceperant, ore confitebantur.

*Quia*

**Quia Ioannes quidem signum fecit nullum.**

Admirabili quodam colloquio conferebant, Ioannis summæ autoritatis ex loco recordati. Magnus quidem erat Ioannes Baptista, quem hîc concionantem audiimus, qui quum solùm poenitentiae baptismum, nullis etiam æditis miraculis prædicauerit: tamen eam sibi apud plebem conciliauit opinionem & famam, vt **C H R I S T V S** haberetur. Hîc verò **I E S V M** videmus & audiimus tot miraculis potentiam homine maiorem declarasse, toties Scribas & Phariseos doctrina sua conuicisse, & suo responso illorum ora obturasse: deinde ipsum Ioannem de ipso testimonium perhibuisse, & dixisse se non esse dignum qui calciamenti **I E S V** corrigiam solueret. Hac collatione facta inuicem dicebant: Quum Ioanni, qui nullum ædidit miraculum, tanta à Iudæis adhibita sit fides, tantumque apud Iudæos valuerit eius autoritas, multò magis credendum est **I E S V**, qui tot tamque admirandis signis & prodigijs sermones suos confirmat, & fidem suis dictis conciliat. Obserua ad huius sententiæ explanationem & clariorem sensum habendum, multum iuuabit si subaudieris, **I E S V S** autem fecit tot miracula, vt collatione subodoremus Ioannem ad suam doctrinam sine miraculis multos traxisse: **I E S V M** verò etiam afflictum & vexatum, tot miraculis ad suum Euangelium multos pellexisse. Signanter dicitur: Ioannes quidem signum fecit nullum. Quemadmodum corpus Moyfi & sepulchrum eius hætenus non apparuerunt, sed abscondita sunt non sine prudenti ac iusta Dei prouidentia, ne superstitiosi Iudæi visitando sepulchrum in idololatriæ præcipientium sese darent: ita sapientissimo Dei consilio Ioannes Propheta & plusquam Propheta (quo alioqui inter natos mulierum non surrexit maior) nullum signum fecit. Difficillimum certè fuisset, si doctrinæ Ioannis accessissent miracula, auertere populum ne ipsum esse **C H R I S T V M** credidissent. Distribuantur enim dona Dei pro ipsius bona voluntate, non omnibus omnia, sed singulis singula, quemadmodum membra in corpore non eundem actum habent. Refert quidem coram Deo donatum esse fide viuâ, quæ iustificat: reliqua autem dona, siue corporalia siue spiritualia, vt donum prophetiæ, miraculorum, linguarum & huiusmodi non iustificat: sed collata sunt ad ædificationem corporis **C H R I S T I**, quod est Ecclesia, & ad commendationem & gloriam Dei, & verbi.

*Christi & Baptiste collatio.*

*Persuasio ad fidem Christi.*

*Baptista nullum fecit signum.*

*Dona, pro bona Dei voluntate distribuuntur.*

*Gratia duplex iustificans, & que non iustificat.*

**Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de eo, vera erant.**

Occupatio est superioribus annexa. Responsabit aliquis: Ioannes nullo signo confirmavit suam doctrinam, ideo non est certa. Respondetur: Omnia autem, &c. Licet Ioannes nullum signum fecerit, tamen certa est eius doctrina. Nam nunc res ipsa declarat ex admirandis **I E S V** prodigijs verum fuisse testimonium Ioannis, quum **I E S V S** plura præflet, quàm Ioannes de **I E S V** sit pollicitus. Opera quæ Christus fecit, affirmant Ioannis testimonium fidele, doctrinam certam, & ipsum à Deo missum.

*Baptiste doctrina est certa etiam citra miraculum.*

**Et multi crediderunt in eum.**

En potentia & fructus verbi. Testimonio Ioannis ( cuius non leuis erat apud Iudæos autoritas ) operibus diuinitatis, signis & miraculis multi persuasi sunt credere **I E S V M** esse Messiam: Phariseis interim, Scribis & Sacerdotibus in sua malitia persistentibus.

**C O N C I L I A T I O .**

Quid hîc Dominus damnat pastorem fugientem: quum Paulus Damasci in sporta nocte per murum demissus aufugerit? Actorum capite 9. Et ipse Dominus discipulis dixit (Matthæi cap. 10.) Si persequuti vos fuerint, fugite ex vna ciuitate in aliam? Respondeo: Quum in persequutione solùm quæritur persona pastoris, non autem officium aut ministerium eius, pastor iure potest fugere. Vt de hac re eruditissimè disputans Augustinus, affirmat, ad Honoratum scribens, Epistola 180, Quòd si pastor cum toto grege impeteretur, & ex eius fuga multum doctrinæ sanæ, & gregi incommodaretur, fugiendum non esset. Si verò ipse pastor pro hac causa persequutionem pateretur, nihilque incommodi foret gregi ex fuga, quòd alii adessent qui ex æquo cultum Dei exequerentur, iure fugere potest. Sic enim Paulus è Damasco aufugit: sic Athanasius fugit ab Alexandria metu Constantini Imperatoris hæretici, egitque Treueris apud sanctum Maximium episcopum: & ibi latitans, ædidit symbolum illud cæleste ac diuinum, Quicunque vult saluus, &c. Augustinus putat eos fugere, qui dum loquendum est, tacent, x. i.

*Quando Pastori licet fugere.*



timentes suo lucro aut commodo temporali. Huic non abfimile est quod ait Gregorius; Fugit non mutando locum, sed subtrahendo solatium: fugit, quia iniustitiam vidit, & tacuit: fugit, quia tacendo sese abscondit.

CONCILIATIO SECVNDA.

Quid hic Christus pronuntiat: EGO & Pater vnum sumus: quum infra cap. 14. dicat, PATER maior me est? Respondeo iuxta beati Augustini sententiam, Tomo 4. lib. vno. 83. quaestionum, quaestione 69, Qui Filium Dei (ait) Patri aequalem non esse contendunt, solent vsurpare familiaris hoc testimonium Pauli, 1. Corinth. 15, Quum autem omnia ei subiecta fuerint, tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Non enim posset error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de Scripturis non intellectis. Dicunt enim, si Filius & Pater vnum sunt, quomodo subiectus erit? si aequalis, quomodo maior est Pater? Obseruanda proculdubio est regula catholicae fidei, quae sic habet, vt quum aliqua in Scripturis dicuntur de Filio, quod sit minor Patre, secundum susceptionem hominis intelligantur: quum vero ea dicuntur quibus demonstratur aequalis, secundum id quod Deus est, accipiuntur. Apparet ergo quem admodum dictum sit, Pater maior me est, & Ego & Pater vnum sumus. Pater maior est Filio, vt homine: Christus, vt Deus, & Pater vnum sunt.

Errorum origo.

Clavis Scripturae.

CAPVT VNDECIMVM.



Lazarus infirmus. Maria, soror Marthae.

Infirmus ad gloriam Dei.

Horae diei duodecim.

Dormire.

RAT autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariae & Marthae sororum eius. Maria autem erat quae vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ad eum, dicentes, Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem IESVS, dixit eis: Infirmetas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem IESVS Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post haec dixit discipulis suis, Eamus in Iudaeam iterum. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quarebant te Iudaei lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit IESVS: Nonne duodecim sunt horae diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucet huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Haec ait: & post haec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed

Languens (quia infirmabatur. Castello) opido.

Eodem quo erat. Si quis ambulauerit in luce, sicut dicitur, si quis versatus fuerit mecum, quando praedicaui, non timebo, omni in iuria immunis erit. Est similitudo concisa. Praeterea vt si quis nocte, etc. Sic vbi haec vita sanctus fuerit, vexabitur & discernabitur. Quum ablati fuerit sponsum ab eis, ieiunabit, etc.

sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem IESVS de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo IESVS dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad discipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque IESVS, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudaeis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia IESVS venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad IESVM, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio quia quaecumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi IESVS, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei IESVS, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi, Vtique Domine: ego credidi quia tu es CHRISTVS Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et quum haec dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens, Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit: surgit cito, & venit ad eum. nondum enim venerat IESVS in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudaei ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quum vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, sequuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo quum venisset vbi erat IESVS, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. IESVS ergo vt vidit eam plorantem & Iudaeos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide. Et lachrymatus est IESVS. Dixerunt ergo Iudaei, Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos caeci nati, facere vt hic non moteretur? IESVS ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait IESVS, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam foetet: quatruiduanus est enim. Dicit ei IESVS: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

Vt credatis) subaudi me esse Messiam, cuius rei dubitatio obpressisset animis vestris, si presente me homo mihi amicus mortuus fuisset. Et moriamur) vt moriamur. Habentem) iacentem & aegentem.

Ego sum, etc.) id est sum auctor resurrexerit in die & vita.

Venisti) venturus erat. Silentio) clamantem.

Infremuit) id est in animo & in corde.

Thomas.

Luctus propter Lazarum mortuum.

Martha increpanda.

Resurrectio. Vita. Fides & confessio Marthae.

Martha plorans currit ad Christum.

Iesus iussit lachrymatur ob infidelitatem Iudaeorum.



Tulerunt ergo lapidem. IESVS autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc quum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes in fittis, & facies illius erat iudario ligata. Dixit eis IESVS: Soluite eum, & finite abire. Multi ergo ex iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, vt viderant quæ fecit, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos: & dixerunt eis quæ fecit IESVS. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam nec cogitatis: quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit quod IESVS moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eum. IESVS ergo iam non in palam ambulabat apud iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione, ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo IESVSVM, & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

Suscitatur Lazarus.

Credens Christo

Cõsiliũ Pharisæorum contra Christum.

Caiphas propheta Christum moriturum.

Iesus fugit in desertum Ephrem.

Sanctificare se.

Sacerdotes inuicem Christum comprehendunt.

Laplãdem) sub. à loco vbi is qui mortuus fuerat, erat positus.

In fittis) fasciis sepulchralibus.

Põtifices) principes sacerdotũ.

Cogitauerunt) conuenerunt.

Apud) inter.

Abiit) illuc.


Ephrem) quidam legunt Ephraim.

Sanctificarent) id est vt se prepararent orationibus & sacrificiis, postolando scilicet ante festũ sacrificia & vota que Deo debebant.

Putatis) videtur vobis.

Erat autem quidem languens Lazarus. CAPVT XI.

Gradatio miraculorum.



NSIGNI hoc miraculo de suscitato Lazaro, pergit Euangelista declarare IESV CHRISTI diuinitatem. Pauca ex miraculis Domini commemorauit, hoc enim sextum, est quinque superioribus excellentius: sed singulari delectu ac gradatione sex hæc signa conscripsit. Magnificentius vtique erat ex quinque panibus & duobus piscibus saturare quinque milia hominum, quam fuerat apud Canas Galilææ, mutatio aquæ in vinum in nuptiis. Similiter copiosior liberalitas fuit restituere sanitati eum qui triginta octo annos morbo detentus, in grabato decubuerat, quam quod puerum reguli febricitantem sanauerat. His quatuor signis longè splendidius admirabiliusve fuit, cæco nato visum dare. Omnibus verò adhuc maius est, quod Lazarum mortuum, quartum iam diem in sepulchro agentem, rediuuium fecit, & in vitam reuocauit. Hæc dum attendimus, mirabilia Christi opera cognoscimus, & credimus quod omnis qui credit in CHRISTVM, verè resurgit, & omnis qui peccat, moritur: sed mortem carnis, omnis homo timet, mortem

mortem animæ pauci. Proinde quò magis Dominus ad diem suæ mortis appropinquabat, eò feruentius munus suum obibat, admirabiliora signa in suæ legationis specimen faciebat, clariùsque cum verbis tum factis, suam personam, suum officium, suam legatione aperiebat. Quod si diligenter animaduertimus, obseruabimus quæ à quinto capite Euangelista narravit, omnia facta esse intra vltimum prædicationis Domini annum. In Galilæa enim circa festum Paschæ, pauci quinque millia hominum. In Pentecoste, sanauit Hierosolymis illum qui triginta octo annos morbo correptus in grabato decubuerat. Sequenti Tabernaculorum festo, non solum quæ septimo capite scribuntur, fecit, sed etiam cæco nato visum dedit. Postea festo Dedicacionis, interrogatus quis esset, palam commemorauit quæ decimo capite narratur. Deinde instante iam vltimo Paschate, suscitauit huic Lazarum: atque hac suscitacione, oblata est occasio, per quam maximè redderetur illustris CHRISTI, Patrisque gloria, & ad homicidium irritaretur Pharisæorum iniquitas & malitia. Hæc omnia voluit Christus gerere in festiuitatibus & Hierosolymis, suamque virtutem magnificentius exerere, vt hoc modo toti iudicæ genti (cui peculiariter eo quidem temporis missus erat) sese commodius & apertius insinuaret: nihilque omitteret, quod sibi à Patre præscriptum esset, diceretque quod Esaias nomine eius cap. 5. scripsit, Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? Huius capituli cum præcedente coherencia, petita est à circumstantia personæ Lazari languentis. Quum dicitur, ERAT QUIDAM languens, explicatur necessitas, quæ vbi adest, ibi locum habet medicus CHRISTVS. Huius languidi historia nos hortatur & erudit, vt ne quis moleste grauatiùsque ferat, si boni & Deo amici viri morbo teneantur, quia & Lazarus, quum esset amicus CHRISTI, agrotauit. LAZARVS, Hebraicè significat cui auxilio est Deus. Magnificum enim Dei auxilium hic Lazarus experturus erat, qui quadriduanus mortuus, voce CHRISTI factus est rediuuius. Eadem ratio nominis apparet in illo Lazaro, cuius animam deportarant angeli in sinum Abraham, qui hic viuens non poterat impetrare micas cadentes de mensa diuitis epulonis, canes humaniores & magis sibi propitios quam homines sentiens. Lazarus adumbrat peccatores, qui in peccatis mortui sunt: è quibus liberari nõ possunt nisi per CHRISTVM. Narrat igitur Ioannes (dum Christus apud Iordanem commoratur) quid acciderit: nimirum quendam Lazarum nomine, in oppidulo Bethania morbo decumbere.

Mors duplex.

Quæ vltimo sue prædicationis anno Christus operatur est.

Christus medicus, vbi necessitas.

Lazarus.

Bethania.

Martha.

Maria.

Magdalena conuersa.

Vngere Dominum.

A Bethania.

Lazarus erat Bethanienſis. BETHANIA interpretatur domus obedientiæ. Oppidulum est in latere montis Oliueti, distans ab Hierosolymis stadiis quasi quindecim: id est duobus fere miliaribus.

De castello Mariæ & Marthæ sororum eius.

Appositio est, declarans Bethaniam esse castellum siue oppidulum spectans ad Mariam Magdalenam & Martham Lazari sorores. Non desunt qui ad hunc modum interpretentur: A Egrotabat Lazarus Bethanienſis à castello Mariæ & Marthæ huius sororis. MARTHA interpretatur prouocans, vel Syriacè, domina, vel doctrix.

Maria autem erat quæ unxit Dominum, & exterſit pedes eius capillis suis.

Hæc velut exegesis quedam apposita sunt ab Euangelista, vt intelligamus de qua Maria loquatur, quum sint multæ Mariæ, MARIA interpretatur exaltata, vel amaritudinis mare: aut ex Syro & Hebræo, Domina maris. Maria, filia fuit Amram filii Caath, soror Aaron & Moysi. Numeri cap. 27. Filius Esra, 1. Paralip. 4. Nomen item Virginis quæ Filium Dei concepit, tulit in vtero, & peperit, Matth. 1. Luc. 2. Paulus Roma. cap. 16. de quadam Maria loquitur. Hæc de qua hæc fit mentio, multis circuaſtantis explicatur quæ fuerit. Hæc ipsa est de qua sequenti capite, & apud Lucam, cap. 7. fit sermo, cuius verba hoc loco Ioannes Euangelista repetit. Hæc Maria erat illa quæ feruenti amore erga IESVM, unxit caput illius in conuiuio accumbentis pretioso vnguento, ac pedes lachrymis irrigatos capillis exterſerat. Non inconsultò hæc addidit Euangelista de certitudine Mariæ, vt ostenderet se nõ ignorasse tam insignè historiam de Maria Magdalena poenitentium viuo exemplari: quæ ex verbo Dei concepto, & peccatorum cognitione, mox fide viuam in CHRISTVM, seipsam ad sui iustificatione erexit, & operibus charitatis se accinxit, declarans quam in Christum fidè habuit. Vngere enim Dominum vnguento, & exterſere pedes eius capillis, fuerunt in



Mariae charitatis opera, & maturi fidei fructus. Observa. ET EXTERSI T pedes eius capillis suis. Verba sunt Lucae Evangelistae, & officia Mariae à Ioanne recensita: vt vnica intelligatur Maria, quae hic, & à Luca, cap. 7. narratur.

Cuius frater Lazarus infirmabatur.

Quemadmodum paulò ante prænominans Mariam, cuius Martha soror esset: insinuat Mariam maiorem & principaliorem ita nunc dicens Lazarum fuisse Mariae fratrem, videtur significare Lazarum aliquid nominis à Maria sorore accepisse. Hæc dum facit, simul addit, INFIRMABATUR: præmittens necessitatē, vt causam vrgentē CURISTVM.

Miserunt ergo sorores eius ad eum.

Viva fides seipsam exerit. Missio enim ad Christum, effectus fidei est, testificans quantum fidei in Christum haberent Maria & Martha. Quum Lazarus graui morbo periclitaretur, sorores (quibuscum singularis quaedam amicitia intercedebat Domino IESV, vnde sibi de medela Christi persuadebant) mittunt ad illum, qui nuntiet Lazari amici morbum. Rogabit aliquis: Quare mittunt ad IESVM, & ipsa non proficiscuntur, sicut Centurio & Regulus? Proculdubio sufficit amanti nuntiare: qui non deserit quem amat. Secundo: harum tanta erat in Christum fiducia, vt certò statuerent apud se CURISTVM preces exauditurum. Tertio, mulieres erant timidulae, vt est illarum genius, quas periculosum fuisset domo ad rusticationem & peregrinationem progredi. Quarto: graui dolore te- nebantur, occupatae circa fratrem.

Dicentes, Domine, ecce, quem amas, infirmatur.

Nihil apprecantur: putant satis esse nuntiassē necessitatē amati. Verbo DOMINE, sorores captant benevolentiam à persona & potentia Christi, quem confitentur posse iurare. Est certè, DOMINVS, vox potentiae. Addunt attentionis particulam, ECCE. Quasi dicerent: De re seria agitur, nempe de necessitate fratris, qui iam agere animam videtur. Ad miserationem Dominum mouere laborant, dum prerogatiuam (qua amicus dicebatur) non autem Lazari meritum afferunt: & admiratione quodammodo pronuntiant, INFIRMATUR, ac si admirarentur quomodo aegritudine correptus esset Lazarus, à CURISTO dilectus. ECCE, què diligit, aegrotat. Amicus amici officii & benevolentiam postulat. His plura insinuant, quàm si simpliciter petiissent, Domine, sana Lazarum. Hic locus nos admonet, vt quemadmodum sorores Lazari solam fratris necessitatem Christo nuntiant, neque locum, neque tempus, neque methodum ad sanitatem conferendam præscribentes: ita si oratione aliquid petimus, nostra necessitas proponenda est Domino. Quia in re cauendum est præscribamus illi aut tempus aut modum: satis est ex fide & fiducia in ipsum, explicare necessitatem, qui nouit vbi & quando auxiliandum est. Ad hunc modum rogauit Iosaphat (2. Paralipom. cap. 20.) In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Hoc etiam modo orat Centurio (Matth. 8.) Domine: puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Non addit Centurio modum aut tempus sanandi, ne videatur Domino methodos sanitatis præscribere. Huc pertinet quod scribitur Iudith cap. 7. & 8. Arguit sacerdotes Iudith quòd statuerint se quinque duntaxat dies à Domino misericordiam expectaturos. Quid est hoc verbum (ait) in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorē accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituitis ei? Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamini, & indulgentiam eius fufis lachrymis postulemus. Haecenus illa. Quum igitur oramus Dominum, & petimus nos adiuuet, non sunt illi conditiones auxilii præscribendae. Proposita necessitate & petito ex fide auxilio, expectemus, eius promissionibus adhærentes, & nihil festinantes, aderit ille auxilio opportuno.

Audiens autem IESVS, dixit eis.

En Christi philanthropia & viuae fidei efficacia. Rogantes audit, suoque respõo dignatur. Hæc nos inuitant vt contradamus nos Christo, qui credentes & fidentes audit & cõpellat.

Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei:

vt glorificetur Filius Dei per eam.

Dominus

Maria & Martha ad Christum mittunt.

Domini.

Necessitas in oratione explicanda. Orantes nihil præscribamus Christo, de modo auxiliandi.

Dominus nuntio ad sorores dicit, morbum non esse capitalem & deploratum. Quo responso non solum illas, sed credentes omnes consolatur, afferens paucis verbis summam totius Evangelii. Nimirum doctrina Evangelii læta omnia nuntiat, non affert mortē, sed CURISTVM vitam: annuntiat infirmitates nostras quales quales fuerint, non esse ad mortem vt pereamus, sed ad gloriam Dei, qui omnium misereri vult, vt inde glorificetur Filius Dei. Particula VT, hoc loco, vt glorificetur, &c. non causa sed euentus significatiua est. Cur igitur Lazarus animam efflat? cur moritur? an mendax est hoc responsum, Infirmas hæc non est ad mortem? Absit. Nam IESVS CURISTVS in mundum veniens, non mortis, sed vitæ nuntius est, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Qui non venit vt iudicet mundum, sed vt mundus per ipsum saluetur. Nouus est eius cantus, à seculo non auditus: nam ante CURISTVM aduentum, lex annuntiabat peccatum, & peccati auctoramenta: quæ sunt afflictiones, calamitates, & mors: ostendens illa esse Dei irati signa. Genes. cap. 3. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comediti de ligno, maledicta terra in opere tuo, &c. Deuteron. cap. 28. Venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te, maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, &c. At longè alia canit CURISTVS, noua prædicat. Quæ? Mortem non esse mortem, afflictiones non semper esse signa irati Dei, sed instrumenta quibus Deus glorificatur. Prius ex præcedentibus notum est piis, & iis qui Euangelium susceperunt, Ioan. 3. Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et in hoc capite, paulò post dicitur: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Mors Lazari, separatio quidem fuit animæ à corpore, quam mortem temporalem dicunt, & somnum quendam esse Scriptura prædicat: sed non est illa mors, qua perit in æternum qui verè moritur. Posteriorius verum esse docet hic locus, quòd afflictiones non semper sunt signa irati Dei, sed instrumenta quibus Deus glorificatur. Non erat Deus Lazaro iratus, qui pius & Christo amicissimus erat, tamen morbo afflictus est & mortuus. Ne nobis indignum videatur, si quando boni verèque pietatis cultores huius mundi calamitatibus affliguntur, Deo veluti dissimulante, vel quia sic expedit ipsis qui patiuntur: vel quia sic conducit ad illstrandam Dei gloriam: non quòd Deus humanis malis procuret suam gloriam, sed quòd mala quæ nobis iuxta humanæ conditionis legem, casuue obueniunt, vel in nostram salutem, vel in suam gloriam, hominũ causa vertere soleat. Hoc peculiare & familiare est Deo, vt quos amat, castiget: & in primis pii affliguntur, non vt pereant, sed vt saluentur, & glorificetur per illos Deus. Hier. cap. 25. Ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere. Huc pertinet quod scribitur 1. Pet. cap. 4. Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? De his plura scripsimus supra capite 9. de cæco nato, Colligamus ex his, afflictiones nobis accidere, vt per earum occasionem illustretur gloria Dei, & huius virtute depulsis afflictionibus, cum mutua gloria glorificetur Filius Dei, dum Pater Filio afflictionibus imperat, & afflictos liberat è cruce. Proinde peccatis subiecti sumus, non vt pereamus, sed inde sequitur gloria Dei. Ad Galat. 3. Conclufit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide IESVS CURISTVM, daretur credentibus. Ad Roman. cap. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in CURISTO IESV, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem, in sanguine ipsius: ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Obiter dixerim Deum habere longè alia instrumenta, quibus glorificatur, quàm habeat mundus. Mundus elegit gloriam, ambitionem, opes, diuitias, honores, potentiam, sapientiam & huiusmodi, vt hinc aliquid gloriatur. At Christus alia elegit. 1. Corinth. cap. 1. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Hic locus nos hortatur ne cõsentiamus rationi humana, quæ negat Deum respicere res humanas, & adscribit aduersa & prospera casui & fortunæ. Profecto afflictiones voluntate Dei nobis accidunt, vt per eas glorificetur Deus. Nam dñs Deus ex afflictionibus nos educit & liberat, cognoscitur & nota fit eius potentia: & quanto infirmiorē sanat CURISTVS, tanto maiorē inde consequitur gloriã: quæadmodũ & medicus ex morbis maximis, vbi illos pepulerit, maximam sibi gloriã comparat. Quid ergo dicemus, ait x. liii.

Euangelii lætum est.

Vt particula.

Infirmas non ad mortem.

Christus nouam misericordiam attulit.

Afflictiones nō semper sunt signa Dei irati.

Mala nōstrā in gloriam Dei verfa.

Afflictiones propter gloriam Dei.

Instrumenta mundi ad gloriam Dei instrumenta ad suam gloriam.

Fortuna nō ad scribendam afflictiones.



Paulus Roma. cap. 6, Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Quidam textus habent, Vt glorificetur Filius Dei per eum. Græcis est *δι' αὐτοῦ*, id est per eam. Glossa (quam interlinearem dicunt) legit, Per eam, supple infirmitatem.

**Diligebat autem IESVS Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum.**

Cum hac familia Mariæ, singularis amicitia intercedebat Domino IESVS. Ingens hæc dilectio ostendit causam, cur sorores illæ non fuerint ad Christum profectæ. Sufficiebat amici amici necessitate significare. Obserua in verbo **DILIGEBAT**, expressam esse Christi philanthropiã, qua etiã peccatores diligit ipse nõ peccator, verum purus & immaculatus.

*Christus purus, etiam peccatores diligit.*

**Vt ergo audiuit quia infirmabatur.**

**AUDIUIT**, ex missis ad se legatis à Maria & Martha sororibus. Obserua Christum exhibere seipsum beneuolum & attentum rogantibus se.

**Tunc quidem mansit in eodem loco, duobus diebus.**

**TUNC** quidem, scilicet audita etiam infirmitate Lazari, non mox abiit, sed mansit in eodem loco duobus diebus: vt doceat quod iuuat quando ipse vult: & ne in petitione præscribatur illi tempus quando exaudire debeat, manet duobus diebus. Non negat: sed differt exauditionem: ostendens in summa patientia expectandum esse donec exaudiat. Biduum commoratus est haud negligens amici periculum, sed maiorem occasionem edendi miraculi expectat, vt simul ipse paulo post moriturus, discipulorum adhuc imbecillium animos ad spem resurrectionis erigeret. Passus est IESVS Lazarum in morbum atque etiã in mortem incidere, & sepeliri: nequis obiiceret grauatione quadam vel extasi ipsum laborasse, & non fuisse mortuum. Obserua. Quanquam **CHRISTVS** cognoscat infirmitates & afflictiones nostras, non tamen statim exaudit, sed dissimulare videtur se non exaudire, & derelinquere suos in mediis malis, quasi videatur suorum oblitus: sed postea gloriosius eos è mediis malis eripit. Sic reliquit Abelem in manu fratris sui: sed post mortem clamat eius sanguis. Sic reliquit Ioseph longo tempore in squalore carceris: sed postea sublimius eum exiit. Differt auxilium, vt probet fidem nostram, & tentatione ipsam exerceat. Petri. I. In quo exultabitis modicum, nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem, in reuelatione **IESVS CHRISTI**. Iacobi. I. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromisit Deus diligentibus se. Aut Deus auxilium differt, vt solus auxiliariis titulum habeat.

*Exauditis expectanda.*

*Auxilium Deus differt, non auferit.*

*Fidem nostram Deus probat.*

**Deinde post hæc dixit discipulis suis.**

Lazari amici morbum, etiam priusquam nuntiaretur, nõ ignorabat, sed ad futuri miraculi magnitudinem excitandi erant discipuli: quorum etiam animos præparare expediebat, qui valde timebant in Iudæã redire. Magnam affert piis consolationem quum legunt Christum tandem querere occasionem iuandis nos, & se tandem ad iter accingere.

**Eamus in Iudæam iterum.**

Discessit **CHRISTVS** vt homo, ne lapidaretur: (ait Augustinus) in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Hortatur discipulos, illisque addit animos, verbo **EAMVS**: quod est animi fidentis Deo Patri, tanquam illi qui curam habeat de Filio. Eamus quod me vocat meum officium: illuc vadam mea requirit vocatio: hoc postulat proximi charitas, & necessitas sic vrget. Distulit **CHRISTVS** suum aduentum post ablegatum sororum nuntium quandiu placuit: qui tempore opportuno, quod sibi visum est, venit ad amicum. Psal. 9, Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Addidit **IN IUDÆAM**, supple, quæ est circa Hierusalem, vt paulo post dicemus: iterum præmonens illos ne repentino abscessu turbentur, & subito reditu, animi eorum cõsternati fatiscerent, si abducerentur è deserto, tutiore loco, in regionem in qua nuper magistrum viderant è manibus Iudæorũ lapidare volentiu, elapsu: sed vt præmeditatione, ac præcogitatione aduersus ea quæ ingruere possent pericula, præmuniti essent; intelligerentque magistrũ suũ voluntariè seipsum ad hæc accinxisse, etiã periculo vitæ imminente. Obserua: Quũ **CHRISTVS** venerit ad Lazarũ quando sibi ita visum est: admonemur ne Deo præscribamus tempus exauditionis, sed in fide necessitate explicemus, quã tempore opportuno, & modo quẽ ignoramus, leuabit. Fidamus tantu, ipsũ nos ex fide petentes nõ deserturũ.

*Methodus auscultandi non præscribitur Deo.*

**I V D A E A** interpretatur Laudatio siue Confessio. Iudæa, quæ & Cananæa & repromissionis terra, quæ Sancta in Scripturis Sacris nuncupata est, Syriæ regio in Asia maiore, ad Orientem habet mare mortuum, quod & salsum, (Numer. 34.) vbi quondam Sodoma & Gomorra vrbes. Ad Aquilonem Galilæa cubat: in cuius tergo Libanus mons, terminus Iudæe eminet. Occidentem versus, Philistiim, quæ Palæstina & Allophylorum terra dicitur: incipit vltra quàm mare magnum. Ad Meridiem Amalecitarum habitant, Numeri 13. Iudæa aliquando tota terra duodecim Tribuũ appellatur, velut Marci ca. 3. & Psal. 76, Notus in Iudæa Deus. Aliquando duæ tantu Tribus, Iudæa & Benjamin appellitantur, ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliaruque in terra repromissionis regionu. Obseruabis itaque apud historicos Iudæam pertinere ad Palæstinam: Galilæam verò atque Samariam ad Phœnicæ. Nemo vel mediocriter in Sacris eruditus ignorat, post Salomonis mortem, decem Tribus Israel defecisse à Roboam ad Ieroboam Ephratæum, 3 Reg. 12. Exinde duæ Tribus, Iudæa scilicet & Benjamin (quæ semini Dauidis adhæserant) nunc domus Dauid, nunc Regnum Iuda, Hierusalem aut Benjamin in Scripturis potissimum à Prophetis nuncupantur. Sicut decem Tribus, quæ defecerant: Regnum Israel, domus Iacob & Ioseph, Ephraim, Regnum Samariæ, Israel, Bethel, Bethauen appellantur.

*Iudæa.*

*Regnu Israel.*

**Dicunt ei discipuli.**

Audito nomine Iudææ, discipuli non immemores quàm fureret Pharisei in Dominũ, & quoties ipsum lapidibus impetissent, & manus illi iniicere conati fuissent, quum nondũ accepissent Spiritum Sanctum, adhuc pusilli & infirmi, humano ductabantur sensu & prudentia humana, non solum Domino, sed sibi etiam metuentes. Homines dare volunt consilium Deo, discipuli magistro, serui Domino, ægroti medico: dicentes,

**Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?**

Dehortantur Dominum à repetenda Iudæa. **RABBI**, id est magister: captatio est beneuolentiæ à dignitate personæ Christi. **NVNCO** quærebant te, &c. Quasi dicant: Num excidit tibi, quod nuper in porticu Salomonis Iudæi te obruissent, nisi te subduxisses? & nunc ed proficisceris? præsentibus etiam vitæ periculis te ipsum manifestè exponis. Huius consilii causa in discipulis fuit caro & infirmitas, quæ fugit & abhorret crucem. Ratio humana ignorat crucem esse viam ad gloriam: putat gloria ad gloriam eundem esse: pusilli adhuc discipuli (quantum mihi licet ex hoc loco conuicere) existimabant Christum fore carnalem regem, & regnum eius temporale & carnale: vnde mater filiorum Zebedæi (Matthæi cap. 20) dixit, Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuã, & vnus ad sinistra in regno tuo. Volentes itaque discipuli, bene quidem in speciẽ intentione Christum à cruce abducere, ne à tanta dignitate per Iudæos impediretur, consilium dederunt Christo, ne abiret iterum in Iudæam. Non huic absimile est, quod Petrus Christum, prudenter quidem pro sua opinione, admonet, ne se tradat principibus Sacerdotum, Matth. cap. 16. Sed vt dixit Petro, Abi post me Satana, nõ sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominũ: ita hoc loco respondet,

*Apostoli dehortantur Christu à repetenda Iudæa. Crux, via ad gloriam. Apostoloru carnalis opinio de via ad gloria.*

**Respondit IESVS.**

**CHRISTVS** carnalem discipulorum corrigens intentionem, & singulari ænigmate formidinem illorum consolatus, docet ne ex metu vocationem nostram pro Dei gloria, & proximi necessitate urgente, aut negligamus aut suspendamus: quam maturare debemus per totam vitam, & tempus nostræ vocationi concessum: nihilque timendum esse iis qui **CHRISTO** adhærent, qui lux est mundi. Nox inanes habet formidines: dies nescit huiusmodi terrores.

*Vocatio nostra quantum vinitus maturanda. Nox, non autem dies habet formidines.*

**Nõne duodecim sunt horæ diei?**

Diuis Augustinus **CHRISTVM** interpretatur Diem: Duodecim horas, Apostolos: Ipse enim dies est ex die, lumen de lumine: & supra cap. 8, ait, Ego sum lux mundi. Et vt se diem ostenderet, duodecim Apostolos elegit, de quibus nunc dicit, Nõne sunt duodecim horæ diei? Ac si diceret: Vos qui estis horæ diei, quare sic consilium dare vultis? Horæ diem sequuntur, & die moderante peraguntur. Chrysostomus bifariam exponit: Aut nihil esse timendum iis, qui sibi nullius flagitii conscii sunt: aut luce nihil esse timendum: multo minus his, qui Christo (qui lux erat mundi) adhærebant. Præter has pias interpretationes, videtur mihi hic locus esse periphraſis temporis vocationi Christi cõcessi, in quo debuit hic in terris expedire suum officium, vt intelligamus Christum dixisse, Quid timetis, quia mihi Phariseorum terremi? Eamus, nihil adhuc periculi est: nondum enim aduenit tempus mortis meæ. Huc veni, eoquæ spectat meum officium, vt euangelizem: quo nondum

*Diei, Christus. Horæ, Apostoli.*

*Chrysostomus.*



*Dies Christi ho-  
ras habet.*

*Christus cur  
interitum ad-  
versarios fugit.  
Periculis adire  
non nisi in tem-  
pore licet.  
Vita nostra fi-  
nis à Deo præ-  
uisus.*

*Periculis teme-  
re se exponere,  
est tentare Deum.*

*Horæ impiorum.*

*Occasio ample-  
xanda.*

*Soliporum,  
Christus.  
Christum se-  
quuntur, non im-  
pingit.*

completo, nemo mihi vel tantillum incommodi inferre potest. Ut enim duodecim horæ diei sunt, in quibus ambulare & agere homines omnia oportet (nam qui noctu negotia sua agit, facile impingit, quæ die, ubi lumen mundi solem istum videt, non impingat) sic habeo diem meum (hoc est officium suæ ministerii meum) qui suis certis horis finitur. In hoc ergo perficienda sunt quæ Pater mihi mandavit. Exiite igitur omnem formidinem ac timorem vestrum vanum pro me. Hic dies iam inclinatur, nondum tamen cõpleui cursum Euangelii mei. Et quanquam hora iam ferme undecima fuerit, adhuc ambulo in die ministerii mei, & nondum completa est duodecima. Proinde nihil mihi incommodare possunt omnes aduersarii: Respondabit aliquis: Cur igitur Christus interdum fugit, & mediis manibus inimicorum elapsus est? Certè fugit, quod nondum mortis eius hora venerat: & ut doceret nos, ne tentemus Deum, dum nos cuius periculo exponemus: sed iusta & pia media à Deo nobis proposita, tenenda seruandaque sunt, donec cursus nostri ministerii finiatur: cuius & vitæ nostræ corporalis, certus limes & finis à Deo præuisus & circumscribitus est, doctore Iob cap. 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Nam si nostri capilli (res minutissima) in conspectu Dei numerati sunt (Matthæi cap. 10) quæto magis vitæ nostræ momenta & articuli coram Deo numerati sunt? Respondabit aliquis, Ergo securè quibusvis periculis nos obiciemus, quandoquidem à Deo definitus est nostræ vitæ terminus, citra cuius præscriptum nulla humanæ vires nostræ incommodare poterunt. Respondeo: Absit. Quam apud Deum certus, nobis autem incertus sit vitæ nostræ finis: non licet quibusvis periculis seipsum exponere: quasi verò nihil possit obesse ante eum diem præuisum. Hoc re vera esset tentare Deum, & verè Stoicum agere. Est quidem cognitum à Deo vitæ nostræ terminus: sed interim iustitiam ne temeritate quadam nos periculis exponamus, morte nos ipsos afficiamus, & ut prudenti ac maturo consilio utamur mediis ad vitæ nostræ conseruationem, & pericula mortis pia prudentia euitemus. Sed ad institutum redeamus. Non ab simili responso vsus est Dominus, respondens Phariseis dicentibus, Lucæ cap. 13. Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Simili allegoria vsus est, supra cap. 9, Me oportet operari opera eius qui me misit, donec dies est. Passionis diem vocat, potestatem tenebrarum, & horam impiorum. Dies habet suas horas, nec nostro arbitrio fit breuior aut longior. Et ego (inquit) tempus habeo præscriptum, quo negotium redemptionis generis humani peragere debeam, quod Iudæorum malitia non potest anticipare: vnde nihil est quod mihi timeatis. Proinde sicut diei occasio parua est, & facile elabitur: ita & occasio vocationi & conuersationi meæ in terris parua est, & facile elabitur: Quare occasio maturanda est & vrgenda, idque dum est capillata, ne fiat posthac calua. Porro suum illud tempus & aliàs Diè vocat, supra cap. 8. Desiderauit Abraham videre diem meum: vidit, & gauisus est. Theophylactus tempus quod præcessit passionem, vocat diem: & noctem, quo captus est CHRIS TVS. Obserua. Apud nos dies æquinoctialis duntaxat habet duodecim horas: aliis temporibus vel plures vel pauciores. Sed puto horas apud Iudæos fuisse inæquales, semper tamè inter exortum & occasum intercessisse duodecim horas: & noctem, siue longissimam, siue breuissimam, totidem horis fuisse distinctam. Quidam aiunt Dominum voluisse his verbis significare, quod CHRIS TVS duodecim horæ diei sint, sæpe etiam vno die homines animum mutare: eoque fieri potuisse, ut hostes sui consiliu mutassent, quum iam aliquot dies intercessissent: aut certè insinuauit illos nunc non valituros quod antea. Sequentia cum præcedentibus huic interpretationi non mihi accedere videtur: propterea mihi arridet interpretatio, significans Dominum voluisse insinuare se oportere, tempore à Patre definito, opera Patris perficere, non secus atque homines die ambulare, & negotia sua curare.

**Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt.**

Singularis est hæc similitudo sumpta à die, qua tempus officii & vocationis Christi designatur. Quemadmodum qui negotia sua agit die, & vocationem suam exercet, non impingit, quia videt lumen mundi, solem istum: ita quia nondum est nox, id est hora mortis meæ, dumque habeo hoc tempus vocationi meæ & officio meo præscriptum ad cõplenda Patris opera, sequamini me, etiam redeuntem in Iudæam. Vos me duce non impingetis in aliquid impediens, non offendetis, nemo nocebit vobis, quia ambulatis in die, & lucem mundi videtis, id est meipsum,

est meipsum, qui sum lux mundi. Non impingetis ad lapides Iudæorum volentium me lapidare, qui clarè in luce diuina videre poteritis ne impingatis. Illi autem quum cæci sint, & nocte ambulant, facile impingent vel in lapides, vel parietes, aut gradus, &c. Valde consolatorum est, qui fide viua CHRIS TVM, iustitiæ Solem, prospicit, ambulans in vocatione sua, & si carne & aliis Satanæ ministris impetitur, non tamen offendit, non impingit, non peccat, & aduersus carnem ad peccatum sollicitantem vigilat, dicens, Deus, Deus meus ad te de luce vigilo.

**Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.**

Quisquis sublato sole AMBVLAT in nocte, id est si quis opportuno tempore vocationem suam non expedierit, nec curarit officium suum, sed neglexerit, OFFENDIT siue facile impingit, siue periculum patitur, nec id impunè fert. Cur ita? Rationem offensionis addit ab absentia lucis: QUI lux non est in eo. Quasi diceret, Quia sine me nihil potestis facere. Quisquis me absente ambulare volet, impinget, & facile in præceps ruet. Ex superioribus colligamus CHRIS TVM studiosè hæc dixisse discipulis, ut ab illis timorè excuteret, & his significasse, quod quandiu ipse cum discipulis veraretur hic in terris, nihil periculi illis immineret: quum verò sublatus esset ab ipsis, inciderent in pericula, lapidationem, verbera, mortem, & eiusmodi tormenta. Non huic ab simile est quod CHRIS TVS (Marci cap. 2.) Ioannis & Phariseorum discipulis, rogantibus, Quare discipuli Ioannis & Phariseorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Respondit: Nunquid possunt filii nuptiarum quædiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare: venient autem dies quum auferetur ab eis sponsum, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

**Hæc ait.**

Hoc sermone IESVS Apostolis vocationis suæ tempus aperuit, & illorum formidinem mitigauit.

**Et post hæc dicit eis.**

Digressione quadam vsus est Euangelista narrans prædictum illud discipulorum consilium & responsum Christi: qua absoluta, nunc redit ad historiam de Lazaro, aperiens causam professionis Christi in Iudæa. Obserua. Quanquam exauditione illarum sororum pro suo fratre distulerit CHRIS TVS, non tamè amici Lazari & orationis sororum eius est oblitus. Quod valde consolatorium est contra scandalum dilationis.

**Lazarus amicus noster dormit.**

Peruenusta est allegoria, dum mortem vocat somnum, Lazarum mortuum ab infomnio se excitatum dicit: vnde somnum rectius quam mortem, obitum Lazari vocat. Quamquam Scriptura passim siue vt rem tristem per desiquor, id est vrbantatem, eloquatur: siue vt spem resurrectionis significet, mortem quorumlibet somnum & dormitionem vocare solet. Vt enim somnum consequitur experrectio: ita mortem hanc naturam, in nouissimo die resuscitatio.

**Sed vado, vt à somno excitem eum.**

Noua est hæc cantio à seculo nunquam audita. Quæ? Mors non est mors. In ipsa morte vita promittitur. Quis promissor, & vitæ in morte collator? CHRIS TVS: cuius beneficio mors somnus facta est: qui morte sua mortem in somnum vindicauit. Iam quum propter quietem desideret somnus, tantum abest vt timeatur, & mors sit somnus. Quis igitur CHRIS TVM amplexatus, mortem perhorrescet? Ita & Paulus (1. ad Theffalonicenses 4.) mortuos fideles, vocat dormientes. Nolo, inquit, vos ignorare fratres de dormientibus, sicut & ceteri qui spem non habent. Obserua. Hæc promissio vitæ in morte, commendat nobis IESVS CHRIS TVM omnipotentiam. Quis medicorum vnquam quatruiduanum à mortuis suscitauit? Inducant & hæc Christi verba alteram pœnitentiæ partem, viuificationem scilicet. Nolite igitur perturbari, discipuli mei, non redeo in Hierusalem ad ea quæ vidistis imminere pericula: ego iuxta meam vocationem & officium adeo Bethaniam excitandi gratia Lazarum, amicum nostrum, dormientem.

**Dixerunt ergo discipuli eius.**

Exemplum tardæ fidei & ignorantie in discipulis, quo docemur nos non cognituros mysteria & ænigmata Christi, nisi ipso doctore. Obserua carnis genium, quæ verbum Dei

*Impingere.  
Lucis absentia  
causa offensionis.*

*Mors somnus.  
Vrbantitas.*

*Musica nona.  
Mors non est  
mors.*

*Vita in morte.  
Pœnitentiæ pars,  
viuificatio.*

*Fides tarda in  
discipulis.*



non nisi carnaliter, & pro suo captu intelligit. Suspicientes discipuli adhuc carnales, Christum, non de morte sed somno vulgari loqui, Respondent,

**Domine, si dormit, saluus erit.**

Volentes discipuli CHRISTVM à professione reuocare, aiunt, captantes benevolentiam à persona CHRISTI, Domine, non est cur eò te conferas, si dormit: nam dormitio in aegrotis argumentum est reddituræ sanitatis. Timendum certè ne quicquam illi incommodaueris, si illuc abeas. Si enim profuit illi somnus, vt opinamur, excitatio à somno dānosa erit. Sinito igitur illum dormire, SATVS erit, id est nihil habebit periculi, sanitatem recuperabit. Bene enim solemus de infirmo sperare, si dormiat. Toto nisu contendunt discipuli causas professionis rescare, quod à repetenda Iudæa abhorrent.

**Dixerat autem IESVS de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret.**

Hanc ænigmatis interpretationem adiecit Euangelista, vt prodita discipulorum ignorantia, non depondeamus animos, si statim non sumus perfecti, & scripturam aliquam non intelligamus: sed cōsolationem nos infirmi accipiamus, quum videmus eos, qui etiam primitias Spiritus acceperant, subito in cognitione eorum quæ dicebat Christus, non promouisse: quorum animos ipse paulatim præparauit ad miraculi futuri contemplationem. In primis ideo maluit dicere dormientem, quàm mortuum, vt iuxta Scripturæ sacræ cōsuetudinē, ostenderet spem resurrectionis. Dormiunt enim verius quàm mortui sunt, qui reuicturi quiescunt. Nullus enim tanta facilitate posset aliquem à somno excitare, quāta CHRISTVS Lazarum quatruiduanum à tumulo excitaturus erat: Obserua, ILLI autem putauerunt, &c. subaudi, ex ignorantia verborum Christi.

**Tunc ergo IESVS dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est.**

Exemplum philanthropiæ in CHRISTO, ex quo miram accipimus cōsolationem: dum videmus CHRISTVM seipsum explicare, & propositum mysterium nobis ignorantibus enotare. Ne ergo discipulos tādū ignorantia laborare sineret, liberat eos ab ignorantia, dicens, Lazarus mortuus est. Obserua, Christi non postremum officium esse liberari ab ignorantia, & mysteria interpretari.

**Et gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi.**

GAVDEO, nimirum quod illic præsens corpore non adfuerim, dum amicus aegrotat & moritur, idque vestra causa: vt vestra fiducia (quam adhuc imbecillum video) cōfirmetur euidentiore miraculo. Instat enim vt vestra in me fides periclitetur. Obserua vsū miraculorum Christi esse, prouocare ad fidem, & in fide confirmare. VTCREDATIS, supple, me esse verum illum CHRISTVM mundi saluatorem, dominum vitæ ac mortis. Item vt certa fide apud vos statuatis me esse Deum: quia possum Lazarum mortuum excitare, quod nemo hominum per se potest. Item vt credatis me præsto adesse in mediis afflictionibus, & curare omnia pro vestra salute, vobis etiam ignorantibus, vt apertissimum est in Lazaro: qui licet sit mortuus, tamen CHRISTVS de ipso loquitur, de ipso curat & sollicitus est: nec frustranea est sollicitudo. Obserua, QUONIAM non eram ibi. Quasi dicat Christus, alioqui tum liberalem eum à morte.

**Sed eamus ad eum.**

Non ignarus Christus quid discipulos perturbaret, animos adit, & metum lenit, eo argumento quo asserit se non Hierosolymam sed Bethaniam ire, tamen imbecilles adhuc terrebat loci formidati vicinia. Agite ò discipuli, accingite vos mecum itineri, & eamus Bethaniam: quia gloria Patris & charitas ac necessitas proximi sic requirunt.

**Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos.**

Mœstis ac sollicitis discipulis, nec audentibus reuocare Dominum ab instituto, Thomas (qui Græcis dicitur Didymus, Latinis Gemellus) cæteris discipulis meticulosior & imbecillior, ait,

**Eamus & nos, vt moriamur cum eo.**

Hæc non tam fiduciæ quàm desperationis verba videntur. Nam serio ac dedita opera admonet discipulos mortis, dicens: **ET MORIAMUR**. Hoc certè est animi timidi. **EAMVS** (inquit) nos stulti ac insipientes & non curantes propriam vitam, vt moriamur cum eo, scilicet CHRISTO, qui tamen vitam suam non magnificat, nos autem cur ita stulti

*Dormitio, signum sanitatis.*

*Scripturarum sensus paulatim collatus.*

*Officium Christi.*

*Fiducia apostolorum cōfirmata.*

*Thomas.*

*Desperationis verbum.*

stulti effemus? Audito enim Christo, videntur inter se cōsultasse, num prudēter agerent, si se cum Christo manifestis periculis, à Phariseorum turba imminenti bus temerariè & propter homuncionem illum Lazarum exponerent. Aut videntur hæc esse verba animi carnaliter prudentis, de suis viribus in afflictionibus constantiam præsumptis. Id sanè multis, vel (vt dici solet) sub camino, & in circulis colloquentibus contingit: qui dum extra afflictiones & crucem sunt, nihil non magnum persuadent sibi de constantia, si constandum aut in afflictionibus durandū esset: at præsentē afflictione & cruce, aliter & sentiunt & dicunt. Ad hūc modum videtur Thomas cæteris audentior prorumpere, Quid ò condiscipuli, detrectatis Domini iussu? Agite, eundem est cum illo per tela per ignes: etiam si oportuerit nos mori cum ipso, prompti paratque erimus, ne videamur à tam miti & bono præceptore defecisse. Iussit vt cum eo proficiscamur: quando ita illi visum est, vt nos exponat communi secum periculo, parèdum est. Non est optimorum discipulorum relinquere magistrum in mediis periculis. Huic obsequamur oportet, ne arguamur inobediētia. Huic nos contradidimus, sacramentum præstitimus, centuriati sumus: nunc imminenti bus periculis fugiendum non est. Charitatis ratio postulat vt illum sequamur. Hæc verba præ se ferunt præsumptionem quandam de constantia & propriis viribus in subeunda cruce. Simili animo ductabatur Petrus, dicens, Etiam si oportuerit me tecum mori, non te negabo: qui tamē cum reliquis relicto præceptore capto, fugit, & frequenter magistrum negauit.

**Venit itaque IESVS, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.**

Distulit CHRISTVS aduentum suum in tempus manifestadæ gloriæ magis opportunum. Et vt magis ac magis inclaresceret sua potētia, non profectus est cum discipulis in Bethaniam, antequàm Lazarum quatri duo iam sepultum reperiret: ne Pharisei, qui nihil non calūniantur, causari possent stuporem fuisse, non mortem. Id enim aliquoties in moribus nonnullis accidit, vt corpora multis horis consopita, reuiuiscant. Nunc quum mors sit certa, Christus proficiscitur in Bethaniam, vt miraculum faceret, quod vlla ex parte calūniari nemo poterat.

**Erat autè Bethania iuxta Hierosolymā, quasi stadiis quindecim.**

Loci circūstantia insinuat historia. certitudinem ex frequentia Hierosolymitarum, qui faciliè Bethaniam venire poterant. Aberat Bethania ab Hierusalem QUINDECIM stadiis, id est paulominus duobus miliaribus. STADIUM, mensura est continens centū & viginti quinque passus: est itaque octaua pars miliaris. Octo stadia constituunt miliare.

**Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.**

Complures ex cognatis, affinis, & aliis non paucis, multa necessitudine coniunctis, ob loci viciniam, Bethaniam venerant ex Hierosolymis, nimirum officii gratia: vt sorores Mariam & Martham mœstas de fratris decessu, consolarentur. Honoris enim gratia solet hoc beneficii genus diuitibus præstari. Charitatis atque adeo Spiritus Sancti est opus consolari afflictos. Vnde propter id, Spiritus Sanctus, *consolator*, id est consolator vocatur, quod credentes in aduersis soletur. Et Paulus ad Galatas cap. 5. lenitatem, bonitatem, & benignitatem erga proximum, inter opera Spiritus numerat. Huc pertinet quod vulgò dici solet, Rebus in aduersis veri spectantur amici. Signanter Euangelista dicit, multos ex Iudæis eò confluisse ad consolandas Mariam & Martham, vt miraculum habuisse multos testes ac spectatores significaret. Animaduerte hoc loco operum Dei rationem, quæ principio lōge aliud præ se ferunt quàm in recessu & fine præstent. Nam magna Dei providentia complures congregati sunt ad consolandas sorores de Lazari decessu. Et ecce insperatò, & præter suam ipsorum opinionem, sūt resurrectionis Lazari spectatores ac testes oculatissimi. Obserua, Sorores has (quod de obitu fratris dolerēt) non esse à Domino obiurgatas, sed Dominum illis potius fuisse compassum, atque condoluisse, vt sequentia docent. Non enim à nobis frigidam & stupentem, sed viuā & ardētē (quæ viscera exagitet, totòque se corpore exeret) dilectionem Deus requirit. Neque alia fuerit vera hominum hinc agentium dilectio. Hæc non potest non indolere de proximi (quem amat) aduersitate, quamlibet sciat electis omnia cooperari & esse in bonum. Ad hunc modum Paulus (ad Philippenses cap. 2.) gratias agebat Domino, quod Epaphroditum à morte seruasset, ne dolor sibi dolori fuisset.

*Timidi magnificè in circulis de victoria loquuntur.*

*Thomas animosa exhortatio ad sequendū Christum.*

*Stadium. Miliare.*

*Afflictos consolari, opera est Spiritus. Consolator.*

*Operum Dei alia ratio quàm mundi.*

*Fletus ob mortuos non reprehensum.*



Catabaptistarum  
error.  
Lachrymæ pro  
mortuis commē-  
data.

set adiunctus. Huc pertinet quod Christus verus homo non continuit, quin obortis lachry-  
mis excidium Hierusalem deploraret, quam sciebat tamen iusto Patris iudicio excinden-  
dam. Facessant igitur hinc Catabaptistæ quidam, qui nullum luctum, nullas lachrymas pro  
mortuis vel aliis fratribus afflictis ferunt. Colligamus ex his quod Christiana religio luget  
mortuos, & pro fratrum afflictione fert lachrymas, sed modestè. Huc pertinent quæ Paulus  
scribit I. Thessalonicen. 4. ad cōsolationem eorum qui mortuos lugent. Vide (si iuuat) locū.

**Martha ergo vt audiuit quia IESVS venit, occurrit illi.**

Viua fidei & charitatis exemplum in Martha legimus, quæ aduentantē & castello pro-  
ximum esse CHRISTVM audit. Hic auditus de IESV, causa est fidei. Roman. 10. Fides  
ex auditu, auditus autem per verbum. Sequitur ipsius viua fidei effectus: negotiosa enim  
est, & otii nescia. Quid? Prodit obuiam CHRISTO. Hic occursum est effectus fidei, quæ  
de CHRISTO præsidium & fratris mortui exultationem persuasit.

**Maria autem domi sedebat.**

Martha sedula.

Quod sederet Magdalena domi, nec prior recessisset Dominum aduētare, insinuat Mar-  
tham sedulitate quadā obambulasse, dum audiuit aduentum CHRISTI. Maria sedebat do-  
mi ignara fortassis aduentus Domini, alioqui & ipsa obuiam iussit Christo. Nam vt sequē-  
tia docent, vbi primum audiuit Dominum adesse, statim surgit & venit ad eum.

**Dixit ergo Martha ad IESVM.**

Quum venisset Martha in conspectum IESV, bona spe concepta de suscitando fratre  
suo, & ad vitam reuocando, reuerenter IESVM flebili voce salutauit, dicens.

**Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.**

Martha ad Ie-  
sum.

A persona & dignitate CHRISTI, Martha captat beneuolentiam, conficiens, Domi-  
ni voce, Christum esse potentem, sed adhuc imbecilla fide, quæ non credit CHRISTVM  
etiā absentem posse fratrem sanitati restituere. DOMINE, inquit, nisi hinc abfuisses, fra-  
ter meus non esset mortuus: nam facile morbum dicto depulisses. Hæc enim sunt verba infir-  
mæ ac modicæ fidei, similiter & prudentiæ carnalis, quæ iuxta aliquod mediū ad finē opta-  
tū ratiocinari solet: quo amisso, statim de fine desiderato desperat. Sic enim ratiocinari vi-  
detur: Si præsens fuisset Christus, mortē euasisset frater meus: sed præsens nō erat: ergo ser-  
uare fratrem non potuit. Quasi vero Dominus certis quibusdam mediis à carnali prudentia  
excogitatis & conceptis, potentiam suam alligauerat, & non potius ea media sibi libera ser-  
uarit, vt hoc vel illo medio suam potentiam manifestet, & bona sua distribuat.

Videl infirmæ  
verba.

Ratiocinatio  
humana de po-  
tentia Christi.

**Sed & nūc scio, quia quæcūque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.**

En pie, lector, vide quid suggerat Martha, Spiritus CHRISTI: illius fidem sensum  
excrescere vides. Verba enim declarant nihil dubii esse de præsidio Christi. Potuisses quidem  
(ait) Domine, si præsens fuisses, verbo morbum depellere, & incolumem reddere fratrem  
meum: quanquam ne nunc quidem res est omnino extra spem. SCIO ENIM, id est hæc  
est mea fides certa & indubia, quod quicquid à Deo poposceris, nihil tibi sit negaturus,  
etiam si mortuo sepultoque vitam poposceris. Obserua. Nō ait, Sed & modo rogo te vt fra-  
trem meum resuscites: sed ET NUNC SCIO, &c. Temperatis verbis animum suum mul-  
to mœrore pressum aperit & proponit, dicens, Scio quia potes, si vis facis: vtrum autem fa-  
cies, iudicii tui est, non meæ præsumptionis. Sed hoc certissimum mihi est, quod Deus ni-  
hil tibi denegaturus est. Aduerte huius sanctæ mulieris prudentiam: nihil aliud quàm Spi-  
ritum ipsum exerentem, quæ in rebus etiam desperatissimis in solam Domini manum respi-  
cit, non intenta modò mediis humanis, in morte (vbi nihil sensus est) credit vitam.

Fides Martha.

**Dixit illi IESVS.**

Ea est CHRISTI humanitas, vt fidenti facile se præstet & colloquatur. Vnde commē-  
datur viua fidei potentia à sua efficacia, quæ est facere vt Christus loquatur & respondeat.

**Resurget frater tuus.**

Hæc verba sunt promittentis vitæ, etiam in morte: sed quod non apertè respōdet Chri-  
stus se nunc suscitaturum Lazarum, id consultò fit: nimirum vt Martha fidem probet. Solet  
enim exauditionis dilatio, ad probationem fidei spectare. Non respondit CHRISTVS,  
Ego petam à Deo, & dabit mihi: sed medio quodam verbo vitur, RESVRGET, &c.  
sua potentiam satis obscure significans, quam paulò post clarius aperiet. dicens, Ego sum  
resurrectio & vita: omnibūque conspicuam opere & Lazari suscitatione manifestabit. R E-  
S V R G E T

Exauditionis di-  
latio, probatio  
est fidei.

SVRGET frater tuus. Ac si diceret, Bono animo esto, reuiuifcet frater tuus.

**Dicit ei Martha.**

In ipsis etiam piis fides nunc maior, nunc minor, nunc perfectior, nunc imperfectior,  
nūc firmior, nunc infirmior videtur. Huius vacillantis & variæ fidei exemplum hic locus  
aperit. Nam promissio CHRISTI, animo Martha adhuc non erat satis, audito Christo  
Lazarum suscitandum promittenti, vacillat aliquantulum, non potens non timere. Vereba-  
tur enim ne quemadmodum ambiguo responso, Hæc infirmitas non est ad mortem, delusa  
est (adit reuerentia verbo) ita nunc quoque timeat ne sub his verbis, Resurget frater tuus, la-  
teat aliquod ænigma, quod spem ipsius eludat, dicit.

Fidei gratia.

**Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.**

Fidem suam adhuc imbecilem Martha prodit, nihil præter communem sortem cogi-  
tans & expectans. Quum tamen vera fides non dirigat oculos suos in communem naturæ  
cursum, sed in verbū promissum, SCIO (inquit) quod reuiuifcturus sit frater meus, non iam,  
sed in nouissimo die, quādo resurgemus omnes. Plerique Iudæi, præsertim qui erant factio-  
nis Pharisæicæ, credebāt futuram resurrectionem, Sadduceis illam non recipientibus: Mat-  
thæi cap. 22. Obserua Martha ignoratiam laborasse: quæ rebus præsentibus tantū inhians,  
non capit sensum Christi. Item sua fide & respōso declarat se ita luxisse fratrem suum mor-  
tuum, quod tamen crediderit eū aliquando reuiuifcturū. Rogabit aliquis: Vnde hæc mulier vl-  
timam omnium resurrectionem didicerat? Ex Prophetarum lectionibus & continuis Chri-  
sti sermonibus de resurrectione. DIEM nouissimū vocat, diem vniuersalem, quo omnes  
oportet sibi ante tribunal Christi.

Fides promissio-  
nem respicit.

**Dicit ei IESVS.**

Quum Martha mulier, adhuc esset mulier & imbecilla, voluit Christus fidem illius ex-  
citare, & eiusdem mentem quodammodo mortuam suscitare, regēs cum illa donec mulieris  
de se fiduciam & opinionem paulatim ad maiora prouehat, seque apertius declarat eum es-  
se, qui non solum à Deo precibus impetrare possit vitam mortuis (quod & viros sanctos  
fecisse Sacra prodiderit literæ) sed etiam ipsum fontem simul & authorem vitæ omnibus  
datæ & reddendæ, nihilque prorsus timendum esse iis, qui in se fident: propterea quod  
vitæ necisque potestatem habens, credentibus in se dat vitam, quam nulla mors lædere po-  
test, quum nihil dominii in illam habeat. Roma. cap. 6. Mors illi vltra non dominabitur.  
Mors quidem temporalis accedet, sed nihil lædere potest adhærentem fonti vitæ.

Martha mulier,  
adhuc imbecilla.  
Christus seip-  
sum Martha  
declarat.

**Ego sum resurrectio & vita.**

Valde emphaticè pronuntiandum est, EGO. Ego inquam & non alius, qui quantumuis  
videar Pharisæis & eorum affectis abiecta & contempta persona, sum tamen Resurrectio &  
vita. Et quia vita, ideo resurrectio. VITA quidem meapte natura qua viuo, & vera sum  
RESURRECTIO, qui meipsum excitaturus sum. Ab ipsis etiam effectis vita & resur-  
rectio dicor, qui omnibus viuentibus vitam impartior, & vim resurgendi consero. Propter-  
ea ego sum Deus, atque ita virtus mea nullo circumscribi potest loco, sed tam absens quàm  
præsens sanare, viuificare & suscitare possum non modò tuum fratrem, sed & quos volue-  
ro. Huc pertinet quod ait Paulus I. Corinthiorum, cap. 15. Quoniam quidem per hominem  
mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in  
CHRISTO omnes viuificabuntur.

Christus resur-  
rectio & vita.

**Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.**

Declarat CHRISTVS modum quo nobis donat resurrectionem & vitam, quæ sunt  
optima & maxima dona. Quid nobis prodesset scire CHRISTVM esse resurrectionē &  
vitam, nisi nobis talis esset, & talem se nobis præstaret, ac esse vellet? Hæc quum velit & fa-  
ciat, ostendit quibus rebus sit nobis resurrectio & vita. QUI CREDIT in me. Ac si di-  
ceret: Viua fides, est mediū quo apprehenditur vita & resurrectio. Nam viua fides vim mor-  
tis & resurrectionis Christi habet. Nam sic credens adhæret CHRISTO, & est CHRIS-  
TI. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiiis, & concupiscen-  
tiis. Quomodo? Sicut CHRISTVS morte sua reliquit infirmitates nostras indutas, &  
affixit cruci chirographum & exolutionē pœnæ peccato nostro debitæ: quam loco nostro  
tulit & soluit: ita audito verbo promissionis, concipis id verū esse: postea ex animo adhæ-  
res Christo promittenti, & te totum illi consecras. Hæc est fides viua, qua exuis veterem  
Adamum seu renūtiās peccato, seipsum abnegās, & per hanc fidē viua mortificas teipsum,  
seu crucifigis carnem tuam, cum vitiiis & concupiscētiis, referēs illa in crucē CHRISTI,

Medium quo  
Christus nobis  
est resurrectio  
& vita.



Mors duplex.

qui hoc modo tollit peccatum tuum, & suo liuore te sanat. Mores ipse peccato cum Christo mortuo ipsi mundo pro te, & resurgis cum eo, id est id beneficii ex morte & resurrectione eius consequeris per fidem viuam. Resurgens cum Christo, eundem induis, filius Dei diceris, & es, & in te uiuit Christus: cuius gratia omnia in te fructificat. Credens igitur in Christum, etiam si mortuus fuerit, uiuit, uiuetque in aeternum. Duplice morte Dominus (Matthaei cap. 8.) aperuit, dum cuidam differenti eum sequi, & dicenti, Eam prius sepelire patrem meum: Respondit, Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos: tu ueni, sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus: erant ibi & mortui mortui sepulturi. Ille mortuus in carne, illi in anima. Unde mors in anima? (quaerit Augustinus) quia non est fides. Unde mors in corpore? quia non ibi anima: ergo anima tua, anima, fides est. QUI CREDIT in me, id est qui mihi per fidem viuam adhaerit, etiam si corpore mortuus fuerit, UIUET, in anima, donec resurgat, & caro nunquam postea moriatur: hoc est, Qui credit in me, licet moriatur, uiuet: etiam si mortuus fuerit in anima per peccatum, credens uiuet. Nam Ioannis cap. 5. Christus ait, Amen amen dico uobis, uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filii Dei: & qui audierint, uiuent. Magna est haec fidei uiuae efficacia & commedatio, quae etiam mortuo uitam impetrat. Obserua. UIUET, nam uiuere, effectus est uiuae fidei.

Vita effectus fidei.

Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum.

Viuet &amp; non mori in aeternum.

OMNIS siue Iudaeus, siue Graecus, siue seruus, siue dominus, siue masculus, siue foemina, QUI UIUIT, in carne, & credit in me: id est, abnegato vetere homine, sese totum mihi contradit & fiducia adhaeret, NON morietur in aeternum: etiam si corpus ad tempus exanime conuiescat. Ad tempus quidem moritur, propter mortem carnis: sed non morietur in aeternum, propter vitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis. Credentibus CHRISTVS vita est, quibus uiuit, nec alia uiuunt vita. Galat. cap. 3. Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Ad Roman. cap. 6. Ita & vos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in CHRISTO IESU. Iam quia Christus sit aeternus, & in ipsum transformetur credentes, in quo sunt noua creatura, oportet & credentes aeternos fieri, & in aeternum non perire, sed aeternum cum aeterno uiuere. QUIS pro omnibus CHRISTVS sit uita & resurrectio, & fide uiua credens recipiat hanc Christi benedictionem, qua non moriatur in aeternum: Tu quisquis es, quid times? Fide uiua excutis omnem timorem. Si mortem times, crede in CHRISTVM, vitam habes: si poenam inferni & aeternam formidas, crede in Christum, qui liberat te ab omni tyrannide inferni. Obserua. Coniungens (UIUIT & CREDIT) insinuat perseverantiam in fide uiua. Non satis est in Christum credideris, nisi & in finem perseveraueris, ut fructibus uiuae fidei doneris. Cauendum igitur, ne tam eximium donum (quod est fides uiua) a nobis repellamus.

Christus prior uita.

Perseuerandum in fide.

Credis hoc?

Credendum an sequam oremus.

Non interrogat CHRISTVS ueluti nescius fidei Marthae: sed hoc interrogato urget & prouocat illam ad credendum profitendumque altiora quam dixerat. Quasi diceret: o Martha, nihil facio fidem dubio admixta, vacillantem, & quae nihil firmi habeat. Te oportet credere antequam ego operor. CREDIS igitur? id est apud te certo statuis uerum esse hoc: scilicet quod qui credit in me, uiuet: quodque sum resurrectio & uita, & credentes in me uiuifico, non morituros in aeternum? Obserua credendum esse antequam putes te exaudiri: praecipua enim orationis pars, est fides.

Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es CHRISTVS Filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.

Martha fides de Christo.

Quam intus coeperat fidem, foras emittit, & professus est quam magnifice de illo sentiret. Voce, DOMINE, potentiam Christi fatetur, credens Christum iuuare posse, & uitam dare ut non moriamur. Graecis est *πιστευω*, id est credidi. Significare enim uidetur se pridem credidisse, hoc est agnouisse quod Dominus CHRISTVS, ille Filius Dei esset quem uenturum in mundum, ut omnia instauraret, expectauerant. EGO CREDIDI, scilicet iam uerbo tuo adiuta, ut causa meae fidei, QUOD TV ES CHRISTVS Filius Dei, id est quod sis resurrectio & uita, quod sis Deus cum Patre Deo, quod des uita & non mori in aeternum. Haec omnia paucis complexa est, dicens, EGO credidi quia tu es Christus, &c. Simili confessione usus est Petrus, Matthaei cap. 16, TV ES CHRISTVS Filius Dei uiui: tu es CHRISTVS siue Messias Rex & Sacerdos. Rex quidem ad regendum & defendendum, qui Dominus & uictor sis peccati, mortis & inferni. Ob id enim promissus est Messias, ut uincat omnes

omnes aduersarias potestates, quae sunt in caelestibus. Gene. cap. 37. Semen mulieris conteret caput serpentis: hoc est, CHRISTVS conteret caput Satanæ, qui dominatur in hoc mundo per peccatum, afflictiones, mortem, & infernum: quae omnia per CHRISTVM deuicta sunt. Ioan. cap. 17. Nunc princeps mundi eicietur foras. TV ES CHRISTVS, hoc est, Sacerdos ille magnus secundum ordinem Melchisedech, ad interpellandum pro nobis coram Patre Deo. FILIVS DEI: id est, Credidi, credoque, quod Deus sis aequalis Deo Patri tuo: QUI IN hunc mundum uenisti, id est, qui aeternus es, tu tamen tempore factus es homo, id est saluator & uiuificator mundi, id est hominum. Eo enim huc uenisti, siue eo factus es homo, ut saluares & uiuificares mundum. Summa horum, haec est: Ego credidi te esse illum Messiam, Filium Dei uiui, qui promissus a Prophetis ac multis iam seculis expectatus, ueneris in mundum.

Semen mulieris. Caput serpentis.

Et quia haec dixisset, abiit, & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens, Optima discipula facta, nunquam certa ex fide persuadens sibi resurrectionem fratris, iussa est redire domum, ac Mariam sororem accersere. Relicto itaque IESU, & sedato luctu, alacri animo bonae spei pleno, ne sola CHRISTO fruatur (quod charitatis exemplum est in ipsa) domum properat, & ne importuna iudicaretur propter circumfudentium turbam, clanculum illam seuocat, eique in aurem omnium desideratissimam rem insusurrat. Obserua in Martha uerae fidei & charitatis exemplum: statim exierit fidem suam, & quod intus credit, foris ad suam & aliorum salutem confitetur.

Charitas Marthae.

Magister adest, &amp; uocat te.

Magni gaudii nuntia est Martha. Ut merori & tristitiae absentia Christi fuerat, ita & praesentia Christi dolorem lenit, & gaudium ac laetitia affert. Soror, ait Martha, is cuius doctrinam profitemur, & quem ut Dominum habemus, adest, & accersit te.

Illa ut audiuit, surrexit cito: &amp; uenit ad eum.

Audito uerbo, statim credit, fides enim ex auditu est. At quum uiua fides otii nesciat sit, surrexit cito, & uenit ad eum. Hi sunt uiuae fidei effectus, Surgere, & uenire ad Christum cito. Vox, CHRISTO, ostendit promptitudinem Magdalene ad sequendam fidem, nihilque posuisse in consultationem ac deliberationem cum carne & sanguine, an eundem esset ad Christum: sed cito credit, & credens abijt quod iussa est. Non ab simile exemplum legitur de Abrahamo. (Gene. 12.) qui ad uerbum Dei de profectioe ex Mesopotamia in terram Chanaan, statim acquieuit fide. Proinde uidetur mihi ex aduertu praecceptoris & alacri Marthae uultu, concepisse Maria non nihil bonae spei de suscitacione fratris, tamen iam sero aduentarit Christus. Absque mora itaque surrexit occursum Domino, antequam domum ingrederetur.

Fides effectus, surgere &amp; uenire ad Christum. Abrahae fides.

Nondum enim uenerat IESVS in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha.

Tardius ibat Dominus, ne properare uideretur ad miraculum. Expediebat enim ad miraculi prodendi dispensationem, adesse multos, priusque a sororibus exorari, quam facere tam rarum miraculum, quo multi ad fidem accersendi erant.

Iudaei ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quum uidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, sequuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

Obseruandum est ex his, quomodo singula fiebat: mirae occasiones: Dum multi Magdalenam comitantur ad sepulchrum, nihil de miraculo cogitant, & tamen sunt per occasionem testes & spectatores miraculi: tamen gratia officii inuississent Mariam ob priuata amicitiam, tamen nunquam fuissent illam comitati, si intellexissent illam iuisse obuiam IESU, quem oderat. Sed dum uident illam tanta celeritate surrexisse, & domum exiisse, comitantur illam, suspicientes quod erumpente uel doloris, proficisceretur ad monumentum, fatiatura merore animi, lachrymis. Isti Iudaei opinantes Mariam ad monumentum ire, uerum mundi genium exprimunt: qui quum uidet pios in afflictionibus & molestia, existimat illos a Domino esse derelictos, ipsorumque conatus non alio tendere, quam ad fletum & lachrymas: quum tamen ipsi pii in afflictionibus & molestiis patienter durat, interimque per ipsas afflictiones, (quibus ueluti aurum in fornace probatur,) ad summam consolationem & liberationem ab oculis mundi abscondita, penetrat, 2. ad Corinth. 6. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, & c. sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam

Mundi genus.

Dei opera secus quam ex mundi opinione.



nihil habentes, & omnia possidentes. Israelitæ videbatur per desertum, in deserto deserti ire, sed penetrabant per deserti afflictiones in terram lacte & melle fluentem. Ioseph in lacu, venditione, & carcere derelictus videbatur, sed per hæc ad magnam gloriam euehebatur. Visus est Abel Caino extinctus per mortem, sed sanguis eius per mortem in cælum clamavit: visus est CHRISTVS Iudæis in horrendas inferni tenebras morte sua abiisse: sed adeo non fuit tenebris captus, vt etiam per illas in summam perueniret gloriam, & ad dexteram Patris, mortem deglutiens penetrarit, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus. Sequuntur ergo Iudæi Mariam lachrymantem, aliò respicientes quàm illa, Domino intactè rim tacitè suum opus exequire, cuius ex insperato Iudæi testes fiunt.

**Maria ergo quum venisset vbi erat IESVS, videns eum, cecidit ad pedes eius.**

*Magdalena feror.*

Ardentior feruentiorque Martha sorore, videtur esse Magdalena, quæ nihil assidentium turbam verita est, vnus quem vnice amabat, honori intendens, relictis vicinis, amicis, & proximis (inter quos non pauci osores IESVS erant) propter vnicum Christum festinans, progreditur: progressa, reperit IESVM: repertum, procidens ad pedes adorat: adorans, animi mœrorem frangit ac lenit. Nondum Christus oppiduli mœnia ingressus erat, in eo erat loco vbi Marthæ fuerat obuius. Consulto & non sine Dei prouidentia illic steterat, quod locus edendo miraculo idoneus non procul abesset à monumento, quod pro sepeliendorum more iuxta viam publicam constructum erat.

**Dixit ei.**

Luctus & lachrymarum plena, ad pedes IESVS procumbens, eisdemque amplexans & deosculans (apud quos aliquando veniam impetrauerat) lachrymabili voce ait,

**Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.**

*Vera fides de Christo. Christus æque potest absens corpore atque præsens.*

Captata beneuolentia à persona Domini, quem voce DOMINE, potentem confiteatur, eadem fide, qua foror eius, animum suum aperit. Insinuat enim hæc oratio Mariam credere Christum præsentem à morte seruare posse, absentem verò non posse: quum tamen vera & firma fides credat, certòque statuatur Christum esse ita potentem medicum, qui eadem facilitate & præsens corpore & absens, quovis etiam tempore seruare potest. DOMINE, &c. Quasi diceret: Domine, dum tuæ gratia præsens fuisti, nihil nobis incommodatum est: successerunt omnia feliciter & pro animi nostri sententia: neque morbus, neque ægritudo aliqua, neque mors domum nostram inuasit. At vbi primùm abscessisti, morbo correptus est meus frater, amicus tuus, & tandem obiit, iam quatruiduanum agens in sepulchro. Si in tempore hæc adfuisses, neque obiisset, neque tam miserabili luctu, & tam mœstis lachrymis perfunderemur.

**IESVS ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea, plorantes.**

Quum tempus & locus instaret, re ipsa præstandi quod Marthæ Dominus promiserat, nihil philosophatur cum Maria, quam videt totam esse in luctu, Iudæos item lachrymis madidos, multoque mœrore affectos, qui illam comitabantur: sed cœpit ipse vehementer dolere & tristari, vt docet Euangelista, dicens,

**Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.**

*Christi gemitus*

*Nature affectus.*

*Infremuit Christi.*

*Nonnus.*

*Peccati potentia.*

Neque colloquitur Mariæ, quemadmodum Marthæ, neque quicquam pollicetur: sed ingemuit spiritu, & semetipsum turbauit, manifestans se verè assumpsisse naturam humanam: idque manifestum facit naturæ huiusmodi affectibus, horrore spiritus, & animi perturbatione, vultu, oculis, totòque corporis habitu expressis, non ex carne concupiscente aduersus spiritum consurgentibus, sed ex spiritu & rationis arbitrio. INFREMITVS ille, erat ardentis animi ad arduum opus aggrediendum: TURBATIO autem ad tristitiam & cõmiserationem spectabat. Nonnus sic interpretatur, *ἡ δὲ μάταια παρὰ τὸν ἀπὸ δειδνημένος* id est spiritu Paterno commotus: vt intelligamus Christum infremuisse secum aduersus potentiam peccati, mortis, & inferni, qua maxima tyrannide omnes homines ab exilio Adami à Paradiso pressi erant. Turbatur itaque tum, quod hac tyrannide multæ perirent animæ, tum ob inueteratam illam Iudæorum incredulitatem, qui corporis mortem flebant in amico, quum ipsi secundum animam æternæ morti essent obnoxii, nec deplorarent semet ipsos. Ab hac igitur morte, magnopere Dominus cupiebat omnes homines resuscitari ac reuiuiscere,

reuiuiscere, indignè ferens in multis perituram doctrinam, miracula, & mortem suam. Quid putas faceret pater aliquis multos habens filios, quos sana doctrina & bono ac sancto exemplo docuit, si videret alium sua malitia se præcipitem dare in ignem, alium in puteum, alium in laqueum, alium lapidibus obrutum iri: ingemisceret profecto, & semetipsum turbaret. Hæc nos docent quanta sit IESVS: CHRIS TI philanthropia & humanitas erga genus humanum, qui neque mortem fecit, neque illius auctorem se voluit, non gaudet perdizione viuorum. Vnde cantat. Dauid Psalmo 29, Quoniam ira (id est mors) in indignatione eius, & vita in voluntate eius: ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum læticia. Quum igitur audiamus hoc loco Christum fremere aduersus omnium aduersitatum tyrannidem, bono animo simus in mediis etiam aduersitatum fluctibus: præcipue in horrore mortis confidamus, & Christum fide viuam amplexemur: qui fremens, nos defendet, ne aduersariæ potestates nobis incommodent, quas & odit & aduersatur. Facessant igitur à piis & credentibus mors & infernus. Constare enim non possunt coram credentibus, quos Dominus oderit: quandoquidem non est vlla creatura quæ Deo resistere possit. Respondebant aliquis, mortem esse bonam Dei voluntatem, ipsamque in morte Christi declaratam fuisse. Respondeo: Deus irascitur & aduersatur morti perdicionis, quod perditio sit, facit tamen morti vt pium siue credentem in vitam per mortem vindicet. Succenset enim & irascitur morti perdicionis, ne credentem & peccatorem perdat, quem amat vt respiscat & viuat: Ait enim in Ezechiele, capite 18, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Obserua: Valde hic locus cõsolatur pios & credentes, quum audiunt Christum nostra miseria & calamitate affici, eundem experiri miseras & calamitates nostras. Ad Hebr. cap. 2, Semen Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus simulari, vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

*Simile.*

*Piorum cõsõlatio.*

*Mors duplex.*

*Infirmities Christi.*

**Et dixit.**

Pacata tranquillaque voce loquutus, cohibuit fremitum illum & turbationem, in cuius potestate erat, sic vel sic affici: sicut mortuus est, quia ipse voluit, & mortem ad se venire permisit, vt non solum doceret nos & terminos & modum tristitiæ ac mœroris ponere, sed etiam non oportere Christianum huiusmodi affectibus animi succumberet, aut ab his quæ pietatis ac virtutis sunt, auocari.

*Affectibus non succumbendū.*

**Vbi posuistis eum?**

Sciebat sepulchrū & locum (quem nihil latere potest:) sed interrogat, vt omnem suspicionem fuci à miraculo secludat. Hæc interrogatio germanum est Euãgelii verbum. Quætere vbi sumus positi, primus est gradus ad salutem nostram.

*Salutis nostre primus gradus.*

**Dicunt ei, Domine, Veni & vide.**

Tacentibus præ nimio animi mœrore, & lachrymarum copia perfusis Maria & Martha, cognati respondēt Domino, DOMINE, veni & vide. Captare beneuolentiam voce, Domini, à persona Christi, signum est aliquod fidei in ipsis: salutant enim Christum, vt potentem. Verba VENI & VIDE, insinuant monumentum non procul abesse, quasi iam illinc viderent, & digito monstrarent. Obserua: vt isti ostenderunt locum mortui, ita nostrum est quærenti Christo non cælare, sed ostendere miseras & calamitates nostras, vt nostri miseretur. Nam verbo VIDE, insinuat misericordia: videt enim Dominus, quando miseretur. Vnde dictum est Domino, Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.

*Videre, verbū.*

**Et lachrymatus est IESVS.**

Lachrymæ indices sunt in Christo, magnæ philanthropiæ, & quomodo erga nos sit affectus, & quàm velit nostris infirmitatibus & miseriis rectè consultum esse. Commonstratum sepulchrum renouatio est doloris & commiserationis de amico mortuo. Præcesserant fremitus & perturbatio, quæ signa erant doloris in animum irrupentis. Quum ab animo victo & superato prodeunt lachrymæ, sunt veluti sanguis. At Christi lachrymæ nõ à fracto & victo animo exeruntur, quæ re vera indices & signa erant, vt certo statueremus ipsum verum & non phantasticum fuisse hominem: simulque doceremur nõ impium esse, si amicorum mortem, moderatis lachrymis defleuerimus. Nam absque compassione & lachrymis esse, ferinum & brutale est: immoderatè autem lachrymari, plorare, & contristari, muliebre. Hanc doctrinam confirmant Acta Apostolorum: Mortuo enim Stephano,

*Lachrymæ Christi.*

*Mortè deflenda.*



fecerunt planctum magnū super eum. In morte Aaron, fleuit populus, Numeri cap. 20. Rur-  
sus defuncto Moſe, Deuter. cap. 34. Proinde ſuis lachrymis moſtrauit potius animæ quàm  
corporis mortem deſendam, quam tamen homines non pauci nec horrent nec deplorant.  
Obſerua. Magnam piis hæc afferunt conſolationem, quum audiunt ad noſtras lachry-  
mas **C H R I S T V M** lachrymari. Vnde ſignum eſt **C H R I S T V M** noſtra miſeria affici,  
& erga nos bene affectum eſſe.

**Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.**

*Ecce.* Aderant Iudæi, quorum pars credebat **I E S V M** tam vehementer affici ob mortem a-  
mici Lazari. **E C C E**, attentionis particula eſt, **Q U O M O D O**, id eſt quàm vnice, &  
quàm vehementer amabat eum Lazarum, non conſanguineum, ſed multa neceſſitudine &  
familiaritate coniunctum, vt etiam lachrymetur pro eo.

**Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic, qui aperuit  
oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?**

Pars reliqua Chriſti lachrymas in calumniam vertebat, vellicans & obſcurare ni-  
tens cæci illuminati miraculum, quum illud admirari debuiffet. Hi typum gerunt eorum  
qui, quum vident Deum ſemel & iterum iuuare, nec ſemper atque vbique quando ipſi vo-  
lunt & præſcribunt, incipiunt & addubitare & diffidere de potentia Dei, ſequentes hu-  
manæ rationis iudicium: cuius hæc ſunt ratiocinationes, Chriſtus non liberauit Lazarum  
à morte, ergo non poteſt illum ſuſcitare. Nōne nuper aperuit oculos cæci mendici, cum  
quo nihil illi erat familiaritatis? cur igitur non egit cum Lazaro, quem vnice amabat, vt  
non moreretur tantus amicus? Si ita placitum eſt illi, vt non ſeruaret eum à morte, cur igi-  
tur illum nunc deplorat, & tanto mœrore ac tanta lachrymarum copia intempetiuum a-  
morem teſtatur? Si non potuit id quod facilius eſt, nimirum ægrotum in vita retinere, quod  
frequenter facit medicus, quomodo id quod difficilius eſt præſtitit, cæco nato aperire o-  
culos, quod à condito mūdo non eſt auditum? Diſcamus ex his ferenda eſſe diuerſa homi-  
num iudicia de noſtris recte factis: nunquam enim deerunt aduerſarii & calumniatores:  
ſemper ſuum Cainum pius Abel habebit. Hoc dum etiam hodie ob oculos videmus, & ne-  
minem adeo piū eſſe qui malorum calumnias effugere poſſit, in hoc ſolūm intenti eſſe  
debemus, vt vitam noſtram vocatione dignam, iuxta verbum Dei ducamus, tranſiga-  
mūſque, interim calumnias malorum ortas ſurda aure tranſeuntes, certo apud nos ſtatu-  
entes ipſos calumniatores conſuſum iri, pœnāſque luituros nunquam interituras. Rogā-  
bis, Quare impii opera diuina tam vehementer auerſantur? Reſpondeo, Quia ſola ratio-  
ne humana & carne ductantur, quibus opera Dei ſtulta apparent: ſed quæ nouiſſimè  
fiunt, magnificentiora. Hic locus rem totam aperiet. Vides Chriſtum conſuere dum ex-  
peccat miraculum: fuit Lazarum ægrotare, languere, mori, ſepeliri, interim indignatur  
Satanæ, infremit & collachrymatur. Hæc omnia ridicula & plane diuerſa ei quod dixerat,  
(Hæc infirmitas non eſt ad mortem: & Reſurget frater tuus,) putat caro, & humana ratio:  
ſed dum caro calumniari contendit, confunditur prodito maniſteſtiore miraculo. Vnde vi-  
dere licet non ſolum Dominum, ſtultè quidem iuxta rationis humanæ iudicium, opus in-  
cepiffet vt ſapientiſſime & magnificentiſſime abſoluat, ſed etiam nunquam deſerere ſuos  
etiam in mediis periculis, quos non vno momento, ſed ſenſim ac ſenſim ad gloriam euehit,  
tametiſi principio carni videatur Dominus ſuos deſeruiſſe, & ſtultè agere. Ad hunc modum  
non iſtu oculi & momento vno Dominus Iſraelitas traduxit ex Aegypto ad terram Ca-  
naam fluentem lacte & melle, ſed per mare, per deſertum, per varia diſcrimina rerum, vt  
ex opere ſtulto (iuxta carnis opinionem) incœpto, opus Dei glorioſius fieret. Similiter  
& Dauid non vno die ab ouibus ad regiam euectus eſt: ſed antea perſequutionem à Saūle,  
à ſatrapis Philiſtinorum inuidiam, calumnias & multa huiuſmodi perpeſſus eſt. Quæ o-  
mnia conſolantur piis in afflictionibus durantes, qui quum fide vident credentem variis  
periculis à Domino obiectum, ac poſtea ereptum, laudant Dominum, qui ſuos in quolibet  
magnis periculis exiſtentes, nunquam deſerit, quibus ſemper præſto eſt, quanquam aliter iu-  
dicet mundus cum ſuis impiis.

**I E S V S** ergo rurſum fremens in ſemetipſo,  
venit ad monumentum.

Quum **C H R I S T V S** monumento iam vicinus eſſet, quod doceret non ſolūm ſuæ  
carnis

carnis veritatem, id eſt ſe verum eſſe hominem, ſed etiam quàm horreret ſtatum hominis in  
peccatis inueterati, & calumniam Iudæorum (qui non ceſſarent calumniari opera eius, & ca-  
nino dēte ea rodere ac mordere) rurſus infremuit, ac ſemetipſum turbauit. His paſſionibus à  
ratione & ſpiritu ſuo excitatis, aperit Dominus in ſe imaginem rei, quam in nobis peccati  
aſſuetudine preſiſ, & Lazaro ſepulto figuratis, oportet exhibere, ſi velimus à malis (quibus  
diu aſſueuimus) reſpiciere. Magno ſanè fremitu, hoc eſt magna pœnitidine, magniſque la-  
chrymis ex magna fide profectis, eſt opus, vt per Dei miſericordiam expulſo vetere & in-  
ueterato homine, ad vitæ puritatem reſurgamus. Fremitus enim ille Domini, indicat  
quandam animi diſpoſitionem ad opus arduum collatam: vt cogitemus aliquid arduum à  
Domino factum, quum iſta audimus. Obſerua: dum **V E N I T** ad monumentum, quo-  
modo Dominus non ſtatim & ſubito, ſed ſenſim iuuare pergit, probans piorum fidem:  
vt tandem maniſteſtus & glorioſus miraculum abſoluatur. Item aduerte, vt Lucas ab ago-  
nia, guttis ſanguineis, & ſudore deprehendit **C H R I S T V M** Deum, eſſe verum homi-  
nem: ita & hoc loco Ioannes à fremitu & lactu oſtendit ipſum verè carnem guſtaſſe, hoc  
eſt verè eſſe hominem.

*Reſpiciencia,  
magna pœnitenti-  
dine indiget.*

**Erat autem spelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.**

Monumentum valde obſcuratum erat: nam nequis putaret ipſum apertum eſſe, dicit  
Euangelista ipſius ſpeluncæ os ſaxo impoſito fuiſſe occluſum: non ſolūm ſignificans Laza-  
rum verè & ſine controuerſia mortuum eſſe, ſed etiam id faciens & deſcribens ad miracu-  
li fidem & omnem præſtigii ſuſpicionem excluſendam.

**Ait I E S V S.**

Quò res maniſteſtior certiorque fieret, ſi nō ſuis aut diſcipulorum, ſed cognatorum ma-  
nibus (in quos nulla præſtigii ſuſpicio cadebat) lapis tolleretur, Dominus ad cognatos ſe r-  
monem dirigit, dicens:

**Tollite lapidem.**

**C H R I S T V S** ad Marthæ cognatos conuerſus, iubet tollere lapidem. Reſponſabit a-  
liquis, Quid hic auditur? Ecce, qui ſuſcitaturus erat mortuum, quique id poteſtatis cre-  
dentibus promiſit, qua etiam montes tranſſerre poſſint, iubet lapidem tollere: quaſi verò  
non poſſit etiam immoto lapide, mortuum reducere, aut eadem verbi potentia, lapidem re-  
mouere ab oſſio monumenti. Magis enim arduum eſt rediuiuum Lazarum reddere, quàm  
ſaxum tollere ſecluſa humana opera, aut per immotum ſaxum Lazarum à morte retrahere.  
Cur igitur ſe maioribus & magis arduis operibus accingit, minoribus relictis? Reſpondeo:  
Qui verbo mouit, & à morte mortuum excitauit, multo magis eadem vi poterat lapidem  
tollere: ſed dixit, **T O L L I T E** lapidem, vt maniſteſtior fieret miraculi certitudo, fierentque  
Iudæi, lapidem tollentes, miraculi teſtes oculatiores, & ne inter ipſos controuerteretur ſicut  
de cæco, dicentes hic eſt, non eſt hic, eſt alius, & alia huiuſmodi, quæ cauſari ſolet caro. Pro-  
priis enim manibus tollere lapidem, & loco adeſſe, ſunt efficac argumentum ad obturanda  
ingratorum ora. Proinde hoc exemplo & facto docemur media ad aliquem finem non eſſe  
contemnenda, quum adſunt præſentia. Similiter vt intelligamus ſub communi rerum cur-  
ſu, & naturæ ordine, Dominum ardua & maxima miracula exercere: ſub hoc communi mo-  
do tollendi lapidem (licet carni impotens appareat) Dominus operatur hanc Lazari ſuſci-  
tationem, qua potentia eius maniſteſtior fit. Similiter mirabiliter & potēter cibatur nos quo-  
tidie verbo ſuo Dominus: ſed nihilominus natura indidit vt comedamus. Noſter eſus eſt  
quidam communis naturæ curſus, ſub quo miraculum ſuum operatur: quod & alias citra  
eſum facit, vt de Moſe & Helia legimus. Sic & verbo Domini quotidie naſcuntur ſegetes,  
& fructum afferunt: ſed interim iubet ſeminemus & plantemus, plantatum rigemus, ri-  
gatum metamus, meſſum teramus, tritum pinſamus, piſtum coquamus, coctum comeda-  
mus, qui tamen interim ſub hoc communi naturæ curſu abſcondito modo miraculum ope-  
ratur, & incrementum dat.

*Carnis argu-  
mentum de po-  
tentia Chriſti.*

*Iudicia homi-  
num de factis  
naria.  
Abel pius ſuum  
Cainum ſemper  
habet.*

*Quare impii  
ſemper bonos o-  
derunt.*

*Carnis ſubſtitia*

*Media ad finē  
nō contemnenda.*

*Miracula etiam  
ſub cōmuni curſu  
ſu natura.*

**Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat.**

Martha ex lachrymis & mœrore **I E S V**, immemor facta eorum quæ dixerat **I E-  
S V S** ( Reſurget frater tuus) rediit in eam quam prius de potentia **C H R I S T I** induerat,  
incredulitatem & priſtino quodam affectu ducta, imbibiffet videbatur diffidentiam quan-  
dam, quam præ ſe fert, dicens,

y. iii.



## Domine, iam foetet, quatrduanus est enim.

Humi adhuc reptans Martha, suam exierit infidelitatem, qua credit Lazarum restitui nō posse rediuium à Christo, quia foeteret, oblita potētiae Domini, quam cōfessa erat, dicens, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Filius Dei viui: nec cōsiderans quod qui nouissimo die omnium corpora, iā tot seculis in cinerē redacta, suscitaturus est, posset & cadauer recēs putrefactum excitare. Hæc Martha simplicitas nonnihil facit ad miraculi cōmendationem. Similium enim Dominus simplicitatem in bonum vertere solet, non nostra industria, sed sua prudentissima dispensatione. Ait itaque, DOMINE: captat beneuolentiā à CHRISTI persona, adducens argumētum quo sibi persuadet, fratrem suscitari non posse. Ad hūc enim modum iuxta rationem humanam ducta, argumentatur: Iam foetet meus frater, & hic est quartus dies quod mortuus est, ergo non potest frater meus Lazarus per CHRISTVM exuscitari à morte. Martha causatur foetorem à circumstantia temporis. Obserua Marthae modestiam & vrbaniatē, quæ verebatur ne sublato lapide, foetor cadaueris offenderet nares cum magistri IESV tum aliorum circumstantium, qui (vt reor) iam aut fūdinem aut manus naribus apponebant.

Martha simplicitas.

## Dicit ei IESVS.

Dignatur CHRISTVS pro sua humanitate Martham suo responso in fide vacillantē obiurgatiuncula excitare, & ad promissionis verbum illam reuocare, dicens,

## Nōne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

Nōne habes, o Martha, verbum? Tam infelici & obtuso nata es ingenio, vt tam cito exciderit quod dixi, Resurget frater tuus? SICREDIDERIS, hoc est, certa fide statueris me esse dominum vitæ & mortis, VIDEBIS, id est, cognosces, GLORIAM DEI, id est, potentiam quam dedit mihi Pater Deus. Crede itaque huic verbo, vt videas mea potentia excitatum fratrem tuum, & hac suscitatione illustretur & omnibus cōspicua fiat gloria Dei. Longè aliud & diuersum est argumētum Christi ab argumēto Martha. Sic argumentabatur Martha, Lazarus foetet & quatrduanus est, ergo Christus à morte illum excitare nō potest. Christi vero argumentum est: Credenti omnia possibilia sunt: Tu Martha, crede verbo, resurget frater tuus: Ergo frater tuus resuscitabitur.

Credere.

Argumentum Christi &amp; carnis.

## Tulerunt ergo lapidem.

Morigeros se præstant, quibus iussum erat tollere lapidem, cūctis ad rem notam & inauditam attentissimis ac suspensis. Obserua exemplū obedientiæ, in his qui iam Christi bonus odor exsistentes (2. Corinth. cap. 2.) nihil foetorem illum à Martha propositum veretur, sed tollunt lapidem, fidem suam exerentes, qua credunt Christum & velle & posse excitare Lazarum à morte. Obserua lapidis pondus & magnitudinem, quum audis multos tulisse lapidem.

## IESVS autem eleuatis sursum oculis, dixit,

Precatur (qui precantis formam suscepit) & suspensis omnium circumstantium a nimis atque oculis, eleuat & mentem & oculos in cælum. Hæc oculorum eleuatio est modestus quidam orandi gestus, quo declarat Christus, & quo nos orātes declaramus, à quo velimus exaudiri, ad quem nostram dirigamus orationem, à quo petamus, non à mundo sed à Deo, qui supra nos est: eō enim datus est nobis vultus in cælum. Suspiciens itaque Dominus IESVS in cælum, docet quicquid magnificū geritur, ad Deum authorē oportere referri: simulque declarat & cōuincit Iudæos, se à Deo esse, & nihil cum dæmone habere cōmerciū, vt tantum tamque arduum opus faciat.

Christi precatur.

Oculorum eleuatio.

## Pater.

Iudæis nomen exosum explicat, & ad Patrem refert suam orationem, vt vel inuiti hoc opere mox faciūdo, cognoscāt, quod verus est Filius Dei. Quasi diceret: Tu Pater es, ego verō sum æternus ille tuus Filius, in quem te totum effudisti, & quo omnia condidisti. Proinde quia per humanitatem minor erat Patre, orauit vt suscitaret Lazarum. Tamen nulla hęc legamus verba, quibus Christus inuocando Patrem, & ab illo petēdo resuscitationem Lazari, vñs sit: mihi tamen dicendum videtur, quod corde orauerit. Hoc enim testatur præcedens oculorum eleuatio, quæ gestus orationis esse solet. Aut nō explicuit orationē, qui oratione opus non habet, quandoquidem Deo Patri æqualis est. Imperauit frequenter non præmissa oratione, Spiritus immunde exi ab eo: & ad leprosum, Volo, mundus esto: & quod maximū est omnium, Remittitur tibi peccata tua. Imperauit mari & ventis. Quid ni? Deus enim est.

Patri nomen Iudæis exosum.

Gratias

## Gratias ago tibi.

Vt videatur CHRISTVS omnia virtute Patris facere, iam certus ad suam hominis vocem posse Lazarum vitæ reddere, agit gratias Patri: ac si diceret, O Pater, confiteor me iure optimo, & merito debere tibi gratias: & quas merito tibi debeo, etiam verbis ago. Est profectō ingenii hominis, pro acceptis beneficiis gratias agere. Obserua duas hęc orationis species explicari: alteram petitoriam seu inuocatoriam, qua necessitatem explicamus, & quod nobis vsui est, petimus: alteram, quo aguntur gratiæ Deo, postquam sumus exauditi. Hanc si omiserimus, verē ingrati dicimur, quum natura comparatum sit, vt agamus gratias ei, à quo sumus exauditi, & beneficium accepimus.

Gratias agere.

Oratio duplex.

## Quoniam audisti me.

Ætiologia est gratiarum actionis. Argumentatur & rationem adducit à debito: O Pater, tu votum meum audisti, ergo tibi Patri merito gratias ago. AVDISTI ME, hominem ad te semper recurrentē. Huc pertinet quod Hebræorum cap. 5. scribitur, Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationisque ad eum qui possit illum saluum facere à morte cū clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerētia. Oravit Christus pro salute omnibus fidelibus impetranda, adeoque efficacem eius orationem manifestauit Lazari resuscitatio, vt nemo quanlibet magnis periculis agitatus, diffidat sibi nō adfore Christum, si eius promissis fide viua adhæserit.

Christi oratio.

## Ego autem sciebam quia semper me audis.

Non est mihi nouum, aut temporarium, hoc scilicet quod me audis: qui tamen homo sim, & eō teipso minor sum: ego tamen eandem tecum habeo voluntatem, qui cōæternus sum filius tuus. Vnde nunquā nō AVDIS, id est, percipis, siquid peto. Vult CHRISTVS hac appendice significare eandem sibi etiam homini factō, cum Patre voluntatem esse, vt quicquid homo petat, Pater audiat, hoc est, diuinitas perficiat. Signanter addidit SEMPER, vt pii in confidentia certi de sua exauditione per Christū, accedant, habentes quouis tempore interpellatorem & aduocatum, cui Pater nihil potest denegare. ad Hebræos cap. 10. Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorū in sanguine CHRISTI, quam inuita nobis viam nouam & viuētem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super donum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, asperiti corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Et ibidem cap. 5. Et quidem quum esset Filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obediētiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causā salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex.

Audire.

## Sed propter populum qui circumstat, dixi: vt credant quia tu me misisti.

Homini nullus erat aditus ad Deum, nisi Deus in homine, hoc est, Deus homo, viā strauisset, & se pro omnibus hominibus Patri obtulisset. Oportebat enim in primis purum puro offerri. Impuri erant omnes homines: nullus igitur hominum in conspectum Dei solus prodire poterat. Propterea Filius Dei, Deus & homo orauit Patrem, non quod ipse egeret (æternus enim Filius Patris est) sed vt homini fieret accessus ad Deum, & propter turbam, vt conspecto miraculo (ait) credāt me ex tua voluntate facere quicquid in terris facio: credātque me à te missum, hoc est, me Filium tuum hominem esse factum vt illustrem apud homines gloriam tui nominis, quorum gratia ego miracula operor, ad doctrinæ meæ confirmationē. Obserua communem fidem omnium officiorum CHRISTI aduocati apud Patrem esse, credamus CHRISTVM à Deo missum in mundum, hoc est (vt illam particulatim explicem) credamus Filium Dei hominem factum, esse salutem, lucem, vitam & resurrectionem credentium, ipsum Deo Patri placere, eum esse à Deo Patre, & Patrem nihil denegare illi. Rursum vt credamus, Patrem, personæ, doctrinæ, & operum CHRISTI authorem, in quo complacentiam habet, & semper illum exaudit. Quare vt exaudiamur operæpretium est omnes orantes, inniti orationi Christi, ceu basi & firmamento. Quod diligenter obseruat mater Ecclesia, suas orationes (quas ad orandum nobis præscriptit) claudens hac coronide, PER DOMINUM nostrum IESVM CHRISTVM.

Accessus ad Deum per Christum.

Fides omnium officiorum Christi.

## Hæc quum dixisset.

Posteaquā CHRISTVS Patrem inuocauit, & ei gratias egit, ac eloquutus est se semper à Patre exauditum, eoque eandem se cum Patre voluntatem habere,

y. iiii.



## Voce magna clamauit.

Qui omnipotens est, poterat solo nutu resuscitare Lazarum: sed ad magnitudinem operis explicandam, & ne causerentur aduersarii, calumniam, aut praestigii suspicionem, si submissius fuisset loquutus Dominus, pronuntiata est vox magna, indicans Christum magnae, certae, & apertae doctrinae praedicatorē. Quae quia magna fuit ad Lazari suscitacionē, quantum putas futuram illius tubae vocem, qua excitabuntur omnes sistendi coram summo illo iudice? Obserua. Magna voce vocat animam vniendam corpori, vt procul absentē, ad tollendum errorem Gentilium dicentium in sepulchris animas esse.

Lazare, veni foras.

Haec illa est vox magna, Lazare prodi foras: vt omnes audiant, sola voce sua Lazarum rediuuium reddere: & vt magis diuinitatē suam indicaret, vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt: & mortuo veluti viuo imperat, dicens, Veni foras. Qui mundum verbo condidit, verbo mortuū ad vitam reuocat. Hic locus aperit Christum verbo, tanquam medio vti ad sanandum. Et verba sacramentorum Ecclesiae ex Christi beneficio vim & efficaciam habere ad gratiae collationem. Intelligamus ex huius loci cognitione Paulum ad Rom. cap. 1. dicentē, Euangeliū, virtus Dei est in salutem omni credenti. Quemadmodū verbo **CHRISTUS**, à mortuis excitatus est Lazarus: Ita tamen peccatrix anima, quae procul abest à conspectu Dei, sepulta in tenebris criminū, foetida sit & putrefacta flagitiorū inquinamentis: tamen si fide viua, audierit vocē Christi alta voce clamantis, prodibit à peccato ad iustitiā, è tenebris ad lucē, è morte ad vitā, è cruce ad salutē, tanta est virtus verbi & Euangelii. Audiendū est igitur verbū & Euangeliū aure cordis, quae est fides. Priuauit nos hac aure Adamus primus parens, adeo vt nihil spiritale concipiamus, sed solis carnalibus oblectemur, antequā renati simus. 2. Corinth. cap. 2. Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus. Renascimur, & ex mortuo Adamo, in nouum hominem excitamur verbo, 1. Petri cap. 1. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanentis in aeternum. Renascimur igitur per verbum, & affigitur nobis perdita auris per **CHRISTUM**, ex auditu Euangelii. Ad Rom. cap. 10. Fides, enim ex auditu est, auditus autem per verbum. Obserua: quum **CHRISTUS** voce magna clamat, non ait, In nomine Patris, tu Lazare prodi foras, neque resuscita eum Pater: sed cum autoritate imperans, ait, Lazare, prodi foras: vt ostenderet se aequalem cum Patre habere potentiam, & obturaret eorum ora, qui illum Patre minorem dicunt.

Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes iustis, & facies eius sudario erat ligata.

Hic nihil agnoscit caro, nihil tale causatur Aristoteles cum tota philosophorum schola. Mortuus audit, auditu verbo nihil moratur, sed mox ad iussum clamantis prodiit sub omnium oculis qui fuerat mortuus & sepultus. Poterat quidem (qui potentia verbi amouerat mortem) eadem potentia, fascias, & ornatus sepulchrales amouere: sed prudenti consilio factum, quod qui corpore sano & rediuuium prodibat, cum fasciis, sudariolis, reliquaque ornatu sepulchrali prodiret. Hoc enim factu, fidem miraculo pleniorē asseruit, per eos qui soluerunt fascias & sudariola, nihil dubitantes, sed apertis oculis conspicientes hunc ipsum esse, quem ante triduum ipsi tali cultu sepelierant. Sepeliendorū funerū mos erat, iustis pedes vincire, sepulchralibus vinculis ligare manus, & facie sudariolo cingere. Mirabile visu, mirabilis & verè adoranda Dei potētia. Miraculo miraculū appensum est. Suscitatio à morte, miraculū est, quod aliud sequitur: nimirū miraculum fuit, vt qui tot fasciis & vinculis ligatus erat, ex profundo spelūcae extra sepulchrū, nullius etiā hominis opera adiutus, prodierit. Ita dat locū allegoriae: nā qui per fidem viua in Christū, à peccato ad iustitiā resurgit, vitā quidē habet, & resuscitatus est: sed nodum totus est solutus: est enim adhuc sepulchrali ornatu vincētus, hoc est adhuc spirat Adam reliquias, adhuc recalcitrat caro, lex membrorū & peccatū in mēbris, aduersus quae praeliatur Spiritus. Huc pertinet quod infra cap. 13. dicitur, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Superest igitur soluamus fascias sepulchrales, id est mortificemus membra nostra. Roma. cap. 8. Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Colof. cap. 3. Mortificate ergo membra vestra, quae sunt super terram. Obserua. Qui à sanctis viris verbo Dei excitati & rediuuii facti sunt, sensim vitā redeuntis specimen praebēt, palpabant: sed hic quatruiduo mortuus, subito ad vocem clamantis reuixit. Et huic miraculo accessit miraculum: vincētus & obligatus repente prodiit extra monumentum ex altissimis

Clamor Christi in suscitacione Lazari.

Gētilium error.

Christi potētia. Verbi virtus.

Sacramenta ad gratiae collationem.

Vt Lazarus, foetida anima excitatur. Auris animae.

Renascētia.

Sepeliendorum mos.

Sepulchrales fasciae quid adumbrant.

Resuscitatio per Christum iustitia, remanet pro nitat ad malū.

altissimis spelūcae latebris. Obserua: nō simpliciter dixit Lazarus prodiit, sed addidit, quod fuerat mortuus, prodiit, vt commendaret Euangelista potentiam Christi, qui potuit mortuum rediuuium facere, & vita donare. Aduerte. Sepulchrales illae fasciae & sudariola designant velamina legis, quae per solum Christum auferri possunt. 2. Corinth. 3. Vtque in hodiernum enim diem, id ipsum velamen in lectioe veteris Testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, quum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Quum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamē. Interpres Synecdochen Graecam exulit Latinis verbis, dum Graeca ad verba reddidit, **LIGATVS** pedes & manus iustis, id est habens manus & pedes ligatos fasciis sepulchralibus. **INSTITA** iustitiae, penultima correpta, (Graecè *κασία*) tenuis est fasciola, inquit Acron. Ouidius in Arte, Est procul vitae tenues insignis pudoris, Quaeque tegis medios instita longa pedes.

Dicit eis IESVS,

Ne quid ad plenissimam miraculi fidem deesset, Dominus amicis ait,

Solute eum, &amp; finite abire.

Qui verbo suscitauerat Lazarum, efficere poterat, vt vincula suapte natura soluerentur: Sed mediis omnibus (quibus superstitionis & fuci suspicio excludi, & miraculi certitudo confirmari potest) tam arduum & admirabile opus perficit, vt dum alienis manibus submouetur lapis, alienis manibus soluitur qui prodierat: ne incredulis relinquatur quod causari possint. Iubet solvere, vt qui visu senserant suscitatum Lazarum, experirentur & tactu, dum solueret. **ET SINITE** abire: vt expeditus motus & incessus nullo fulcimento (quo conualescentes vti solent) adiutus: sed alacer ostenderet Lazarum etiam valere, non solum viuere. Sūt igitur **SOLVERE** & **ABIRE**, signa integræ sanationis, & liberationis per **CHRISTUM**. Hic locus nobis adumbrat vsū clauis, & potestatis Ecclesiasticae, qui est iustificatos per Christum solvere, & sinere eos abire: hoc est autoritate Christi peccatorē absolueri à peccatis. Prius iustificatus intus, & per seipsum Dominus poenitentem viuificat: deinde eundem per sacerdotis ministerium absoluit. Non enim venit peccator absoluendus, nisi digna poenitētia correctus, intrinsecus appareat iustificatus. Huc pertinet quod alibi Christus dixit, Quae solueritis in terra, soluta erunt in caelo.

Multi ergo ex Iudaeis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quae fecit IESVS, crediderunt in eum.

Adducit Euangelista fructum & vsū miraculi, quo inuitantur spectatores ad fidem, vt credant IESVM esse Messiam. Vox **MULTI**, potentiam verbi commendat, ad quam multi crediderunt, inter quos erant qui officii gratia ad Mariam & Martham Lazari sorores venerant, & conspecto tam insigni miraculo, crediderunt illum esse Messiam: adhæseruntque doctrinae eius, cuius tam efficacem virtutem conspexerant.

Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quae fecit IESVS.

Apud sanctas has Dominique studiosissimas sorores, mali cum bonis admixti fuerunt, typum gerentes eorum qui neque verbo neque miraculis verbi mouentur ad fidem, vt suscipiant Euangelium: imo quanto apertius audiunt verbum, & credere conuincuntur, tanto caeciores & pertinaciores redduntur. Isti Hierosolymam reuersi, referunt insignis prodigii quod IESVS fecit iuxta Bethaniam, vt **CHRISTO** inuidiam concitarent, & finem imponerent, ne sua doctrina, miraculis, & insigni potentia ulterius commoueret homines ad fidem & gratitiam in ipso iustitiam suscipiendam. Hic locus cū superiore ostendit exemplo, quod docet Paulus 2. Corinth. cap. 2. Nos **CHRISTI** bonus odor sumus Deo, in iis qui salui sunt, & in iis qui pereūt. Aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autē odor vitae in vitā. His **CHRISTUS** est sanctificatio: illis verò petra scandali & lapis offensionis.

Collegerunt ergo Pontifices &amp; Pharisei conciliū, &amp; dicebant.

Hac demens & impia est impietas. Audito enim tam insigniter prodigioso opere (quo apertè continentur, penes **CHRISTUM** vitae & mortis esse arbitrium) non cogitant se nihil contra Christum profecturos: sed Pontifices & Pharisei (apud quos summa religionis esse videbatur) qui pro tanto beneficio & diuinæ virtutis declaratione, debuerāt **IESVM** honorificè excipere, & Deo gratias agere, solius quæstus & priuati commodi respe-

Fasciae sepulchrales.

Instita.

Clauis Ecclesiasticae.

Ii sunt boni odor.



Et in rabiem acti aduersus IESVM liberalem & omnibus beneficium, non temperat sibi amplius. At ne temere contra CHRISTVM procedere videatur, concilium ineunt: (est enim CONCILIUM, legitima congregatio quae fit ordine debito) & consultant inter se, vt huius conciliabuli placito videatur populo hoc negotium pertinere ad totius populi incolumitatem. O prudentia mundi & carnis, prudentes Iudaei! ecquid tolletis reuocantem verbo mortuos ad vitam?

Concilium.

## Quid facimus?

Haec quaestio est concilii propositio, & causa finalis coacti concilii aduersus potentiam CHRISTI. QUID facimus? quasi dicerent, Quid cessamus? Cur torpescimus & somnolenti sumus? quin expergiscimus, illum Prophetam, virum abiectum & reipublice perturbatorem perdere, dum nobis licuerit? ne nostri torporis & somnolentiae dignas luamus poenas? Sed adeste, o Pharisei, rogatis quid vobis agendum est: prompta est responsio: Credite in CHRISTVM. En vide istorum caecitatem: putant se tardiores ad hoc negotium, quam par fuerit: vnde moram suam arguunt ad occurrendum tanto periculo.

## Quia hic homo multa signa facit.

Argumento à potentia CHRISTI & felici progressu Euangelii, suae quaestionis rationem adducunt. Occurramus diligenter, & fortiter resistamus: nam HIC HOMO (valde contemptum loquitur) id est hic Galilaeus, fabri filius, abiecta & vilis persona, MULTA signa facit, id est, succedunt illi omnia feliciter, doctrina & opera eius commendantur: factaeque iste multos à lege ad se deficere: ab omnibus doctrina eius aestimatur, multos ad se conuertit: nomen eius potenter augetur & excrefcit.

## Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.

Si conuincamus & permiserimus vt liberè praedicet & operetur, turbam multam habebit post se, quae signorum exhibitione illum sequetur, futurumque est vt quemadmodum nunc multi è populo magnificè de illo sentiunt, ita mox omnes sint illum pro Messia habituri.

## Et venient Romani, &amp; tollent nostrum locum &amp; gentem.

Prætextu conseruanda reipublice auersantur CHRISTVM: cuius prætextus veritudo suadebatur in hoc concilio. Quia iam multa à Romanis propter frequētes seditiones & rebelliones fuerat perpeffi, aiunt, Si huius rei ad Romanos rumor peruenerit, Iudaicam gentem deserto Caesare (sub cuius potestate nunc sumus) desciuisse ad nouum regem suum, qui non ignorat iam olim ab ipsis expectari regem quandam suae gentis liberatorem: nos seditionis accusabit, & seuiens in nos, armis perdet locum hunc sanctum, quem propheta nis gentibus prostituat, occupandumque tradet, & totum Iudaicum genus internecone delebit. Ac si dicerent: Prorsus euerterent nos, sicut & postea contigit in destructione urbis Hierosolymitanæ à Tito factæ. Quare consultandum nobis prudenter fuerit, quo pacto possumus tanto piaculo obuiam ire. Haec prætexunt, commune periculum afferentes, quae videantur sua malitia & inuidia Christo aduersari, definiunt ipsum esse seditionis & perditionis authorem, vt concitata plebs animaduertat in eum, ceu authorem rebellionis & defensionis à Caesare. Incidit ergo hoc periculum in consultationem, quia habet maximum pondus ad commouendum: quippe quod sumptum est ab extremo interitu, quem nemo non fugit, nemo libenter patitur. Non desunt etiam graues viri, qui putat Pontifices & Phariseos alluissse ad locum Danielis cap. 11. de interitu religionis Iudaicæ. Colligamus ex superioribus, in hoc concilio (in quo nequaquam omnes mali erant, sicut supra interfuisse legimus Nicodemum: & in Actis, cap. 5. Gamaliel) malos metum Romanorum prætexuisse, quum tamen nihil eos in necem Domini ageret, quam quod impii essent, natique ex diabolo, qui non possent ferre Christum docentem veritatem, & ipsorum impietatem detegentem.

## Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset Pontifex anni illius.

Quum Pontifices & Pharisei haesitarent quid facerent, statim assurrexit sanguinarius ille Caiphas, intelligens consultationem eò tendere, vt prætextu publicæ salutis, occideretur omnis salutis author, IESVS CHRISTVS. Is erat Pontifex ἱερεὺς, id est summus Sacerdos. Signanter addidit ANNI ILLIUS, vt insinuaret Euangelista dignitatem illam mox in totum destitutam, quae destitisset esse perpetua. In singulos annos pretio à Principibus emebatur Pontificatus siue Sacerdotiū. Magnus erat abusus quotannis Pontifi-

Pontificem vnum habere: quum Deus vnum constituerit (in Leuitico) summum Sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed per ambitiones & contentiones inter Iudaeos (ait Augustinus) postea constitutum vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent. Nam & de Zacharia hoc dicitur, Lucae cap. 1. Factum est autem quum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, forte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum Domini. Hinc apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse. Nam incensum non licebat ponere, nisi summo Sacerdoti, & forte etià vnū annū plures administrabant, quibus alio anno alii succedebat, ex quibus forte exibat quis vt incensum poneret. Obserua. CATIPHAS interpretatur Intuestigator vel Sagax seu Vomens ore.

Vnus Pontifex à Deo.

Caiphas.

## Dixit eis.

Imprudenter & cum stomacho clamat, iustitiam & imprudentiam consultantium increpitans, quasi non expediret prospicerent quid facto opus esset, sed lentis consiliis adhuc deliberaret an IESVS esset occidendus: quum tamē id omnibus rebus omisissis agendum esset.

## Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, &amp; non tota gens pereat.

Caiphas indignatus, stuporem Pontificum & Phariseorum interpretabatur, quod in consultationem venire sinerent quid faciendum esset: adeo putabat non latere nihil prius esse curandum quam Dominum extinguere. Prudentia carnis non nisi aliorum contemptu laudem sibi vendicare solet: vnde Caiphas prudentiae suae specimen facturus, praese aliorum consilia fastidit. Vos nescitis quicquam, ignari estis, nec videmini rem, vt habet, perperdere: ego vero Pontifex, & cuius auctoritas eò tedit, vt de omnibus prospiciat, omnia quae ad obuiandum tanto periculo spectat, ad vnguem intelligo. Nec cogitatis quicquam. His verbis contemnit illos vt homines imprudētes & nullius consilii. EXPEDIT vobis. Quum è duobus malis minus eligendum sit, id est, maius fugiendum (hoc enim verbum EXPEDIT, naturam comparatiuorum nominum habet) insinuare hoc consilium videtur: Vos non attenditis, hoc omnium interesse, vt hic vnus moriatur pro populo, potius quam hoc incolumi seruato, tota gens pereat, extremaeque patiatur, cum in religione tum in corporalibus bonis. Quia hoc consilium causam rationis humanae habebat, plausibile fuit omnibus ratione humana nitentibus: sed plus nocuit Iudaeis prudens (vt videbatur) hoc Caiphae consilium, quam decem Pilati exactiones nocuissent. Impius enim Pontifex & doctor consiliarius, impio, sed tamen prudenti scilicet suo consilio & doctrina plus nocenti affert salutem Reipublice, quam tyrannis ciuilibus suis exactionibus nummorum. Ille enim impia sua doctrina populo auertit dotes animi & bona aeterna, hic vero bona duntaxat fluxa & caduca. Vsq̄ adeo ingens & exitialis pestis fuit doctrina Caiphae de homicidio Christi, vt effecerit non solum totam Iudaicam gentem deuastari, verum etiam perdere omnem salutem; Christum crucifigendo. Obseruemus ex superioribus, Phariseorum Senatū prudentissimis rationibus de Republica consultare. In primis, quod prudentis magistratus est, timent loco & genti suae: deinde statuunt seditionis authorem tollendum esse: Expedit enim vt vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Haec prudenter quidem satis, sapienterque consulta sunt, quum magistratus eò ferat gladium, vt vindex sit malorum, ne bonis aduersentur, & Reipublice tranquillitas seruetur. Quis quæso hac tam prudenti consultatione non inescaretur? quis tam rerum ignarus non immensas ageret Phariseis gratias, pro tam studiosa & diligenti sollicitudine erga Rempublicam? At hic non erat praecipuus consultationis status, & quaestionis caput. Nemo vel mediocriter doctus ignorat ad magistratum curam & sollicitudinem de Republica pertinere: & è medio tollendum esse seditionis authorem: sed praeter haec quaerendum erat, An CHRISTVS sit seditionis author: qui substraxerit populum ab obedientia Caesaris, aut docuerit defectionē ab Imperatore. Deinde, An gens sit peritura, si in CHRISTVM credat. Hoc maxime quaerendum erat à Phariseis: quod si consultaissent, & probe quaestionem consideraissent, aperte cognouissent CHRISTVM regem esse, nihil derogantem Imperatori: cuius imperium aut magistratum non quaerit, aut oblatum adimere contendit, qui magistratibus auctoritatem largitur, & à quo omnes magistratus pendunt. Ipse est rex iustitiae, pacis, salutis, & vitae aeternae. Regnum eius non est ex hoc mundo, regnat super caelestia bona, relinquens regna terrestria suis magistratibus gubernanda. Dominatur victor super peccatum, infernum, & eius tyrannidem. Sed quid haec ad Caesarem? nihil adimit Caesari, Asiae, Africæ, aut reliquis mundi partibus dominantis. Quare impium & imprudens fuit Pontificum & Phariseorum con-

Expedit, verbum.

Consilii mali perniciosis. Doctrina male perniciosis.

Prudentia carnis.

Regnum Christi.



Impiis quod timet, accidit.

cilium. Obserua: huic impiæ consultationi & imprudentiæ Pharisaicæ correspondit iudicium, & quod timebatur, exitum. Scribit enim Sapiens Prouerbiorum cap. 10, Accidunt impio quæ timet. Timuerunt isti, si permisissent CHRIS TV M & eius doctrinam, se à Romanis perditum iri. At quum hoc periculum neque fide neque respicientia, sed impio & nefario homicidio vitare conarentur, contigit ipsis quod timuerunt: ductore enim Vespasiano Romani venerunt, qui & Iudæos & locum perdidit. Nemo ergo periculum timens putauerit se illud homicidiis & conatibus impiis, sed timore Dei, fide, & respicientia, euasurum.

## Hoc à semetipso non dixit.

Declarat Euangelista cuius dispositione & ordinatione hoc à Caipha pronuntiatum fuerit. Caiphas non dixit hoc, scilicet Expedi vobis vt vnus & c. A SEMETIPSO, id est ex proprio cerebro, ex propria sapientia & prudentia. Huius Pontificis animus erat sceleratus & parricidii plenus.

## Sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit.

Instrumenta Dei

Deus per magistratus plura quam per alios agit.

Euangelista adducit conditionem & titulum Caiphæ, vt declaret ita placitum esse Deo, vt Pontifex veritatem diceret. Non dixit hoc à semetipso, sed quum esset Pontifex anni illius, PROPHETAUIT, id est instinctu Dei: est loquutus, quanquam imprudens. Diuina itaque dispositione Dei id loquitur Caiphas, quod inde glorificetur Deus, qui potens est etiam per impios loqui veritatem. Qui enim magistratibus præsertim in sacris prominent, vt sunt electi à Deo, in hoc quod multa & egregia per eos fiant: ita quum omnium corda sint in manu Dei, peculiariter tamen horum corda mouere solet: id quod sacra prouerbia de regibus prædicant. Vnde frequenter imprudentes faciunt & dicunt, quæ longè alio spectent, aliudque efficiant atque ipsi vnquam cogitarint. Sumus quidem omnes organa & instrumenta Dei, sed præcipue qui aliis præfati sunt: multoque plura per illos magistratus, quam per alios Deus agit. vnde & dii ipsi & filii excelsi omnes dicuntur: de quo supra cap. 10. diximus. Hoc itaque est quod Euangelista ait, ideo Caipham prophetauit, hoc est ex spiritu Dei, non ex seipso loquutum, quod Pontifex esset anni illius. Proinde quemadmodum Caiphas suam prophetiam non intellexit, sic & alii reprobi (per quos Deus sua mysteria manifestat) quæ loquuntur non pernoſcunt, sed dant sine mente sonum, quum sancti de iis quæ vaticinantur, tantum semper intelligant quantum & ipsorum salutis & officio, quod gerunt, ritè obeundo satis est.

## Prophetauit, quia IESVS moriturus erat pro gente, &amp; non tantum pro gente: sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.

Vaticinium eius per os impij. Propheta à Caipha dicta interpretatio.

Propheta.

Propheta.

Spiritus Sanctus per os impij pium vaticinium prodidit, quod longe aliter est interpretatus quam impius ille Caiphas intelligeret. Nam sua quidem opinione hæc de Christo perdendo intellexit: Spiritus autem Sanctus significauit futurum, vt IESVS sua morte redempturus esset gentem Iudaicam: nec solum hoc effecturus, vt qui ex Iudæis crederent, ipsi salutem consequerentur, sed etiam vt sua morte in vnam fidem colligeret omnes Dei electos, quibuscunque regionibus dispersi essent: & aliquando per fidem Euangelicam fierent filij Dei, congregarentur in vnum, & in communis Ecclesiæ societatem coiret Græcus, Scytha, Barbarus, Aethiops, Indus, congregandi in vnum corpus spirituale (cuius caput CHRIS TV S) vnum agnoscentes Patrem, eodem viuente Spiritu, ab eodem pendentes CHRIS TO, eadem spe futuræ vitæ subnixi. Obserua: PROPHETARE variis modis Scriptura vsurpat: in primis tam pro præteritarum quam futurarum rerum enarratione. Hoc modo Moses Propheta fuit, quum de mundi creatione testificabatur. Secundo est futura prædicere, res diuinas agnoscere, vt cognitio Dei vulgaretur, sicut omnes Prophetae vates fuerunt, quum vnus quidem de CHRIS TI natiuitate, alter de eius doctrina, tertius de eius passione, quartus de eius regno loqueretur: breuiter omnes quotquot de eo tanquam de Filio Dei totius mundi redemptore vaticinabantur. Videtur itaque Propheta propriè significare hominem, diuinarum rerum per afflatum Spiritus Dei præ aliis scientem, quique de voluntate Domini alios queat edocere. Atque Prophetia vera & sancta, videtur esse facultas quædam, Dei consilia & placita plenius ac certius cum cognoscendi tum enarrandi ad Ecclesiæ profectum, instinctu afflatuque diuini Spiritus aliquibus facta.

facta. Huius pars quædam est, præsentio ac prædictio futurorum, aut etiam reconditorum. Pars etiam, diuini quidem de Deo ac pietate dexterius differendi facultas. Quanquam perrarò inuenias Prophetæ nomine insignitos, quibus non esset simul datum præsentire prædicereque futura, aut certè enuntiare occultiora quam vt humano ingenio essent cognitu possibilia. Prophetæ, os Domini dicuntur, quia nihil proprium loqui debent. Obiter dixerim Prophetæ nomen etiam illis competere, qui auidè verbum Dei audiunt, aut in lege Dei diligenter versantur, vt 1. Corinth. 11. Mulier orans aut prophetans, hoc est verbum Dei audiens, vel quæ ad prophetiam audiendam venit, non quæ docet aut interpretatur: licet fuerint nonnullæ quibus prophetandi munus datū fuit, vt annotauit in eum Pauli citatum locum de filiabus Philippi Euangelistæ.

## Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Valuerat viceratque apud illos Caiphæ sententia de CHRIS TO occidendo. Finalis enim vsus omnium deliberationum & consiliorum (eorum qui veritati aduersantur) est, vt obsecretur & profus perdat veritas: visu audituque maxime horrendum. Modestius agit cum alia doctrina quam cum Euangelio & Euangelii professoribus: aliæ enim doctrinæ aut feruntur, aut modesta quadam ratione corriguntur: at Euangelium profus extirpandum ab impiis iudicatur, grauiusque in illius professores animaduertitur, quam in ciuiles. Ab illo ergo die post datum consilium contra CHRIS TV M, Pharisei illius scelerosi Pontificis voce confirmati, nihil amplius consultant, sed quod prius per occasionem sæpe tentauerat, nunc animò deliberato statuunt: vt quamprimū curarent IESVM interemptum, ceu seditionis & defectionis à Cæsare auctorem: asseuerantes se incolumitati Reipublicæ consulere, dum toti Iudaicæ genti perniciosum hominem de medio tollerent: cui si vel minimum conuicerent, timendum ne insensu Cæsar, & sanctam ciuitatem prostituat, & Gentem perdat.

## IESVS ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos.

Euangelista fugam & latibula CHRIS TI non omittit, vt hoc exemplo (quo Christus impiorum furori ad tempus cessit) doceatur non licere vt quis sua se temeritate in præsens periculum iniiciat, si possit citra offensam Dei effugere: quod si citra Dei offensam ac mandati diuini prauaricationem effugere non liceat, fidenti animo & constanti fide periculum præsens aggrediendum est. Certus igitur esse debet auxilij diuini, quisquis sic in fide periculo ob oculos posito, se exposuerit. Est enim Deus adiutor in necessitatibus. Gloria, honor & mandatum Dei eò fidentem compellunt, non autem temeritas. Ista docuit CHRIS TV S discipulos suos, Matth. cap. 10, Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Proinde IESVS (quem nihil fugiebat) etiam si nemo destinatam Pontificum & Phariseorum malitiam detulisset, fugit, non metu crucis, quam volens subiiit, dum venit hora: sed seipsum verè hominem demonstrauit: à publico abstinebat ad tempus, ne furorem furori adderet.

## Sed abiit in regionem iuxta desertum.

A Bethania abiens longius se subduxit à vicinia vrbs Hierosolymæ Prophetarum imperfectricis, concessit in regionem iuxta desertum, non quæ extra Iudæam fuerit, sed duobus vel tribus miliaribus à Hierusalem. Creditur & hæc regio olim Moabitarum fuisse.

## In ciuitatem quæ dicitur Ephrem.

Concessit Christus in ciuitatem nomine Ephrem. Græci legunt *εφερημ*, atque ita refert Hieronymus in locis Hebraicis. Hoc abscessu Christus designauit impijs Iudæis suam Synagogam esse relinquendam, ac nouam gentem (quæ non sterili & umbratili Mosaicæ legis opere, sed Euangelica fide niteretur) sufficiendam, & in vnum congregandam esse designauit, quæ iuxta vocis Hebrææ Ephrem (quæ interpretatur frugifer, aut crescens) præfagitium ex minimis initijs cresceret in immensum. Sterilis quidem erat Gentium Ecclesia, quæ recepto Euangelio fecunda facta est. Ad quam Esaias ait, cap. 54, Lætare sterilis quæ non parit, erumpe & clama: quia multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Synagoga, virum, hoc est CHRIS TV M, habuit, quem vt ablegauit & abegit, sterilis facta est: at vbi CHRIS TO inserta est Gentium Ecclesia, longè fecundior fuit Synagogâ.

## Et ibi morabatur cum discipulis suis.

Morabatur Christus hic non otiosè viuens, sed iuxta officium suum docens paucos

Præsentio futurum.

Os Domini.

Veritas immixta habet aduersarios.

Periculum præsens quædo aggrediendum.

Quando surgendum.

Moabite.

Ephrem.



quos secum habebat discipulos: qui tametsi miserè sibi metuerent, tamen non ausi sunt de-ferere Dominum.

Proximum autem erat Pascha Iudæorum.

Pascha. Phasce.

Tempus aderat à Deo præfinitum, quo Christus pro mundi salute victima immolare-tur. PROXIMUM erat Pascha, id est instabat dies religiosissimus Iudæis, dictus PAS-CHA sue Phasce, id est Transitus. Hoc nomine renouabatur Iudæis memoria, quòd olim sanguis agni postibus illiti, seruarit Hebræos à gladio angeli perimentis Aegyptios, ac eas tantum domos transeuntis, quæ sanguine agni notatos postes haberet. Obserua: PAS-CHA Iudæorum vocat, festum ad solos Iudæos pertinens. Hic locus insinuat Lazari sus-citationem proximam fuisse festo Pascha.

Et ascenderunt multi Hierosolymam de regione, ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.

Sanctificate se.

Iam sub festum, quod proximè instabat, MULTI, nò omnes, DE regione, quæ erat iuxta desertum, & ex diuersis Palestinæ regionibus (iuxta Moyse præscriptum, Exodi 23, Ter in anno apparebit omne masculum coram Domino Deo tuo, &c.) sese cõferebant Hierosoly-mam, VT SANCTIFICARENT seipsos, id est vt orationibus & aliis ceremoniis se commendatos Deo redderent, siue vt mundi fierent iuxta ritum legis, adhibitis ceremoni-ibus legitimis, ad hoc vt manducarent Pascha. Qui peccarant (ait Theophylactus) vel spõ-te vel inuiti, non agebant Pascha, nisi prius purificati essent iuxta consuetudinem loci, & ieiunantes & rasi, & deputata quædam sacrificia offerentes. Lex habuit carnales sanctifica-tiones, quæ animam non iustificabant, Hebr. cap. 9. Fuerunt tamen vmbra veræ iustificatio-nis per CHRISTVM fiendæ. Quum Iudæi celebre haberint suum Pascha, seipsosque ad ipsius celebratione præpararint, & in ipso sanctificarint, quâto magis Pascha nostru cele-bre habere debemus, ad illudque nos præparare, ac in illo nos sanctificare? Est quidè nobis solenne festum illud nostrum in Vere, sed & celebre semper habemus, quando non amplius incedimus in fermento veteri, nec in fermento nequitie & malitie, sed in azymis syncerita-tis & veritatis. Pascha nostrum CHRISTVS, quale Pascha fuit apud Iudæos, talis erat & sanctificatio Iudæorum legitimis quibusdam externis constans: & quale nostrum est Pascha, talis est & nostra sanctificatio CHRISTVS IESVS. I. Corinth. 15, Christus factus est nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Quærebant ergo IESVM, & colloqueban-tur adinuicem in templo stantes.

Abominabilis & hiatu terræ digna est hæc Phariseorum sanctificatio, comitata volun-tate impia, mente sacrilega, cruento animo, & manibus sanguinolentis. En vera Pontificum hypocrisis, & simulata Phariseorum religio, qua nihil irreligiosius, dum magna supersti-tione cauent nequid prætereant quod à Mose præscriptum erat, siue quod à Phariseis erat additum: interim tamen in sanctissimo die non abhorrent ab eo quod omnium impiissimum est, nimirum ab occidendo IESV, & effundèdo sanguine hominis innoxii. QUÆRE-BANT, ex industria & animo deliberato iuxta concilii conclusionem: ET colloquebatur, præ odio & inuidia aduersus Christu. Potest hic locus referri ad eos qui ex diuersis Pale-stinæ partibus ascenderant Hierosolymam, & IESV CHRISTI erant studiosissimi: & hi quærebant animo videndi & audiendi CHRISTVM, & doctrinam eius: & collo-quebantur, præ studio & amore Christi.

Quid putatis quia non venit ad diem festum?

Demirantes quòd non adesset Christus, qui solitus erat huiusmodi festis interesse, & in templo prædicare, colloquebantur adinuicè. QUID putatis, quid vobis videtur, quòd præ-ter morem IESVS tantæ solennitati non adsit? Non erat defuturus, vt res ipsa manife-stauit, sed distulit vsque ad horam à Patre præfinitam.

Dederant autem Pontifices & Pharisei mandatum, vt si-quis cognouerit vbi sit, indicet vt apprehenderent eum.

Pontifices.

Decreto atque placito concilii Pontifices, id est Sacerdotum principes & Pharisei, pro-pria iustitia turgidi, cum auctoritate mandauerant (quòd est signum animorum domi-nandi libidine æstuantium) vt quicumque resciret vbi lateret IESVS, proderet eum, quòd

quò ipsi eum caperent. Suspiciabantur enim Pontifices & Pharisei IESVM alicubi latere metu. Isti sunt ritus sancti & pii scilicet, quibus Pontifices & Pharisei religionis duces, & legis summi interpretes & magistri, ad Pascha celebrandum seipsos præparant: interim ta-men nescii quòd suo facinore, totius orbis salus procuraretur.

CONCILIATIO.

Cur hoc capite Dominus dixit se semper à Patre exauditum, qui tamen in horto orans calicem à se transferri, non est exauditus? Et Psalmo 21, ad Patrem verba faciens, ait, Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: nocte, & non ad insipientiam mihi. Respondeo: Quæ Christus absoluta voluntate & simplici, citra annexam conditionem, voluit & peti-uit, semper exauditus est. Eadem vult, nec alia potest velle quàm Pater, quum vtriusque vna sit voluntas. Ego (inquit supra, cap. 8.) quæ placita sunt ei facio semper. Nam si oculi Domi-ni super iustos (Psal. 33.) & aures eius in preces eorum: quâto magis in preces CHRISTI, qui est summa iustitia? In his autem quæ CHRISTVS iuxta conditionem & non absolu-tè petiuit, nò est semper exauditus, vt quum (Marci cap. 14.) calicem à se transferri postula-uit, annexit, Non tamen sicut ego volo, sed sicut tu vis: & Lucæ cap. 22, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Cur igitur rogauit calicem à se transferendum? Respondeo: Vt se verum hominem, & verè infirmitates nostras absque peccati similitudine assumpsisse ostenderet: simulque vt doceret voluntatem nostram diuinæ voluntati subiiciendam, atque in omnibus nostris operibus conformandam.


CAPVT DVODECIMVM.

Suscitavit) sus-citauerat à mortuis.

Pistice.

Et domus) lo-mus autem.

Iudas) Simonis subaudi) filius. Perambulabat ad) curam esset illi. Loculos) mar-supium. Vet. In die) se-pulture mee) ser-uauit illud. Nid est) ad iudicium sepulture mee) tempus instare. Et) abibitis. Vet) habebitis. Illic) esset. Sed) vt) sed) & vt) Suscitavit) sus-citauerat. Cogitauerunt) consultiuerunt. In) crastinum) postero die. Quia) venit) veniet. Qui) venit) id est missus à Domino.



IESVS ergo ante sex dies Paschæ venit Be-thaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, què suscitauit IESVS. Fecerunt autè ei cœna ibi, & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit librâ vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes IESV, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentu non ve-niit trecetis denariis, & datu est egenis? Dixit autè hoc, nò quia de ege-nis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea què mitte-batur portabat. Dixit ergo IESVS, Sinite illa, vt in die sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscu: me autè nò sem-per habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt, nò propter IESVM tantu, sed vt Lazaru videret, què suscita-uit à mortuis. Cogitauerunt autè principes Sacerdotu vt & Lazaru in-terficeret: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in IESVM. In crastinum autè turba multa què venerat ad diem festum, quum audiissent quia venit IESVS Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant, Hosanna, Bene-dictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Et inuenit IESVS asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouit

Christus cenat apud Martham cum Lazaro.

Matth. 26. a. Marc. 14. a. Maria soror Marthe vnxit pedes Iesu. Iuda auaritia.

Pauperes.

Lazarum occi-dere consiliant Iudæi.

Iesu asina in-sidens, ingredi-tur Hierosolimam. Matth. 21. a. Marc. 14. a. Luc. 19. f. Zach. 9. b.



Credentes ob Lazarum suscitatum.

Gentiles volumine Christi videre.

Grani frumenti.

Amare vel odire animam.

Ministrare Christo. Matt. 10. 16. d. Marc. 8. d. Luc. 9. c. 17. g. Oratio Christi.

Tonitruum.

Angelus.

Iudicium.

Christus crucifigendus.

Psal. 109. b. 116. d. Esa. 40. c. Exech. 37. g. Lumen.

Tenebra.

Abscondit se Iesus. Iudaei quare non credebant. Esaias 53. a. Roma. 10. d. Esa. 6. c. Matth. 13. b. Marc. 4. b. Luc. 8. b. Act. 18. f. Roma. 11. b.

runt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est IESVS, tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo, & haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum a mortuis. Propterea & obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant ut adoraret in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae: & rogabant eum, dicentes, Domine, volumus IESVM videre. Venit Philippus, & dicit Andreae, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. IESVS autem respondit eis, dicens, Venit hora ut clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo, dicens, Et clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii autem dicebant, Angelus ei loquutus est. Respondit IESVS, & dixit, Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos audiimus ex lege, quia CHRISTVS manet in aeternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? & quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis IESVS, Adhuc modicum lumen in vobis est: ambulante dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quod vadat. Dum lumen habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Haec loquutus est IESVS, & abiit, & abscondit se ab eis. Quum autem tanta fecisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo Esaias impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro: & brachium Domini cui revelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excavavit oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanem eos. Haec dixit Esaias quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Verum tamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Phariseos

Gentiles) Gred.

Clarificetur) Glorificetur.

Custodit) custodit.

Saluifica) libera me ab illa hora.

Veni in horam hanc) subaudi) non morar.

Haec vox venit) facta est. Omnia) omnes Modica) modicum tempus. In vobis) vobis bisum.

Ut non vos tenebrae) ut vos tenebrae occupent. Tanta) tot.

Ut sermo Esaias) id est, ita ut prophetia Esaias impleta sit, vel unde constat impletum fuisse prophetiam Esaias. Haec dixit) id est, haec praedixit Esaias, quum vidisset magnitudinem illius splendoris in quo apparuit illi Deus in templo illo imaginario. Loquutus est) subaudi) populo.

Custodierit) ere diderit. Spernit) ruit.

riferos non confitebantur, ut in Synagoga non eicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. IESVS autem clamavit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum: non enim veni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me, Pater: ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar: & scio quia mandatum eius, vita aeterna est. Quae ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Principes credentes timent excommunicari. Gloria hominum.


Lux. Tenebrae.

Spernit) Christum.

Vita aeterna.

IESVS ergo ante sex dies Paschae venit in Bethaniam.

CAP. XII.



Vius capitis cum superiore connexio est a loci & temporis circumstantia, quae simul certitudinem historiae adducit. IESVS non ignarus conspiracy ac consilii capti de se occidendo: & iam intelligens tempus appropinquare, quo volens decreuerat subire mortem, & immolari agnus immaculatus pro totius mundi salute, noluit diu latere: sed appropinquante hora supplicii, ad locum quoque supplicii accessit, & velut occurrens ad victimam septimo die (qui Iudaeis octauus erat primi mensis, nobis vero sexta est feria Dominicam ramorum praecedens, ab hac enim usque ad vesperam diei iouis sequentem, in qua immolatum est Pascha, intercedunt sex dies) reuersus est Bethaniam, ut recentis miraculi memoria discipulis animos adderet, & resurrectionis spem pectoribus ipsorum imprimeret, quos vehementer perturbatum iri sciebat.

Vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit IESVS.

Bethaniae habitabat Lazarus, quem verbi sui potentia Dominus ante paucos dies redituum fecerat. Euangelista obiter repetit miraculum de Lazaro suscitato, ne tam prodigiosi operis videatur facile oblitus esse.

Fecerunt autem ei cenam.

Singulas circumstantias addit Euangelista, quibus & eius diligentiam & historiae certitudinem agnoscamus: atque ut intelligamus quorsum tendat narratio aduentus CHRISTI in Bethaniam: scilicet ut explicentur ea quae gesta sunt in solenni illa cena. Mos Iudaeorum erat decima die primi mensis accipere agnum absque macula, masculum anniculum, qui seruabatur usque ad decimam quartam diem eiusdem mensis immolandum ad vesperum. Et ex eo die apparere solebant omnia quae ad festi celebritatem facerent, simul & lautius epulari. Cena tamen quae apparsa est CHRISTO, in signum fuit hospitalitatis & grati animi, cum Lazari, Mariae, & Marthae, tum Simonis leprosi, qui beneficium sanitatis a CHRISTO acceperat, & aliorum consanguineorum Lazari erga CHRISTVM.

Agni paschalis preparatio.

Ibi.

IBI, id est in Bethania, apparsa est cena IESVS. In cuius aedibus? Matthaeus (cap. 26.) & Marcus cap. 14. respondent, Quum autem IESVS esset in Bethania in domo Simonis leprosi, &c. & recumberet. Satis infirmum est quod obiciunt, narratam a Matthaeo vntionem in cena, factam die mercurii ante crucem Christi: quod praemittat Euangelista, Scitis quia post biduum Pascha fiet, &c. Proculdubio satis constat hanc historiam de vntione in cena; hoc loco potissimum narratam, ut appareret unde Iudas, scelus & furorem suum conceperit: non autem ut significaret tempus praecedens supplicium & crucem Christi.

Cena in domo Simonis, Bethaniae apparsa.

Et Martha ministrabat.

Haec circumstantia insinuat non vero dissimile esse, tam arctam fuisse Lazari sororumque eius & Simonis inter se familiaritatem & cognationem (quibus pariter familiaris suis



Tabernacula  
paribus delicia

CHRISTVS) vt in eodem viculo habitantes, domū vnā & communem, sola cōtignatione diuisam ac partitam haberent. Didicerant enim multæ familiæ ex ritu patrum, (quos in deserto tabernacula ab æris iniuria protegebant,) sub eodem tecto degere: neque solum inter hos, sed etiam inter omnes Domini discipulos tam arcta fuit familiaritas, & Martha in ministrando Domino tam fuit sedula, vt mirum non sit eam & in Simonis domo, ministrasse Domino: Theophylactus in Matthæi caput 26. ait. Simonem autem hunc leprosum, quidam dicunt fuisse patrem Lazari, quem CHRISTVS à lepra purificauit, & apud eum cœnarit. Obserua fidem Marthæ, quæ non permisit ancillis ministerium, sed per seipsam ministravit. Huc pertinet quod Paulus 1. Timoth. cap. 5. de muliere vidua ait, quæ sanctorum pedes lauerit.

Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo.

Hæc addit Euangelista manifestandi gratia veram & non phantasticam fuisse Lazari suscitationem, nostræ resurrectionis typum gerentem. In eo conuiuio Lazarus aderat vnus è numero accumbentium: non enim vt rediuius apparuit, statim mortuus est, sed mansit, vixitque multo tempore, quæ affueuerat agens, comedens, bibens, & alia Christiano discipulo non indigna faciens.

Maria ergo accepit libram vnguenti.

Particula illationis cum officio Mariæ, insinuat occasionem modi, quo traditus est Dominus, hinc pendere. Et quod cœpit Euangelista narrare, pergit sensim accedere ad describendam passionem IESV CHRISTI: vnde factum hoc Mariæ veluti typum passionis CHRISTI præmittit: nã postea dicturus est CHRISTVS, Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud. Maria itaque singulari quodam amore flagrans in Dominum IESVM, cum ob alia multa, tum ob recens in fratrem beneficium, ACCIPIT, in domo propria LIBRAM VNGVENTI, id est vnguentum ad libræ mensuram. Magnitudo pretiosæ materiæ, exaggeratio est operis in Maria.

Nardi.

Nardus.

Nardus, frutex est, graui & crassa radice, sed breui ac nigra, aspero sapore, folio paruo densoque, cacumina in aristas se spargunt: ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Legito Plinium libro 12. cap. 12. Nardinum vnguentum quomodo conficiatur, Dioscorides libro 1. cap. 17. docet.

Pistici.

Vnguenti Nardum.

Pisticæ legendum est, quod Nardus sit fœminini generis. Nardinum vnguentum erat pisticum, id est syncerum, fidele, & nulla re extranea commixtum, à *πιστις* quod est fides.

Pretiosi.

Pretium vnguenti  
Magdalene.  
Denarii trecenti  
valent triginta  
solatos.

Cum primis pretiosum erat hoc vnguentum Nardinum pisticum, quod ex nardo generosiore confectum esset ad libræ mensuram. Huius pretium Iudas expressit, dicens, Potuisset vendi trecentis denariis. Trecenti autem denarii, supputatore magno illo Budæo, faciunt solatos Francicos triginta, solato valente triginta quinque solidos siue duodenarios.

Et vnxit pedes IESV.

Ioannes omissam ab aliis Euangelistis pedum vñtionem narrat. In primis Maria odorifero illo vnguento vnxit pedes, sed postea fracto alabastro fudit quicquid reliquum erat vnguenti, Domino super caput, vt Marcus cap. 14. refert.

Et extersit capillis suis pedes eius.

Hystorologia.

Magdalena fer  
nor & charitas

Locus hic per hystorologiam, id est sententiæ cum verbis mutatum ordinem, pronuntiat, subindicat hanc Mariam fuisse peccatricem, quæ simili capillorum officio functa, abiit iustificata. In signum vehementissimæ & inauditæ charitatis, hæc in primis fletu ac lacrymis rigauit pedes IESV, & capillis, pedum sordiciem (si qua erat) extersit: deinde mundos pedes vnxit vnguento: non enim extergendum veniebat vnguentum. Non quod existimaret CHRISTVM huiusmodi deliciis capi, sed amor impotens suo indulgebat animo. Tametsi mysterium latens ignoraret, tamẽ hoc officio mortem IESV, & sepulturam prænuntiabat, typum gerens Ecclesiæ Gentium, quæ à Synagoga abactum CHRISTVM diuino honore exciperet.

Et domus impleta est ex odore vnguenti.

Vnguenti commendatio ab effectu quem reddidit. Vehementissimæ fragrantia erat hoc

hoc vnguentum, adeo vt fragrantia totam impleret domum, & vix ferri posset. Discamus ex his naturam viuæ fidei, quæ neque alta neque sublimia, sed humiliora ad pedes IESV CHRISTI quærit. Hæc humilitas proculdubio oritur ex pio castoque amore erga CHRISTVM, & ex peccatorum ac propriæ indignitatis cognitione.

Fides humilia  
quærit.  
Humilitatis  
origo.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas.

Marcus Euangelista quorundam discipulorum animos, huius vnguenti iactura indignatos fuisse atque cõtra vñtricem infremuisse (cap. 14.) testatur. Vt cunq; autẽ simul & alii fuerint hac vnguenti effusione offensi, authorem tamen huius indignationis fuisse Iudam non dubito, vt & ipsum dixisse, Ad quid perditio hæc, &c. Non furace animo (quo Iudas) ducti sunt discipuli: qui quum pauperes & deliciarum essent insueti, natura offendebantur luxu & deliciis lautiorum: vnde non mirum fuit si sententiam Iudæ probarent, & contra vñtricem Magdalenam responderent, quum Iudas curam pauperum prætexeret.

Discipulorum  
indignatio.

Iudas Scariotis qui erat eum traditurus.

Ad certitudinem historiæ, Iudæ proditori cognomen addidit, simul & vt discerneret ab Iuda Iacobi fratre, qui idem Thaddæus ac Lebbæus dictus est, vt sit trinominis. Sunt qui & Iscariotem dictum existimant, per CHRISTI scribentes, quod de tribu Issachar esset: cui tale cognomen ex ipso quoque facinore optime conueniat. Issachar Hebræis sonat mercedem: ipse enim mercede vendidit CHRISTVM nostrum. Quamquam non desunt, qui à viculo cognomen deductum malint, nec est Scariotes quemadmodum quidam legunt, sed Iscariotes, Iscariotæ, Græcis enim legitur *Ἰσκαριώτης*, id est Iscariotes. Hebraicè interpretatur, Vir occisionis, vel exterminationis, vel mortis.

Iudas frater Iacobi.  
Iscariota.

Quare hoc vnguentum non vniuit trecentis denariis, & datum est egenis?

Impius Iudas id fecit quod semper impietas solet, aliud prætexit, aliud in corde cogitat, & vt est in Prouerbio, Panẽ vnã manu ostentat, altera lapidem fert: hypocritæ impii cõsueuerunt suis cupiditatibus prætexere nomen & honorem diuinum. Quemadmodum Pharisei coram mudo iustissimi, inuidia & incredulitati suæ in CHRISTVM reipublicæ salutem prætexunt, ne tota gens pereat (aiunt) & communem Iudæ gentis utilitatem: ita hoc loco Iudas dolens sublatam sibi de hoc pretio, furandi occasionem, suæ auaritiæ velamen & prætextum à pietate & cura pauperum petiit, quærit: arguens Magdalenam, Quorsum (inquit) attinebat rei tam pretiosæ facere iacturam? Neque nostro cõuiuio (pauperes enim sumus) conuenit hæc magnificentia, neque præceptor noster huiusmodi deliciis capitur. Quod si apud te statueras hanc rem tam pretiosam largiri, commutanda erat in pecuniam, donata enim vniisset, & pretium erogatum fuisset pauperibus. Hoc certè magis pium & religiosum fuisset, remque præstitisses te dignam & nobis magistròque nostro gratiorem: hanc reprehensionem quouis titulo pietatis ornatã, quis arguet? Sane plausibilis erat, quod omnino videretur præstare, multis necessaria tribuere alimenta, quàm tantum infumum in vnus non necessarias delicias. Hic prætextus à pietate petitus, efficit vt neque hypocritis neque hypocritæ facile cognoscantur. Vnde alii audientes Iudam indignatam, sine dubio indignari cœperunt, pietatis in proximum prætextum præ se fumentes: sed longè alia erat mens furis Iudæ, quàm aliorum, qui non animo furandi, sed simplici quodam zelo cum mysterii vñtricis ignorantia responsabant. Obserua: Denarios dicit Iudas iuxta æstimationem nummi Romani. Est autem denarius, vt autumat Gulielmus Budæus, nummi Romani genus, valēs tres solidos & semissem, Gallicè, Trois solz six deniers: Trecenti igitur denarii valent quinquaginta duos Francicos & decem solidos: qui respondent triginta solatis Francicis, solato valente triginta quinque solidos.

Impietatis  
genus.  
Hypocritarum  
mos.

Præstat multo  
magis  
quàm vnus  
delicias  
tribuere.  
Hypocritas  
cognoscere  
difficile.

Denarius.  
Nummus  
Romanus.

Dixit autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & oculos habens:

ea quæ mittebantur portabat.

Ne putaremus Iudæ reprehensionem illam fuisse piam, quod in pauperum subuentione & fauorem tenderet, aperit Euangelista mentem Iudæ. Finalis causa indignationis Iudæ non erat pietas, sed auaritia, non erat quod de egenis curaret, commouereturque aut pietate, aut necessitate egenorum: sed quia fur erat. Hæc est causa indignationis,

Iudas fur.



*Vtilitas priuata* priuata vtilitas quæ omnium hypocritarum finalis solet esse causa, his materiam furti & peccatum furandi Euangelista subiungit, dicens, *F V R E R A T*, & cui potestas erat furandi, quum huic omnium deterrimo crediti sint *L O C V L I*, hoc est bursa siue marsupium, quo ea quæ spontanea amicorum benignitas mittebat, portabat quidem ministerio, sed mala fide seruabat: nam vt vir pessimus, solebat iuxta morem quorundam (qui communem pecuniam tractant,) inde sibi furtim nonnihil adunca manu subtrahere, non syncero & fideli animo pendens à magisterio *I E S V*, sed iam tum sibi peculium propiciens, quo viueret ab illius consortio semotus. Vnde iam tum specimen de se præbebat, quàm nõ esset idoneus Euangelicæ doctrinæ dispensationi: cuius animum occuparet auaritia. *Obs*erua: Iudas typum gerit omnium eorum qui sub Euangelio aut pietatis prætextu priuatum quæstum & compendium quærunt.

Dixit ergo *I E S V S*.

*Longanimitas inter amicos simulatos.* *I E S V S* ita reprehensionem Iudæ compefecit, vt ne eius quidem malitiam proderet, quam tamen occultè opprobrat, docens nos quàm debeamus etiam inter aduersarios & simulatos amicos esse longanimes: atque hoc responso patrocinatur Mariæ vnictricis, vt significaret se non humana violentia, sed suapte sponte moriturum. Quod omnibus maxime persuasum esse voluit, se pro omnium salute mortem obire, non cõactè, sed liberè & voluntariè.

## Sinite illam.

Etsi nullius indignationem probaret Dominus, præcipuè tamen Iudam, vt indignationis authorem, compellat. Hæc fusius referuntur, Matthæi cap. 26. & Marci cap. 14. *S I N I T E* illam, & nolite huius mulieris officio obmurmurare, quæ quum summè me amet, id isto voluit officio testari. Hoc opus quanlibet reprehensione dignum vobis videtur, amen amen dico vobis, tanti fit apud Deum, vt vbiunque posthac in toto orbe hoc Euangelium, (id est hæc historia eorum quæ in carne feci, & passus sum pro omnium salute) prædicabitur, prædicandum sit & hoc huius mulieris quaecunque illud vobis habeatur, officium: atque ita cum laude apud omnes pios illa celebrabitur ob tam pium opus. Nolite igitur huic indignari, cui etiam hoc condonare debetis, quod mihi benefecerit.

## Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

*Mortui vnguentum balsum.* Bene quidem de me sentitis, quod huiusmodi delicias viuus semper respui, & luxum damnauit: sed impensa hæc non perit, quum hoc honoris sepulturæ meæ (quam illa præuenit) tributatur. Vngi solent mortui, & ego iam iam ad mortem rapiar. Quare id honoris nolite mihi mox abituro inuidere, sepulturam meam honorificam esse volo, in qua consepe-lientur electi omnes, vt mecum resurgant. Eo enim omnes traham quum exaltatus fuero. Dignior plane haberi vobis debebam quàm vt tantulum officii impendi mihi ægrè ferretis. Proinde voluit mulier vnctione illa, manifestare me moriturum aliquando & resurrecturum à morte. Iudas ignorabat illius operis facti à Maria, causam finalem: quare *C H R I S T V S* illam adiicit: qui dum mortis suæ meminit, videtur subobscurè perstringere cor Iudæ, ne in tam scelestum facinus præceps fiat, quo sui Domini mortem machinaretur. *Obs*erua. Singulari consilio & ordinatione voluit Dominus hoc opus fieri, vt esset typus certus passionis & sepulturæ *C H R I S T I*. Aduerte diligenter aduersus nescio quos, qui vt sanctuli videantur, damnant res delicatas, pretiosas ac odoriferas, quas tamen Deus hominibus cõdidit in vsum. His oblectari & nos iuuare in solatium indulgentissimus Dominus voluit. Deum igitur accusabit, qui vsum harum rerum indignum Christianis censuerit. Perfundi tam pretioso vnguento Dominus permisit, qui nihil potuit laudare & admittere iniqui. Sic quum Dauid, Salomon & alii non pauci multis rebus ad delicias paratis, abundarent, quis dubiter fuisse quamplurimos necessariis etiam indigentes, splendorem tamen illorum & gloriam Scriptura non damnat. Studendum ergo orandumque est, vt verè proximos diligamus: hæc vera charitas faciet, ne quem vsquam debito officio prætereamus: atque dum viuimus (quia Pater cælestis nos variè & non eodem gradu habere dignatur) quod quisque ex Dei gratia est consequutus, frugaliter & liberaliter in sibi proximos vtatur.

Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.

Argumento

Argumento à difficultate occasionis petito, qua non semper licebit fidei & charitatis opera erga *C H R I S T I* personam hinc in mudo præsentem & oculis expositam exercere, rationem adducit, cur Iudas sinere debeat Mariam, & cur Magdalena singulare charitatis opus fecerit. *P A V P E R E S* enim habebitis semper vobiscum. Ac si diceret: Istorum vulgarium pauperum erit vobis copia parata, quorum inopiæ possitis subuenire, facilisque semper fiet præsens occasio beneficiendi proximo, mei autem breuis erit copia, nec mihi posthac beneficiendi tam facilis vobis erit occasio, quia discedo hinc ad Patrem.

## Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est.

Hoc singulare Magdalene opus interfecit Euangelista, veluti per digressionem: nunc redit ad historiam, quam ante huius capitis principium reliquit. Colloquentes inuicem qui ex diuersis Palestinæ partibus in templum conscenderant, aiebant, Quid putatis, quia non venit ad diem istum? Ex rumore turba cognouit: nam Hierosolymitæ ob viciniam frequentabant Bethaniam: & Lazarus ob nobilitatem & diuitias multis cognitus erat, notiorque factus est propter recētis miraculi famam: vnde facile peruasit rumor in Hierusalem, quod *C H R I S T V S* est *I L L I C*, id est in Bethania.

Et venerunt non propter *I E S V M* tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.

Complures ex Hierosolymis in Bethaniam venerunt, partim studio videndi Christum, (cuius famam mirum in modum auxerat tam prodigiosum & insigne miraculum) partim ex nouitatis studio, & quadam curiositate, vt conspicerent ipsum Lazarum quem ex mortuis excitatum audiuerant. Est enim homo natura sua nouarum rerum cupidus.

Homo nonita-  
tū cupidus.

## Cogitauerunt autem principes Sacerdotum vt &amp; Lazarum interficerent.

Hæc est mentis Iudæorum cæcitas, quam ipsorum propria parit malitia. Hoc malè habebat eos, quod *C H R I S T V S* multis author salutis fieret, & tam insigni miraculo ad fidem omnes pelliceret, quodque instante festo, omnes se in Bethaniam reciperent gratia cū audiendi miraculum, tum spectandi eum qui resurrexerat. Furore quodam perciti, cæcum (quod fortiter fuerat apud ipsos gloriæ Christi patrocinatus) iecerant è Synagoga: nunc tantus liuor eò conscendit atque inuidia, vt non solum *I E S V M*, sed & Lazarum interficere molirentur, virumobilem & potentè, in quem ne speciem quidem vllam criminis intetare poterant. *C O G I T A V E R V N T*, id est consultauerunt & serid deliberarunt inieruntque consilia carnali prudentia, de medijs quibus gloriæ *C H R I S T I* & Euangelii progressum impediunt. Ad hunc modum deliberant inuicem & argumentantur, Qui vult Christum extingui, & memoriam eius absorberi, auferre debet omnem & præcipuam Euangelii occasionem, sed Lazarus suscitatus est, præcipua occasio, ergo Lazarus interficiendus est, si extinctum volumus Euangelium. Apud istos insanos & maleolos crimen erat, si cui beneficiet. Sed heus, quid tantum cogitatis facinus? Esto, Christus Sabbathum soluerit, æqualem se Deo Patri fecerit, & propter Romanos, vt dicitis, eum velitis interficere, Quid flagitii commisit Lazarus, vt interficiendus sit? beneficio *C H R I S T I* excitatus est à mortuis, nunquid beneficium accipere, crimini dandum est? *Obs*erua quantum sanguinis & cædis essent sitibundi. Prodigiosa quidem fecerat signa Dominus, quum paralyticum, & cæcum natum sanauit: sed nullum ita eos efferauit atque Lazari suscitatio: nimirum hoc natura admirabilis erat, & post multa, factum & mirandum erat, mortuum quadriduam ambulantem & loquentem videre.

Odi feminariū  
in vltis aduer-  
sus Christum.Liuoris incēditū  
Lazarus nobilitas  
eius potens.Quia multi propter illum abibant ex Iudæis: & credebant in *I E S V M*.

Causam addit Euangelista cur principes Sacerdotum voluerint Lazarum interficere. Hæc ætiologia sumitur ex periculis quæ ipsi cõcipiunt ex Lazaro rediituo prouenire. Fõs mali (aiunt) radicitus extirpandus est, & omnis mali occasio delèda: at felicem faciet progressum gloria Christi, & excrescet Euangelium, vnde nostra corruct doctrina, lex antiquabitur, nihili fiet nostra authoritas, nisi interfecerimus Lazarum, vt hominem qui cõfessione

Consilium Iu-  
deorum de Laza-  
ro interfici-  
endo.

Z. iii.



sua de Christo multos ad fidem conuertit, commouetque à nobis deficiant ad Christum, in quem credant. Prudentes quidem consultum est, omnem mali occasionem delendam esse, sed impium est iudicare malum, quod maximè bonum est. Non erat in consultationem referendum, nisi Lazarus occasionem daret à principibus & legalibus ceremoniis ad Christum deficiendi: sed id consultandum erat, num iniquum impiūve fuerit: num Synagoga & legalibus ad Christum deficere: num c h r i s t v s falsa doceret: num Christus turbas seduceret, ac impostor esset? Qui quum nihil tale in Christo offenderet, apertissimū est istos sola inuidia, liuore & odio in Christum ductos fuisse: vt non solum consultarent quomodo i e s v m interficerent, sed etiam quibus mediis Lazarū interimerent. Obseruat Multi festo instante abibant in Bethaniam, cupidi fieri spectatores miraculi, & fortassis sitibundi audire si quid narraret Lazarus, quæ apud inferos viderat.

**In crastinum autem.**

*In crastinum dies* IN CRASTINVM, siue postero die cenæ prædictæ, qui à nobis Dominicus dies dicitur, & quem quotannis celebramus diem palmarum: quasi dicat, Quum paulisper in solitudinem secessisset Dominus vt restingeret furorem homicidarum, rursus palam & liberè conscendit Hierosolymam, nihil veritus inuidiam, liuorem & odium inimicorum: iam enim instabat hora passionis, neque fugiendum neque latendum erat, sed prodiendum pro mundi salute. Hæc dies, decima luna erat, qua parabatur agnus sine macula, decima quarta luna ad vesperam immolandus. Eadē die verus agnus ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus, ascendit Hierosolymā nō inuitus, sed sponte.

*Luna decima, apparatus agni.*

**Turba multa quæ venerat ad diem festum, quum audissent quia venit I E S V S Hierosolymam.**

Commendatio est Euangelii à sua potentia, qua valet multos homines ad se trahere. Quum ingens hominum turba (quæ ob diem festum Hierosolymam conuenerat) ex publico rumore rescisset I E S V M relicta Bethania aduenire Hierosolymam, processerunt obuiam Christo, maiorem illi quàm puro homini honorem impensuri. Neque in posterum habuerunt illum vt simplicem Prophetam, sed vt magnum in lege promissum. Obserua verum miraculorum vsum spectare ad glorificandum c h r i s t v m, quum vides suscitatione Lazari excitatas turbas ad illustrandam Christi gloriam.

*Miraculorum vsum.*

**Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei.**

Decisis ab arboribus palmarum ramis, quibus incedenti viam infisterent, honoris gratia prodierunt obuiam Christo: quod putauerim, non solum gratitudinis & hospitalitatis signum, sed etiam magnæ & viuæ fidei exemplum. Accipere enim ramos, & obuiam procedere, ac clamare, sunt fidei effectus, quibus se gratificari Christo testantur, cupientes quàm augustissimam facere pompam, qua Christus in urbem veheretur. Prudenti quoque & spiritali consilio strauit populus palmarum ramos in via, Christo adueniente, quo iam omniabatur ei victoriam. Nam palma antiquitus victorum erat triumphalis corona, & victoriæ insigne, vt & Prouerbio locū fecerit, Palmam dare: hoc est victorem fateri eum qui non cesserit in bello, sed infractus perstiterit. Non est maior victoria quàm Christi, qui mortem moriendo superauit, & trophæo crucis de diabolo, mortis principe, triumphauit, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso, ait Paulus ad Coloss. cap. 1. Adhæc perpetuo viret palma, procera & ascensu difficilis est, sed fructu suauissimo. Genuina quadam naturæ vi non flectitur deorsum, verum in contrarium curuatur, & aduersus superpositum pondus insurgit. Ita & eadem est Christi ac Euangelii natura, quod magis persequeris, eò altius contra resurgunt. Obserua: c h r i s t v s in his omnibus (quæ Matthæus cap. 21. Marcus cap. 11. & Lucas cap. 19. fusius explicant) voluit ostendere futuri sui regni quoddam specimen, vt nihil omitteret, quod Iudeis se c h r i s t v m esse probaret.

*Ramos accipere & obuiam Christo ire, sunt fidei effectus. Palma victoriæ adumbrat. Palmam dare, Victoria Christi. Palma proprietas.*

**Et clamabant.**

CLAMARE, verbum est pertinens ad Euangelium: est enim Euangelium aperta & vniuersalis doctrina, quæ ad omnium aures peruenit: non in vnius populi fauorem (sicut lex) sed in omnium salutem nuntiatum est Euangelium. Clamabat congratulatoriū carmē, quemadmodum populus solet publicum testari gaudium. Clamabant, & foris confitebantur, quod intus in animis crediderunt. Psalmo 118, Credidi propter quod loquutus sum.

*Clamare, verbū Euangelium.*

*Osanna.*

**Osanna.**

OSANNA, dictio est Hebræa sonans apud nos, Nūc salua, seu Salutem da: nam o s a, est à verbo I H A S A, à quo fit nomen I E S V S, & interpretatur, Saluifica. N A autem, particula est obsecrantis: vt rumque legi potest & Osanna & Osianna vt ex Mose Kimhi de defectiuis videri potest. Huius vocis variam interpretationem, si delectat audire, legito Hieronymum 3. tomō Epistolarum, epistola ad Damasum Papam, fol. 125. Hæc acclamatio sumpta est ex Psalmo 117. vbi leguntur ad Domini pompam propriè respondentia, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. O Domine saluum me fac, &c. Siue vt alia translatio habet, Obsecro Domine, serua nunc, obsecro Domine, da iam prosperitatem, Benedictus qui venit in nomine Domini. Hinc iam aperta sunt tum quæ hinc ab hoc Euangelista, tum quæ ab aliis scripta sunt, Osanna filio Dauid, benedictus, &c. fuisse faustam quandam commendationem. Quemadmodum in euntibus magistratum aliquem, solent bene precari, & optare prosperum successum: ita & hoc modo fuit animatus hic populus erga Christum. OSANNA, id est saluifica & fortuna huic Filio Dauidis omnia: felicem habeat progressum regnum huius Messiae aduentantis: redde illi cuncta fausta, vt auspiciatissimè regnum suū auspicietur. Fac in tuo nomine ingrediatur, vt benedictus sit, & omnia quæ tentarit, secundet. Quod autem hoc fuerint precati, videtur apertum ex Marco cap. 11. qui refert hos dixisse, Benedictū sit regnum Dauid patris nostri, quod venit. Congratulatur igitur hæc turba Christo Regi & Messiae, felicè sui regni progressum. Obserua: Nō sine causa vocem Hebraicam Euangelista reliquit, opinor, quod peculiaris sit eius gentis acclamatio, quemadmodum apud Romanos, Iō triumphæ.

*Osanna. Ithasa. Na.*

*Magistratum inuentum mos.*

*Iudeorū peculiaris acclamatio.*

**Benedictus qui venit in nomine Domini.**

Agnoscentes benedictū Domini, c h r i s t v m ipsum esse, qui regnū Dauidis esset restitutus, acclamāt, Benedictus qui venit nō in nomine proprio, nō ad gloriam propriā, sed I N N O M I N E Domini, hoc est, ad gloriam Patris: quasi diceret, Hactenus variis tyrānis pressi sumus: nūc gloria Deo: sit laudatus, felix, augustus, fortunatus, & victoriosus hic noster Rex & Messias, qui venit siue qui vcturus erat, nō aduersarius Deo. V E N I T enim in nomine Domini, hoc est, à Deo destinatus & vctus nobis aduenit. Salus & prosperitas sit huic nostro regi. Faue nūc, iuua & salua qui habitas in altissimis. Similiter interpretādū venit cū illud apud Marcum, Benedictū sit regnū Dauid, &c. tū apud Lucam, Pax in cælo & gloria in altissimis: quo significare volebant, nunc demū in cælis verā pacem donatam hominibus, & magnam Dei misericordiam, ac immensam bonitatem effuluisse. Ex his colligimus hanc acclamationem, esse inuocationem ad Deum Patrem, vt filii sui regnum fortunare & prosperare velit. Obserua. Hæc omnia nobis cōmendant regnum Christi, quod solum in nomine Dei venit. Regnū mundi sua querit, & Satanæ meret, in solo c h r i s t i regno salus, benedictio, virtus, prosperitas & gloria, in quo sumus, dum fide viuā Christo adheremus qui nos à tyrannide mundi, carnis, & Satanæ liberauit, & suo spiritu donatos, filios & hæredes Dei æternū facit. Huc pertinet quod supra cap. 5. dixit, Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

*Congratulatoria acclamatio.*

*Venire in nomine Domini.*

*Acclamatio inuocatoria. Regnum Christi. Regnū mundi.*

**Rex Israël.**

Fatentur c h r i s t v m regem Isracl. Quasi dicerent, Hic est verus Messias in prophetis promissus, qui non venit erepturus temporalia, exacturus tributa, aut ferro & armis ducturus exercitum: sed erecturus regnum in spiritu & veritate. Psal. 2, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Hæc omnia nos admonent imprimis, vt grati simus pro Euangelio: deinde inuocemus Deum, vt velit Euangelium fortunare & prosperè propāgare.

*Tyrannus.*

**Et inuenit I E S V S afellum.**

Alii Euangelistæ hunc ingressum c h r i s t i in Hierosolymam pluribus explicant circumstantiis, noster Euangelista obiter de illo tractat: & quod alii fusius dixerunt, Ioannes quodam compendio dixit, I E S V S inuenit afellum, quem duo discipuli suo iussu adduxerunt.

z. iiii.



Et fedit super eum.

Ingressus Christi in Hierusalem

Asina subiugalis

Vitis

Christus communis saluator

Asina indomitum

Christus sessor nobis necessarius

Regnum Christi si quare

Zachariae propheta expenditur

Timor servilis ex diffidentia

Christum quare voluit asina insidere

Sion

Davidis civitas Hermon, mons

Ecce, particula

Christi triumphalis ingressus in Hierusalem

Fides unde pendit

Sion dicitur

Dimitte regni Christi

Non purpura ornatus, & olivaceus curru aureo vehitur, trahens post se exercitum: sed asino infedit: imprimis, vt figuræ satisficeret, cuius Patriarcha Iacob in suis benedictionibus meminit. Genes. cap. 49, Et ipse erit expectatio Gentium, ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, & fili mi, asinā suam. Asina subiugalis, Iudæi sunt lege & legis disciplina eruditi. Pullus, animal immundum, in lege symbolum erat Gentium populi immundi, super quo infedit Dei verbum IESVS, subiiciens indomitum & ineruditum illum, quasi pullum novum adductum in novam Hierusalem, quando subditus est Evangelio. Ligantur ad vitem, quæ est Evangelium, viuum cor exhilarans. Vocati enim sunt Iudæi & Gentes ad Evangelium. Est certe IESVS CHRIVS Iudæorum & Gentium salus, & cõmunis Saluator, apud quem non est personarum acceptio. Si aliam velis allegoriam: Carnem nostram quovis onagro ferociorem adumbrat asinus indomitus. Necessarium est carnem nostram pati CHRIVM sessorem, vt glorificetur CHRIVS: nisi enim patiaris Christum sessorum, hoc est carnem tuam cum vitis & concupiscentiis crucifigi, siue carnem tuam mortificari Christi spiritu, non glorificabitur in te CHRIVS. Observa: hæc incessio super asellum insinuat philanthropiam qualitatemque Christi regis & regni eius.

Sicut scriptum est, Noli timere filia Sion.

Asino insidens Propheta satisficit CHRIVS, quæ Zachariae cap. 9. consolatur filiam Sion, siue Hierosolymitanos, ne abiectioe & humilitate personæ CHRIVS, scandalizarentur. Incredulitatis infidelitatisque signum est timor servilis, qui ex diffidentia oriri solet. Noli igitur tu Hierusalem offendi & scandalizari, dum videris CHRIVM regem tuum, humilem & contemptam personam insidentem asello, & non vectum aureo curru: sed crede in eum, & suscipe illum: qui quanquam humiliter incedat, & de facie videatur tibi humilis & contempta persona, tamen ipse est Messias tuus, rex tuus, & Saluator tuus. Quare, ô Hierusalem, noli timere, id est noli incredula esse, dum tuus Messias advenierit. A tam sancta exhortatione defecit Hierusalem, quæ CHRIVS aduentante timuit, id est incredula fuit erga CHRIVM, cuius abiectioe & contemptu offensa, & scandalizata, neque illi credidit, neque illum suscepit. Factus enim est CHRIVS Iudæis scandalum. I. Corinth. cap. 1, Nos autem prædicamus CHRIVM crucifixum, Iudæis quidem scandalum: Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis CHRIVS Dei virtutem & Dei sapiëntiam. Cæterum quanquam solitus esset antehac Christus pedibus iter conficere, tamen semel voluit sic asino insidens cum honore regio ingredi Hierusalem, vt non solum cõformaret Scripturam, sed etiam vt vel sic Iudæi Christum ex tam publico & singulari Prophetarum testimonio agnoscerent esse Messiam. Observa: SION, est mons Hierosolymæ ( qui aliàs mons Domini: item & mons sanctus dicitur) in cuius vertice erat arx constructa, quæ à Dauide, ciuitas Davidis est vocata. 2. Reg. cap. 4. Est & nomen montis Amorrhæorum, qui & Hermon dicitur.

Ecce.

Vox attentionis est ECCE, qua non solum somnolentos & tardos Iudæos, verumetiam nos ipsos velut è somno ac infidelitate ad credendum & fide viua excipiendum quod narraturus est, excitat, veluti aliquid magnum & auditu mirabile, quodque ingens momentum habeat. Dicturus enim est Zacharias de re seria & magna, nimirum de Messia suo, & saluatore. Hoc vt magno desyderio expectatum est, ita summo nunc cum gaudio debet merito excipi. Obiiciet quispiam: Quid nos attentos vult Propheta, quum in hoc ingressu nihil legamus quod regem deceat? Respondeo: Hic ingressus non est aliquo nostro sensu metiendus meditandusve, sed fide quæ ex auditu diuini verbi est, & indicat, & solum sequitur quod verbo Dei perceptit. Pendet enim fides ex auditu verbo, & nihil minus quàm à visu aut externa specie. Quò fit vt nullus hoc ingressu cognouerit Christum regem, nisi qui verbum Zachariæ sequutus, in rem Prophetia significatam crediderit: cuius regnum non his corporeis oculis, sed spiritu metiendum est. Hoc qui facit, verè in album filiarum Sion annumeratus est.

Rex.

REX, non tyrannus & prophanus, sed sanctus & spiritalis, qui regat, tueatur & defendat ab aduersariorū machinis. Huius pōpa nō est oculis & sensibus obiecta: huiusmodi enim nō esset fidei locus, sed qui hūc regē excipiunt, & in eū credūt, certō agnoscut sub hoc humili

humili & paupere ingressu, aditum ad cælos, sub paupertate diuitias, gloriam sub ignominia, in tribulatione gaudium, & vitam sub morte experiuntur.

Tuus.

Valde emphaticè dicitur T V V S. Hic locus separat hunc regē ab omnibus aliis. Quasi dicat, Tuus est, & tibi promissus, & in cuius peculium cessisti: hic solus est qui te gubernare debet, non imperio externo, sed spiritu, nisi durissimam seruire seruitutem ac viuere vitam amaram omnique angustia refertissimam, velis. Quid si CHRIVS tibi non adfit, & te gubernarit, innumeris tyrannis es obnoxius: quos non Reges, sed animarum mactatores & excarnificatores iure dixerim. Sub quibus si egeris, indicibili premèris necessitate & angustia. Quid, te per Deum rogo, truculentius dæmone, carne, mundo, peccato, lege, morte & inferno? Si in istorū manus incidis, actum est de te. Heu te miserum, occidisti, peristi. Regnant enim peccato, semper afflicta & intranquilla est conscientia, nunquam abest metus mortis & inferni. Vnde nulla inibi pax, gaudium nullum, nihil voluptatis concipit animus. Et, vt scribitur Levitici cap. 26. etiam terretur cor huiusmodi à sonitu folii volantis. At si hunc fide viua regem exceperis, tutus & lætus viues, quem certō scies esse horum omnium tyrannorum victorem & interemptorem. Qui hac causa tuus est, vt te ab his grauissimis tyrānis liberatum gubernet, & defendat: qui vt purus est & à peccato alienus, viuit & est beatus, ita te à peccato liberum, viuentem, & felicitate potiētē aeternū seruabit. Quare Tuus dicitur, à quo ita gubernaris, vt ereptus ab aduersariis, ab ipso nunc in gratia, in spiritu, in vita, in cælo, in Deo regaris, & ducaris suauissimè. Hæc omnia tibi contingunt, si credideris in Christum. Qualem enim tibi credis Christum, talem habes. Quicquid de eo tibi pollicèris, id in eo inuenis, & omnino secundum quod verè credideris, fiet tibi. Observa: Pro-nomen T V V S, videtur aliquid insinuare de priuilegiis Iudæorum, de quibus agit Apostolus ad Rom. cap. 10.

Venit.

VENIT prior, non tu prior ad eum venis. I. Ioan. cap. 4. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Qui fieri potest ad eum tuis viribus prior venias, quum altius & longius habitet, quàm vt ad ipsum tuis opibus opera, aut labore queas pertingere, ne scilicet gloriam possis te tuo merito & tua dignitate pellexisse ipsum ad te. Necessaria igitur est eius præuentio & fauor, sine quo nihil boni agere possumus. Per necessarium est ipsum ponere primum nostri ædificii lapidem, & dare nostræ salutis initium, vt eum quæramus ac inuocemus. Semper venit, qui semper præsto est adiutare, dum foris pulsar: Pulsanti igitur aperit. Apocal. cap. 3, Ecce sto ad ostium & pulso: Siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo: & ipse mecum. Proinde venit Christus propter veritatem Dei commendandam, quandoquidē multo antequàm essemus, nobis promissus fuit, qui nihil eorū quæ promittit non cumulatiſſime præstat. Hæc nos inuitant vt cõfidenter promissis ipsius fidamus. Apud Zachariā legitur, Venit mæstus, id est blandus & mitis est, nō terret cõscientias peccato faucias, sed cõsolatur & veniā offert. Ad-ditur, Iustus, & Saluator: id est Venit vt te iustificet & saluet ne pereas, sed aeternū viuas.

Tibi.

Hic datius T I B I, emphasim habet. Quasi dicat, Venit tibi promissus. Respõdit ali-quis: Nunquid satis erat, tuum esse Regem? Si enim tuus est, ad quid addere oportuit, Venit tibi? Respõdeo. Zacharias eò hæc omnia sic nobis explicuit, cum vt Christi philanthropiam nobis describeret, tum vt tanto efficacius ad fidem nos pelliceret. Vt enim non sat erat Christum pro nobis mortuum esse, nisi & resurrexisset, ita non sat erat Christo nos tyrannide & dominio peccati, mortis & inferni liberaret, agerētque regem nostrum, nisi & sese totum nobis donaret: vt quod suum est, nostrum faceret. Ipsius enim gratia filii Dei & heredes Dei dicimur, iam cum ipso sedemus in cælestibus. Huc pertinet quod ait Paulus ad Rom. cap. 8, Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Propterea qui fide viua Christum ample-xatur, duplicia à Christo bona habet: Primum, fidem & spiritum, quibus à peccatis purga-tur & liberatur: deinde Christum ipsum, vt gloriari queat de acceptis ab ipso bonis, ac si propria essent. Huc pertinet quod scribit Esaias cap. 40, Consolamini consolamini popule meus, dicit Deus vester: loquimini ad cor Hierusalem, &c. Sequitur, Suscepit de manu Do-mini duplicia pro omnibus peccatis suis. Colligamus ex his. In eo quod est rex tuus, suscipia

Tyrannus

Christus nobis talis, qualis creditur.

Deus præuenit nos.

Fauor Dei nobis præsentissimus.

Christus seruum nobis donauit.

Christum habes duplici dono ornatum.



ab eo gratiam in corde tuo, qua à peccato & morte liberaris, & sit rex tuus, tu vero subditus eius. At in hoc quod tibi venit, cedit tibi in peculium, vt iam potestatem habeas in eius bona propria, velut sponsa ius accipit in ea quæ sponsi sui sunt: vt ornatum quo ipsam condecorauit. Suauissimam hæc omnia piis afferunt consolationem: quæ si animo non exciderint, nunquam diffidentia & desperationi erit locus.

**Sedens super pullum asinæ.**

Pacificus est hic ingressus, nihil armorum hic crepat, nullum auditur classicum, nullus equorum hinnitus, non infidet equo, qui animal est terrificum, neque pompa terrificæ & potentia aduentat, sed asino vehitur Dominus, quod animal duntaxat oneribus gestandis & labori in vsum hominum natum est. Quo significare voluit se nequaquam venire, vt terreat, vrgeat aut premat hominem: verum vt adiuuet, onusque ipse in se recipiat & ferat.

**Hæc non cognouerunt discipuli eius primum.**

Non cognouerunt discipuli hæc mysteria scilicet quod CHRIS TVS iuxta Prophetarum vaticinia deberet insidere pullo asinæ, & sic ingredi Hierosolymam, opinantes hæc agi fortuito. Nouerant quidem quod scriptum est apud Zachariam, sed non intelligebant id de CHRIS TO dictum fuisse: Siquidem scandalizati fuissent, si rex crucifigeretur & tam durè à Iudæis tractari se permitteret. Quum dicit PRIMVM, significare vult Euangelista tempus illud quo nondum illis per Spiritum Sanctum reuelatum fuit Scripturarum mysterium. Qua in re obseruabis huius Euangelistæ sapientiam & humiliationem, qui priorem suam ignorantiam prædicare non erubescit.

**Sed quando glorificatus est IESVS, tunc recordati sunt quia hæc scripta erant de eo.**

Gloriam hoc loco dicit Ascensionem, & Spiritus Sancti missionem post crucem, passionem, & resurrectionem, significans solo Spiritus Sancti dono, cum opera CHRIS TI, tum Scripturas intelligi. SED quando glorificatus est, & cæci diceret, Posteaquã ascendit IESVS ad dexteram Patris, & misit suum Spiritum: tum ipsi ex Spiritus Sancti reuelatione conferentes rem gestam cum Prophetæ dictis, RECORDATI sunt, id est in memoriam reducentes quæ gesta à CHRIS TO viderant, animaduertentes illa, hoc est Zachariæ vaticinium (quod acclamatum est à turba) & tam humilem ingressum in Hierosalem, scripta fuisse de CHRIS TO. Rogabis: Quum memoria sit eorum quæ prius nouimus, quomodo dicuntur Apostoli recordari eorum quæ prius non nouerunt? Respondeo: Recordati sunt eorum quæ gesta sunt à CHRIS TO, quæ reuelante Spiritu CHRIS TI cum testimoniis Prophetarum contulerunt, & admirabilem veritatis consensum, atque responsum doctorum Prophetarum ad opera CHRIS TI compararunt. Obserua ex his neminem intellexisse crucis opus fuisse viam ad resurrectionem & gloriam, nisi misso Spiritu Sancto.

**Et hæc fecerunt ei.**

Accepto Spiritu Sancto discipuli cognouerunt quod hæc, scilicet adduxisse pullum cum asina, simul & congratulatoriũ carmẽ, Osanna, & c. cecinisset, FERVENTEI, id est hæc facientes inferuerunt ei, vt regi Messia cui is debebatur honos à Prophetis prænuntiatus.

**Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis.**

Huius processionis siue exitus, quo ab Hierosalem obuiam CHRIS TO turba abiit, causas adducit. Hæc est causa: Quia qui pridem adfuerant iuxta Bethaniam (quum Dominus IESVS excitaret Lazarum de monumento) quod oculis suis cõspexerant, cæteris narrabãt, testimonium perhibentes de CHRIS TI potentia, & commendantes hoc tam insigne miraculum coram omnibus. Vnde excitati Hierosolymitani prodierunt & processerunt obuiam IESV. Obserua. Hæc omnia, QUANDO Lazarum vocauit, & c. sunt voces quarum singulæ potentiam & vim verbi CHRIS TI exaggerant. VOCARE enim de monumento & suscitare à mortuis, non nisi magnam potentiam requirunt.

**Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.**

Audito tam insigni miraculo ab his, qui viderant à CHRIS TO factum quale non erat auditum ab orbe condito, copiosissima hominum multitudo processit ex Hierosalem in aduentum

*Asinum.*

*Discipulorum ignorantia ante acceptum Spiritum.*

*Gloria.*

*Memoria.*

in aduentum CHRIS TI: quia hoc tam prodigiosum miraculum palam diuinam quandam virtutem præ se ferebat, honos quoque CHRIS TO exhibitus est, qualis nulli vnquam Prophetarum datus fuit. Obserua: QUILA audierunt, & c. Suscitatio Lazari excitat sunt turbæ ad glorificandum CHRIS TVM: vnde monemur verum miraculorum vsum esse gloriam Dei illustrare, commouere vt obuiam eamus CHRIS TO, & eum suscipiamus regem nostrum. Quare nisi in his gloria CHRIS TI manifestetur, eademque illustretur, mera est Satana impostura.

*Miraculorum vsum.*

*Satana impostura.*

**Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos.**

Hactenus insigne populi studium erga CHRIS TVM audiuius, nunc audiemus tendicula & retia Pharisæorum aduersus CHRIS TVM: qui videntes turbam tanto studio tamque grato carmine & honore tanto sequi & excipere CHRIS TVM, animos propendunt despondent, & in desperationem ferè adigunt: nec tamen ab impio ccepto respiciunt, sed inuidia disrupti, odio feruentes, inter se commurmurant, dicentes.

**Videtur quia nihil proficimus.**

Hoc consilium eod tendit vt à verbis ad verbera, & à deliberatione ad executionem facti eatur: sed dum consultant, & ex deliberatis concludunt, sua se sententia condemnant, & suo gladio seipsum enecant. Nam quod plus insidiarum & proditorum machinantur aduersus CHRIS TVM, eod plus illustratur inclarescitque gloria CHRIS TI: & ipsorum plus sordet doctrina & religio. VIDETIS, quasi dicant, re ipsa experimini quod omnibus machinamentis nostris, nostra cunctatione & mansuetudine frustra laboramus: sed quod magis obsistere conamur, eod plus inclarescit eius autoritas, & populi studium accenditur, & nihil proficimus. O impii Pharisæi, si vestris conatibus nihil proficitis, mutate conatus, & excipite cum honore, quem extinguere molimini.

**Ecce totus mundus post eum abiit.**

Argumento à necessario & periculis petito, sese attentos reddunt. ECCE, antea paucos habebat discipulos, nunc vero totus mundus, & c. per auxesim, id est augmentum, dicitur commendaturque potentia CHRIS TI & Euangelii, quod TOTVS mundus, id est turba, ABIIT cum eo, id est illi adhæret, & credit in eum: adeoque à nobis defecit ad illum, vt nobis iam nec satis tutum sit palam illi manus iniicere. Festinemus igitur ad propositum negotium antequam tantum malum latius serpat, totamque occupet urbem, cui modis omnibus obuiandum est. His mutuis verbis sese cohortabantur impii Pharisæi, vt maioribus prædijs dolisque CHRIS TVM adorirentur: vnde tantum facinus non prius peragunt, nisi habito Pharisæorum, Scribarum, Sacerdotum ac Seniorum magno consensu, adiuncta quoque sibi plebe, quæ vento mutabilior facile iisdem accenditur furis: addita Pilati præsidis autoritate, accessito & Iuda proditore.

*Auxesim.*

**Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant.**

Tacite vocationem Gentium insinuat Euangelista. Pharisæi, Seniores, Scribe & Sacerdotes aduersus CHRIS TVM conspirantes, & occidere quærentes labuntur, & in præceps ruunt: Gentes vero reiectum à Iudæis IESVM videre & amplexari cupiunt: vt iam videatur lapsus Iudæorum fuisse occasio Gentibus ad gratiam. Ad Rom. cap. II, Sed illorum delicto, salus est Gentibus: vt illos æmulentur. Quod si delictum illorum, diuitiæ sunt mundi & diminutio eorum, diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum? Hi ergo veluti primitiæ conuersionis Gentium, cum in templo adorandi, tum IESVM vidèdi gratia venerant Hierosalem: templi enim Hierosolymitani tanta erat veneratio, vt etiam è lóginquis regionibus eod religionis gratia multi Gentiles proficiscerentur, quod, ex Actis Apostolorum, cap. 8. legimus obseruatum ab Eunuchò Candacis reginæ Aethiopum. Hoc itaque ritu & consuetudine exciti hi Gentiles, conscendunt Hierosolymam. Aut hi fortassis profelyti erant, hoc est ex Gentilismo ad Iudaismum defecerant, qualis & vnus fuit Cornelius Cæsariensis. Magis mihi aridet prior sententia, quod omnino Gentiles essent, cui subscribit Theophylactus.

*Gentium vocatio.*

*Profelyti.*

**Vt adorarent in die festo.**

Circumstantia in die festo ostendit zelum & pium illorum adorandi affectum: nimirum in tempore maioris deuotionis, & concursus populi, vnde maior confurgebat cultus. Verbo Adorarent, comprehendit totum cultum quem Gentiles illi Hierosolymis expedire voluerunt. vt adorarent, hoc est seipsum sanctificarent, & precibus Deo se commendarent. Obserua pium & religiosum in templis cultum non solum esse Deo gratissimum, sed etiam

*Adorare. Templorum cultus ab idololatria euocat.*



euocare idololatræ ab impio cultu ad gloriam Dei, & ipsius cultû castum & plane diuinû.

**Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ.**

Hi Gentes humilitatis gratia, & iam sui abnegatione exciti, nõ audent C H R I S T V M adire: sed quòd desyderant, per internuntios Apostolos agunt. Cupiebant certè non solum obiter in turba I E S V M videre, sed cominus etiam salutare, & loquentem audire. Tam ingens desyderium videndi I E S V M confurgebat ex his quæ de I E S V tam admiranda audierant. Adeunt confidentius Philippum, cui ob patriæ viciniam (erat enim è ciuitate Bethsaida, quæ est Galilææ gentium) erant noti.

**Et rogabant eum, dicentes.**

Moti studio videndi C H R I S T V M, rogant Philippum sympatriotam, vt sibi aperiret aditum ad I E S V M.

**Domine.**

Magnificiunt Philippum, quem dignitatis nomine salutant, & ab eo benevolentiam captant, hoc honoris verbo, D O M I N E.

**Volumus I E S V M videre.**

Saluus sis Domine, Nos tui sympatriotæ magna cupiditate videndi I E S V M tenemur, eam gratiam nobis facito, qua per te fiat nobis aditus ad magnû illum Prophetam I E S V M C H R I S T V M, de quo tam miranda audiimus. Obserua: priorum est hoc desyderium, vcl. le videre I E S V M sicuti est, quem nunc fide vident & familiarius ei colloquuntur.

**Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum**

**& Philippus dixerunt I E S V.**

Videbatur Andreas maioris esse authoritatis apud Dominum, quòd primus omnium esset vocatus. Obserua modestiam & bonum ordinem: Philippus rem aperit & communicat Andreæ (tanquam ei qui ante se vocatus erat) eiusdem ciuitatis collegæ. At Andreas nihil sibi arrogans, simul accipit & Philippum, & ita fidenter adeuntes I E S V M, exponunt illi quosdam esse non Iudæos sed Ethnicos, qui tamen illius videndi desyderio flagrant, si dignaretur eos admittere. Obserua quòd hi per Apostolos ad C H R I S T V M ducuntur. Id est quòd alibi dicitur, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. Nam Spiritu Sancto cælitus missus in die Penthecoste abierunt Apostoli in vniuersum terrarum orbem prædicaturi Euangelium, quorum prædicatione adductæ sunt Gentes ad Christum.

**I E S V S autem respondit eis, dicens.**

Quum instaret tempus quo per Euangelium euehendus esset Dominus in Gentibus, qui tam impiè sperni se à Pharisæis & sacerdotibus videt, atque Ethnicos sui videndi desyderio teneri cognoscens, cepit hac occasione discipulis suis aperire mortem suam, & ex ipsa quantum vtilitatis & fructus non solum Iudaicæ Genti, sed vniuerso mundo contingeret. Miraculo Lazari suscitati C H R I S T V S plurimos cum Iudæos tum Gentiles ad amorem sui pertraxerat, & quandiu vixit, non paucos verbo & miraculis sibi conciliauit: sed longè plures (nimirum omnes totius orbis) mors ipsius & resurrectio attraxit. Vnde discipulis piùm Ethnicorum affectum exponentibus, dignatur aperire fructum suæ mortis, qua aduocandæ essent Gentes, quarum primitiæ erant qui C H R I S T V M salutare & compellere tantopere desyderabant.

**Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.**

Quasi diceret, Audistis Hebræos gratulatorio carmine mihi congratulantes dixisse, Benedictus qui venit in nomine Domini. Nunc simili desyderio videtis Gentium primitias aduentare: putantque Pharisæi & Sacerdotes horam appetiisse, qua Filius hominis prorsus sit extinctus: sed apud vos certò statuite venisse horam (alludit ad tempus quo abire debuit Euangelium ad Gentes) V T C L A R I F I C E T V R Filius hominis, hoc est vt C H R I S T V S, quàm latè orbis patet, agnoscat & celebretur. Videtis Gentes pulsare iam fores, summisque votis me exoptare, ad quas certè abeundum erit, quum lata sententia Iudæi me reiecerint. Hæc clarificatio & gloria nouo gloriæ genere & noua ratione parabitur: nempe morte mea. Quum igitur Gentes veniât ad me, nunc instat hora vt crucifigat. Quare permitam Iudæis vt insidiis sinem imponant, & me morti tradant: vt posthac nullus sit excusationi locus, si relictis illis vt crucifixoribus & mei contemptoribus, abiero per vestram prædicationem ad Gentes, quæ nunc cœperunt ad doctrinam meam venire. Neque iustum

Resurrectionis  
vires.  
Gentium primi-  
titiæ.

Hora Christi.

Gloria per mor-  
tem.

iustum foret nihil Gentibus dari, quæ tantopere Euangelium & salutem sitiunt. Hæc nos docent quòd C H R I S T V S ante glorificationem, non debuit Gentibus prædicari. Sicut etiam scriptum est, In viam Gentium ne abieritis. Sed glorificatio C H R I S T O, dictum est Apostolis, Ite, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Obserua hoc loco finalem crucis effectum esse glorificationem. Ergo si ad gloriam venire volumus, æquo animò ferenda est crux. Per multas enim tribulationes (dicebat Paulus in Actis) oportet nos intrare in regnum Dei.

**Amen, amen dico vobis.**

Quia ad hanc gloriam (qua C H R I S T V S per vniuersum mundum celebraretur & illustraretur) non nisi per mortem veniendum erat, addidit iuramentum in re seria & certa, & quam vtilitas proximi postulare videtur, scilicet, quòd oporteat eum clarificari per crucem.

**Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem in mortuum fuerit, multum fructum affert.**

Argumento à similitudine exempli petito, probat C H R I S T V S suam mortem esse frugiferam & suauissimam. Nobis afflictis affert consolationem, qua docemur quòd ideo affligimur, vt fructificemus, & copiosorem afferamus fructum. Quum mortis meæ (inquit) memini, vobis insurgit nescio quis horror: sed illud pro certissimo habetote, N I S I granum frumenti, in terram decidat, & ibi sepultum putrescat, mortuumque fuerit, solum incolume, infructuosum & inglorium manet, nihilque fructus ex sese producit: quòd in terram proiectum, sepultum, & mortuum, M V L T V M fructum affert, supple gloriosum & fructuosum, id est fructificat rursum emergens cum fœnore: reddit enim pro vno grano centum, lætæque seges latissime campos occupat, & vberè prouentu ditat agricolas. Ita nisi moriar, & corpus meum in terram missum sepeliatur, non afferam fructum iis qui tantopere suam sitiunt salutem: sed si mortuus & sepultus fuero, mox resurgam, & è sepultura emergam gloriosus cum fructu & fœnore vberissimo: In toto enim orbe fructum faciam, Patri adductis quàm plurimis: tum certè Euangelium meum per prædicationem vestram fructum feret copiosum apud omnem creaturam, quæ sub cælo est. Obserua: Vt granum frumenti contemptum in terram proicitur & moritur, sed statim emergit lætæ seges: ita & C H R I S T V S contemptum crucifixus est & morti traditus, sed gloriosus resurrexit, & cum fœnore. In hac similitudine adumbrantur duæ partes penitentiae, mortificatio & viuificatio: item duæ partes crucis, quarum altera est affligi seu mori: altera rursum liberari & viuere. Effectus crucis, afflictionum, & mortificationis, est gloria. Hunc effectum abundè Scriptura explicat ad Hebræos cap. 12. In disciplina perseuerate, tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius quem non corripit pater? Et paulò post legitur, Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudii sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. 2. ad Timoth. cap. 2. Nam si commortui sumus & contiuemus: si sufferimus, & conregnabimus. Nemo igitur rectè ac verè suscepturus est Euangelium, nisi per mortificationem, qua moriatur ipsi peccato, & viuat Deo, ambulans in nouitate vitæ. Vt enim granum non fructificat nisi in terra mortuum fuerit, ita nisi terræ siue carni moriamur, nunquam vitam & gloriam assequemur, nunquam fructificabimus & copiosos reddemus fructus. Colligamus ex his, Quicquid sub & cum cruce C H R I S T I seminatur, at- tas agit radices & fructum affert copiosum, non solum sibi sed & aliis.

**Qui amat animam suam, perdet eam.**

Posteaquam C H R I S T V S docuit vim & fructum suæ mortis, nunc per accommodatam tione ad parabolam de grano frumenti, ostendit nos quoque debere pati & crucem ferre: idque aperit argumento à debito: Non est discipulus supra magistrum. Si ego Dominus (ait C H R I S T V S) & magister vester ad gloriam cruce euehor, operæpretium est vos quoque cruce ad gloriam euehi. Hæc omnia & sunt & cognoscuntur aliter quàm caro & mundus capiant. Nam accedimus ad gloriam per infamiam & crucem: ad vitam, per mortem, & ad Euangelii sensum & intellectum, per nostrorum sensuum stultificationem in obsequium C H R I S T I. In his omnino cæcus est mundus, hanc doctrinam non intelligit, qui vult sua gloria gloriam, potentia potentiam, & æstimatione æstimationem parare. Annuntiat ergo & vaticinatur C H R I S T V S futuram Apostolorum & omnium credentium erucem, vt quemadmodum ipse per crucem est glorificatus, ita glorificentur omnes ministri eius. Animam hoc loco dicit vitam corporalem, & omnia quæ sunt huius vitæ temporaria. Aut hac vocula A N I M A, Dominus significat quicquid ex nobis est. Nam quicquid

Euangelii Gen-  
tibus incognitum  
aut glorificatum  
Christum.

Crucis effectus.

Granum frumenti.

Simile.

Penitentia partes.

Mortificatio.

Spiritus alter  
quàm carne esse  
solum.

Crucis encomium.

Animam.



Nos nostraque  
invenimus  
viamus.

Mortui.

Fides non erit  
benefenda.

Crux equanimiter  
ferenda.

Vitam impendere.

Odire animam.

Afflictionum  
consolationes.

Apostoli.

perperam agimus, mori & intercideri debet, ut nos de nouo nascamur, & in Deo viuamus. Ideo in Luca, cap. 9. legitur, Si quis vult post me venire, abneget, non hoc vel illud, sed seipsum. Quid amat animam suam, supple in hoc mundo: hoc est qui carni & eius desyderiis ac consiliis assentitur, vultque ad gloriam aliter attingere quam cruce, & ad veram vitam quam morte, seu mortificatione venire, perdet eam: quia dum sic male seruat, perdet eam. Non enim viuet qui post hanc vitam morti aeternae flammisque perpetuis addictus erit. Hic locus dissuasorius est: argumento enim a periculis petito, quae imminet & sequuntur, si cuticulam curauerimus, & crucem detrectauerimus, dissuadet ne crucem & afflictiones detrahemus. Rogatus ergo de confessione fidei, intrepidus confiteatur CHRIS TV M, neglecta vita sua corporali, ne vitam amittat aeternam. Huc pertinet quod scribitur Matthaei cap. 12, Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?

**Et qui odit animam suam in mundo, in vitam aeternam custodit eam.**

Argumento ab utilitatibus mortificationis & crucis petito, suavior est hic locus ad crucem & afflictiones aequanimiter pro fide ferendas: estque praecedentis loci antithesis. Quid odit animam suam in hoc mundo, id est qui abnegat semetipsum, diffidit de propria iustitia, propriis viribus, & renuntiat omnibus quae nos auertunt a regno caelorum, & solo verbo Dei & diuina misericordia nititur, is verè fert crucem, & custodit vitam, hoc est animam suam, in vitam aeternam. Hoc modo vitam impendere, non est interitus, sed lucrum: non enim perit anima quae discedit a corpore: haec enim in CHRIS TO cum Deo quiescit: haec collocata & deposita est in CHRIS TV M, ut in aeternum seruetur: nec in totum perit corpus olim felicius & immortale reuicturum. Qui ergo pro gloria Dei, & potentu Euangelii ODIT animam suam, hoc est vitam morti & periculis obicit: is non amittit vitam, quam impendit: sed custodit eam, pro mortali breuique ac misera vita, aeternam ac felicem vitam in resurrectione recepturus. Conferamus haec cum superiore simili: sic: Qui granum frumenti seruat, perdit & alioqui periturum: qui vero in terram defodit, is demum bene serauit, paulo post recepturus cum lucro, quod perdidisse videbatur. En finalis vsus crucis & mortificationis in ipsis afflictionibus, consolari, & breui quietem & vitam consequi. Magna profecto est afflictionum & crucem ferentium consolatio, quum audiunt afflictiones breui sequitur gloriam. Ad hanc doctrinam etiam ipsa rerum necessitudo nos innitat, quae sic ferè habet, quod amara sequantur dulcia, & vicissim dulcia amara. Aduersus pericula consolaturus suos AENEAS lib. 1. AENEAS ait, Dabit Deus his quoque finem. Hic locus promissionem Dei amplectitur: Deus in fide durantes compensabit vitam aeternam. Apocal. cap. 21, Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Obserua: verbo, ODIT, docet quanto studio auertere debemus carnis desyderia, & concupiscentias. Non enim sustinemus ut videamus faciem vel audiamus vocem eorum, qui odio habentur: Ergo oportet nos tam vehementer affectos esse aduersus absurdos animae appetitus, ut summo odio illos habeamus. Appendix illa, IN NO C mundo, declarat de qua vita intelligat, quum dicit, Quid odit vitam, nimirum de temporali & mundiali. Odio quidem habenda est vita ad tempus: aeternam autem seruas viuentem diuinam vitam. Huc pertinet quae scribuntur Matthaei cap. 5, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et Luc. cap. 14, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Totus hic locus promissiones Dei habet, quae crucem tolerabilem reddunt, iis qui non in praesentia, sed in futura per fidem respiciunt: uti Paulus 2. Corinth. 4, Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt.

**Si quis mihi ministrat, me sequatur.**

Pergit CHRIS TV S hortari discipulos ad contemptum vitae praesentis: & ad imitationem suae crucis, ut sint & gloriae & immortalitatis consortes. Ego prior ad gloriam per crucem abeo, volensque vitam meam impedo pro salute mundi & gloria Patris: vos huius mysterii & beneficii eritis nuntii, qui vestra praedicatione per vniuersum orbem hoc Euangelium, hoc est quae feci & docui, spargetis. Atque quod Pharisei & principes Sacerdotum mihi

mihî nunc machinantur, hoc in vos molientur impii. Totus hic locus ab exemplo CHRIS TV S TV I, consolationes affert contra scandala crucis. Ait itaque Christus, SI QVIS mihi ministrat, id est qui vult esse discipulus meus, MESSYATVR, hoc est meo exemplo, pro gloria Dei patiatur. Haec sententia eadem est quam alii Euangelistae scribunt, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & sequatur me. SEQVI Christum nihil aliud est hoc loco, quam exemplo CHRIS TV I ferre crucem, & formam ferendi eam petere à CHRIS TO. Quod aperte docetur, primae Petri cap. 2, In hoc enim vocati estis, quia & CHRIS TV S passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non comminabatur, &c. Ratio quae nos inuitat ad sequendum CHRIS TV M, est a debito. Nam neque discipulus est supra magistrum, neque magistro melior. Quum igitur discipuli simus CHRIS TV I, oportet nos sequi praecceptorem CHRIS TV M. Praecessit ille in cruce, ergo & nos sequi debemus. Obserua: Sequi Christum, effectus est fidei viuae, quae nobis aperit Christi curam habere de nobis afflictis, & in cruce existentibus.

**Et vbi sum ego, illic & minister meus erit.**

Quidam interpretatur hunc locum ad hunc modum: Quibuscumque malis ego à mundo affectus fuerim, iisdem afficientur ministri mei: sed non est quodd animos despondeant: nam sicut Pater non me reliquit in cruce, sed semper mecum fuit, & per crucem me glorificauit: ita & ego adero meis discipulis, dum in cruce erunt, ut vnà glorificentur. His applaudit Paulus Rom. cap. 8, Si tamen compatimur (inquit) ut & conglorificemur. Videtur mihi hic locus consolatorius: affert enim suauissimam piis & credentibus consolationem argumento à praemio, ab vna mansione cum CHRIS TO magistro, à liberatione & hereditate, petito: ratiocinatur ad hunc modum: Ego per crucem praemium magnum adeptus sum, ergo vos mei imitatores, per crucem praemium magnum consequemini. Ego passus sum & breui liberatus: Ergo & vos patientes breui liberabimini. Ego per crucem ad gloriam veni: Ergo vos patientes gloriamini. Qui ergo me imitantur, & meo exemplo patiuntur, & in aduersis durant, simul & meo exemplo glorificabuntur. Obserua: non dicit Vbi ero, sed VBI sum, ut cognoscamus non corporeum esse locum, sed felicitatis gaudium, in quo ipse IESVS etiam in quantum homo ab instanti conceptionis suae erat secundum superiorem animae partem.

**Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.**

Videtur hic locus expolitio quaedam Rhetorica praecedentis sententiae. Quasi dicat, Si quis meo exemplo, crucem tulerit, & me etiam cum suae vitae dispendio coram hominibus confessus fuerit, & in cruce fuerit me sequutus, illum cohonestabit & glorificabit Pater meus, sicut me per crucem glorificat. Nam ad Rom. cap. 6, Si complantati, id est infitii facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc est, nimirum & resurrectionis participes erimus. Qui ergo se fidem in negotio Euangelico ministrum praestiterit, hunc Pater aeterna felicitate veraque gloria decorabit. Terrebit vos fortassis praesens afflictio, cruciatum suum propter humani corporis infirmitatem habens: sed hanc humanae naturae trepidationem & imbecillitatem vineat considerata multorum salus, intellecta vitae perennis felicitas, & animi Christiani fortitudo semper à praesidio caelesti pendentis.

**Nunc anima mea turbata est.**

Ne videretur Stoico & impassibili animo, sed ut comprobaret se verum hominem, & verè passibilem non solum corpore, verum etiam animo: & ne quis obiceret quodd extra humanas passiones constitutus, facile de morte philosophetur, & ipse extra pericula alios admoneat, ait ANIMA M suam turbatam esse, quasi dicat, turbata est horrore mortis: video enim mortem imminentem, nunc ob oculos positam esse. Non absurdum est quod scribitur Matthaei cap. 26, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Turbatus CHRIS TV S in cruce apprehensa, ostendit se nobis per omnia absque peccato similem factum, & iisdem infirmitatibus obnoxium. Quod pulchre docet Paulus ad Hebr. cap. 2. & 4. Rogabit aliquis, Turbationis CHRIS TV I vsus quis fuit? Respondet Paulus ad Hebraeos cap. 2, Vnde debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Respondabit aliquis: Quum mors & mortis horror sint stipendium peccati, cur CHRIS TV S purus & innocens (in cuius ore non est inuentus dolus) horrorem mortis habuit? Respondeo: Ut liuore CHRIS TV I sanaremur, voluit Christus trasferre in se omnia

Consolationes  
contra scandala  
crucis.  
Christum sequi.

Piorum con-  
solationes  
in affli-  
ctionibus.

Gaudium Chri-  
sti.

Anima Christi  
turbata.

Turbatio Chri-  
sti.



*Peccati stipendia in se Christi sine transiit.*

peccati stipendia. Et vt Paulus (2. Corinth. cap. 5.) ait, Factus est pro nobis peccatum: id est hostia pro peccato, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Peccati stipendia & carnis nostrae tentationes absque peccato transiit in se, imò omnium peccata tulit super lignum crucis: non quòd tentationes in nobis nunquam sentiremus, sed vt victor triumpharet, & nobis aperiret quomodo omnia illa per fidem in ipso vinceremus, vt docet Paulus ad Ephes. cap. 1. & Coloss. 1. Et vt summam dicam, c h r i s t v s Filius Dei, homo factus est, & verè hominem egit, vt ex hominibus filios Dei faceret. Obserua. Hæc turbatio quæ erat sensuum commotio, quæ erat vis sensibilis affectibus tenerrimis commota, in nobis est ex necessitate: in c h r i s t o verò, ex imperio rationis, cui inferiores vires subditæ erant: Vt quum cepit Pauere & Tædere, Turbata est anima c h r i s t i, & Infremuit spiritu (vt passim legitur) non cõtra rationem, sed iuxta limites & ordinationem rationis excitæ fuerunt huiusmodi passiones, vt verus homo erat. Facebant hinc Arrius & Apollinaris, dicentes in c h r i s t o non esse animam, sed verbum loco eius: & audiant Veritatem dicentem, Nunc anima mea turbata est.

*Passiones in Christo voluntarie. Arrii error.*

**Et quid dicam?**

*Resistentia. Afflictionibus patiens.*

Hæ truncatæ & concisæ sententiæ ferè solent pronuntari cum reticentia quæ animis perturbatis est familiaris. In afflictionibus duæ sunt partes: altera est perturbatio, altera è turbatione rursus se fide ad liberationem erigere. Forma agendi in afflictionibus hic docetur. Turbamur quidem, sed dum turbamur cauendum ne animos despondeamus, verum fide vitam concipiamus spem liberationis è cruce: deinde imploremus auxilium Dei, ne in afflictionibus succumbamus, vt Christiana constantia duremus, certò statuantes apud nos Deum præstò esse, qui suos non est deserturus. **Q u i d dicam?** Videtur quædam esse in speciem pugnantia. **Q u i d dicam** aut quo me vertam? Adhærebõne corporis imbecillitati mortem perhorrescentis? an ad mundi præsidia confugiam? an amore vitæ meæ, salutem mundi negligam? Nequaquam. Patri certè obtemperabo.

*Christianus in afflictionibus status.*

**Pater saluifica me ex hac hora.**

*Hora crucis.*

Captata benevolentia à nomine Patris, ait, **P A T E R saluifica me, &c.** Ac si diceret, Pater libera & saluum me fac **E X H A C** hora, id est ex hoc instanti periculo mortis. Hoc loco tempus crucis positum est pro ipsa cruce in tempore ferenda. Obserua. Hæc pars orationis est veluti ex persona naturalis affectus appetentis non mori. Hæc inferior portio, petit liberari, sed superior ex auida charitate petit & vult lubens pro omnium salute mortem subire. Potest hæc sententia in hunc sensum dici: **P A T E R saluifica me, &c.** Hoc est dona mihi, supplicium imminens fortiter superare. Magis mihi arridet prior interpretatio.

*Portio superior & inferior.*

**Sed propterea veni in hanc horam.**

Quia sciebat se eò huc venisse, vt mortem pro omnium salute oppeteret, & eam esse Patris voluntatem, à qua nunquam dissentit, ait, **P O P T E R E A** veni in hanc horam, id est in stat hora mortis meæ, ò Pater, quando volens ac sciens iuxta Spiritus voluntatem, quæ semper tuæ consentit, memet obruli in mortem.

**Pater clarifica nomen tuum.**

*Clarificare.*

Veni hora vt patiar, vt mortem obeam, vt crucifigat, sed propter hoc, Pater, ego veni in hanc horam, & morior, vt morte mea efficiam vt vbique Pater nomen tuum celebretur. Da Pater, vt mea mors meaque resurrectio, reddat nomen tuum apud omnes orbis nationes illustre & clarum, vt te cognoscant & Deum & Patrem, cognoscentes glorificent, glorificantes salutem æternam consequantur. **C L A R I F I C A**, cura, rege, defende & conserua doctrinam meam, quæ nomen tuum in mundum vniuersum propagat.

**Veni ergo vox de cælo, dicens.**

*Cymbalum celeste.*

Hæc vos de cælo (veluti è pinnaculo, cymbalum toti orbi resonans, habente) est publicum quoddam testimonium, quo Deus pater manifestat se decreuisse vt per mortem Filii & eiusdem resurrectionem, nomen suum vniuerso mundo inlaret, & illustre fieret: quòdque curam haberet & Filii sui & doctrinæ eius: quam defenderet, regeret, conseruaret, & propagaret. Obserua. Hæc vox quia è supernis venit, dicta est esse **D E** cælo, qua Pater (ad quem directa est præcedens oratio) est loquutus. Proinde hæc vox vt effectus, erat totius Trinitatis causantis illam in aère: sed vt persona loquentis, erat vox Patris propria sicut &

*Vox de cælo.*

sicut & illa supra **c h r i s t v m** (Matth. cap. 3. & 17.) Hic est Filius meus dilectus, &c. Speciali enim modo formata est ad exprimendum Patrem, sicut columba formata est à tota Trinitate, ad significandam personam Spiritus Sancti. Similiter corpus **c h r i s t i** à tota Trinitate formatum est, & tamen solum à verbi persona est assumptum & vnitum, quia eò formatum est, vt soli Filio vniretur.

*Columba in Spiritus Sancti missione vnde.*

**Clarificauit & iterum clarificabo.**

Respondet Pater: Inclarui iam tot miraculis per te, ò Fili, & hac illustratione probatus es esse à Deo missus: & iterum clarificabo augebòque gloriam nominis mei, apud omnes orbis nationes per tuam crucem, per resurrectionem, per ascensum in cælum, per Spiritus Sancti missionem, per Apostolorum prædicationem. Nomen enim suum glorificaturus erat, missò Spiritu Sancto, qui vsque ad extremum terræ inuulgaturus erat Euangelium, & fidem quam plurimis daturus. Proinde declaratus est **c h r i s t v s** esse Filius Dei cum potentia, sub cruce & resurrectione. Rom. cap. 1. Qui prædestinatus est, id est declaratus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum **I E S V C H R I S T I** Domini nostri. Ex hac voce cælesti discimus Deum Patrem manifestare, Filium suum, cuiusque officium vnà cum doctrina, operibus, & cruce, vnice sibi placere: adeòque Filium sibi gratum esse, vt omnia quæ sunt Filii, seruiant ad Paternam gloriam & nominis sui propagationem. Cæterum si ad æternam generationem respexeris, huius vocis cælestis sensus est, **E g o C L A R I F I C A V I**, id est clarum & gloriosum genui ab æterno. Est enim Filius quædam claritas & splendor Patris. Sapientiæ cap. 1. Candor est lucis æternæ. Hebræorum cap. 1. **Q u i** quum sit splendor gloriæ. Familiarior est prior interpretatio, quæ clarius expolit præcedentem orationem.

*Christum à Patre clarificari.*

**Turba autè quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse.**

Quæ non procul stabat turba, imperitor & adhuc crassa, typum gerens carnalium, qui in cruce etiam in mediis afflictionibus desperant, nec credunt nos Deo curæ esse, propterea huius cælestis vocis significationem non accepit, sed sonitum tantum retinuit, qui auribus adstantium illis, meringam auris ferit. Non attendit hanc vocem cælestem profectam esse à Deo Patre, ad consolationem pro **c h r i s t o** & omnibus qui in **c h r i s t v m** credunt. Proinde: **Q u i a** parum attenda erat turba ad quem hæc vox pertineret, variabat sententiis. **Q u i d a m** enim vocem hanc (quòd è nubibus produisset) interpretabantur fuisse tonitruum. Hoc dum sic iudicant, abscindunt piis omnia cælestia solatia: non enim credunt se in afflictionibus Deo curæ esse, vnde aliò quàm ad Deum currunt solatia petitori. Huc pertinet quod scribitur Psalmo 3, Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.

**Alii autem dicebant, Angelus ei loquutus est.**

Pars turbæ benigniorem dabat interpretationem, dicens, Angelus quispiam ei loquutus est. **Q u a n t u m** verum sit, Deum aliàs per angelos solatum esse pios in cruce & afflictionibus, ignorantia tamen signum est in ea, dum quod Dei Patris est, & voce tam manifesta declaratum est, angelis tribuit. Non enim spectat ad angelos, sed ad Deum, Clarificauit & iterum clarificabo. Ab huius tamen glorificationis ministerio non excluduntur angeli. **Q u i** à Paulo, Hebræorum cap. 1, dicuntur administratorii Spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.

*Angeli ministri.*

**Respondit I E S V S: & dixit.**

**I E S V S C H R I S T V S** lux vera, turbæ tenebras fugaturus, dignatur illos suo responso, cum vt magis illos redderet attentos, certioresque faceret de Euangelio & cruce sua, ne offenderentur, sed credant sibi vt Filio Dei (qui vnice Deo placet) excipiantque Euangelium honorifice, & discant ex cruce & operibus **c h r i s t i**, certissimam esse Euangelii doctrinam: tum vt gloriæ suspensionem ab se depellerent.

**Non propter me vox hæc venit: sed propter vos.**

**H A E C V O X** (quæ nec tonitruum, nec angeli, sed Dei Patris, qui preces meas audiuit) est: **N O N V E N I T**, propter me: qui omnia quæ sunt Patris noui, & alioqui de fauore Dei Patris erga me & de voluntate eius, certus sum: sed propter vos, vt cognoscatis me cum Patre vnum esse, ab eoque Saluatorem mundo missum: vtque intelligatis certique fitis de mea persona, doctrina & operibus, & cum mihi tum doctrinæ & operibus meis credatis, nec scandalizemini cruce mea, quasi verò iam actum sit de me, quia cruce subiiciar. Cæterum

A. i.



Consolatio pio-  
rum.

persuadeatis vobis, quemadmodum videtis nunc mihi in medio mortis horrore existenti, Deum ex alto misisse consolationem: ita vos quoque consolabitur in mediis malis & afflictionibus. Huc pertinet quod scribitur Luca cap. 22. de angelo qui C H R I S T O oranti & comprehenso in angustia mortis, apparuit, confortans illum. Hic locus aperit nobis vsum consolationum caelestium, quibus, siue aperte, siue intus, & clam, pii in cruce accipiunt consolationem, aliisque sunt exemplo, vt in aduersis durent fortiter, certo apud se statuentes se Deo curae esse, qui non deseret illos.

**Nunc iudicium est mundi.**

Mors Christi,  
clarificatio.

Mundus in ma-  
ligno.  
Euangelium, im-  
pietatis reuelatio.

Mundus à Chri-  
sto mutatus.

Videtur hæc sententia superioribus (Et clarificauit & clarificabo, &c.) male annecti: sed est veluti per occupationem annexa. Forsitan quispiam rogabit: Dixit Pater, ego illustrabo: Quis modus illustrationis? Et, si per mortem illustrandum est nomen Patris, quum morte omnia extinguantur: quis fructus mortis C H R I S T I esse sequi potest? Huic obiectioni C H R I S T V S satisfacit. Modus illustrationis erit mors, quam sequetur resurrectio, è qua confurget magnus toti orbi fructus, nimirum mundus iudicabitur, princeps mundi eiicietur foras, & omnes ad me traham. Num iudicium est mundi? Quasi dicat, Transitus meus ad gloriam, est per crucem, vt reueletur mundus per Adamum in malum constitutus, & factus sub Satanæ tributo, & manifestetur mundi impietas, in quo tyrannus ille Satanæ, dominatur afflictionibus, peccatis, morte & inferno. Nunc mundi causa protrahitur in iudicium: nam mundus putans non credere in C H R I S T V M, non esse peccatum, item se iustificatum esse coram Deo & hominibus per ciuilem iustitiam, & se de rebus spiritalibus, iuxta iudicium rationis, optime iudicare: reuelabitur per Euangelium & missionem Spiritus Sancti, condemnatus vnà cum sua impietate: infra cap. 16, Quum venerit ille, arguet mundum (redarguta enim falsitate clarescet veritas) de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Nunc venit hora qua ego morte mea mutem mundum: & eius impietatem reuelam: quæ reuelata, condemnabitur per doctrinam meam, quæ omnino huic est contraria. In iudicio enim res mutari, & corrigi solent. Est igitur mundi impietas condemnanda & expellenda: quod fiet morte mea, quæ vitam pariet, & tyrannidem profigabit. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. cap. 1, Reuelatur enim ira Dei de caelo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei, in iniustitia detinent.

**Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.**

Princeps mundi  
foras eiicitur.

Satanæ in nos  
facultas.

Diaboli potentia.

Diabolus cur  
princeps mundi.

Mortis & resurrectionis C H R I S T I secundus fructus est, P R I N C E P S mundi; id est Satanæ, mortis author, qui exercuit in mundo tyrannidem suam quietus, morte mea B I G I E T V R foras, id est ego per meam mortem & exinanitionem abiens ad Patrem, cruce mea conteram caput Satanæ, potentiam eius destruiam, & in vniuersum, eum vincam: nam dum moriar, ille se victorem credet, sed per mortem meam depelletur à sua tyrannide. Omnibus enim in me credentibus condonabitur peccatum: quo sublato, huius tyranni vires fractæ sunt, qui non alio telo potens est. B I G I E T V R foras, hoc est prorsus vincetur, expugnabitur, & subito è regno expelletur sine spe reditus, & à principatu deturbabitur, quo principabatur & adorabatur vt princeps mundi huius, hoc est colebatur in omnibus diis gentium: non quòd amplius non sit & non tentet, sed quòd piis & credentibus amplius non dominetur. Proinde C H R I S T V S sua cruce & exinanitione factus est pro nobis maledictum & peccatum, vt nos à maledicto & peccato liberaret, mortemque & infernum vinceret: adeoque Satanam omnibus suis armis & tota sua tyrannide spoliaret. Obserua: Vocula P R I N C E P S mundi, insinuat C H R I S T V S potentiam diaboli & regni eius: ostendens à contrario suam potentiam, qua tam potentem aduersarium potuit vincere, & tam potens regnum euertere. Vocatur diabolus, Princeps mundi, quòd omnium flagitiorum, impietatis, & nequitie in mundo author sit, quòdque homines veluti propria mancipia, captiuos in mundo teneat, quòd ad omnem impietatem deducat.

**Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.**

Exaltatus à ter-  
ra.

Explicatur alium suæ mortis & resurrectionis fructum, ait, E G O, si, &c. Quasi dicat, Quamquam ego à vobis vilis & contempta persona videar, si, id est quia ego E X A L T A T V S fuero à terra, hoc est suffigam in crucem, in alto pendens (alludit ad serpentem illum æneum in deserto erectum, de quo supra cap. 3. meminimus) & moriar. Ego per crucem & mortem sic sublatus

sic sublatus non manebo extinctus, sed victor conspicuus apparebo, apponens chirographum delicti cruci meæ, & omnium tam præteritorum quam futurorum hominum peccata in me transferens, siue totius mundi, hoc est omnium hominum peccata super dorsum meum in ligno portans, o m n i a, siue omnes homines, T R A H A M, tanquam à tyranno detentos, & per se minime potentes eius manus effugere, A D M E, id est ad hanc meam crucem siue mortem: vt omnes qui mecum moriuntur, mecum resurgant. Ad Rom. cap. 6, Si enim complantati, hoc est inuiti, facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis crimus. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato: Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum C H R I S T O, credimus quia simul etiam viuemus cum C H R I S T O. Scientes quòd C H R I S T V S resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuuit, viuuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in C H R I S T O I E S V. I. Corinth. cap. 15, Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita in C H R I S T O omnes viuificabuntur. Honorabilis & magnifica est hæc mors & sepultura, quæ vnica est, qua euehantur omnes electi ad gloriam Dei. Rogabit quispiam, Fierine potest aliter saluemur quàm quòd cum C H R I S T O moriamur? Respondeo: Necessarium est moriamur cum illo. Quomodo? Respondet Paulus ad Rom. cap. 6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo C H R I S T V S surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quemadmodum Dominus I E S V S moriens omnes infirmitates ab Adamo acceptas reliquit mundo mortuus, & resurrexit gloriosus: ita virtute crucis C H R I S T I, per fidem viuam ablegas à te veterem Adamum, & odisti peccatum, ipsi mundo mortuus, resurgis à peccato ad gratiam & iustificationem qua viuus Deo. Hac morte consepultus es C H R I S T O, & resurgis cum C H R I S T O, quem induisti loco veteris Adami. Ad Galat. cap. 3, Omnes enim filii Dei estis per fidem quæ est in C H R I S T O I E S V. Quicumque enim in C H R I S T O baptizati estis, C H R I S T V M induistis. Et ad Galat. cap. 4, Qui autem sunt C H R I S T I, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Proinde quemadmodum Dominus morte sua & resurrectione factus est Dominus mundi, Satanæ, peccati, mortis, & inferni: ita credentes in C H R I S T V M sunt domini super mundum, Satanam, peccatum, mortem & infernū. O m n e s traham ad me, siue Iudæos siue Græcos, ad Galat. cap. 3, Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina: omnes enim vos vnum estis in C H R I S T O I E S V. O m n e s traham, &c. Ac si diceret, Misso Spiritu paraclero efficiam vt totus mundus, hoc est omne gentis hominum me sequatur. Traham siquidem omnes ad me fide viuam ipsi data per Spiritum meum, quòd sum Saluator mundi, quòdque credentibus do vitam æternam. Et quæ Dei gratia tantum apud Iudæos celebris est, diuulgabitur in vniuersum orbem, donato Spiritu multo ampliore quàm antea habuerint. Respondit quispiam, Quomodo omnes trahere dicitur, quando non omnes salui sunt? Respondeo: Vult quidem omnes saluos fieri: estque litatio corporis C H R I S T I sufficiens satisfactio pro totius mundi peccatis: sed quum trahenti renituntur, & sequi nolunt, sua culpa pereunt. Paratus est Dominus illos adiuuare, pulsat fores, quas occludunt, & relicto Domino, fascibus, & pòdere peccatorum sese in præceps ruunt, ne saluiant. Verbum T R A H E R E, ostendit quàm violenta potentia & tyrannide Satanæ mundum occupet. Hæc enim tractio per C H R I S T V M, non fit sine ingenti potentia: inuito enim tyranno, victo, foras eiectus, & relictus neruis potentie eius contra homines, Dominus victor nos sua gratia & potentia ad se trahit: qui sua morte meruit vt sibi omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum. Obserua: metaphoricè crucem vocat exaltationem, non tam hoc nomine quòd in crucem corporaliter suffixus, in alto pependerit, quàm quòd crux sit veræ exaltationis & glorificationis initium coram Deo.

**Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.**

Explicat Euangelista qua significatione accipienda erant verba illa, Exaltatus fuero à terra: quæ non solum insinuabant C H R I S T V M in altum subleuandum, verum etiam crucifixum, & in cruce moriturum: qua non fuit mors alia coram Iudæis ignominiosior, vt scriptum est Deutero. cap. 21, Maledictus, id est execrabilis, à Deo est, qui pendet in ligno.

**Respondit ei turba.**

Hoc responsum procedit ab ignorantia, qua laborat turba, volens verbum Domini iuxta A. ii.

Christi omnes  
ad se trahere.

Mors Christi ho-  
norifica.

Necesse mori cum  
Christo.

Quomodo mori-  
mur cum Chri-  
sto.

Credentes in  
Christum victi  
res sunt.

Fides, donum  
Spiritus.

Quare non om-  
nes salui sunt.

Trahere, verbū.

Crux, initium  
exaltationis.



ta humanam rationem cognoscere. Vnde ignorat crucem esse viam ad gloriam, & exaltationis initium, nec credere potest Satanam, infernum, peccatum, & mortem vinci posse cruce. Itē putat regnū C H R I S T I carnale, cuius particeps vult fieri sine cruce & mortificatione.

**Nos audiuius ex lege, Quia CHRISTVS manet in aeternū.**

Indocta plebecula ne videatur aliquid temerè dicere, adducit Scripturas, veluti in illis versata, quas ne à limine quidem salutavit, contenditque ratiocinari I E S V M non esse Messiam. Quem quia audiuerant mentionem mortis fecisse, & de crucis supplicio loquutum, quo se morituum diceret, aiunt: N O S audiuius ex Scripturis C H R I S T V M fore aeternum, & regnum eius esse perpetuum: Ergo C H R I S T V S neque subiicietur cruci, neque morietur. Quomodo ergo dicis te (quem pro C H R I S T O habemus) morituum, & crucifigendum esse, nisi forte alius sit ille hominis Filius, quem toties nobis in culcas? Quod autem Scriptura dicant C H R I S T I regnum perpetuum: Daniel ad hunc modum scribit, Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Item Micheas Propheta sic loquitur, Et egressus eius ab initio à diebus aeternitatis. Rursus 2. Regum cap. 7. Stabiliam thronum regni eius in sempiternum. Et Esaiæ cap. 9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iustitia & iudicio à modo & in sempiternum. Quin & Psalmorum propheta promittit ei sacerdotium perenne. Tu es (inquit) sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quum igitur Messias venerit, nullum habiturus est finem. Quid igitur sibi vult, quod futurum dicit, vt Filius hominis exaltetur à terra? Quod si à terra exaltari, est mori, & quoties dicis Filium hominis, te ipsum intelligi vis, aut non morieris, aut ille Filius hominis non est Messias, si vera narrant Propheta. Nihil certius Scriptura, cuius sensum deprauant indocti & instabiles: non spectat ad plebeculam, hominum genus indoctum, tractare locos sacrae Scripturae: Prophetas, & Ecclesiastas habent, audiant illos: & vt est in Prouerbiis, Ne sutor vltra crepidā. Cæterum Scriptura loquitur de C H R I S T O rege spirituali, & de regno eius spirituali. C H R I S T V S rex spiritualis in regno suo spirituali aeternum manet & regnat. Interim tamen iuxta alios Scripturae locos oportuit ipsum subiici cruci & morti, qua iniret suum regnum, & ad illud gloriosus eueheretur. Esaiæ enim cap. 53. meminit eius sepulchri, Et erit sepulchrum eius gloriosum. Rursus cap. 53. mortem eius adducit, dicens, Tanquam ovis ad occisionem ductus est: Item resurrectionis, quum ait, Et Dominus voluit eum purificare à plaga, & ostendere ei lumen. Item Dauid Psalmo 15, Non relinques animam meam in inferno. Obserua: vocat I E S V M, Scripturam Sacram.

**Et quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis: & quis est iste Filius hominis?**

Voluntaria quadam malitia ignorantiam pratextentes, valde contemptim dicunt, r v: Quasi dicant, qui contra Scripturam ex aperto pronuntias, Quomodo vis dicamus te Messiam esse, & Filium hominis: quum dicas hunc Filium debere exaltari à terra, hoc est mori? Caue dicas nos ista refellere, quasi vero tibi aduersarii esse velimus. Ecce nos nescimus de quo Filio hominis intellexeris. Asseruera quid voles de illo: nos interim veritatem affirmamus, quod quisquis est ille qui exaltandus est, non sit C H R I S T V S: quum apertissime Scriptura pronuntiet neque C H R I S T V M morituum, neque regnum eius casurum, sed mansurum in aeternum. Videtur profecto turba offensa fuisse appellatione Filii hominis, vt puta nomine contemptam personam significante. Inherebat enim turba externae personae tantum.

**Dixit ergo eis I E S V S.**

Non respondet his quae à turba animo malitioso dicta sunt: qui tamen respondere poterat se nō solum Filium hominis, verum etiam Filium Dei, hoc est & hominem & Deum: atque iuxta humanam formam se morituum quidem, sed mox sua potentia & Patris gloria resurrecturum: nec hanc mortem regno suo & eius aeternitati, quod non temporale & mundanum, sed spiritale esset. Cæterum quum tantorum mysteriorum capaces non essent, hoc suo responso retrahit turbam ab eo quod iuxta externam speciem considerabant C H R I S T V M, ad verbum quod vult amplectantur: vt omnia & relicta caecitate, oblatam occasionem Euangelii apprehendant, eamque capillatam non negligant, ne postea ipsis calua fiat: hoc est ne lucem veritatis (quae mox erat auferenda) à se auertant, ne quando postea volent audire Euangelii lucem, non possint, ablata occasione. Eadem monitione est vsus

Messia regnum perpetuum.

Scriptura sacra ab indoctis et charitatis non debet.

Lex.

Occasio amplectenda.

est vsus Paulus, dum praecipit suis, Ephes. cap. 5. & Coloss. cap. 4. vt tempus redimant, hoc est dent operam & diligenter obseruent ne Euangelii occasionem negligant.

**Adhuc modicum lumen in vobis est.**

Argumento à praesente suscipiendi Euangelii occasione petito, hortatur turbam vt oblatum suscipiat Euangelium: cui vt infirmæ (ne illam prorsus deterreat) tacite & occultè crucem mortemque suam insinuat, & vrget. Si iuxta Augustini sententiam legatur hic textus, dicitur, Adhuc modicum lumen in vobis est. Quasi diceret, Dixi vobis nunc me in gloriam Patris & in regnum aeternum ingressurum, si fuero exaltatus, hoc est per crucem & mortem meam illustrabitur nomen Patris. Est quidem modicum lumen, quum dicitis C H R I S T V M regnaturum aeternum: sed interim somniatis regnum quoddam carnale & mundanum. Regnum meum, est gaudium & vita aeterna, ad quam methodus est crux: de qua quicquid dixerit, risus vobis est vt contemptus quidam, quia modico lumine adhuc donati estis, quod vestra malitia extinguitis. Magis mihi probatur Chrysostomi lectio, Adhuc pusillum temporis siue ad breue tempus lumen vobiscum est. Ego qui sum lumen, breui à vobis per crucem transferar. Hæc enim oratio, A D H V C modicum, &c. periphrasis est temporis quod adhuc superfuit vitæ C H R I S T I in hoc mundo. Quasi dicit: Euangelium prædicabitur vobis adhuc breui tempore, & non diu habebitis vobiscum C H R I S T V M, qui est vera lux. Videtur hoc loco C H R I S T V S alluisse ad translationem Euangelii ab ingratis Iudæis ad Gentes. Vnde & apud nos hæc sententia A D H V C modicum tempus, ostendit tempus & occasionem quancunque reuelati Euangelii: vt si dicatur nobis, Adhuc modicum temporis lumen nobiscum est: significatur nobis, vt oblatum Euangelium suscipiamus, & fide perseueremus: ne nostra ingratitude magna, Deus à nobis illud auferat, & denuo sinat nos in extremas tenebras & excæcationes conici.

**Ambulate dum lucem habetis, vt tenebræ vos non cōprehendant.**

Consultorius est hic sermo C H R I S T I ad turbam, simul & exhortatorius. Dum praesens est Euangelii suscipiendi occasio, & ego qui sum lux (quandiu sum apud vos & antequam à vobis transferar) suaderem vobis vt dum est vobis lucis copia, A M B V L A R E T I S in luce, hoc est in me crederetis, suscipientes Euangelium: ne subito sublata luce, nox occupet, in qua omnis adempta erit lucis occasio. Nolite messem salutis vestrae negligere: nam qui messem negligit, in hieme esuriet. V T N O N vos tenebræ comprehendant, hoc est ne vestra ingratitude à vobis auferatur Euangelium, & iusto Dei iudicio excæcmini, quod Euangelii lumen contempseritis. Rogabit quispiam, Quale tempus hic dicit, Ambulate dum siue quandiu, &c. Respondeo: Tempus dicit & ante crucem & post crucem, hoc est dum hic viuatur, dicitur nobis dies, & quandiu in C H R I S T V M credere possumus. Vocat se lumen à natura, quia lumē est: ab effectu, quia alios illuminat. Dicitur Euangelium lumen, quod credentes illuminet in iustitiam & vitam aeternam. Obserua: Verbum A M B V L A R E, insinuat actionem motoriam: ergo Euangelium non pertinet ad homines otiosos. Ambulate, id est credite, & in Euangelio proficite. Habet enim fides suos gradus. Rursus obserua, allegoricè appellat se lucem. Nam quemadmodum sole occidente lux non omnino aufertur, sed iterum exoritur, ita mors C H R I S T I non est corruptio, sed quum occiderit, iterum exoritur. Quod sit vt mors C H R I S T I non sit corruptio, sed occasus & translatio, per gloriam enim Patris exurrexit. Quare nihil prohibet crux, quum aeternum regnet C H R I S T V S. Lux enim est quae etsi occiderit, mox tamen exorta est.

**Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.**

Argumento à periculis petito, deterret ne occasionem oblati Euangelii negligamus. Q V I ambulat in tenebris, id est viuunt in infidelitate, & à quo ablata est sua ingratitude Euangelii occasio, N E S C I T quo vadat, hoc est ignorat viam qua perueniat ad locum quem intendit: ignorat Dei voluntatem, & non nouit viam ad vitam. In tenebris enim ambulat, nec scit quo vadat: dum enim se credit pie rectèque facere, impingit in mortem.

**Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis.**

Epanaphora est & summa totius exhortationis, qua ab vtili & commodo vrget ad suscipiendum Euangelium. D V M lucem habetis, id est dum occasionem suscipiendi Euangelii habetis: nunc enim est messis vestra, nunc lucem inter vos radiantem & illucescentem habetis: excipite medium, hoc est fidem, qua apprehendatis Euangelium. C R E D I T E in lucem, hoc est in me, qui sum lux. Magnum proculdubio consequemini fru-

A. iii.

Ambulare in luce.

Nox.

Dies hominis.

Christus lumē. Ambulare.

Ambulare in tenebris.

Lucem habere.

Medium ad Euangelium.



*Euangelii credi-  
diti fructus.*

*Fides duplex.*

Etum. Quem? V T F I L I I lucis sitis, hoc est renascimini & ex Deo nati per vitam fidem efficiamini filii mei cognitione & propagatione spirituali. Effectus crediti Euangelii est fieri filios lucis. Dum lucis occasionem habetis, hoc peragite, ne adueniente nocte & Iudæorum abiectioe excæcemini. Obserua: non ait, credite in luce, sed in lucem: vt distinguat C H R I S T V S inter fidem, vt simplicem historiæ de C H R I S T O notitiam: & inter fidem vitam seu salutarem, quæ est certa fiducia qua quis sine dubitatione statuit apud se C H R I S T V M esse sibi lumen ad salutem. Non sufficit lucem videre, sed ex animo & fiducia est amplexanda. Verbum Credite, adiecit, non autem Videte: ne quis diceret, Si viderem lucem, si haberem illam iuxta lucis officium, in ea ambularem & crederem. Hæc non offertur vt his oculis corporeis videnda, sed vt credenda, & animo amplexanda. Beati enim qui non viderunt, & crediderunt.

Hæc loquutus est eis I E S V S: & abiit, & abscondit se ab eis.

Cognoscens I E S V S indignationem cordium ferocium, post hæc verba de occasione Euangelii maturanda, abiit vt absconderetur à Iudæis illis volentibus ipsum capere, vt absentia silentioque suo mitigaret illorum efferatam insaniam, & ne in crucem temere se ipsum proiiceret, sed expectaret horam à Patre præscriptam. Rogabis, Quo abiit? Respondent alii Euangelistæ illum post solennem ingressum in Hierusalem, rediisse in Bethaniam, vbi interdum docebat in templo, noctu vero in montem Oliueti se recipiens pro suo more orabat. Hoc suo exemplo Dominus obiter nos admonet, vt quoties cum obstinatis res est, nec vlla spes est proficiendi, cedamus ad tempus, ne non solum nihil fructus referamus, verum etiam alios reddamus sceleratiores.

Quum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.

Quum Dominus tam diligenter fuisset Iudæos adhortatus de præsentis occasione ad suscipiendum Euangelium, & tam multis tamque euidentiis miraculis sub oculis illorum editis, suam confirmasset doctrinam: tamen non credebant in eum, persistentes in sua incredulitate: nimirum invidia, ambitione, odio & aliis animi nequissimis affectibus occupati. Signum apertissimæ malitiæ & hominum deploratissimorum est post tanta signa (quorum pauca breuitatis gratia recensuit Euangelista) non credere in C H R I S T V M. Quid quæso illorum Iudæorum C H R I S T V M persequentium animis deploratius? Hi re vera videntur & verè sunt incredulitatis & duriciæ suorum parentum in deserto imitatores, tanquam hæreditario quodam morbo labefacti: quos præmonuit Propheeta, ne tot signis ob oculos factis & doctrinam C H R I S T I confirmantibus, obdurecerent animis: dicens, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea.

Vt sermo Esaiæ impleretur.

Particula V T, non dicit causam vt supra cap. 10, Ego veni vt vitam habeant: sed est euentus significatiua. Non enim discredunt C H R I S T O, quia Esaias prædixit: sed quia illi discreditari erant, ideo Esaias afflatu diuini Spiritus prædixit capite 53. Vnde quod non credant, sermo Esaiæ impletur. Hæc sunt per occupationem dicta, nequis miraretur quare tam pauci credant doctrinæ C H R I S T I, tam insignibus miraculis confirmatæ. Non nouum videri debet, quod tam pauci credunt Euangelio, quando iam olim hoc futurum præuiderit Esaias.

Quem dixit.

Quem dixit: capite 53. Hic sermo tam de Iudæorum quam Gentium incredulitate interpretandus est. Nam perpetuo verum est, quod reuelato Euangelio pauci credant, siue Iudæi siue Græci: ita & Paulus, ad Rom. cap. 10. eundem locum in eodem sensu citat. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt Euangelio: Esaias enim dicit,

Domine, quis credidit auditui nostro?

Propheta Spiritu Dei afflatus, præuidet Euangelium esse verbum crucis nudum, & omni humano auxilio, humana ratione & mundi prudentia destitutum: atque ipsius auctoritatem esse scandalum sapientissimis huius mundi, & vt abiectam & contemptam personam à sanctissimis & prudentissimis mundi esse morti adiudicatum. Vnde cum admiratione & vehementi exclamatione præmunit credentes, ne terreantur & retrocedant quum viderint tam paucos C H R I S T O adherentes. Eadem exclamatione vsus est Dauid Psal. 11, Saluum

*Euangelii quale apud carnem.*

Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum, & c. Verbo D O M I N E, captat beneuolentiam, & vocula Q V I S, exaggerat paucitatem credentium: Quis credidit? quasi dicat, Pauci credunt: maior hominum pars non credit A V D I T V I nostro, hoc est prædicationi nostræ aut vaticiniis nostris de Euangelio & regno Dei. Vide (si iuuat) quæ scripsimus in hunc locum à Paulo citatæ, Rom. cap. 10.

Et brachium Domini cui reuelatum est?

Tropo Scripturæ B R A C H I V M Domini vocatur C H R I S T V S, per quem vt omnia creata sunt, ita per ipsum recreamur & regeneramur, vt simus filii, & restituamur in cam Spiritus imaginem, à qua per primum Adamum cecideramus. Atque vt brachio potentissimam vim homines exercent, & virtutem ostendunt: ita per C H R I S T V M Deus potentiam suam & virtutem mundo manifestauit. Proinde Esaias cum admiratione pronuntiat, C V I: quasi dicat: Tam paucis brachium Domini, id est C H R I S T V S siue mysterium illud ineffabile incarnationis C H R I S T I, & vnionis illius hypostaticæ, qua Deus factus est homo, & homo est Deus siue mysterium Euangelicum annuntiatum est, & receptum, multis quidem prædicatum, à paucis susceptum est. Sensus vaticinii Esaiæ est, Quia non est forma neque decor in C H R I S T O apparens, qui C H R I S T V M & Messiam referet: ideo nihil quoque fuit aestimatus à Iudæis, nisi quibus B R A C H I V M Domini, id est in eo virtus diuina reuelata fuit. Id autem datum fuit paucissimis. Obserua: vox illa R E V E L A T V M E S T, insinuat notitiam Euangelii esse donum Dei.

Propterea non poterant credere.

Verbum, N O N P O S S E, hoc loco non dicit impossibilitatem, sed difficillimam animi inflexionem ad aliquid prosequendum. Communis loquendi vsus hoc obseruat, vt quum dicitur, Non possum amare inimicum aut obliuisci illatæ iniuriæ, aut veniam dare offensionis in me factæ, non significatur quod voluntas simpliciter non possit id velle, sed ostenditur difficultas magna voluntatis, vt velit propter vehementem ad oppositum propensionem. Hoc ergo quod dicitur N O N poterant credere (ait Chryostomus) significat, noluerant credere. Porro quia & credere & posse adhærere verbo, est ex gratia & dono Dei, consequens est, vt qui sua malitia cum doctrinam C H R I S T I, tum miracula ipsam confirmantia, contempserint, iure optimo meritoque priuentur dono Dei: & abiecti ac derelicti neque credant neque donum habeant, quo valeant adhærere verbo. Atque qua significatione huius verbi P O T E S T, vtimur, dicentes I. Ioannis cap. 3, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex Deo natus est: eadem acceptione hic dicatur P R O P T E R E A non poterant credere. Nam quemadmodum facultas peccandi non procedit à diuino semine, & diuina illa natiuitate: vnde dicitur à Ioanne, Et non potest peccare: ita ex illa pernicaci malitia non poterat credendi facultas emanare. Quare merito dictum est, Propterea non poterant credere: quoniam prauas cupiditates nolebant abiicere.

Quia iterum dixit Esaias.

Aliam rationem adducit ab autoritate Esaiæ, cur Iudæi non poterant credere. Rursus Esaias prædixit, hoc scilicet, Quod non poterat credere: quod præuideret Dominum derelicturum illos. Isto enim iudicio Dei factum est, vt nolentes Euangelio credere, ferirentur puhirenturque cæcitate, magisque ac magis postea excæcarentur, vt profus non credant.

Excæcavit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis: & non intelligant corde: & cõuertantur, & sanentur eos.

Hæc sunt impietatis pœnæ in quas inciderunt Iudæi, quia non crediderunt: C H R I S T V M pernicaciter reiecerunt, invidia, liuore, odio & auaritia æstuantes. Proinde Deus E X C A E C A R E dicitur, non quod obdurationem & animi cæcitatem faciat in cordibus, sed quod subtrahat, siue quod non infundat gratiam. Huius subtractionis gratiæ nos causa sumus, qui priores Deum deserimus: vnde culpis nostris id exigentibus, ipse nos etiam deserit. Quantum ad partes eius attinet, paratus est omnes illuminare: illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum: sed quando pulsanti fores præcludimus, abit: abiens, deserit: desertos, relinquit excæcos. Perinde est atque si quis oculos auertat à sole, & densas incurrat tenebras, defectio luminis in oculis non est Soli, sed malitiæ auertentis se, ascribenda. Huc pertinet quod scribitur Oseæ cap. 4, Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, & obliuiscar filiorum A. iiii.

*Brachium Domini.  
Imago Spiritus  
nobis per Christi-  
sum restituta.*

*Posse, verbum.*

*Derelicti non  
credunt.*

*Incredulitatis  
pœnæ.*

*Subtractionis  
gratiæ causa.*



*Peccatum peccati poena.*

*Permissio diuina. Priuatio gratiae.*

*Ve, particula.*

*Deus pro bona sua voluntate agit.*

*Esaia viso de gloria Christi.*

*Dei gloria in Christo maxima.*

*Multi credentes. Fides.*

*Principum negligentia in rebus fidei.*

tuorum. Colligamus ex his: Deo absente à nobis, caeci manemus, praesente vero, videmus. Hæc nos docent, Deum punire peccatum peccato, doctore Paulo ad Rom. cap. 1, Propter quod (id est quia impii erant & blasphemii) tradidit illos Deus in desyderia cordis eorum, in immunditiam, &c. Et ibidem, Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiae, &c. ut faciant ea quæ non conueniunt, &c. Obserua: Phrafi Scripturæ dicuntur multa fieri Deo permittente, perinde atque ea Deus efficeret, quæ tamen verè dicuntur priuationes gratiæ præuenientis, aut Dei absentia: huiusmodi loquutiones passim reperiuntur in Scripturis. Exodi cap. 7, Indurabo cor Pharaonis, & Rom. cap. 1, Tradidit eos in reprobum sensum, &c. **E X C A E C A V I T**, id est permittit excæcari, siue subtrahit gratiam, & donum gratuitum, quo intellectus oblatum Euagelium cognouisset. **E T I N D V R A V I T** cor eorum, id est permittit indurari, auferendo gratiam, sine qua non potest voluntas adherere Euangelio. **V T N O N** videant oculis mentis. Particula, **V T**, non dicit causam, sed euentum, & effectum. Fit vt substracta gratia qua poterat intellectus cognoscere, sequatur priuatio potentiæ videndi. **E T N O N** intelligant corde, hoc est, Fit in poenam, vt priuentur gratia, sine qua non attingunt cum doctrinam, tum **C H R I S T I** miracula. Est enim excæcata mens istorum passionibus & affectibus carnis. Sunt & aliæ poenæ: Quia respuunt veritatem oblatam, priuantur dono Dei gratuito quo & conuerterentur & sanarentur. Respondebunt aliquis: Quare in has inciderunt poenas? & cur non traxit illos sicut & Paulus atractus est? Respondeo: indigni erant, & se indignos reddiderunt. Sed quid hæc audio, dicit aliquis? Paulus indignus erat, vt pote qui persequutor esset Ecclesiæ. Respondeo: Noli altum sapere, sed time. Certo nouimus iudicia Dei omnia iusta esse. Sed cur ita aut quo modo quæue ratione hunc trahat, illi deferat, noli quaerere: crede & time: dicēs cū Paulo ad Rom. cap. 11, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit?

**Hæc dixit Esaia quãdo vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.**

Argumento à circumstantia temporis, quando fuerunt Esaia reuelatæ poenæ illæ impietatis, & viâ Filii Dei gloria, petito, confirmat Euangelista vaticinium & sententiam Esaia Prophetæ. Esaia affatus arcano spiritu olim prædixit hæc, id est has impietatis poenas, quando vidit fumum illum qui apparuit, Seraphim, carbones, altare, thronum: vidit inquam oculis propheticis ex diuina reuelatione hanc **G L O R I A M**, hoc est sessionem **C H R I S T I** Domini sedentis super solium excelsum. Aut **G L O R I A M** eius, id est Filii Dei, quam olim in corpore humano esset habiturus. Et quod vidit **L O Q V V T V S** EST, id est reuelante Spiritu vaticinatus est **D E O**, id est **C H R I S T O**, supple ea quæ supra dicta sunt, Quod excæcavit illorum oculos & indurauit. Magna est gloria Dei in **C H R I S T O**, qui nunquam magis est glorificatus, & orbi factus celebris, quam per **C H R I S T V M**. Nam declaratus est misericors, pius, remissor peccatorum, & Saluator: qui licet semper talis fuerit, non tamen semper talis tam aperte mundo est manifestatus. Proinde verba Esaia citata ab Euangelista explicant quàm aperte videamus euenire, vt reprobis tum maxime excæcentur, & in perniciem indurentur, quum veritas eis quam patentiſſimè prædicatur. Ex superioribus hoc verum esse docemur: nam quod **C H R I S T V S** reuelatius & potentius doctrinam Patris cum verbis tum signis ob oculos reproborum obtulit, tanto cæciores facti sunt: & post **C H R I S T I** prædicationem ea Israeli cæcitas accidit, qua nulla antea maior. Nec mirum est: solet enim illustrior splendor oculos imbecilles & cæcutientes obscurare.

**Verum tamen multi ex principibus crediderunt in eum.**

Hæc per occupationem dicta sunt. Roganti, Num istorum incredulitas aliorum salutem impediuit? respondet Euangelista, Absit: nam multi non solum è plebeis, verum etiam è primoribus **C R E D I D E R V N T** in eum **C H R I S T V M**: hoc est certa fide statuerunt **C H R I S T V M** esse verum Messiam & Saluatorem mundi. Fuerunt & alii (quorum fides nondum firma perfecta que erat) quibus tamen iam tum rudimentum aliquod mentis Euangelicæ aderat. Hi bene de **C H R I S T O** sentiebant, licet timor & pudor impedirent, ne modica illa fides seipsam exereret: aliis liuor, aliis auaritia, aliis ambitio obstabat, quominus toto animo se **C H R I S T O** consecratos esse manifestarent.

**Sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de Synagoga non eicerentur.**

Euangelista serio hæc proposuit, vt ostendat quàm male audiant apud Deum principes & qui dignitate prominent, dum negligunt præ se ferre & constanter exerere quod credunt. Credendum

Credendum est Euangelio, & creditum confitendum cum in nostram tum aliorum salutem. Ad Rom. cap. 10, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Additur causa cur occulti essent discipuli **I E S V**. Istorum corda metus occupauerat: decretum enim erat à Pharisæis, vt quisquis se profiteretur discipulum **I E S V**, submoueretur è Synagoga velut excommunicatus. Supra cap. 9. dictum est, Pharisæi conspirauerant, vt si quis eum confiteretur **C H R I S T V M**, extra Synagogam fieret.

**Dilexerunt enim gloriam hominũ, magis quàm gloriam Dei.**

Causam adducit à priuata gloria, cur principes non syncerè confiterentur Euangelium. Apud homines magnifici est, locum honoratiorem in Synagoga habere: apud Deum autem vanum est. Eiici è Synagoga apud homines inglorium & turpe erat: piis vero gratissimum. Ibant enim Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine **I E S V** contumeliam pati. Diligentes itaque **G L O R I A M** hominũ, hoc est priuatam æstimationem & dignitatem, quæ aucupatur principes, negligunt gloriam Dei, seu confessionem Euangelii, qua gloria Dei promulgatur. Non ergo principes erant, sed serui, extremam vilissimamque seruitutem seruientes. Hoc malũ prædixerat illis Dominus (suprà cap. 5.) Quomodo (inquit) vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, nõ quaeritis? Gloriosum duxit cæcus ille Euangelicus (suprà cap. 9.) ieiici è Synagoga, vt à Christo exciperetur. Audiât isti Dauidè Psalmo 51, Dominus dissipat ossa eorũ qui hominibus placent, & qui magistratibus prominent. Audiãt Paulum ad Galatas cap. 1, Si adhuc hominibus placerem, **C H R I S T I** seruus non essem. Luc. cap. 9, Qui erubuerit me coram hominibus, erubescam & ego eum coram Patre meo. Beatus igitur erit qui cõfessus fuerit nomen **C H R I S T I** coram hominibus, quem verè **C H R I S T V S** coram Patre cõfitebitur. Hunc non remoratur timor ille mundanus, quod intelligat **C H R I S T V M** dicentem, Lucæ cap. 6, Beati estis quum vos oderint homines, & quum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrum tanquam malũ, propter Filium hominis. Gaudeat & exultate in illa die: ecce enim merces vestra multa est in celo. Proinde humana gloria est, honestum, probum, prominentem & magnum haberi. **G L O R I A** Dei, est abiici, contemni, rideri, illudi, cruciari, crucifigi, & turpiter occidi. Hæc omnia pro gloria duxit Christus, qui per hæc in Patris regnum intrauit, & per illa Pater in mudo gloriosus & celebris factus est. Quum itaque potentes multi audiunt Euangelium secum ferre crucem, & bonorum terrenorum abnegationem, quibus graue est suam dominandi ambitionem, ne dicam tyrannidem abnegare: & sapientibus huius seculi stultum videatur suæ rationis sapientiam tam simplicem & nudo Euangelii verbo resignare, consequens est & fit, vt valde pauci potentes creditum Euangelii verbum syncerè & ingenuè confiteantur. Obserua: finalis causa confessionis Euangelii, est gloria Dei, & salus proximi: vt per eam glorificetur Deus, & instructus proximus saluetur. Deinde obseruandum est: Si humana gloria, quæ est diuitiæ, honor, & huiusmodi, & Dei gloria, quæ est sui abnegatio & crux, ita proponantur, vt necessarium fuerit alteram eligere, alteram repudiare: viro pio eligenda est gloria Christi, cui gloriosa est crux & ignominia p Christo, vana autè hominũ gloria. Hoc à Mose factũ esse docet Paulus ad Heb. cap. 11, Fide, Moyses gradis factus, negauit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cū populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum, improprium **C H R I S T I**.

**I E S V S** autem clamauit, & dixit.

Quum iam furorem Iudæorum factum esse mitiorem oportuit, prodit rursus alio die in publicum **C H R I S T V S**: qui quanquam expertus esset magnam Iudæorum ingrati-tudinem, tamen non destitit à suo officio, vt si non omnes, saltem aliquos Deo Patri lucraretur, & magis ac magis omnes hortaretur ad suscipiendum Euangelium, ne vllus excusationis locus relinqueretur iis qui suapte malitia perirēt. Volens itaque auditores animare, & explicare fructum quem credentes viua fide assequerentur, ac perniciem quam persistētes in sua incredulitate sibi pararent, **C L A M A V I T**, liberè & publicè, hoc est vocem exaltauit, veluti nouum edictum publicaturus. Hic clamor insinuat amorem & diligentiam Christi, ad promulgationem Euangelii, commendans nobis Euangelium vt apertam & vniuersalem pro omnibus hominibus doctrinam, clamans dixit,

**Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.**

Hic locus fidem commendat à suo originali obiecto, quod est Deus. Vnde non dixit Christus, Qui credit mihi, sed Qui credit in me: vt significet fidẽ habere Deũ, p obiecto

*Gloria hominũ diuersa à gloria Dei.*

*Gloria Dei.*

*Causa finalis confessionis Euangelii.*

*Moyse abnegatio.*

*Clamori.*



*Credere alicui, & in aliquem differunt.*

*In Christo due natura.*

Credere alicui quispiam dicitur, quā credit ei vt vera dicenti. Credit autem quis in quempiam, quā omnino vt in Deū credit. Ideo rectē quis credit Petro & Paulo, at non item in Petrum & Paulum. Atque possumus credere creaturam esse: sed non debemus credere in creaturam, sed in Deū solum: quā solus Deus sit obiectū fidei. Proinde quum in **C H R I S T O** sint duæ naturæ, creata, quæ est humanitas: & increata, quæ est essentia, in vna hypostasi, quæ est Filius Dei, vnità, fidei veritas hoc habet, vt fides credentis in Christum non terminetur in hominem vt vltimū terminum, sed in Deum. Quare quum dicit, **Qui credit in me**, significat **C H R I S T V S**, se Deum esse. Videtur huius loci sensus: **Gloriamini vos credere in Deum, & me interim vt contemptam personam, vilem habetis. At ego dico vobis, nemo potest in Deum credere, nisi & in me credat, qui sum Deus de Deo. Qui credit in me, hoc est vt Deum amat & excipit, non credit in me, id est non adhæret solum huic formæ serui, quam volens assumpsit, non credit in me vt hominem solum & iuxta formam serui, sed in eum qui misit me, hoc est in Deum Patrem, quo cum sum Deus, eiusdem substantiæ & summæ perfectionis: Credit in eū qui misit me, hoc est certa fide statuit me Deū esse, Messiam, & Dei Patris legatum. Hæc nos docent **C H R I S T V M** esse Deum, Filium Dei & verum Messiam, certam habere doctrinam, & officium certum. Quare certō in eum credendum & fidendum est. Huc pertinet quod supra cap. 7. dictum est, **Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.****

**Et qui videt me, videt eum qui misit me.**

*Videre Christū*

*Quomodo quis videt Filium, videt & Patrem.*

Hic locus ostendit eandē esse Patris & Filii substantiam. Hinc igitur facessant qui Arrianorum morbo laborāt. Hæc visio non est corporalis quædam intuitio & conspectio rei corporeis oculis obiectæ, sed visio mentalis est, & consideratio veri, quæ est per intellectū, hoc est, hæc visio dicitur fides. Tanta est similitudo, & in natura & naturalibus proprietatibus Patris & Filii, adeo nihil distat inter Patrem & Filium (est enim Filius expressa Patris imago & character substantiæ eius) vt qui hac visione intellectuali, hoc est fide, videt **I E S V M**, videat & Patrem qui misit Filium, quia Filius est in Patre per essentiæ vnitatem & indentitatem. Sunt enim Pater & Filius idem in natura, & omnino conformes. Num ergo qui videt lineamenta corporis **C H R I S T I**, videt & Patrem? Nequaquam. Neque enim Pater habet corpus: vt qui corporaliter viderit **C H R I S T V M**, videre dicatur & Patrem. Sed qui fide apprehendit Filium, eadem cognoscit & Patrem. **Qui misit me**, id est ego Patris imago & Dei Filius sum, Dei legatus in hunc mūdum missus, dum factus sum homo, vt toti orbi nuntiaretur esse salus. Proinde qui me audit, Deum audit, qui me videt, Deum videt. **Qui legato Regis credit, Regi credere dicitur: qui in me credit, credit in eum cuius ego sum legatus.**

**Ego lux in mundum veni.**

*Lux Christi. Esse lucem.*

*Mundi diuinitas hominibus communicat.*

Rursus declarat **C H R I S T V S** se Patri consubstantialem. **Ego**, ego inquam (quamquam contempta & humilis persona) sum meapte natura **l u x** intelligibilis, lux omnium mētium, lux à qua deriuatur omnis creata lux, lux quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mūdum. Esse lucem ad solum Deū spectat. **I. Ioan. 1.** Deus lux est, & tenebræ nō sunt in eo vllæ: qui quia lucem habitat inaccessibilem. **1. ad Timoth. cap. 6.** & per Adamum tenebræ mūdum occuparunt, à quo omnes homines hæreditario quodam iure quasi per manus acceperūt infidelitatem, ignorantiam Dei, impotentiam bene operandi, cæcitatem, peccatum, mortem & infernū, ideo à Patre, qui est fons omnis luminis, velut à sole radius, **V E N I T** Filius Dei in mūdum, id est homo factus est, apparuit nobis, seipsūque notū fecit, vt discussis tenebris, & sublati peccatis, esset lux mundi ab errore liberans, & mentales tenebras discutiens.

**Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.**

*Oculus spiritalis.*

*Christum recipientis fructus.*

A præmio fidei excitat auditorū animos, vt facilius ad fidem commoueat. Christus non particularis, sed vniuersalis est lux: ideo quisquis lucem ab eo receperit, hoc est fide viuā in eum crediderit, hac fide oculos habet apertos, ne amplius impingat in tenebris: Deū agnoscit, vires bene agendi recuperat, & in peccatum, mortem & infernum illæsus, velut fortis armatus irrupere potest. **Nō** amplius manet in tenebris, id est iustificatur & Deo Patri reconciliatur ad vitam æternam. Summa huius loci: **Qui C H R I S T V M** recipit, à peccatis & omni ignorantia liberatur, vt plenē tandem cognoscat Deum, indeque æternū viuat. Huc omnis doctrina Christi refertur: huc miracula, huc quicquid fecit facturūse est: vt omnis (qui omnem suam fiduciam in Christum collocat) illustretur cognitione veritatis,

tis, veterem exuat Adamum, nouum induat, & huius lucis ductu per Euangelicam pietatem proficiat in vitam æternam. Obserua. **Lucis radios** vocat fructus Euangelii, quorum fit particeps omnis qui credit in **C H R I S T V M**. Item tenebræ in nobis sunt, quod in nobis est ante susceptum Euangelium, & fidem in **C H R I S T V M**, vt ignorantia, prauus affectus, caro, & reliqua, quibus non illuxit hæc lux.

*Lucis radii. Tenebræ in nobis.*

**Et si quis audierit verba mea, & nō custodierit, ego nō iudico eū.**

Hæc est altera pars antitheseos: dixit, **Qui credit in me, in tenebris nō manet.** Quod si quis sola aure verba mea exceperit, **E T N O N** custodierit, id est ex animo nō receperit, nec his obtemperauerit, huic adeo nihil profuerit audiuisse, qui ob incredulitatem grauius exitium sit habiturus: nō quod ego iudicem eum: nimirū nō veni ad hoc primū, tamen hoc ex consequenti eueniat. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Rom. cap. 2, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Item Iacobi cap. 1, Estote factores & non auditores tantū.

*Factores legis.*

**Non enim veni vt iudicem mūdū, sed vt saluificem mūdum.**

Ætiologia est qua **C H R I S T V S** adducit rationē cur à suo officio, adhuc mortalis, non condemnet incredulos. Non nunc in hac conditione mortali veni in mūdum, **V T I V D I C E M**, id est condemnem mūdum. De officio **C H R I S T I** præsentis in carne, non fuit iudicare siue condemnare. Non est enim hoc propter quod præcipue adueni, non huc modo proficit meum officium, licet multi à me nihil nisi condemnationem, sed sua culpa accipiant. Præcipua causa mei aduentus præsentis huc spectat, **V T S A L V I F I C E M** mūdum, id est vt salutem hominibus adferam, impetrato & donato eis spiritu solidæ iustitiæ. Si enim priore suo aduentu venisset vt iudex, omnes condemnasset, qui eram omnes filii iræ. Oportuit ergo aduentasse vt misericordem & propitiatorem. Hoc propitiatoris officium fuit, dum hic mortalis egit, & durat in æternū, quia sua morte meruit nobis æternam salutem. Ad Hebræos cap. 9, **C H R I S T V S** per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, id est quæ æternū durat. Obserua. **Verbū V E N I**, denotat primū aduentum. Item superius tertio capite, hanc salutem Patri attribuerat, quam nunc sibi adscribit, vt cognoscamus indiuisam intentionem, voluntatēque Patris & Filii.

*Christi in carne officium.*

*Propitiatoris officium.*

**Qui spernit me, & nō accipit verba mea, habet qui iudicet eum.**

Peruenista est hæc occupatio qua deterrēt incredulos à præmio infidelitatis, quod est iudicium siue supplicium æternum. Responsabit aliquis, Si non venit vt iudicet mūdum, increduli ergo non luent penas: non enim effugiet horrendum iudicium si quis sermones meos auditos reiecerit ac spreuerit. **Qui spernit me**, id est abiectioe & humiliatione meæ personæ offenditur & scandalizatur, vt in me non credat, **E T N O N** accipit verba mea, id est doctrinam meam ex animo nō recipit, is non erit alienus à iudicio & condēnatione.

*Christum spernere.*

**Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.**

Tamen modo nō iudicem eum qui oblatam salutem & doctrinam meam abiicit, habet tamen qui in futuro iudicet eum. **Quis erit?** Hic ipse sermo, quem nunc loquor, condemnabit & coarguet incredulum, quod suapte malitia perierit. Ego enim præmiis inuitati, supplicii deterrui, beneficiis alexi, excitati miraculis, omnes ad me venientes benignè & misericorditer excipio, neminem à salute repello, omnibus aditum ad salutem patefacio. **Quid** igitur poterūt increduli prætexere in extremo die, qui tot beneficiis ad fidem prouocati, in sua perseverauerunt incredulitate? Conuicti erunt in extremo die verbum meum fuisse lucem ac vitam, & tunc sentiant conscientiæ, verbum meum iudicem argumentem, accusantem & damnantem eos.

*Impiū in excelsis.*

**Quia ego ex meipso non sum loquutus.**

Laudem & gloriam omnem humilitatis gratia ad Patrem refert, & humili sermone totum negotium de certitudine suæ personæ, & sui officii cōcludit. Ideo sermo meus erit iudex incredulorū, quia sermo quem loquutus sum non est ex meipso solum, sed à Patre meo, à quo originaliter sum: nunquam enim aliquid prædicaui ab eo dissentiens. Et quia hic sermo est à Deo Patre, igitur dignus est per quē iudicetur increduli. Est certē Euāgelium, verbum potens & virtus Dei in salutem omni credenti, Rom. cap. 1.

*Euāgelium.*



Sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar.

Primo capite huius Euangelistae scriptum est, Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. & cap. 3, Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Pater (ait CHRISTVS) qui est legis author, & vnde huc profectus sum, siue à quo veni factus homo, mihi praescripsit quod dicam, & quomodo dicam. Hæc si spiritali aure auscultauerimus, rectè de ipso Filio dicta esse cognoscemus. Nam quum ipse CHRISTVS sit viuum atque subsistens Dei Patris verbum, necessarium est vt quæ à Patre sunt, interpretetur, voluntatèque Patris in lucem protrahens, quasi mandatū inde se accepisse dicat. Per æternam generationē Filius à Patre habet quid dicat, interius: & quid loquatur, exterius. Et quæadmodum vox nostra siue verbum (si veritatē asseueramus) profert ea quæ suggerit mens: ita & verbum, Patris cogitationes interpretatur & explicat. Aut expēdatur hęc locus ad hunc modum: Quemadmodum, inquit, qui mandatum referunt, nihil dicunt præter quàm eis demandatum: ita sane & ego huc à Patre missus, nihil sentio nisi de deo præter ea quæ Patri visa sunt. Hæc itaque omnia de seipso vt homine loquutus, ait, Nō sum loquutus ex meipso, sed vt Patris legatus & à Patre missus. Huc pertinet quod in personam CHRISTI scripsit Dauid Psalmo 39, In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam, Deus. Quum igitur CHRISTVS in omnibus obsequeretur Deo Patri, quomodo poterant Iudæi Patrem honorare, quum eius legatū Christum aspicerentur?

Christum accepisse mandatū à Patre. Christus subsistens Dei Patris verbum. Verbum cur dicitur Filius.

Et scio quia mandatum eius, vita æterna est.

Si vita æterna (inquit diuus Augustinus) est ipse Filius, & vita æterna est mandatum Patris, quid aliud dictum est quàm ego sum mandatū Patris? Aut interpretari possumus ad hunc modum: scio, certissima scientia, quia mandatum eius, id est verbum seu Euangelium (quod ex mandato Patris prædico) est vita æterna, id est effectum habet ad vitam æternā, siue via est ad vitam æternā. Hoc mandatū habet cognatā rem, vitā æternā, quæ hac methodo interpretatur: Prædicatur verbū siue Euangelium (quod nusquam est sine Christi spiritu) verbo credimus, fide viuā iustificamur. Huius iustitiæ per fidē impetratæ, finis est vita æterna. Huc pertinet quod scriptum est Ioānis cap. 3, Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suū vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, habeat vitam æternā.

Mandatū Patris, vita æterna

Euangelium nūquā sine spiritu.

Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Quæ à Patre per æternam generationem accepi, & mihi vt suo legato admandauit dicēda, hæc ea ipsa loquor. Ego dico me esse lucem, fontem viuum, vitam & resurrectionem. Hæc Pater iussit me prædicare. Proinde sic loquor, id est et tendit mea prædicatione, vt per Euangelium & verbum quod prædico, homines habeant vitam æternam. Scopus & finis meæ prædicationis est, vt homines per fidem in me, vitam consequantur æternam. infra cap. 20, Hæc autem scripta sunt, vt credatis quod IESVS est Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Cæterum qui voluerit videre, viuere, & resurgere, CHRISTVM videat, in ipsum credat, & nihil verebitur Satanæ iacula, mundi tenebras, aut mortis terrores quantuncunque tetros.

Prædicationis Christi scopus.

CONCILIATIO.


Pugnantiam habere videtur locus Deuteronomii cap. 15. scriptus, OMNINO indigēs & mendicus non erit inter vos: cum hoc, PAUPERES semper habebitis vobiscum: & cum illo qui eodem capite Deuteronomii scribitur, NON deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Respondeo: In speciem quidem apparet pugnantia quædam: sed si diligenter summam capituli 15. Deuteronomii excusserimus, nihil dissidentiae offendemus. Dominus Deus eō diuites fecit, vt misericordiam & liberalitatem exercentes, piis ac sanctis operibus fidem suam probatam reddant: quosdam verò creauit, quibus res domi angusta est, vt penuria exciti, patientia exerceantur, & à Deo, omnium bonorum fonte, auxilium sperent: in quem qui sperant, non confunduntur. Quum itaque legislator Moses dicit, Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. Hac lege nō præcipit profigandos esse pauperes è terra, aut iugulandos: sed iubet vt ab inopia releuentur, & illorum necessitati succurratur ne mendicent. Videmus hac lege admandatum esse charitatis & misericordiae exercitium in pauperes. Quod verò in hoc capite Ioannis & alio loco adducto dicitur, Pauperes non defuturos:

Charitas in pauperes.

defuturos: non lex, sed rei futuræ prædictio est. Aliud enim est Mandare, aliud Prædicare: illud mandatum est, hoc prædictio. Velut si ego dicerem, Cauete ab omni specie mali, & ne inseruiatis peccato & diabolo. Item, Mala vbiq; imminēbunt, diabolus circumibit, & quæret quem deuorabit. Hic prædicantur diaboli & peccati insidiae, illic admandatur sollicitudo adhibenda, vt diabolo & peccatis obuemus. Ita prædictū est, Pauperes semper habebitis vobiscum, sed his succurrendum est iuxta præceptum, Omnino indigens, &c. Cura & sollicitudo adhibenda est vt subleuentur pauperes, ne emendicato pane, ac stipe erogata visitare cogantur. Nam quoties ad hoc officium Christus in Euangelio nos inuitat?

Prædicare & Mandare non idem.

CAPVT XIII.



Transcat) transire. Et cœna) cœna igitur. In corde Iudæi Simonis) subaudi filii Iſcariote, vt traderet eum. Scitis) vel quæuis sciret se esse seruatorem & dominū omnium, tamē surrexit à mensa, & speciem serui abiecitissimi induit.

Non lauabis) nūquam patiar vt mihi laues pedes. Nō habebis partem) id est coheredes meus nō eris. Qui lotus) id est qui partem superiorē lotam habet & mundū, id est animū indiget) opus habet. Lauet) subaudi via causa. Qui traderet) proditorius esset.

Apostolus) missus, legatus. Erit) estis.

Ego sum) subaudi saluator. & de quo id prædictum fuerat.

ANTE diem festū Paschæ sciens IESVS quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, quū diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & quum accepisset lintheum, præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere lintheo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit IESVS, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei IESVS: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, nō tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, & vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eū. Propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorū, accepit vestimenta sua, & quum recubisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister & Domine: & benè dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim, sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum. A modo dico vobis, prius quàm fiat, vt quū factū fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Quum hæc

Christum lauas pedes Apostolorum. Matth. 26. 4 Luc. 22. 4 Marc. 14. 4

Petrus nō vult sibi lauare pedes à Christo.

Lauas Christus

Mundi Apostoli

Magister. Dominus. Lauare pedes.

Seruus. Infra. 15. c. Matth. 10. 1 Luc. 6. f. Iudas. Psal. 40. c.

Accipere missū à Christo. Matth. 10. c. Luc. 10. c.



Proditorum suū  
Iudam indicat  
Christus.  
Matth. 26. b.  
Marc. 14. b.  
Luc. 22. b.  
Ioannes.

Satanas

Iudas adit Pā  
risca.

Filioli.  
Supra. 7. c.

1. Ioan. 2. b.  
Dilectio.  
Infra. 15. b.  
Discipuli Chri-  
sti vnde cognos-  
cuntur.  
Petrus negatu-  
rus Christum.  
Matth. 26. d.  
Marc. 14. c.  
Luc. 22. c.

dixisset IESVS, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad-  
inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu IESV, quem diligebat IESVS. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaque quū recubisset ille supra pectus IESV, dixit ei: Domine, quis est? Respōdit IESVS: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et post buccellam, introiuit in eum Satanās: & dicit ei IESVS, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei IESVS, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis, vt aliquid daret. Quum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo: erat autem nox. Quum ergo exisset, dixit IESVS: Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eū. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simō Petrus, Domine, quo vadis? Respondit IESVS: Quo ego vado, non potes modo sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Respondit ei IESVS: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cātabit gallus, donec ter me neges.

Ante diem festum Paschæ.

C A P. XIII.



Azamorū pri-  
ma dies.  
Paschæ.  
Paschæ.

Quum Ioannes Euāgelista sermonem Domini de veritate corporis & sanguinis CHRIS TI in Eucharistia supra sexto capite, memorarit, hic à narratione Cœnæ (quam reliqui Euāgelistæ hoc loco inserunt) superaddit: putans satisfecisse suo instituto, si quæ à cœna per CHRIS TVM facta sunt, recensuerit. ANTE DIEM festum Paschæ, id est quarta decima luna (Exodi cap. 12.) ab æquinoctio vernali, ad vesperam: sicut vt Matthæus cap. 26. & Marcus cap. 14, prima die azimorum. & Lucas cap. 21, Venit dies azimorū in qua necesse erat occidi Paschæ. Et apud nos die iouis serō: qua nocte incipiebat pasceue, id est præparatio ad celebrandum Paschæ: cuius solennitas erat decima quinta luna. Obserua: No mine PASCHÆ alludit ad transitum CHRIS TI: quasi dicat, Verum Paschæ instat, ergo CHRIS TO transendum est, & moriendum. PASCHÆ, vox est Hebraica significans transitum. Primum Paschæ celebravit populus Dei, quando Pharaonem fugiens, rubrum mare transiit. Transitus ille figura fuit in CHRIS TO secundum veritatem impleta, dum per crucem ex hoc mundo ad Patrem transit: ita & nos fide viua CHRIS TO adherentes, transimus ex hoc mundo ad cælos cum illo, ex morte ad vitam, ex peccato ad iustificationem, ex impietate ad pietatem, efficiamurque filii Dei spiritu eius donati: vt hæredes Dei, & cohæredes Christi, æternum fruamur Deo.

Sciens

Turbatus est )  
id est animo tur-  
bato esse capite.  
Protestatus) te-  
stificatus.  
Tradet) prodit-  
urus est me.  
Ad inuicem) se-  
inuicem.  
Erat ergo) ena-  
ntem.  
Eius in, &c.)  
ex discipulis te-  
su in sinu ipsius.  
Innuuit ergo huic  
&c.) vt sciscita-  
retur quis esse  
de quo loqueren-  
tur.  
Recumbit) in-  
bussit in.  
Panem) min-  
tiam buccellæ,  
vel affilam.  
Iudæ) subaudi  
filio Simonis  
Iſcariotæ, id est  
de tribu Iſſachar  
Quod facis) fa-  
cere cogitas.  
Loculos) mansu-  
pium.  
Clarificatus) id  
est in glorifica-  
tione, & infra.  
Si Deus glorifi-  
catus) id est,  
quia Deus glo-  
rificatus est per  
ipsum miraculis  
ab eo aditū ad  
gloriam Patris,  
etiam Pater glo-  
rificabit eum  
per se, sua vir-  
tute, & quidem  
panis ab hinc  
diebus, suscitā-  
do illum.  
Quæretis me  
&c.) quasi dicit  
cat, Brent aboro  
& quæretis me.  
Vt & vos dili-  
gatis) subaudi  
ita præcipio vo-  
bis, vt & vos  
diligatis, &c.

Sciens IESVS quia venit hora eius, vt tran-  
seat ex hoc mundo ad Patrem.

Quum IESVS ( quem diuinum Patris consilium de tempore crucis non poterat la-  
tere) sciret quia venit tempus quo & ipse festi diei vocabulo respondens, transiret ex hoc  
mundo, & ad Patrem, vnde fuerat profectus, rediret, transferrēque carnem suam oculis ho-  
minum subductam in lucem inaccessam,

Quū dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Prior nos dilexit Deus. 1. Ioan. cap. 4. In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus Deū,  
sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis no-  
stris. Hæc dilectio præcipua est causa passionis eius. s v o s, id est Apostolos, quos vt do-  
mesticos & amicos sibi peculiariter delegerat, qui nondum exiri erant à mundo: sed qui-  
bus ingens cum mundo habenda erat confistatio, non deseruit, sed perpetuam ac perfectā  
erga illos declarauit charitatem. Aut s v o s dixit, iuxta rationem creationis: proprii enim  
sunt omnes homines. Aut s v o s vocat, electos in Christo: electi enim sunt Christo à Pa-  
tre traditi, quos profectio ante mundi iacta fundamenta elegit in Christo, Ephes. cap. 1. Ap-  
pendicem posuit, q v i erant in mundo: quia & alii erant sui: at Abraham & Patriarchæ,  
sed non in mundo: demigrauerant enim ab eo loco. Aut in genere omnes homines signi-  
ficauit: siquidē CHRIS TVS vniuersalis pro omnibus saluator est. Q V I erant in mun-  
do, id est mundi impietate & cæcitate oppressi. I N F I N E M, quasi dicat, non obiter di-  
lexit, sed constanter, vehementer, & perseveranter dilexit suos, & perfectā erga illos vsque  
in finem declarauit charitatem, nihil omisit quod ad germanam spectaret dilectionem.

Et cœna facta.

Cœnæ circumstantias per omnes suas partes non explicat Euāgelista: putans satis esse  
tantum meminisse illius, propter historiæ cohærentiam, & vt commodius superioribus se-  
quentia connectat. Beatus Augustinus putat hęc vocem, F A C T A, accipi pro cœpta siue  
parata, quemadmodum in Sacris literis dicitur, Dies factus, quum exortus est sol, non quū  
peractus dies. Nam postea legitur Christus accubuisse, & buccellam proditori tradidisse.  
C O E N A ergo facta, id est posteaquam parata esset suprema illa & mystica cœna, in qua  
dato corporis & sanguinis sui sacramēto, pacturus erat perpetuam sui memoriam, & ami-  
citiæ nullo vnquam tempore intermoria: sedus sancire constituerat.

Quum diabolus iam misisset in cor, vt traderet  
eum Iudas Simonis Scariotis.

Actum erat in corde Iudæ per immissionem diabolicam, vt discipulus ( cuius mentem  
iam auaritiæ pestis occuparat) proderet Dominum, quem neque magistri (curam prodito-  
ris vsque ad finem gerentis) lenitas, neque comitas à proditoris meditatione & tam nefar-  
io scelere reuocaret. Vnde Iudæ inhumanitatem explicaturus Euāgelista, apposuit, Et cœ-  
na facta: quasi diceret, Magna fuit Iudæ inhumanitas, quem neque etiam mensæ communitio  
placauerit. Tam infandum fuit Iudæ scelus, vt non humanæ menti solum tribuatur, sed e-  
tiam diabolo, qui vt mendacii, ita omnis peccati author & suggestor est: Hæc ab Euange-  
lista ideo hic memorata sunt, vt Domini summisionem miramque lenitatem in Christo  
prædicaret, quod tam scelesto proditori suo sustinisset lauare pedes. Cur Iudas dictus sit  
Iſcariotes, supra meminimus. Obserua: Quum diabolus immisisset, &c. quasi dicat, Diabo-  
lus primū expugnat cor: quo expugnato ac victo, postea prodit foras malum. Est certè  
cor, peccati fons & origo. Matthæi cap. 15, Nam de corde exeunt cogitationes malæ.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.

Occupatio est, ne putaret quisquam CHRIS TVM abiēcisse animum, quod audierit  
Christum ex hoc mundo transiturum, & Satanæ suggestionem proditorem in animo proditi-  
onē concepisse: quasi verò actum sit de Christo qui hæc ignoret. Respondet Euāgelista,  
S C I T CHRIS TVS, & certus est, Patrē dedisse sibi omnia in manu: Hoc est, certus est,  
quod Pater sui esset studiosissimus, quodque nihil horum pateretur interire, quæ sibi ser-  
uanda tradidisset. Proinde ne quis existimet ipsum coactō animo & mera impiorum pote-  
state in crucem adactum esse, S C I T, supple diuina præsciencia de futura sua morte. Obla-  
tus enim est (ait Esaias) quia ipse voluit, non autem quia Iudas, Pharisei, & Pilatus volu-  
erunt: quorum tela & machinationes (quæ non ignorabat) præseius auertere poterat. Aut

Passionis Chri-  
sti causa.  
Christus quos  
suose se dixit.

Facta, id est pa-  
rata.

Diabolus peccā-  
ti author.

Peccati fons & origo  
est.

Christus scit o-  
mnia.  
Pater omnia in  
manu filii  
dedit.



**S**CIENTIA, diuina scientia certus, officium suum siue munus à Patre esse sibi commissum, quod est credentes per crucem saluare. Nam Pater **D**EDIT omnia in manus eius, id est Pater Filio fauens, cōstituit eum dominum mortis & vitæ: tradiditque in manus & in potestatem eius, vitam, iustitiam, redemptionem, peccatorum remissionem, salutem, iudicium, resurrectionem, & reliquos omnes Dei thesauros, quos credentibus per mortem pararet ac distribueret. Hæc omnia suavissimam piis & afflictis afferunt consolationem contra scandala crucis, dum certo apud se statuunt **C**H R I S T V M esse dominum mortis & vitæ. **O**bserua. Quum Deus omnia sua bona in **C**H R I S T I manus tradiderit, ergo extra **C**H R I S T V M non est salus. Aduerte: Quum audis **T**R A D I D I S S E T ei Pater, &c. ne existimes hinc quandam Filii impotentiam declarari, sed discite potius reuerentiam erga Patrem, & voluntatis concordiam. Datio enim siue traditio insinuat concordiam & cooperationem cum beneplacito Patris. Quomodo & apud Paulum, (1. Corinth. cap. 15, Quum tradiderit Filius regnum Deo & Patri) verbum Tradidit, nō denotat Patris impotentiam, sed dicit cooperationem & concordiam Patris & Filii. Horum sensus est, **P**A T E R omnia dedit in manu, id est in potestate **I**E S V, vt filio Dei, generando illum ab æterno omnipotentem: eidemque vt Filio hominis, dedit omnia **I**N M A N V, id est in eius potestate, ab hora incarnationis, qua Filius Dei homo factus est. Habuit enim **I**E S V S homo, potestatem super omnem creaturam, vt alibi in primum caput ad Hebræos expandimus.

Datio siue traditio.

Christum à Patre signi, venire & redire.

Proximo inferniendum. Officiis Christi.

Redum lotio.

**Et quia à Deo exiit, & ad Deum vadit.**

Probatio eius, quod omnia Pater tradidit in manus Filii, petita ab approbatione personæ **C**H R I S T I, quæ quum à Patre venerit, ad Patrem rursum abeat, Patri gratissima est. Nam **C**H R I S T V M à Deo venisse, & ad Patrem redire, est personam Christi acceptissimam esse Deo Patri eiusque officium (quod nobis manifestauit) certissimū esse. **O**bserua. **A** Eterna generatione ex substantia Patris emanauit Filius, venit in mundum homo factus, & ad Patrem reuertitur homo cum Patre glorificandus: qui vt, quum venit, Patrem non deseruit, ita rediens ad Patrem, nos non reliquit. Ecce enim (dicebat ille) vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

**Surgit à cœna.**

**Q**ui à Deo egressus est, & ad Deum reuertitur, **S**V R G I T à cœna iam instructa, humilitatis exemplum exhibiturus, quo manifestaret se suos in finem dilexisse. Humiliat se coram discipulis, alludens ad extremam suam humiliationem in cruce perficiendam. Hoc humiliationis exemplo Christus commendauit nobis charitatem & humiliationem erga proximum, vt nō pudeat nos ipsos inferuire pximo. Sunt enim maximæ humiliationis signa, & feruentissimæ charitatis symbola, à cœna surgere, exuere vestimēta, linteum accipere, sese præcingere, mittere aquam in peluim, ad pedes se demittere, lauare pedes, & eosdē linteo extergere. Hæc omnia officiositatis & charitatis plena sunt, quæ nos inuitant, vt etiā cum proprio incommodo nos ipsos demittentes, proximo inferuiamus.

**Et ponit vestimenta sua.**

Hæc est humilitatis eminetia. Ante cenam non lauat pedes discipulorum, sed postea quā omnes accubuerunt, surgit solus ipse illis recumbentibus, & deponit vestimenta, docens nos vt alacres & expediti simus ad proximo inferuiendum.

**Et quum accepisset linteum, præcinxit se.**

Hoc memorabile factum Euangelista per omnes circumstantias, more suo, quā diligenter memorat: vtique vt à nobis quoque cum summo studio perpendatur. Postis itaque vestimentis, quod planè ministri gereret imaginem, accepit linteum, eoque sese præcinxit.

**Deinde misit aquam in peluim.**

Solus omnia gerit spectantibus & accumbentibus discipulis. Præcinctus replet peluim aqua. **O**bscuro, considera quā seruire hoc ministerium, & quā infimum fuerit, si mundi huius honorem respexeris. Propterea Paulus ad Christi imitationem nos hortatur, ad Philipp. cap. 5, Hoc sentite in vobis quod & in **C**H R I S T O I E S V.

**Et cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.**

Abiectissimam iuxta mundum officii functionem aggressus, cœpit lauare pedes discipulorum suorum, & linteo extergere. Quod genus officii ab Hebræis præstari solet hospitibus

tibus & amicis ad mitigandum laborem itineris & peregrinationis. Sed quod **C**H R I S T V S gessit, non solum absolutæ humiliationis & modestiæ exemplar fuit, sed etiam typus mysticæ intelligentiæ: nimirum docet oportere eos qui prædicationis Euangelicæ munus obirent, quique mensæ Dominicæ vellent fieri participes, esse ab omni carnis affectu purissimos: quæ puritas nemini contingere potest, nisi **C**H R I S T O I E S V, nostræ infirmitatis sordes detergente, qui solus purus, innocens & immaculatus, inter homines hominibus ita versatus est, vt nihil sordium nostrarum ex commercio vitæ contraxerit.

**Venit ergo ad Simonem Petrum.**

Existimat Chrysostomus **C**H R I S T V M nō primum venisse ad Petrum, sed ad Iudam: & lotionem cœpisse ab alio quā à Petro, propter verbum præcedens. Cœpit lauare pedes: quod verbum insinuat Christum; alium quempiam lauasse ante Petrum. Credibile est proditorem impudentem ante Apostolorum principem discubuisse; nam & aliunde impudentia proditoris ostenditur, quum intingeret cum magistro, & quum reprehensus minime compunctus est. Accedo ad diu Augustini sententiam: primum venit **C**H R I S T V S ad Petrum, primum in ordine Apostolorum.

Cuius pedes primo Christus lauit.

**Et dicit ei Petrus.**

Ignorans Petrus proprium Christi officium (quod est humiliari) totus perhorrescit, videns magistrum tam abiecto & vili officio defungentem. Quis quæso non perhorruisset, quum Dominum omnium (qui cum Patre in cælis glorificatur) seruili habitu præcinctum, nudum, peluim gestantem, ad pedes serui procumbentem videret? Iure igitur exhorruit Petrus inauditum humilitatis exemplum: quum præsertim rei causam ignorans, putaret ad quandam solam itineris mitigationem & corporis quietem, oblatam hanc esse lotionem. Non absimile legimus exemplū, Matthæi cap. 3, de Ioanne Baptista qui sua indignitate teritus, recusabat baptizare Christum.

**Domine, tu mihi lauas pedes?**

Petrus suam agnoscentiam imbecillitatem, & Domini dignitatem considerans cum ex miraculis, tum ex admirabili doctrina, necdum tamen (qui nondum pleno cornu Spiritu hauserat) plene cognouerat eius dignitatem & diuinam in illo naturam, nondum è mortis ipsum resurrexisse, cælos ascendisse, ad dexteram Patris cōscendisse, & toto orbe diuinis honoribus coli viderat. Hoc igitur animo Petrus recusat à magistro lauari: & captans beneuolentiam à dignitate & potentia Christi, dixit, Domine, Quid istud est rei quod offers? Tū ne mihi lauas pedes? Oportebat (inquit) oportebat nos, qui natura serui sumus, non te, qui Dominus omnium es, hanc functionem suscipere. Hæc valde emphaticè pronūtiata sunt: **T**ū inquam Dominus, ego seruus: tu creator, ego creatura: tu qui tantus es, I A V A S, ego procumbens, & te ipsum demittis, vt laues his tuis manibus quibus cæcos illuminasti, leprosus mūdasti, & mortuos suscitasti, mihi seruo & imperito, non manus, neque aliam honestiorem partem, sed **P**E D E S, qui extremæ omnium maximè sordidæ partes ac ignominiosæ habentur. Noui qui sum, & noui qui sis: mihi indigno peccatori lauas pedes?

Petrus recusat lauari à Christo.

**Respondit IESVS, & dixit.**

Petro detrectanti aperit Dominus proprium suum officium esse humiliari. Sicut & Ioanni Matthæi cap. 3, recusanti baptizare se, dixit, Sine me: sic enim decet nos implere omnem iustitiam: quasi diceret, Vtile & necessarium est sic me coram te humiliari, & te hanc meam humiliationem non recusare & excludere, quo sic pertingamus ad iustitiam. Ego mei humiliatione omnibus credentibus paraturus sum iustitiam, tu vero obediendo, eam impetraturus. Cæterum vt verum est nos coram Deo impuros & indignos esse (quis enim iustificabitur in conspectu Dei) ita Christiani & pii est animi, nostrā indignitatem fateri: sed dum hæc fatemur, summo opere cauedum est ne propter nostram indignitatem, oblatam per **C**H R I S T V M gratiam siue oblatum **C**H R I S T I ministerium reculemus & excludamus. Nam vt prius voluit nasci ex hominibus, vt homines ex Deo nascerentur: ita voluit prius ministrare nobis, quā quod ei ministremus. **E**d enim venit in hunc mundum, vt nostræ indignitati seruiens, sordes nostras purget, adeo honorificè excipit, dum quis suas sordes ab eo lauari postulat, cuius ministeriam in se fert & patitur. Nam nunquā Deo pure & pie inferuiēs, nisi antea feras vt Christus tibi seruiat ac ministret. Audi enim **C**H R I S T V M dicentem, Si non lauerō te, non habebis partem mecum.

Humiliatio nostra magistra.

Christus prior seruius vestri seruiremus.

B. i.



Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea.

Petre, sine me facere quod ego facio. Hoc meū charitatis & humiliationis exemplum quid sibi velit nondum quidem intelligis, sed P O S T E A, quando in die Penthecoste fueris meo Spiritu plenè donatus, cognosces quod ego nūc ago, tibi fuisse necessarium. Ratio nem operum Dei caro nunquam cognoscit: oportet donatum esse Spiritu, eum qui volent agnoscere quæ Dei sunt, doctore Paulo 1. Corinth. cap. 2, Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi Spiritus Dei.

Opera Dei est profunda scrutatur solus Spiritus.

Dicit ei Petrus.

Suæ indignitatis Petrus non oblitus, & sui præceptoris excellentiæ non immemor, nihil coercitus est tam spiritali Christi responso, sed magis etiam atque magis, tatum ministeriū (quod non intelligebat) recusavit, dicens,

Non lauabis mihi pedes in æternum.

Zelo Dei motus Petrus, dixit, Nunquā patiar vt tu tantus, mihi tantillo & homuncioni laues pedes. Quasi diceret, Mea indignitas maior est, quā vt deceat te mihi lauare pedes. Ignorans Petrus, his verbis excludit gratiam propter suam indignitatem. Est proculdubio indignitas nostra cognoscenda, & eadem confitenda: ea tamen lege confitenda est, ne inde gratiam à nobis repellamus.

Indignitas nostra satanda.

Respondit ei I E S V S.

Rusticè magis quā piè Petrus respondisse videtur: sed vehementem hanc recusationem ab ardenti amore proficiscentem veluti clauum clauo retundens, & minis cohibens, ipsum per singularem anagogen ab externa ad internam lotionem Christus erexit. Et quæ admodum peruenuita allegoria Samaritanam ex aqua fontali ad spiritalē traduxit: ita nunc ex lotionem externa, transfert Petrum ad cognitionem lotionis internæ, explicans hoc dicto quid lotio pedum adumbret:

Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quid mihi reluctaris o Petre, desiderabas nobis commune tabernaculum (quum Moysi & Helie colloquerer) modò recusare videris. Nō potest quisquam mecum partem habere, nisi hunc lauero: aut nisi sordes per gratiam meam lauerit atque absterferit, non poterit regni cælorum fieri particeps: purus sit, oportet quem admittam in meum contubernium. Obserua: Non dixit Christus, Si non lauero P E D E S, sed, Si non lauero T E, vt mutato sermone excitaret Petrum ad excellentiorem intelligentiam: & vt hac lotionem pedum, quam exhibebat, ostenderet se venisse vt ministraret nobis, deinde vt aperiret ministerium & officium suum, quod est purgare & abluere peccatorum sordes. Neque enim cum Domino quisquam commune aliquid habere potest, nisi sit renatus, hoc est Spiritu C H R I S T I lotus, id quod fit sanguinis Christi aspersione, quæ certè, respicietiam cōtinet: sanguis enim C H R I S T I in cor nostrū verbo Euāgelii & fide viuæ aspersus & imbutus, emūdat nos ab omni peccato, ac delet chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. (Coloss. 2.) & in conscientia nostra scriptum. Huc pertinet quod scribit Dauid Psalmo 50, Asperges me Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Obserua. H A B E R E partem cum C H R I S T O, est iustificari, saluum fieri, accipere remissionem peccatorum. Græcis legitur, *dux è' xic*, id est non habes: quo verbo declaratur non futuræ, sed præsentis priuationis comminatio.

Lotio Christi necessaria.

Commune habere cum Domino. Sanguinis Christi virtus.

Habere partem cum Christo.

Dicit ei Simon Petrus.

Naturā comparatum est, vt his qui feruido tenentur amore, dura sit diuortii mentio. Vnde Petrus audiens se à Christi consortio seclusum iri (quem vnice amabat) subito vehementior factus est in admittenda gratia oblata, quā antea fuerat in recusanda, non pertinaciter contendens, sed cito sermone Christi obediens, ostendit se dicti illius, Non lauabis mihi pedes &c. pœnituisse.

Petri pœnitentia.

Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.

Tametsi Petrus tum allegoriam Christi non intelligeret, quia tamè tantam ærumnam sibi imminere vidit, nisi à Domino esset lotus, illico qui lotionem pedū acriter repulerat, manus & caput simul cum pedibus lauanda obtulit. En videmus Petrū nō mordicus suæ opinionem bonæ speciei cōceptā, Non lauabis mihi pedes in æternū, defensasse, sed habita fide, sententiam

sententiam mutasse. Cuius exemplo monemur, vt si videris aliquem valde pro temeritate vrgentem, ac cum iuramento dicentem, Nunquam faciam hoc: ac deinde conditio temporis, & circumstantia boni alicuius necessarii euenierit, vnde mutandum veniat propositum: hunc si iuramenti reuerentiā in hoc quod decreuerat pertinacem, & ex hoc periclitantem vel in anima vel corpore cognoueris, rectè hoc Petri exēplo illum ab ea pertinace sententia reuocabis: qui quum pertinax esset, Nō lauabis in æternum, & c. vidit pertinaciam vrgere in animæ detrimentum & separationem à Christo, & illico mutauit opinionem.

In turpi voto mutata decretum.

Dicit ei I E S V S.

Hoc responso C H R I S T V S carnalium opinionem confutat, docens veram & spiritalē lotionem non pendere ab externa & corporali lotionem, sed ab interna, hoc est sui abnegatione, & prauorum affectuum (qui per pedes significantur) mortificatione. Huic cōcinit beatus Petrus, 1. Epistola cap. 3, Quod & vos (inquit) nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio fordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem I E S V C H R I S T I à mortuis.

Lotio interna.

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.

Alia allegoria à communi hominum vsu petita, traducit sermonem à rebus corporeis ad spirituales. Quemadmodum qui loti sunt, tamen solent pedes, quos contactu terræ continuo inquinant, vel etiam quum primum balneas egrediuntur, abluere, & mox & identidè: Ita ei cui datum fuerit, per aquam illam viuam de qua meminit Ezechiel cap. 36. L A V A R I, hoc est ex Deo nasci, siue fide viuā iustificari. N O N I N D I G E T, id est non est ei opus N I S I V T lauet pedes, id est mortificet carnem, eandem crucifigendo cum vitii & concupiscentiis: hoc est non indiget nisi continua membrorum & carnis mortificatione: S E D E S T mundus totus, fide viuā cor purificante: nihil enim damnationis est his qui sunt in C H R I S T O I E S V, ait Paulus ad Rom. cap. 8. & inibi, Fratres, debitorum sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Nam si secundum carnem vixeritis, moriemini: quod si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ad Ephes. cap. 4, Renouamini autem Spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Obserua: metaphoricè P E D E S nuncupat mentē, affectus & cor nostrum, quod vt corpus pedibus incedit quolibet, ita anima nostra affectibus suis mente & corde huc atque illuc quo vult, fertur.

Lauare pedes.

Pedes.

Et vos mundi estis.

Insinuat C H R I S T V S lotos discipulos, quum dixit, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: modò aperte pronuntiat illos mundos ex verbo credito, & electione.

Sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes.

Præcedentis sermonis correctio est, quæ Dominus I E S V S Iudæ Iscariotæ conscientiam mansuetissime taxauit: cuius animum & occulta cordis vt Deus cognouit, non illico tamen puniuit: sed clementer ferens, à tā facinorosa conspiratione multis modis illum reuocare studet. Ea fuit admirabilis C H R I S T I mansuetudo, qui tametsi cognosceret eum esse à quo Iudæis prodendus esset: tamè illum vt alios honorauit, eius quoque pedes lauit, & ad finem vsque dilexit, illius crimen cæteris non prodidit, nec à sacro conuiuio, nec à corporis & sanguinis sui communionem illum repulit, tantum tangit ipsius proditoris conscientiam quam nouerat, vt vel sic respiceret, postea quā intelligeret tantum scelus Domino suo cognitum, quem destinaret proderet.

Christi mansuetudo erga Iudæ.

Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & quum recubuisset iterum, dixit eis.

Posteaquam agnus typicus comestus est, cœnatūque est iuxta ritum veteris legis: surrexit Dominus, & accumbentium pedes lauit: quibus lotis, recepit quæ exuerat vestimenta, & mensæ rursus accumbens, veram cœnam Euangelicam celebraturus, coepit discipulis ignorantibus declarare, quod velut ænigma lotionem pedum illis exhibuerat. Obserua: quum dicitur, A C C E P I T vestimenta sua, intelligito summas vestes, ne I E S V M planè nudum fuisse putaueris, quum lauaret discipulis pedes.

Cœna typica cōpleta, Christus verè celebravit.



## Scitis quid fecerim vobis?

Quo mysterium lotionis pedum intelligerent discipuli, & ad ignorantiae suae cognitionem adducerentur, quae non pellitur, nisi cognita: ac ne tantum modestiae beneficium per obliuionem animis excideret, sed tenacius figeretur, interrogatione Christus vitur: Intelligitisne (inquit) quid sibi velit, quod vobis omnibus laui pedes? His verbis incipit praestare quod Petro promiserat, Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Quae non solum compellat, sed & reliquos, quod haec doctrina sit vniuersalis, & ab omnibus honorifice ac studiose excipienda.

## Vos vocatis me Magister &amp; Domine.

Dignitatem suam & gloriam Dominus prius explicuit, vt gloriae cupidos deprimeret. Vos vocatis: Cognoscitis & salutatis me Magistram & Dominum, vnde agnoscitis vos esse meos discipulos:

## Et bene dicitis.

Commendatur in discipulis humiliatio, qua I E S V M & salutatis & agnoscunt Magistram & Dominum.

Discipulorum  
humiliatio.

## Sum etenim.

Argumento ab ipsa veritate petito, rationem reddit, cur discipuli bene dicant: Magister enim est C H R I S T V S, respectu doctrinae, quia docet: & Dominus, quia potes est facere, docere, & efficere doctos discipulos. Dissimulauit tamen interim hoc dominium & magisterium Christus, qui exinanivit semetipsum, formam serui accipiens, vt thesauros Patris per crucem & mortem suam nobis ministraret, & nobis afflictis, & peccato obstitis inferuierit, inseruiens purgaret, & tandem suo spiritu donatos bearet.

Christus magister  
& dominus

## Si ergo ego laui pedes vestros Dominus &amp; Magister, &amp; vos debetis alter alterius lauare pedes.

Decorum discipulorum vrget Christus a debito, vt in omnibus sequantur discipuli magistram: quum certum sit etiam ex propria confessione Apostolos esse discipulos, & C H R I S T V M esse Dominum & Magistram. Honestum & decorum est discipulos sequi magistram. Apostoli sunt discipuli, Ergo decet illos sequi praecceptorem. Sed Dominus & Magister pedes discipulorum lauit, Ergo debent studiose imitari praecceptorem: nimirum alii aliis inuicem lauare pedes debent. Obserua. S I E R G O, & c. Accommodatio est facti, & operis Christi ad discipulos. Vox E G O, valde emphatice pronuntiat: E G O, ego inquam qui sum Magister & Dominus, eod me demisi, vt lauerim pedes vestros. Hac Christi humilitione commendantur nobis omnia erga proximum humilitatis opera. In eo quod dixit, V O S quoque debetis alter alterius lauare, nequaquam pedum tantum lotionem exegit, sed quaevis verae dilectionis officia. Synedoché enim est, pars pro toto: vt ex eo quod seruillimum videtur, omnia humilitionis officia intelligas. Cauendum est ne fucata sit haec pedum lotio, quam quidam praeposterè Christiani exercent, dum iam lotos pedes perfundunt aqua odorifera, & deosculantur. Sed vera sit, hoc est, qua vere imitèris Christum, nempe vt quamlibet sis eximius, non indignum te ducas quibusvis & quamlibet humilibus & piis officii non modo fratres, sed & inimicos demereri. Hoc officii verè praestitit Abigail nuntiis Dauidis, 1. Reg. 25. dicens, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum domini mei. Ad hunc modum Paulus 1. (Timoth. cap. 5.) accepit Lauare pedes: quum viduam requirit, quae lauerit pedes sanctorum, id est quolibet ministerio illis inferuierit.

Magister à discipulis imitandus.

Synedoché.

## Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita &amp; vos faciatis.

Argumento ab exemplo Christi magistri sumpto, redditur ratio cur discipuli exerceat charitatis officia. Ac si diceret: Mutuis officiis inuicem inferuire debetis: nã ideo ego Dominus & Magister exemplum hoc vobis exhibui, ne vos inter pares pigeat imitari quod ego discipulis exhibui, pudeatque fratrem in fratrem, & conseruū in conseruū sumere tyrannicum supercilium, quum ego, qui iure possum hoc dignitatis mihi vindicare, memet abieci & demisi vsque ad lauandos pedes vestros. Cauete igitur ne ambitionis pestis obrepat in vobis: sed quod quis vestrum maior est, hoc se magis demittat. Vestra functio neque supercilium neque fastum neque violentiam in defendenda authoritate Euangelica admittat: aliis enim rationibus illa continget. Christianus, fide C H R I S T V M videre debet, imprimis vt ministrum, deinde

Exhortatio  
Christi ad humilitionem  
nostram.

deinde vt exemplar à Patre datus, factus est minister, quem hoc facto videmus deiectum ad lauandos discipulorum pedes, vt ea deiectione ostenderet ac polliceretur se fore ministrum in lauandis peccatorum sordibus. Ait enim ad Petrum, Nisi lauro te, non habebis partem mecum. Deinde hanc lotionem operatus, exhibuit nobis exemplum, vt sicut ipse fecit, ita & nos faciamus. Sic & semitem praestitit, & imitatis suae nobis specimen praebuit. Deinde vt exemplar ait, Discite à me, quia mitis sum.

## Amen amen dico vobis, Non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo qui misit illum.

Iuramento confirmat, & veluti lege stabilit quod ab omnibus obseruandum sanxit: vt quod iuramento confirmatum est, absque culpa contemni non possit. Hoc tam commune & apertum est, vt certe negari non possit. Nō est seruus maior domino suo, nec qui legatus est ad negotium alienum obeundum, maior est eo à quo legatus fuit. Vos me magistram & dominum agnoscitis, vos verò discipulos: Ego Dominus, vestri apostolatus sum author: Indecorum igitur fuerit & inexcusabile crimē seruorum & discipulorum, si maiora quam Dominus, ipsi sapiunt. Hoc profecto arrogantiae crimen est, maiora quam ferre possis, desyderare. Quis itaque legatis sufficere debeat mittentis autoritas, turpe certe furorisque plenum fuerit, vobis (quum serui sitis) erubescere propter ambitionem & arrogantiam, id exercere in conseruos, quod in vos dominus vester exhibuit. Nec minus indecorum ac inhonestum vobis fuerit, in gregem vobis credendum, aut etiam inter vos, turgere fastu, saeuire violentia, quum me tam mitem, tam modestum dominum ac magistram sitis experti. Proinde si Dominus exinanens seipsum, factus est seruus, vt è seruo dominum faciat: quāto magis seruus seruum agere debet, vt per dominum dominus fiat? Nam quemadmodum C H R I S T V S ministerio suo in magisterium exaltatus est, & supra id omne quod nominari potest, eleuatus, Ephes. 4. Qui enim descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos. Ita Christianus quō se magis seruum in ministerio Euangelico praestiterit, & humiliorē exhibuerit, eō in maius magisterium exaltabitur.

Seruum non maior domino.

## Si haec scitis, beati eritis si feceritis ea.

A praemio imitationis & operum charitatis in proximum, commouet & excitat discipulos C H R I S T V S ad Christianam pietatem & mutuam beneficentiam: S I, id est quia, S C I T I S, id est intelligitis haec, V E A T I eritis, si feceritis postea iuxta doctrinam meam, quam frequenter vobis iterans inculcaui, ne qua possit elabi. Obserua. S I feceritis: nam nō satis est scire imitandum esse Christum, nec satis est scire exemplo C H R I S T I, charitatis opera faciendae esse, sed scita & cognita oportet operibus implere. Non magnum est virtutem cognoscere, sed studiose agere, id maximum est. Non arduum est credere seruum non esse domino maiorem, sed exhibere se seruum & magistri verum imitorem, hoc difficile est factu & maxime arduum opus. Hoc miram consolationem piis afferet, sed si fide & spiritu excipiatur. Tametsi C H R I S T V S omnium iudex sit (Pater enim omne iudicium dedit Filio, & Psalmo 8, Omnia subiecisti sub pedibus eius) nihilominus ab iniquissimis iudicibus, qui sua functione C H R I S T V M adumbrabant, à Pontificibus & Sacerdotibus iudicatus & damnatus est: atque per hanc crucem & humilitionem exaltatus est, & fecit nos ipsius imitatores, iudices super duodecim tribus Israel. Matthæi cap. 19. & 1. Corinth. cap. 6, Sancti mundum iudicabunt. Quare quum Dominus & Magister iudicatus sit ab iniquissimis, si iudicamur à mundo, æquo animo ferendum est, vt non sit seruus maior domino. Hoc non credit caro, quae iudicium tolerare non potest, sed resistit, & de suo iure nihil vnquam cedit. Rursum C H R I S T V S est vita, & tamen in turpissimam mortem est coniectus: qua nobis vitam parauit & ministravit. Nos igitur seruos mori oportet, & paratos esse mortem etiam ignominiosam subire, si ita postularit Euangelii defensio, vt seruus dominum imitetur, & non sit domino maior. Sed caro nunquam æquo animo mortem feret, quam modis omnibus abhorret. Non enim credit seruos ad hunc modum imitari debere dominum. Similiter C H R I S T V S est gloria Patris, Hebr. cap. 1, Qui quis sit splendor gloriae & figura substantiae eius, & c. factus tamen est hominum notissimus, Esaia cap. 53. qua abiectione & ingloria fecit nos Patris gloriam, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nos igitur serui debemus Dominum imitari, vt per abiectionem (quae admodum C H R I S T V S Dominus) in gloriam Patris ingrediamur. Sed quotusquisque est qui hodie hanc C H R I S T I doctrinam intelligat? Pauci admodum

Secta & cognita opere perficienda.

B. iii.



sunt, qui credunt seruum non esse domino maiorem. Colligamus ex his, si hæc scitis, & c. Ac si diceret: si hæc rectè intelligas, ita ut libeat ea præstare: beati nunc estis in spe, postea eritis ipsa fruitione, postquam hinc solueritis. Nam quod Deo euadimus similes, eò sanè & beatiores reddimur. Iam nulla re similiores Deo euadere possumus, quam nostri humi-  
liatione & perpetua in omnes beneficentia, qua plenè respondebimus benemontis præ-  
ceptoris nostri CHRISTI, Matthæi cap. 5. qui tam amicis quam inimicis benefacit, &  
solem suum oriri facit tam super bonos quam malos.

### Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim.

Correctio est sermonis præcedētis, qua adumbratè vult proditorē ad poenitentiam redu-  
cere. NON de omnibus vobis dico, videlicet quod futuri sitis beati. EGOSCIOS quos e-  
legerim: ac si dicat, Non præter opinionem meam id accidit, quasi id non nouerim: ego ab  
æterno id noui quod vnus vestrum me traditurus est. Elegi quidem vos omnes ad Apo-  
stolici muneris honorem, sed non omnes respondebunt huius muneris dignitati. Qui meo  
exemplo rectè fungentur Apostolico munere, beati futuri sunt: sed inter vos est qui in  
tantum me non æmulabitur in fratres & conseruos beneficentia, (quibus hæc ænus aqua-  
tur) vt in me etiam dominum ac tantum magistrum crediturus sit cernicem. Hæc sententia  
ademit omnem scelerato proditori excusandi ansam, & aperit quam sit difficile profectum  
afferre his qui spiritu filiorum destituti, in potestate sunt Satanæ. Responsabit quispiam:  
Hic locus aduersatur ei qui supra cap. 6. scriptus est, Nunquid ego vos duodecim elegi, &  
vnus ex vobis diabolus est? Respondeo: de externa illic electione in cœtum Apostolicum,  
hæc autem de interna & æterna in numerum filiorum Dei loquutus est.

### Sed vt impleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.

SED id supple ferendum est, siue toleradus proditor, vt Scriptura impleatur, quasi di-  
cat, de quo iam olim prædixerat, Psalmi 40. vaticinium, quod nõ curat Euangelista ad ver-  
bū adducere. Nā Hebræa sic habet, (interprete Hieronymo,) Sed & homo pacificus meus  
in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meum, leuauit contra me plantam. Aut ad  
hunc modum dici possunt: Etiam amicus meus, de quo confusus eram, qui vescabatur pane  
meo, sustulit calcem suam contra me. Hæc de quolibet viro pio qui à domesticis suis affli-  
gitur, dicuntur: vt Dauid de se hunc Psalmum 40. cecinit: sed quia nemo vnquam hoc in-  
dignius & grauius quam CHRISTVS pertulit, ideo præ aliis in CHRISTVM hæc  
parocmia competit. Quum itaque ait, SED VT impleatur Scriptura, videtur ad hunc  
sensum extulisse, Vt impleatur Scriptura, in me quoque ac ideo plene vera ostenderetur,  
QUI manducat mecum panem, estque domesticus & familiaris meus, LEVAVIT con-  
tra me calcaneum suum, id est mihi insidiabitur, & me opprimit. Tropo Scripturæ signi-  
ficatur oppressio, per Magnificare supplantationē, vel Leuare plātam, vel calcaneum: sum-  
pta metaphora à certatibus & pugilibus, qui pedes suos colluctantium pedibus subiiciunt,  
quo illos præcipitent: id quod Latine dicitur Supplātare. Quos enim calcaneo traserūt &  
supplantauerunt, prorsus habent prostratos & deiectos. Similem sane oportuit Dominum  
fratribus fieri (ait Paulus ad Hebræos) per omnia tentatum. Quum igitur & hoc in fra-  
trum tentationibus (qui illius typum gesserunt) repertum sit vt à domesticis quoque op-  
primerentur, idem & Dominus passus est, ac ita in Domino Scriptura impleta est. Summa  
huius prouerbialis sententiæ est, falsos fratres plerunque maximos esse piorum & veritatis  
insectatores. Proinde sic ab initio comparatum est, vt qui maximis beneficiis à Deo affe-  
ctus est, hostilissimus factus sit Dei aduersarius. Exemplo erit Satan creaturarum optimus,  
illico factus est pessimus Dei aduersarius. Israelitæ populus Dei electus erant, sed maiores  
idololatriæ, & abominationes quam inter Israelitas nõ inueneris: vt est apud Hieremiam,  
cap. 2. Si hypocritarum genium agnoueris, hos maximè omnium de Deo gloriari videbis,  
quum tamen non sit hostilior ac perniciosior Dei aduersarius, hypocrita: vt est in Prouer-  
bijs, Nihil hostilius domestico hoste. Cæterum maxima omnium est hæc CHRISTI  
querimonia, quia contra falsum fratrem. Quæ enim maior esse potest querela, quam quæ  
ex fraude fratris oritur? Ad hæc contemplare Phariseos & Sacerdotes, qui munere sacer-  
dotii CHRISTVM adumbrabant, sed quis virulentius hostiliusve istis CHRISTVM  
est persecutus: ita & Iudas tanto honore à magistro suo exceptus, & inter Apostolos non  
postremus

Electio Apo-  
stolorum.

Calcaneum le-  
uare.  
Magnificare  
supplantationē.  
Supplantare.

Hypocrita.

postremus, leuauit calcaneum suum aduersus CHRISTVM, magistrum suum. Docue-  
runt id Apostolorum tempore varia exempla, & hodie non desunt exempla, sed horribile  
est & Ecclesiam Dei & Euangelium ipsum habere suos hypocritas, & sanguinolentos Hero-  
des, Pilatos, & Phariseos. Affecit Iudæ, & Christi proditores putauerim quotquot præ-  
textu Christi, & nomine Euangelii aduersus sacrum IESV CHRISTI Euangelium,  
Apostolorumque doctrinam pugnant, & fucata Scripturarum specie Scripturas deprauāt,  
sensum Scripturis inferentes, & ad suos affectus detorqueutes, non autem ex Scripturis sen-  
sum petentes quem suggerit Spiritus CHRISTI, Scripturæ author. Obserua: Particulā  
VT, non dicit causam, sed euentum. Nam propter Scripturam non coactus fuit Iudas pro-  
dere magistrum, vt appareat veri sermones Scripturæ. Hoc planè blasphemum est, tollens  
liberum arbitrium: sed vt sciamus quod de hoc dixerit Scriptura, quem videmus nunc opus  
admisisse, & quod futurum erat in Iuda, non tacuit: præmonuit Scriptura quia futurum e-  
rat, non autem quia præmonuit, futurum erat. CALCANEVVS siue Calcaneum, est poste-  
rior pars pedis, dolum & insidias atque ad eò semper malum significat.

### Amodo dico vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis quia ego sum.

Vt paratiores sint ad crucem discipuli, & ne scandalizentur à præceptore deficientes,  
dum viderint CHRISTVM magistrum pati, aut dubitauerint de persona aut doctrina  
& operibus eius, præmonuit illos his consolatiunculis: AMODO, id est ex hoc tempore,  
DICO VOBIS priusquam fiat, hoc est, Quæ mox futura sunt vobis enarraui. Iacula enim  
præuisa minus feriunt & lædunt. Hoc itaque PRIUSQVAM fiat, id est per Iudam pro-  
dar, & in crucem coniciatur, prænuntiaui vobis: ex quo non paruam utilitatem comparare  
poteritis. Dico inquam vobis, VT QVUM factum fuerit, id est rerum quas cum ego, tum  
Scriptura prædixit, exitū pbaueritis, CREDA TIS QVIA ego sum, hoc est fides vestra  
in me, vt Deum, feratur: credatis me esse illū de quo vaticinata est Scriptura, qui nihil falsi,  
nihil vanum atque inane proferre soleam. Et si prodar à Iudæ, & in crucem coniciatur, ne scā-  
dalizemini aut dubitetis de doctrina mea & psona mea: sed certò apud vos statuatis meam  
doctrinam esse certam, & quia ego sum Filius Dei saluator mundi.

### Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit, qui autem me accipit, accipit eum qui misit me.

Præcedens consolatio fuit contra scandala crucis Christi: nunc quæ sequitur consola-  
tio, est contra scandala crucis & afflictionum in Apostolis & piis omnibus, ne in cruce &  
afflictionibus animos despondeant, aut dubitent se Deo curæ esse & vacillare incipiant de  
doctrina Christiana. Nam hæc consolatio, est gradatio, qua Christus pollicetur se cum Pa-  
tre suo præstò ad futurum verbo Apostolorum. Simulque dignitatem Apostolicam affert,  
vt significaret quantum honoris Iudæ contulisset, atque inde quam ingratus & sceleratus  
Iudas esset, qui in mortem conspirauerat tradere eum, cuius gratia & beneficio ad tantum  
honorem euectus erat: vt qui ipsum recepisset, CHRISTVM & Deum recepisset. Iura-  
mento itaque confirmat Christus certitudinem præmiorum quæ accipient, qui Apostolos  
& pios afflictos excipient, & illis facient bene. AMEN amen dico vobis, hoc est verita-  
tem dico, QUI accipit si quem misero (elegans est hæc periphrasis omnium beneficiorum  
quæ in pios afflictos conferuntur,) id est quisquis recipit eum quem mitto, me recipit: quia  
piorum afflictorum curam habeo. Alibi dicitur, Qui vos audit, me audit. Suauissimā est  
piorum consolatio, quod qui eos suscipit, suscipit & Deum Patrem & Filium. Et qui piis  
afflictis bene facit, Deo Patri & Filio bene facere dicitur: qui autem me accipit, (qui  
à Patre missus sum) ipsum Patrem, qui misit me, accipit. Ergo ad contrarium si verte-  
ris, obseruabis proditoris contumeliam ad Patrem ascendere, quia qui Filium inhono-  
rat, Patrem quoque contumelia afficere dicitur. Concurrit enim omnino Patris significa-  
tio, quando Filius nominatur. Ex his colligimus CHRISTVM discipulos & o-  
mnes pios suo exemplo hortari & consolari, ne dum ab impiis affligentur, territi, fidem  
Euangelii aut non excipiant, aut semel exceptā reiiciant. Ego (inquit) missurus sum vos in  
mundum, sed vt præmonui, ne scādalizemini cruce, qua paulò post afficiar: ita vos præmo-  
neo, ne à doctrina mea deficiatis, si propter Euangelium ignominiosis supplicijs afficiamini  
ab impiis. Nam quemadmodum ego Patris Apostolus, & in hunc mundum legatus sum  
cruce comite, ita & ego missurus sum vos (qui mei estis Apostoli) in mundum ad prædi-  
candum Euangelium. At non mittam vos dissimili, sed simili habitu vestitos, nimirum i-

Libertum arb-  
trium.

Calcaneum.

Præmiorum cer-  
titudo.

Patre cognito,  
cognoscitur Fi-  
lius.



Colores discipulorum Christi.

Non missus sed veniens.

Cena ordo.

Fremittus. Turbatio Christi.

Affectus in Christo voluntarii.

Christi benignitas erga Iudæ.

Prophetari.

Proditione predicta Christi.

gnominii, contemptu, carcere, cruce, & turpi morte. Sed ut Pater etiam in mediis periculis non me dereliquit: ita & ego curam vestri agens, vobis adfuturus sum cum Patre & meo Spiritu, quo abunde donabimini. **Observa:** Qui Apostolos & Ecclesiastas verbu Dei annuntiantes, audit, non minus verbum Dei audit, quam si Christi corporalem vocem audiret. Qui nugas, somnia, vana commenta, aniles fabellas & deliria prædicat, non missus sed veniens vocatur: Ioan. cap. 10. Qui mittitur, solum de IESV CHRISTO Evangelium prædicat. Deinde observa. Hic locus causam impulsivam habet ad beneficiendum piis afflictis, argumento à certitudine præmiorum, & dignitate piorum afflictorum petito, qui quanquã ignominii & varia cruce affligantur, tamen illorũ curam habent Pater & Filius.

**Quum hæc dixisset IESVS.**

Quia Ioannes (suprà, cap. 6.) diffusus est loquutus de pane illo caelesti, & eius mädicatione: hoc loco omittit narrare institutionem Eucharistiæ, de qua amplè tractarunt alii Evangelistæ. Ordo cenæ ad hunc modum videtur fuisse: In primis facta est cœna agni Paschalis, deinde CHRISTVS positus vestimentis & accepta aqua, pedes discipulorum lauit. Rursus mensæ accubuit cenam completurus, & verba hæc à Ioanne præmissa prolaturus. Subinde sacramentum Eucharistiæ instituit, & seipsum discipulis in cibum dedit. Postremò subiunxit quæ Ioannes de proditore modo narrat: **Quum dixisset hæc de cruce sua, de fide Apostolorum contra scandala crucis habenda, & de præmiis eorum qui suscipiunt pios, afflictionibus & cruce oppressos,**

**Turbatus est spiritu.**

Quemadmodum quũ suscitandus esset Lazarus, Evangelista minas Christi aduersus mortem, vocavit fremittus, ita hoc loco, turbationis nomine designavit tristitiam siue dolorem & motum Christi, aduersus impietatem proditoris. At hic motus siue turbatio longè aliter in Christo quàm in nobis. Nam si præ oculis viderimus aduersarium mortem & extrema mala nobis intentantè, in quem nos cõtrà, omne genus beneficii collocauimus, fieri non potest, quin corde perinde ac lapide ictri tangamur, & turbatione afficiamur: & hic affectus carnalis est. At CHRISTVS non item: voluntariè enim transtulit in se hunc affectum & hanc animi turbationem iuxta spiritus usum & rationem, ut vinceret & ut in ipso affectum nostrum vinceremus. Nos vindicta hunc affectum pascere volumus, qui tamen exemplo CHRISTI benefactis exuendus & vincendus venit, non virulentis, non execrationibus, ut mundus solet. Contemplemur hunc affectum Christi in Iudam benefactis lenitum, pastum & victum: nam Iudæ pedes lauit, corpus suum sub specie panis tradidit, crimen proditoris conceptum, suppresso proditoris nomine proponit, nihil nõ tentat ut proditorem, à tam scelesto crimine ad penitentiã reuocet. Hoc factò monitus, (Paulus ait, ad Rom. cap. 10, Vince in bono malo.) TURBATUS est spiritu, id est tristitia affecta est eius anima: aut dolere cepit ex charitate, ut magis discipulos à proditoris exemplo deterreret, utque vehementius vrgeret proditorem ad respiciendum, turbatus est spiritu, velut exhorrens exitium illius qui suapte malitia sibi mortem æternam conabatur accerfere. Iure optimo molestè tulit proditoris scelus, qui tanto honore cum aliis Apostolis exceptus erat, pecuniolam amori præceptoris prætulit, qua suam animam vendidit, & innocentem atque iustissimum sanguinem manibus tradidit impiorum.

**Et protestatus est, & dixit.**

Id est seriò & apertè de proditore loquutus est, non comminando aut excañdendo: sed veluti qui veritatem testificatur, manifestans proditionem factam iri ab vno discipulorum. Ad hoc testimonium prodendum excitus fuit ab illa perturbatione.

**Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.**

Cum solita sua asseueratione testatur vnum esse ex accumbentibus in eadem mensa, & selectis discipulis, qui esset se proditurus: quasi diceret, Etiam atque etiam dico vobis, qui mecum in eadem mensa accumbitis, quos tales ac tantos feci, ut qui vos exceperit, me & Patrem meum exceperit, ò scelus, ò inauditam crudelitatem! vnus ex vobis, vobis in quã duodecim, vobis Apostolis, quos qui audierit, me & Patrem audiuit, quibus qui benefecerit, mihi & Patri benefecit, me tradet in mortem! Quod eadè sapius repetat, charitatis est. Hæc expressissimè & significantissime repetens, ostendit temerariam proditoris audaciam atque ingratiitudinem, & diabolicæ malignitatis magnitudinem, quæ tantum potuit, ut etiam discipulorum vnum auerterit.

Aspiciebant

**Aspiciebant ergo adinuicem discipuli hæsitates de quo diceret.**

CHRISTI sermo toties iteratus de proditore, excitauit animos discipulorum, alioqui mœstos ob prænitiatam sui magistri crucem. Vnumquenque cæterorũ sua conscientia consolabatur, quod non esset proditurus Dominum: sed perturbabat quod audierint, vnus ex vobis huic mensæ accumbentibus. Ne vnus quidem dubitabat de sententia Domini, quin fieret quod Dominus prædixerat. Suam singuli conscientiam examinant, tamen nemo poterat de alio tantum suspicari nefas, videlicet ex suo animo cæteros omnes æstimans. Solus Iudas sibi conscius, neque maiestatem & lenitatem præceptoris reueritus, neque tantam impietatem exhorrens, neque pudefactus tam sacris epulis accumbere, tam impudens & inuerecundus potuit sui Domini oculos ferre, quem sciebat non ignorare quid cum Pharisæis accepta etiam pecunia tractauerat, & quid secum in animo volueret. At cæteri discipuli sollicitudine & mœstitia affecti, mutuis vultibus sese contuentur, si tam facinorosum discipulum ex vultu agnoscere possent, quem Dominus prædicebat. Certissimum est illico discipulos in illum acerrimè sauituros, qui tam scelestũ & impium scelus animo cõcepisset.

**Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinum**

**IESV, quem diligebat IESVS.**

Ioannes, qui hoc nobis Evangelium conscripsit, modestiæ & humiliationis gratia, & ne ex inflatione priuatam gloriam quæreret, de se sermonem faciens, suum nomen suppressit: atque CHRISTI philanthropiam & humilitatem in se, explicaturus, ait se à CHRISTO dilectum, hoc est præ cæteris familiariorum. Et hac familiaritatis indulgentia recubuisse in pectus Domini, ut exanimatus ob instantem magistri mortem, consolationem acciperet, mœrorèque leniret, ac veluti à secretis existens, sciscitaretur quisnam esset proditor de quo dixisset. Mœsti re vera erant discipuli, non solum animo, sed etiam vultu, quos ut confoletur CHRISTVS, permittit ut Ioannes supra pectus recumbat. **Observa.** Quum dicitur, **QUEM diligebat IESVS**, non gloriatio est, sed humilitatis iudicium: ac si diceret, **Diligebat me, qui propter misericordiam & miseracionem suam susceperat me.**

**Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dixit?**

Quum discipuli neque tanti sceleris essent conscii, neque mutuis vultibus aut vllis coniecturis id agnoscerent, per Petrum (qui omnibus præerat) interrogare maluerunt. Qui quum paulo antè increpitus esset, quod volentem lauare prohiberet, suisque interrogationibus sæpius repulsam esset passus: atque desyderii & amoris vehementia frequenter esset reprehensus, ideo veritus, quum neque tam scelestum facinus pati posset, neque loqui aude-ret, per alium, hoc est Ioannem (quem multa familiaritate CHRISTO coniunctum sciret) id tentat cognoscere. Verbum INNUIT, præsentis temporis, insinuat Petrum non accubuisse mensæ proximam & coniunctum Ioanni, qui non voce, sed signo aliquo externo significauit Ioãni, ut sciscitaretur quis esset ille tam impudens cõiuua, & scelerosus proditor.

**Itaque quum recubisset ille supra pectus IESV, dicit ei.**

Declinat caput suum Ioannes ad pectus Domini, & ut mœrorem ita leniat, & ex præceptore intelligat proditorem, PETREI ei: secreto petit, quasi in aurem loquutus,

**Domine quis est?**

Captat beneuolentiã à personæ dignitate. Domine, quis est ille qui tãtũ audebit facinus?

**Respondit IESVS.**

Suo responso dignatur Dominus interrogantis animum lenire, tristitiam discipuli sopire, & proditorem non nominatim, sed signo quodam insinuare.

**Ille est cui ego intinctum panem porrexero.**

Clanculum respondens IESVS, non aliud signum dedit quàm quod Propheta prædixerat Psalmo 40, **Qui manducat panem meum, magnificauit super me supplantationem.** Ille est (inquit) cui INNICTUM panem, id est offulam intinctam, porrexero.

**Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariotis.**

Quum Dominus intinxisset panem iuri, dedit offulam Iudæ Iscariotæ, ut eo modo illum deterreret, & ad respicientiam reuocaret: idque ex charitate. Sed infelix proditor neque erubuit, neque sic respuit, qui perfricta fronte, contemptaque Domini conscientia, bonitate, & longanimitate, signum amicitie de manu Domini accepit, quem mox ob accèptam pecuniolam erat Iudæis traditurus. Dans itaque offulam, admonet proditorem, in-

Ioannes super Domini pectus

Petrus de proditore sciscitatur.

Panis intinctum

Offula Iudæ tradita.



memoriam ei reducens in ensam & panem quorum particeps erat, vt ne prodar, & contra pascentem insanat. Accipe (inquit) mi Iuda, panem, cuius mecum particeps es: memor esto communis mensæ. Responabit quispiam: Ergone prodidit Iudam, IESVS CHRIS-TE? Certè non proditur Iudas, quum non malevolentia aut temeraria vindicta proditur, sed ex charitate ad respicientiam inuitatur. Ita enim porrigitur panis, vt tamen discipuli interim non intelligat factu CHRIS-TE. At post resurrectionem reuelata est in mundu vniuersum tam scelerosa proditio, vt locupletius haberet CHRIS-TVS testimonium, se sua sponte in mortè abiisse, nihilque sibi temerè aut coactè contra sua volutatem & præscientiã cõtigisse.

Et post buccellam, introiuit in eum Satanas.

Dei illabitur  
tibus nostris.  
Diabolus intrat  
in hominem.  
Obsessus à de-  
mone.

Solus Deus est per virtutem & essentiam in anima hominis, qui menti humanæ illabi-  
tur, & illam hoc modo intrare dicitur. At dæmon intrat quandoque corpus hominis, vt ho-  
minè corporaliter affligat, & is qui affligit, à dæmone obsessus dicitur. Huiusmodi fue-  
runt Alexander & Hymenæus, quos Paulus tradidit Satanae, 1. Timoth. cap. 1. vt dicant non  
blasphemare. Rursum intrat siue illabitur animæ & menti humanæ, non per essentiam, sed  
per effectum malitiæ & affectum, quum à dæmone seductus homo, sequitur dæmonis per-  
suasionem. Nemo putauerit buccellam fuisse causam diabolici ingressus: benedictio enim  
Dei erat. Sed quum tanta gratia fuisset à Domino illustratus Iudas, diuitias magistri con-  
temnens, maluit in malis perseverare consiliis, nulla pœnitentia tactus, nulla CHRIS-TE  
admonitione commotus, nullo rubore perfusus, quum audiret magistrum à proditione re-  
uocantem, quem sciret omnia cognoscere, imò magis magisque in horas cupiditate patran-  
di sceleris ardès, dedit locum diabolo, qui Iudæ animam desolatam destitutamque ab omni  
auxilio videns, & mentem nulla custodia munitam aspiciens, ingressus est in eam, & totum  
illius animum occupauit, & ex impio reddidit insanabilem. Rogabis an Iudas antea non ha-  
buit Satana? Nonne à Satana furatus est? à Satana murmurauit aduersus effusum vnguen-  
tum? Respondeo illa omnia suggestione Satanae facta esse: habuerat quidem Iudas Satana-  
nam: sed nondum tam aperte vim suam in Iuda exeruerat atque modò. Nunc prodit sei-  
psum, dum cœpit abire Iudas ad Caipham, & fieri impiæ cohortis primipilus, ad compre-  
hendendum CHRIS-TVM magistrum suum. Ad hunc modum in nobis latent peccata, quæ  
occasione & tentatione ob oculos posita, erumpunt, & manifestantur. Proinde: quemad-  
modum homines ad pietatem Sancto aguntur Spiritu, ita ad impietatem malo, qui est Sa-  
tan. Et sicut bonum Spiritum recipere sancti dicuntur, quoties insignis eo afflantur, ita di-  
cuntur & mali inuadi à Satana, quoties apertius ab illo impelluntur ad scelera. Apostoli tum  
certe ante CHRIS-TE resurrectionem CHRIS-TO credentes Spiritum Sanctum habue-  
runt, sed nondum reuelatum: quem post resurrectionem cum Domini afflatu, & post a-  
scensionem in linguas igneis leguntur plenius accepisse. Significat enim SPIRITVS,  
vim arcanam & energiam qua aguntur mentes: Si ad sancta: Spiritus Sanctus, Spiritus  
CHRIS-TE & Dei dicitur: si ad impia, Spiritus malus, Diabolus, & Satan. Obserua. Hic  
locus ostendit impios benefactis Dei fieri obstinatioris, & in impietate cõfirmatores, tan-  
tum abest vt benefactis inuitati, respiciant. Ad hunc modum Israelitæ diuitiis Dei saginati,  
recalcitrarunt. Sic Pharæo & Pharisei multis Dei miraculis induratiores facti sunt, occasio-  
ne accepta sua malitia, non autem data. Hoc scandalum Phariseorum est.

Satanas in Iu-  
da.

Agit spiritum.

Spiritu.

Spiritus multi-  
plex.

Scandalis Phæ-  
risæorum.

Et dicit ei IESVS, Quod facis, fac citius.

Hæc verba non sunt præipientis, vt Iudas proditorem agat, sed exhorrentis, & admo-  
nentis eum conceptæ proditionis, vt eum deterreat. Qui enim summa iustitia est, quomo-  
do iniqua & impia præciperet? Non igitur præcipit, sed prædicat Dominus futuram Iudæ  
calamitatem. Cuius deploratam & obstinatam malitiam condemnat. Communis est hic  
loquendi vsus parentum erga deploratæ & desperatæ mentis filios: sic enim dicunt: Fili,  
quando neque mea, aut alterius etiam multa necessitudine coniunctissimi admonitione, ne-  
que vllis beneficiis te ab istius tuæ deploratissimæ vitæ moribus ad meliorem reuocare pos-  
sum: quandoquidem quò cumulationibus bonis te & ornare & donare contendo, hoc pe-  
ior es, omnia que etiam sanctissima in peius vertere contendis: propterea quò voles abi, vz-  
de perditum: non inultum diu manebit quòd cum parentum, tum amicorum benevolentia  
& exhortationibus ad impietatem abutaris. Hæc verba sunt prædicentis, non præipientis  
futuram calamitatem. Ad hunc modum CHRIS-TVS ait ad Iudam, quem quum videret  
obstinato animo esse ad tantum facinus, & illius destinatam malitiam nec pudore nec metu  
flecti: ablegans eum à cõuiuio, & patrandi facinoris copiã permittens, ait, QVOD FACIS,  
id est

Maledictionem  
prædicere.

id est quod facere certò iam decreuisti, & quod apud te firmum est (licet multis beneficiis  
ab hoc facinore te reuocarim & ad respicientiam inuitarim) FAC-CTI-VS, id est age,  
perface quòd cœpisti. Hactenus impediui aduersarios, ne me occiderent, quòd hora nõdum  
appetierat: modò venit hora, ecce reliqui te facere quòd vis, non impedio tuam mentem,  
non retineo te vltra. Prædico tibi non te impune laturum quòd meam benevolentiam (qua  
te toties ad bonam mentem inuitau) excluderis. Hæc qui obseruauerit, non præipientis,  
sed exprobrantis & irascens verba cognoscat. Sic Hieremias cap. 25, Hæc dicit Dominus  
exercituum, Deus Israel, Bibite & inebriamini & vomite & cadite: neque surgatis à facie  
gladii quem ego mittam inter vos.

Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid diceret ei.

Hæc ignorantia in discipulis ostendit primò quàm difficilis & res ardua sit cognoscere  
hypocritam Euangelicum: probitas enim & sancta anima minimè suspiciosa est: vt enim à  
tali impietate procul est, ita de alio non facile quidpiam tale suspicatur: deinde sermonem  
CHRIS-TE habuisse mysteria, quæ, nisi Spiritu reuelatore, nemo nouit. Hoc igitur dictum  
solus Iudas sibi conscius intellexit, cæterorum accumbentium nemo sensit, quum obrem id  
dixisset Dominus. Quòd autem Ioannes non intellexerit, vide Conciliationem infra.

Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd  
dixisset ei IESVS, eme ea quæ sunt opus nobis ad  
diem festum: aut egenis vt aliquid daret.

A varia sermonis CHRIS-TE interpretatione, rationem adducit Euangelista, cur di-  
scipuli non cognouerint quum dixisset IESVS, Quod facis, fac citius. Dictum  
CHRIS-TE non intellectum quidam retulerunt ad res solitas, & quæ facere consueuerat  
Iudas, quoniam nouerant Iudæ commissos esse loculos, putat Dominum admonuisse illum,  
vt emeret azymos panes, aut aliquid earum rerum, quibus ad celebrandum pascha opus esset:  
aut vt pauperibus aliquid daret, quorum curam multam gerebant. Obserua. Primò, quum  
Domini loculos Iudas habuerit, licebit quoque prædicatoribus & viris Ecclesiasticis habere  
propria. Deinde cõtemplare discipulos habuisse rationem temporis & diei festi. Ergo non  
vanum fuerit temporum, feriarum, ac diei festi respectum habere. Rursum obserua cum  
CHRIS-TVM tum discipulos fuisse pauperum studiosissimos, & opera charitatis in pro-  
ximum exercuisse. Qui quoniã egenis dabant, videtur etiã bona habuisse, & ex his dedisse.

Quum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo.

Disimulato Domini dicto (Quod facis fac citius) & accepta buccella panis, illico Iu-  
das morbo auaritiæ victus, & à Satana prorsus occupatus, exiuit è conclaui, & cursim abiit  
ad opus diaboli, nihil melius pecunia putans. Non enim par erat, vt qui se totum Satanae  
confecrasset, amplius tam sacræ mensæ accumberet, & tanto præceptoris affideret. Verbum  
EXIUIT continuo, subindicat diabolum magnas habere vires ad imperandum eis quos  
iam occupauit. Statim enim Iudam exire Satanas impulit, timens ne morando virtus bene-  
dictionis scintillam in animo eius accenderet, inde illuminaret, & ad meliora retrahens,  
locum pœnitentiæ daret, dum quasi à témulentia mentem suam rectius cogitando Iudas e-  
riperet: hæc de causa impulit Iudam. Hæc Satanae potentia nobis terrori esse debet & occa-  
sio ad orationem, ne potens Satan, in nos imperium accipiat.

Prædicatoribus  
licet habere pro-  
pria.

Diaboli magne  
vires.

Erat autem nox.

Circumstantia temporis docet cum Iudæ temeritatem (quæ ne importunitas quidem  
temporis abduxerit, vt saltem conceptum facinus prorogaret, sed nocte dolum struxerit)  
tum mentem illius, auaritiæ tenebris fuisse excæcatam, qui se à luce obuia subduceret, &  
ad eò ad opus principis tenebrarum festinaret.

Quum ergo exisset, dixit IESVS.

Submoto Iuda proditore, qui se indignum reddiderat tam sacro contubernio: Domi-  
nus IESVS lætissimam ac mire consolatoriam concionem discipulis orditur, qua commen-  
dat crucem suam, vt vnicam viam & meritum ad gloriã: interim admonens illos de pro-  
xima sua & ipsorum futura morte ob Euangelii confessionem, ne propter crucis magnitu-  
dinem & mortis turpitudinem territi, à veritate Euangelii deficiant. Stylum & phrasim  
huius orationis neque capiet neque probabit mundus. Quæ enim vt horrenda & abhomi-  
nanda habet mundus (cuiusmodi sunt crucifigi, alapis cædi, flagellari, mori, & id genus)  
Christus hac concione optabilia proponit, probatque quando alia via ad glorificationem

Statu occasio-  
nis Christi.



Glorificationis instrumenta.

non pateat, hanc methodum ad gloria nemo ex lege didicit: quæ calumnias, alapas, crucem, & huiusmodi, vocat maledictiones, Deutero. cap. 28. & Leuit. 26. Sunt tamen c h r i s t o doctore, glorificationis & benedictionis instrumenta. Dicebat lex, Maledictus omnis qui pēdet in ligno: c h r i s t v s nō item, qui suspensionem in ligno mutauit in benedictionem, & ignominiam per suam resurrectionem fecit summam gloriam. Hæc itaque nos admoneat c h r i s t v m præmuniuisse discipulos, & quasi ad hunc modum in summa dixisse: Discipuli mei, constanter perdurate, non tam in mea (quæ instat) quàm futura vestra cruce, vt per eam vnà glorificemur. Est profecto longè alia hæc oratio quàm vnquam antea quis audiuerit, quam neque caro neque vniuersus mundus capere potest. Per ignominiam & iniurias hominibus honor & gloria conciliantur.

Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.

Glorificationis Christi hora.

N V N C clarificatus est: Quasi dicat, Filius hominis incipit plenius clarificari. Nam nunc Filius hominis est proditus, abiectus, contemptus, mors instat, condemnatio ab iniquissimis iam fores pulsata: nunc proditor & Pharisei impiis suis consiliis aduersus Filium hominis captatis, gloriam eius procurant, tantum abest vt ignominiosa cruce ipsum sint sordidaturi. Hæc omnia Filius hominis pro gloria ducit, quæ re vera sunt suæ glorificationis instrumenta, & quibus glorificari meretur. Aut sic, N V N C clarificatus est, & c. Id est aduenit tandem tempus vt morte mea finiam tempus humilitatis meæ: & aspicer tempus gloriæ: quo & in me glorificetur Deus per vniuersum orbem: ita enim propè accessit tempus meæ mortis, vt quod ceptum est, iam factum concipiam, vt nunc mihi videar c h r i s t v s per vniuersum mundum adorari, quo pacto & Deus in me glorificabitur. Rogabit quispiam, Quum mirabilia faceret c h r i s t v s, & tam prodigiosa miracula operaretur, nõne clarificabatur? Respondeo: Clarificatus quidem est miraculorum magnitudine, aded vt Deus à multis iam putaretur: at consummatio gloriæ est in passione, quam pro vniuerso genere humano sustinuit, cui per hanc vita & resurrectionis modus innotuit. Mortuus est vt homo, & vitam suam pro vita omnium repensauit: surrexit autem ex mortuis, & totam naturam nostram in seipso suscitauit. Rom. cap. 6, c h r i s t v s resurgens, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato, id est propter peccatum, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in c h r i s t o I E S V. Resurgent certè omnes nõn amplius morituri, quamuis permultum interfit inter eos qui resurgent in gloria, & qui in ignominia. Rogabis, qua gloria per mortem est glorificatus? Quum homo nudus ab omnibus putaretur, sic exaltatus est, vt Deus verus, & Dei veri filius esse demonstraretur, nec in nouam quandam dignitatem vt Deus ascendit, qui natura Deus erat (nihil enim nouum in Filio Dei inueniri potest) sed habebat omnia naturaliter vt Deus etiam antequam formam serui acciperet. Quia ergo ad dignitatem pristinam cum humanitate rediisse dicitur factus homo, clarificationem accepisse intelligitur, quam per mortem est consequutus. Est igitur sui regni initium resurrectio, propter quam vere dicitur à Patre, Filius meus es tu, ego hodie genui te: ac si diceret, Hodie cepit regnum tuorum quos tibi dedi, & quorum tu es primitiæ. Si rogaueris, Quomodo Deus Pater glorificatus est in Filio? Dico nihil gloriæ Patri accessisse (natura enim ineffabilis his rebus nõ indiget) sed quia hominibus declaratus est cuius Filii Pater sit. Similiter c h r i s t v s fecit Patrem suum in hoc mundo celebrem per doctrinam suam, & multos fecit & adduxit filios ad Patrem, quem antea nesciebant, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Vnde per c h r i s t v m nunc credentibus, Deus dicitur Pater: quem dum inuocant pro liberatione, potenter & gloriose liberantur. Psalmo 49, Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me.

Regni Christi initium.

Deus Pater quomodo in Filio glorificatus.

Si Deus clarificatus est in eo: & Deus clarificabit eum in semetipso.

Si Filius hominis non quæsit priuatam gloriam, sed Deus Pater C L A R I F I C A T V S, E S T I N E O, supple Filio: id est Filius per suam infirmitatem illustrauit Patrem, dum Pater per c h r i s t v m hominibus innotuit, & Filius gloriam Patris illustrauit, ita vicissim Deus Pater, qui est fons omnis veræ gloriæ, C L A R I F I C A B I T E V M, id est Filium suum apud homines in seipso, supple Filio, id est per semetipsum Filium declarabit ipsum Filium esse Deum, & Deum factum hominem: qui quum vita sit, suscitabit seipsum per gloriam Patris, dans vitam suo corpori afflicto & mortuo, vt amplius non moriatur: sed Deo æternam viuat. Aut p e r s clarificabit eum in semetipso, id est diuina sua potentia (quæ vna

(quæ vna eademque est Patris & Filii) educet eum ex cruce & morte. Factus enim est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomē, vt in nomine I E S V omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernorum. Obserua: Quum nulla sit glorificandi Deum methodus, nisi per c h r i s t v m: si glorificauerimus Deum, glorificabimus ipsum in c h r i s t o, quem glorificantes certò glorificabimur ab illo. i. Reg. cap. 2, Viuo ego, dicit Dominus, quia glorificabo glorificantes me. Glorificatur autem in nobis & per nos Deus, quando sumus c h r i s t o consecrati, cuius gratia & sanguine loti, vitam Christiano homine dignam viuimus. Hoc enim modo ad gloriam Dei homines viuere dicuntur.

Christus, methodus glorificandi Deum.

Et continuo clarificabit eum.

Non prorogabit nec in longum tempus differet Deus glorificationem Filii, quem in cruce glorificabit. Morte enim sua corporali, mortem æternam extinguet, dum pro peccatis satisfaciens, omnem Satanæ tyrannicam occupationem & potentiam eneruaturus est. Hæc mors victrix est mortis: hac morte clarus & illustris Filius hominis factus est. Et iterum post tres dies glorificabit illum in resurrectione, qua apparebit viuens & gloriosus: & post quadraginta dies ascendet ad dexteram Patris, missurus Spiritum Paracletum discipulis, & credentibus in ipsum. Voluit serid c h r i s t v s hæc de glorificatione sua differere: vt animos suorum confortaret, quos sciebat suo supplicio mire cõseruandos. Testatus est itaque suam crucem certam esse methodum ad diuinitatis gloriam. Mirabile dictu, mors est victoria, ignominia est gloria, crux & patibulum est triumphus, est mortis extinctio, est inferni oberatio. Hæc omnia carnalibus sunt stultitia & scandalum, spiritalibus autem, sapientia, gloria & consolatio.

Mors extincta per Christum.

Christi glorificatio.

Filioli.

Ne fortassis discipuli qui de gloriatione sui magistri tam multa audierant, inflarentur, voluit c h r i s t v s blandientibus verbis de morte sua illos præmonere. Proinde vt olores nunquam dulcius canunt quàm quum mors ipsis imminet, ita & c h r i s t v s quum aliis discipulos suos humanissime tractauerit, & suauissima oratione fuerit alloquutus, tamè iam morte instante, multò humanius ipsis est loquutus, dicens, F I L I O L I. Quid quæso hoc nomine amœnius, quid suauius audire pius desyderat? Filiolos vocat, quasi nuper natos, teneros, & lactis participes, quoad induerentur virtute ex alto, & viri fierent, dum eò ætatis Euangelicæ, doctore Spiritu peruissent, vt orbis doctores & principes essent.

Simile.

Filioli.

Adhuc modicum vobiscum sum.

Dum me habetis, fruamini meis, tanquam mox abituro. Adhuc paulisper vobiscum sum: post duas aut tres horas proditor me tradet in manus aduersariorum. Hæc prædico, ne vos exanimet mea mors. Expedi vobis vt hoc corpus per crucem subducatur oculis vestris. Hoc vt fiat, instat hora: sed tametsi hæc mors videatur esse infirmitatis & maximæ ignominie: sit tamen vobis persuasum, quod potentissima erit, eneruans Satanæ & mortis tyrannidem, illustrabitque gloriam Patris & meam. Atque licet videatur mei abolitio, tamen & vobis & mundo vniuerso salutem adferet. Per hanc enim crucem (quæ mihi pro foribus adest) abiturus sum ex hoc mundo, ad Patrem, paraturus iustitiam, salutem, & vitam æternam, credentibus. Obserua: Vox v o b i s c v m s v m, insinuat conuersationem & vitam mortalem & passibilem: vnde post resurrectione simili vsus est sermone, Quum adhuc vobiscum essem. Tametsi c h r i s t v s à nobis corpore abierit, credendum est tamen virtute sua omnia & nos gubernari, adesseque semper omnibus qui in ipsum credunt, vnde dicebat Matthæi cap. 18, Amen, amen dico vobis, vbicumque sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam quemadmodum (ait Cyrillus) quum c h r i s t v s vt homo in terra conuersabatur, tunc etiam cælos implebat, & angelorum consortia non relinquebat: eodem nunc modo quum sit in cælis cum carne, terram tamen replet, & cum eis est qui eum diligunt.

Mortis Christi virtus.

Crucis communitio.

Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo.

Præparat animos discipulorum, & magna in ipsis iacit fundamenta ad patientiam: verbiisque non ad timorem, sed ad animi constantiam & fortitudinem vtitur. Præuidebat enim discipulorum futurum mœrorem, afflictiones, crucem, & huiusmodi, quæ, furis cum Iudæorum tum Gentium, prædicantes nomen Saluatoris tolerarent. Dominus itaque nunc occultius & paulò post apertius futura discipulis aperiens pericula, ipsos fortiores paratiorisque

Exhortatio Christi ad patientiam.



simila.

ad nihil non subeundum pro Euangelio reddit. Quod enim ex insperato erumpit, vehementiori semper turbatione animum afficit: quod autem pramonitum & prauisum est, quoniam cogitatione quasi praesens fuit, minores apud prudentem hominem vires habet. Ut enim atrox & crudelis bestia, si ex improviso & insidiis insilierit, non solum perterret, sed & imparatos laniat ac deuorat: quae si prauis accesserit, parantur arma, & minus aut nihil mali praeparatis & armatis infert, imo frequenter cedit: Ita & in tentationibus contingit. Quae dixi, inquit, vestris animis tenacius haereant, oportet abitum meum hinc fortiter feratis, doctrinam meam conseruetis, & nunquam mei obliuiscamini: alioqui quaeratis me corporaliter seu praesentialiter in carne praesentem. Hoc non est quaerere me recte: quaerendus sum, hoc est quaerenda est iustitia, salus, gloria, felicitas, aeterna vita, & omne bonum IN ME, hoc est in cruce mea, seu me crucifixo. Hoc vos reddet felices ac beatos, potius quam corporis huius mortalis aspectus. Post resurrectionem quaerebat adhuc discipuli praesentiam quandam corporalem Domini, desiderantes quoddam regnum temporale, cui praesentet Dominus. Ad cap. 1. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel. Et sicut dixi Iudaeis (supra cap. 8.) incredulis, qui quaerent ME, id est Messiam, non in me sed in suo carnali homine peccati, quem expectant: quibus dixi: Quo ego vado vos non potestis venire. Nunquam enim inuenient felicitatem & vitam aeternam, nec voto suo vnquam satisficient. Quia non quaerunt me, id est non quaerunt suam salutem in me crucifixo per viam fidem, sed aliud tendunt. Et VOBI dico illud, non absolute, sed modo, Non potestis venire quo ego vado, propter vestram infirmitatem & imperfectionem: nondum adest oportunitas, & vestrum ministerium ad quod vocati estis, nondum consummatum est. Vos donabimini virtute ex alto, & per crucem & alia id genus quaerentes me, quo ego vado, venietis. Aut, Dico vobis modo, hanc doctrinam meam & hanc viam per crucem meam vobis strata ad vitam & beatitudinem, ut sequamini me, & eo quod vado veniatis. Haec clausula, Et vobis dico modo, potest in hunc sensum accipi: Quia tempus imminet quo CHRISTVS per crucem abiturus erat ad Patrem, his verbis adornat suis discipulis vltimum vale. Abiturus hinc, hoc vobis dico, quod id ipsum animis vestris indiuisus ac tenacius retineatis, in signum & certissimam notam e qua cognoscatis vos esse meos discipulos. Quum praesens vobis fui, ex meo esse consortio cognoscabimini: dum autem abiero, alio signo opus erit, nouo certe & haecenus inaudito. Quod est? Mutuo diligatis, sicut dilexi vos. Est igitur dilectio signum e quo omnes Christiani cognosci debent veri. Huc spectant vetus & nouum Testamentum: hinc pendunt lex & Prophetarum.

Quaerere Christum.

Signum veri Christiani.

Mandatum nouum do vobis.

Quia lex Moisaica vmbra plenissima, neminem perfecit, prodiit secundus Moses caelestis, cuius mandatum caeleste & nouum est. In Moisi lege & verbis multa latuerunt mysteria, quorum cognitionem consequi iuuat. Sed CHRISTVS mandata meliora & ad perfectum adducunt docet, NOVVM EST CHRISTI mandatum, quod nouo more implendum venit, puro animo & externis factis consentientibus. Non enim fit hic sermo de dilectione oris aut linguae, sed de ea quae constat opere & veritate. Aut NOVVM, quia noua praecpta expectabant a CHRISTO nouo praecptore & orbis instauratore. Non quod antea non esset in praecpto mutua dilectio: lex enim dicit, Diliges proximum tuum sicut te ipsum: sed verè nouum praecptum, & ideo CHRISTI peculiariter dicitur, quod Ioannes 2. cap. primae suae epistolae scribit, Iterum mandatum nouum scribo vobis quod verum est in CHRISTO. Nemo enim illud plenius vnquam impleuit, quum animam suam posuerit pro nobis etiam inimicis. Tum ab ipso datur vt & verum sit in nobis. Huius loci videtur esse hic sensus: Haecenus inimici eratis Deo, & lex operabatur iram Dei: nunc DOVOBIS mandatum nouum, id est annuntio vobis Euangelium, quo reconciliabimini Deo: non iram Dei vt lex, sed misericordiam vobis operabitur. Haec noua est doctrina orbi haecenus inaudita, quam vos Spiritu meo confirmati, vniuerso mundo annuntiabitis.

Mandatum nouum.

Doctrina orbi inaudita ante natum Christum.

Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

Praceptum nouum ex veteri.

Praceptum est, VT DILIGATIS inuicem: non vt vnus diligit, alter non, sed mutuo & inuicem. Hoc quidè praceptum verus & nouum est: nouum est, & nouitatem illius ostensurus, addo, SICVT dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Quemadmodum ego dilexi vos, ita & mutuo vos diligite. Hoc vnum & nouum illud est, quod commendo vobis iam abiturus, fidem scilicet & charitatem. Nouitatem praecpti facile cognoscemus, si diligenter contemplerur quomodo CHRISTVS nos amauit. Quod docet Paulus ad Philipp. cap. 2. Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se aequalem esse Deo: sed seipsum

sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus vt homo. Ioan. cap. 1. Et verbum caro factum est. Ad Rom. cap. 5. Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius. En vides nouum atque inauditum dilectionis modum, quem nisi praestiteris, non es discipulus CHRISTI. Sunt certe mores Iudaeorum & legis iustitia a nobis superanda, si volumus eo proficisci quod CHRISTVS per crucem abiit. Perfectius est Euangelium lege Moisaica: perfectiorem itaque & nouum quendam modum operandi exigit supra legem Moisaicam, id admonente magistro nostro IESVS CHRISTO (Matthaei cap. 5.) Amen, amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Nouitas igitur praecpti est in hoc, SICVT dilexi vos. Ut in diligendo non habui personarum respectum, ita nolite habere respectum personarum. Non exercui tyrannidem in vos, non affectui gloriam, non quaestum, non quicquam humani commodi messui ex vobis, sed vestram salutem amaui, & amaui gratis, & vique ad mortem ferendam amaui: imo quum adhuc inimici essetis, dilexi vos, & sanctificandos suscepi, sanctificauique. Ita & vos gratis diligite inter vos. Etiam si offenderit te frater, ne recorderis offensae, pro cuius salute etiam omnia cum corporis tum fortunae bona exponito & abnegato. Obserua: Dilectionis praecptum, nouum CHRISTI praecptum dicitur, quod CHRISTVS vt in se perfectam dilectionem nobis exhibuit, ita donat omnibus suis, eandem synceram habere, & amplam adeo vt cum Paulo ad Philipp. cap. 3. dicant, Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam IESVS CHRISTI Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitrator vt stercorea, vt CHRISTVM lucrifaciam, & vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed illam quae ex fide est CHRISTI IESVS, quae ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, & virtute resurrectionis eius, & societate passionis illius configuratus morti eius. Aduerte, quum dicit, ET VOVS diligatis inuicem, subaudiendum est, Ita praecipio vobis vt & vos diligatis inuicem.

Euangelium lege perfectius.

Nouitas praecpti.

In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Symbolum siue signum viuum e quo cognosci debent discipuli CHRISTI, in cuius verba iurauerint, est dilectio. Proculdubio Deus suapte natura dilectio siue charitas est. Facies ergo atque imago CHRISTI nobis insculpta, qua sui esse cognoscimur, est dilectio, quae omnes virtutes in se complectitur, ac omnia in se bona continet, vt docet Paulus 1. Corinth. cap. 13. Proinde qua quaeso alia corona, alio torque atque signaculo discipulos CHRISTI cognoscere possumus, quam vinculo charitatis? Nam quemadmodum qui artem fabrilem didicit, ostendit se operibus suis ab opifice ferrario didicisse artem fabrilem, ita qui charitatis officia & mutua inter se beneficentiam exercent, non alterius quam CHRISTI (qui charitas est & supremam habet charitatem) se discipulos fatentur. QVOD discipuli mei estis, id est quod in me creditis, quod iustificati & sanctificati estis. Caeterorum discipuli, cultus, habitu, certisque externis ceremoniis dignoscuntur: at vna nota cognoscimini mei esse discipuli, si talem mutua dilectionem habueritis, qualem ego vobis omnibus praestiti. Quare quum omnis virtutis numerus in dilectione contineatur ac perficiatur, nemo in ediam atque ieiunium, nemo quia humi se prosternat, nemo caeteris virtutum exercitationibus se consequuturum aliquid magnum putet, nisi mutua habeat dilectionem, & fratrem diligit. Omnia certe percunt, si abfuerit charitas. Quid quaeso aliud est dilectionem non habere, quam origo belli, pacis euersio, & duplicitas animi? Quemadmodum enim vinculo pacis bona omnia conseruantur, ita per dilectionis rupturam effluunt omnia, & origo belli confurgit. Vade contentiones, emulationes, contumeliae, detractio, ira, inuidia, & id genus mala. Quum itaque hanc notam nobis praescripserit CHRISTVS velut vnicam ac certam, apertissimum est, cum nomen CHRISTI tum nos ipsos male audire inter Ethnicos, qui quum hanc doctrinam legerint aut certe audierint, conspiciunt apud Christianos, tot iam seculis, principem cum principe, regnum cum regno, ciuitatem cum ciuitate, iugibus confluctari bellis, vt omitam insanissimas inter parietes, domesticos, vicinos, contritibus & huiusmodi apud iudices lites: & acres omnium inter se de quamlibet striuola causa digladiationes. Ad hanc doctrinam pertinet quod scriptum est Matthaei cap. 5. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, &c. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, &c. Haec si omnes nos pariter cognoscere mus, nequaquam essent inter nos tam faciles offensae,

Signum discipulorum Christi.

simile.

Charitatis fructus.



non tam tenuia pauperum subsidia, regnumque CHRISTI in totum nobis longè ampliore gloria fulgeret.

### Dicit ei Simon Petrus.

Petrus flagrans amore Domini sui, quanquam sui magistri mortè pronuntiatam molesto ferret animo, tamen quia illud animū discruciat, quod quum Christus subduceretur ab Apostolis, negabatur sequēdi facultas. Audiuit enim, Quo ego vado, vos nō potestis modò venire. Cupiditate igitur sequēdi Christi, rogat Petrus cū suo tū cæterorū nomine, cui ipsi, vt maiori (ait Cyrillus) hoc rogandi munus cōmiserūt. Est profectò ingēs solatium, si quem diligamus, in omnē fortunā quoquo terrarū se verterit, sequi. Hoc magnopere desyderabāt discipuli, quibus nihil magis in votis erat, q̄ Domino semper adherere, & cum illo viuere.

Signum magna dilectionis.

### Domine, quo vadis?

Quasi dicat, Domine, quo vadis, vt nō liceat te consequi? Quæ est hæc via quam ego transire non possum? Quod etsi difficillimam omnium viam transiturus sis, te sequar.

### Respondit IESVS.

Suauissima est hæc CHRISTI philanthropia, quæ etiā mortī proximus, dignatur Petrum ignorantem docere, tam de persona ad quam vadit, quam de modo vadendi. Suauissimo hoc responso non repellit interrogantem & discendi cupidum.

### Quo ego vado, non potes me modò sequi.

Petre, adhuc carnalis es, multū tibi arrogas: non est situm in tuis viribus & carnali tua potestate vt nunc ad crucē ad quam vado, venias, & nūc mecum moriaris. Ad mortē nunc vado, & per mortē ad Patrem. Quam imbecillis & infirma sit humana confidentia adhuc non cognoscis: cognosces postea. En philanthropiā Christi: adhuc occultē mortē suam explicat, ne nimio mœrore quos in finem vsque amat discipulos, afficiat. Solent enim homines prudentia clari, ymbris tegere, quæ auditoribus luctum ac mœrorem afferunt.

Christi abitus ad Patrem.

### Sequeris autem postea.

Quum venerit hora tuæ crucis, & vires fortiter tolerandi crucem assequutus fueris: per crucem (quæ tunc non te pēterrebit) ad gloriam venies. Huc pertinet quod vltimo capite infra scribitur, Amen, amen dico tibi, quūm esses iunior, iungebas te, & ambulabas vbi volebas, quum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

### Dicit ei Petrus.

Petrus totus amore CHRISTI feruens, & nondum vires suas perspectas habens, respondit aduersaturque satis temerariè dicto CHRISTI: atque non contentus, vrget pertinaciter oblatam spem, quam ex his conceperat. Sequeris autem postea.

### Quare non possum te sequi modo? Animam meā ponam pro te.

Zelum quidem Petrus habebat, sed non cum scientia, quod plus suis viribus tribueret, quam par esset: quodque præsumptuosè atque securè persuaderet sibi de quālibet difficili via traicienda, quovisque periculo subeundo, & cōstantia in cruce & afflictionibus. Hoc zelo Petrus apprimè typum gerit eorum, in quibus vt affectus extra crucem, afflictiones, & pericula sunt vehementissimi, ita in periculis & cruce sunt remississimi. Et sane gloriosi Thraones de cōstantia & securitate sibi quā maxima promittūt, quum ferè semper vbi ad crucem & afflictiones ventū est, turpissimè cedunt. Domine (inquit Petrus) quem & qualem me facis? An putas me tantis beneficiorum aceruis à te affectum, eò ingratitude nis lapsurum, vt te vel in mediis ipsis periculis derelinquam? Quid periculorum pro te recusum pati? qui ANIMAM meam, id est vitā meam paratus sum tibi impedere, & periculosissimum quodque periculum tuo nomine subire? Etiam si ad ferocissimas & crudelissimas gentes abieris, illuc tecū proficiscar. Te derelinquam? non te sequar? te inquam magistrum & Dominum meum? Ego feruus & discipulus abero à meo præceptore, quem confessus sum vitam esse? deficiam à vitā ad mortē? Ego electus à te in Apostolum, qui cælestē gaudium in monte Thabor gustavi, miracula tuo nomine feci, & quibus non beneficiis me affecisti? Quā fieri potest à te in summo etiā vitæ discrimine desciscerem? Animā meā ponā pro te: tuo nomine & pro tua gloria moriar, tantū abest vt te derelinquam & nō sequar.

Thraones gloriosi.

Petri zelus.

### Respondit IESVS.

Humanitatis CHRISTI est nō reuicere Petrum præsumptuosum, cuius animum tam ardentem

ardentem & de se sibi mira pollicentem, reprimat. Atque vt sensim successorem suum formaret, & humanarum virium fiduciam retunderet: quemadmodum antè repulsus est Petrus, quum diceret, Absit hoc à te Domine, & dehortaretur CHRISTVM à perpetianda morte: rursum correctus quum se præcipitasset in aquam, ac mox dubitasset: & in hac cœna argutus est, quum paratum lauare pedes, prohiberet: ita nunc docetur non esse suarum virium subsistere in cruce, non suæ prudentiæ credere, nec propriis viribus fidere, sed sibi diffisus, à CHRISTI virtute & præsidis pendere.

Propriis viribus non fidendum.

### Animam tuam pro me pones?

CHRISTVS, qui futuros tempestatis fluctus videbat, qui Iudæorum ferociam & atrocitatem nō ignorabat, ait, Quid audio Petre? magnifica de te polliceris. Tu mihi vitam impendes? Tūc Petre, pro me morieris, qui veni vt pro te moriar? Instat hora qua persectum habebis, quā verum sit quod dixi, Quo ego vado, vos non potestis venire modo. Petre, magnifica de teipso iactas: considera teipsum & vires tuas, quas neque apprimè cognoscis, neque de ipsis periculum fecisti. Noli altum sapere, sed time: & tecū habita, vt noris quā sit tibi curta supellex. Animam quidem tuam, iuxta Patris beneplacitum, pro gloria Dei pones: sed quod futurus te ferre posse tentationes opinaris, ignoras profectò q̄ magno impetu incumbent, quo certe vincēris, & me relicto fugies, & abnegabis me magistrū.

### Amen, amen dico tibi, nō cantabit gallus, donec ter me abneges.

Iurat CHRISTVS, confirmans non esse humanarum virium subsistere in cruce. Petre, potentiam tuam magnam esse opinaris, putāsque te illa posse auertere tentationes. Certissimum illud habeto: Priusquam hac nocte gallicinium aduenerit, tu ter me negaueris: tantum aberit vt tuis viribus, imò tua vita possis meam redimere. His verbis CHRISTVS Petri magniloquentiam, licet ex amoris magnitudine proficiscentem cohibuit: simulque docuit vt lapsu Petri discamus timorem Dei, & nostris viribus non esse fidendum, sed à Dei præsidis pendendum. Secundo, in Petri respicientia discamus fidem viuam, qua sola in aduersis constare possumus. Obserua: Legimus pro alio mori interdum ex carnali affectu profectum esse: nam sæpe ciues Romani pro patria sua sese morti exposuerunt, parentes pro filiis, vxores pro maritis, & vt Paulus ait ad Rom. cap. 5, Pro bono forsitan quis mori sustinet: at pro inimicis mori, hoc non est à carne sed Spiritu, nemo id est expertus præter vnicum IESVM CHRISTVM, iustum & innocentem pro iniustis & inimicis mortuum. Obserua: Nemo putauerit propter verba CHRISTI Petrum peccasse, & CHRISTVM magistrum suum negasse. Nullam enim violentiam verbum CHRISTI Petro fecit, sed qui futura vt præsentia videt, quod futurum erat, Petro prædixit.

Crucem sustinere nō est virium humanarum.

Mori pro alio.

Negatio Petri prædicta.

### CONCILIATIO PRIMA.

Quum Actorum cap. 2. scribatur, hunc definito consilio & præscientia Dei traditum: quomodo in hoc capite dicitur, Quum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas? Respondeo: Deus æterno suo consilio decreuit dare Filium suum: cuius litatione & passione expiaretur peccatum: & vt per crucem glorificatus resurrectione omnes viua fide donatos & credentes ab omni maledicto liberaret. At Satan per sua impia instrumenta, Iudam, Phariseos, Pilatum & Herodem, tradidit CHRISTVM cruci, volens ipsum perdere, ac de memoria viuientium delere. Itaque consilium Dei per impia instrumenta executum est. Hoc vt agerent Pilatus, Iudas & alii, non præcepit Deus, sed permisit vt & credentes sua non destituerentur salute per crucem CHRISTI parta: & increduli suis impiis conatibus seipfos iugularent.

Instrumenta impietatis.

### CONCILIATIO SECUNDA.

Quum Ioannes ex porrectione buccellæ agnouerit proditorem, quomodo paulò post subiungitur ei quod dictum est, Quod facis fac citius: hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei? Respondeo: Verisimile videtur mentem Ioannis fuisse detentam, vt licet audisset à Domino eum esse proditorem cui dedisset intinctum panem, ac mox vidisset Iudæ panem porrigere, non tamen planè intellexerit Iudam illum proditorem esse: aut si intellexit, non existimauerit tamen tum instare vt scelus suum ille perficeret: aut quod secretum esse Dominus voluit, id tum Ioannes seruauit.

C. i.



Christi divinitas. Per Christum vita eterna.



Via. Veritas. Vita.

Fides.

Opera.

Petendum in nomine Christi. Infr. 16.e. Matth. 7.a. Marc. 11.c. Spiritus Sanctus consolator.

Dilectio. Opera.

**E**T ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus, dixiſſe vobis: Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & praeprauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei **I E S V S**: Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum vtiq; cognouissetis: & amodo cognoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei **I E S V S**: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor: Pater autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin, propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado: & quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Icarites: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit **I E S V S**, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruat, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, Patris. Haec loquutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus

Creditis) Exhortatio est. q. d. Infr. stat tempus in quo oportet vobis istam fidem vestram in Patre & me. Proinde ergo illam sine metu: pergit in Patrem & in me credere. Si quo minus) si minus, Alioquin. Ego sum, &c.) in quem Deus olim promiserat, per quem mundo daturus est vitam. Amodo cognoscitis) praesens pro futuro, id est posthac cognoscetis & videbitis accepto Spiritu Sancto. Videt) videt me vidit, &c. A meipso, &c.) q. d. illa solus non loquor. Ipse) subaudi mecum facit. Quia ego, &c.) quod ego & Pater idem sumus. Si quid petieritis) id est propter me. Paraclitum) est solatorem. Spiritum veritatis) id est qui veritatem docet, & ab omni mendacio alienus est. Vos autem) cognoscetis eum quia apud vos manet. Videt) videbit. In illo die) subaudi cum resurrexero vos cognoscetis quod non separer a Patre meo. Qui habet) id est dicit mandata. Manifestabo) insinabo, subaudi me esse Messiam.

Et suggeret) subaudi vobis omnia quae dixi, aut renouabit vobis in memoriam. Pacem, id est benevolentiam meam & amorem meum non auferam vobis. Vado & venio) abeo & redibo ad vos. Quia vado) quia dixi vado. Sed vt cognoscatur mundus) id est electi qui in mundo sunt.

Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quam fiat: vt quum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia ego diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: Surgite, eamus hinc.

Spiritus Sanctus doctor nominis Christi.

Gaudium.

Princeps huius mundi.

Et ait discipulis suis. CAP. XIII.



**E**T ait discipulis suis: Vm discipuli ex verbis Domini novam quaedam & atrocem tempestatem imminere sibi intelligerent, qua primus corum & omnium fortissimus Petrus adeo quateretur, vt eadem nocte ter Dominum esset negaturus, vnde Petri exemplo quisque sibi metueret, ne tam procellosa tempestate in eam laberetur negationem: quodque audissent Dominum (cuius amore eximio flagrabant) abiturum quod non possent abire, vehementer animo percussis sunt. Dominus, vt est omnium clementissimus (qui solus animi vulnera etiam praevnire auxilio & remedio suo solet) illis medetur: ipsosque perturbatos ac moerentes oratione blandiore consolatur, & sedat cordium turbellas, dicens,

Non turbetur cor vestrum.

Quasi dicat, Animaduerto quae praedixi, cum de meo abitu, tum de tentatione Petri, vobis plurimum dolere: sed non est quod propterea despodeatis animos, aut perturbemini: melius res habebit. Sic est voluntas Patris. Ego certe meo abitu paraturus sum vobis mansiones, scilicet apud Patrem meum & Spiritum Sanctum, quo Deum acclamabitis Patrem. Hic locus suavissimam piis offert in aduersis consolationem. Nam quemadmodum **C H R I S T V S** ait non esse desperandum, quod per crucem abeat, quum non ita abeat vt ipsos orphanos derelinquat, ac ab ipsis prorsus separetur, sed vt maiora bona illis apparet, & cumulatoribus beneficiis illos afficiat: ita dum affligimur, & in aduersis sumus, videtur Deus a nobis abire, abscondendo consolationes, gaudia & quietem, ac relinquendo in nobis moerorem, tribulationem, angustias & huiusmodi: quum tamen non relinquat nos orphanos, nec pro derelictis habeat, qui adiutor est in tribulationibus, interim parans vere illa bona quae sub afflictionibus & cruce absconduntur, vt manifestum faciat abitu **C H R I S T I** per crucem factum, & absconsonem **C H R I S T I** sub cruce, non esse perpetuam nostri derelictionem, sed maiorum bonorum thecam. Obserua, hanc Apostolorum perturbationem carnalem fuisse. Caro quippe omittit non potest quin offendatur si **C H R I S T V M** crucifigi viderit, illico ab eo desciscit, nec ei credit, idque facit dum pios ac sanctos affligi videt: nam tum non credit eos Deo curae esse. Praemunit itaque **C H R I S T V S** suos discipulos aduersus hoc offendiculum, ac dicit,

Creditis in Deum, & in me credite.

Discipulos suos fortes milites instruit, ipsisque arma largitur, quibus omnia queant aduersa superare. Arma sunt, fides viva, qua saluamur, & omnium aduersariorum tela, victores repellimus. Iuxta illud Dauidis, Psalmo 26, Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo? Munit itaque illos & armat fide: Nam Apostolos turbatos fuisse corde, erat ipsos addubitasse de persona & officio **C H R I S T I** per crucem ad gloriam. Vnde sicut turbatio illa signum erat incredulitatis, ita fides signum est animorum non diffidentium, nec dubitantium de persona, abitu, & officio **C H R I S T I**. Iubet **C H R I S T V S** credere in Deum, adiiciens & in se credendum, vt ostendat se Deum esse: vt qui fidit in ipsum, perturbationes facile vicerit. Nec id adiecit, **E T I N E** credite, quod aliud a vero Deo sit: sed quia (ait Cyrillus) si quis dictione solummodo **D E I**, fidei rationem determinat, Iudaicae opinionis est: ideo nomen quoque **F I C. ii.**

Plorum consolatio in afflictionibus.

Afflictiones, sicut honoris Dei. Carnis incredulitas.

Christianorum arma.

Turbatio.



*Trinitas proprie  
tatis distin-  
guunt.*

*Christus unus  
non duo.*

*Caro Christi.*

*Afflictio hominis an-  
tidotum.*

*Credere in Deum.*

*Abitus Christi.*

lii, quod prædicationis est Evangelicæ, optimè adiecit, Nec in Filium simpliciter, sed in me, inquit, credite. Recta enim fides in Deum Patrem est, & in Filium non simpliciter, sed incarnatum, & in Spiritum Sanctum. Sancta enim consubstantialisque Trinitas, nominum differentiis, id est personarum proprietatibus distinguitur. Pater enim Pater est, & non Filius: Filius quoque Filius est, & non Pater: & Spiritus Sanctus, Spiritus Sanctus est Patris atque Filii proprius: eadem enim substantia deitatis est. Quare non tres, sed vnum Deum prædicamus. Oportet igitur in Deum nos credere, sed distinctè latiusque fidem exponentes, ut vnicuique personæ eandem glorificationem referamus: nulla enim fidei differentia est. Non enim maior esse debet in Patrem quàm in Filium aut in Spiritum Sanctum, sed vna & eadem ratio eius & modus est, in tribus æquali mensura personis cõsistens: ut etiam hoc pacto veritatem naturæ in Trinitate fateamur. Credamus igitur firmiter in Patrem, in Filium, in Spiritum Sanctum, etiam posteaquam factus est homo, & in Spiritum Sanctum. Nemo nisi insanus separauerit templum de Virgine sumptum à Deo Verbo: vnus enim est Dominus IESVS CHRIS TVS, ait Paulus 1. Corinth. cap. 9. Quod si quis Christum in duos filios diuiderit, is prorsus fidem negauit: vnus est CHRIS TVS, non duo. Quare Paulus non nudum ad fidem Vnigenitum tradidit, sed hominem factum, mortuum, & à mortuis excitatum, ad Rom. cap. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum nostrum IESVM CHRIS TVM, & in corde tuo credideris quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Si ergo credimus in Filium qui surrexit: quomodo surrexit, si mortuus non est? Manifestum est igitur quia & mortuus & resurrexit secundum carnem. Nam caro illa, naturalis vitæ caro, & fuit & est, excitataque est, proprietatè illius exercens qui habitauit in illa. Quare anathema fuerit, si quis iniunxerit, credamus in carnem: hoc enim esset duos filios prædicare, & in creaturam credere. Sacra Scriptura docet fide firmiter tenendum, credamus in crucifixum, mortuum, & à mortuis excitatum, non ut in alium à Deo Verbo (non quod identitas substantiæ sit) corpus enim corpus est, non Verbum, sed corpus Verbi: sed ut in vnum verè Filium Dei. Nolite, inquit CHRIS TVS, perturbari de me & abitu meo dubii: creditis in Deum, CREDITE quoque in me, hoc est Deo & mihi credite. Oportet enim vnum Patri & Filio intelligatis credatissque esse honorem. Nolo despondeatis animos de meo abscessu, sed volo ut credatis me vnum esse cum Patre, nec quicquam huius maiestatis, quam cum Patre habeo, perire potest meo abitu per crucem. Ego hac cruce penetro ad reuelanda maiestatis meæ bona, tantum abest ut quicquam ex ipsa perditurus sim. Ad hunc sensum enarravit Nonnus. Aut ex sententia Chrysostomi, sensus est: Timetis & perturbamini quod tantas difficultates prædixerim vobis, CREDITE in Deum, & in me credite: Id est, quam habetis in Deum fidem, habete & in IESVM Filium Dei. Hæc fides vobis abundè præsidio erit aduersus omnes persecutionum procellas. Aliter: Ut hæc perturbatio vestra pereat, oportet in me credatis. Nam siquidem in Deum creditis, in me quoque credite, qui sum via ad gloriam & pacem à vobis desideratam. Si confiditis in Deum, in me fidere debetis. Timetis mihi & vobis propter crucem quam vobis prædixi. Vincam certe ego per illum, & vos per me vincetis, si vestris diffisi prædixi, in me fiduciam omnem ac spem fixeritis. Mors ipsa non vos ab Evangelio distrahet, tantum abest ut alia tentatio vos deturbet. Si vos afflictionum confortes præstiteritis, eritis & consolationis. Ego primus in arenam descendam, & certandi formam exhibebo. Per me dabitur vobis in aduersis Paracletus, robur & gloriæ confortium. Quid superest, nisi in me vestram omnem fiduciam collocetis? Hoc loco, IN DEVM credere, est Dei bona querere, sperare & ambire. Quæ quum non possint haberi, nisi per CHRIS TVM crucifixum, cõmodissime discipulos admonet, ut bono animo sint, & in ipsum credant. Qui si in Deum crediderint, & ab illo bona sperauerint, futurum est ut per CHRIS TVM abitum, hoc est per crucem, illa assequantur. CREDITE in Deum, hoc est bona à Deo speratis: via ad illa bona, est mea crux, & meus abitus. Sperate igitur per me, & in me credite. Ut enim nemo potest ad Patrem accedere, nisi per me, qui sum ostium & via: ita nemo Patris bona assequi potest nisi per me, & viam quam meo sanguine sterno. Per crucem & meum abitum reuelabo vobis bona Patris, hoc est gaudium & beatitudinem: non igitur tristandum est vobis adeo ut animos despondere videamini. Credite hunc abitum meum, hoc est mortem meam esse viam ad glorificationem tum mei, tum totius corporis mei, hoc est omnium Christianorum, & quod hæc mors satisfaciatur pro peccatis mundi. Hæc nos docent CHRIS TVM velle corda nostra in aduersis formari per fidem viam.

In domo

### In domo Patris mei mansiones multæ sunt.

Argumento à certitudine beatitudinis siue vitæ æternæ quam consequuntur tum qui abitu & cruce CHRIS TV non scandalizantur, tum qui cum CHRIS TO & exemplo CHRIS TV patiuntur, peto, pergite CHRIS TVS consolari Apostolos, ne propter suum discessum adeo perturbentur, ut animos despondeant: & omnium maxima solatia assert con tra scandala crucis, ut fide sciamus luctum nostrum & afflictiones pro veritatis defensione in summum & ineffabile gaudium abitura, & nostram ingloriam coram mundo euasuram in gloriam non perituram. IN DOMO, id est in vita beata & æterna, SUNT MANSIONES multæ, id est sufficiens, capax, spatiosus, & amplius est locus glorificationis, pro omnibus verè credentibus: siue MANSIONES, hoc est electiones sunt paratæ ab initio. Ephes. cap. 1. Elegit enim Deus suos ante mundi constitutionem in CHRIS TO. Rogabis, Si paratæ sunt electiones ante iacta mundi fundamenta, cur igitur venit CHRIS TVS? quid illo egemus? Respondeo: Electi quidem sunt antequam mundi fundamenta iacerentur, sed in CHRIS TO & per CHRIS TVM. Ut enim nemo in filium est adoptatus, nisi per CHRIS TVM: ita nemo est electus nisi in CHRIS TO & per CHRIS TVM mediatorum & intercessorem. Rogasti cur venerit CHRIS TVS: hunc certo scias huc venisse, ut mansiones antea paratas reuelaret, ut electionis ianuam aperiret, ut sterneret viam ad vitam, ut iuberet portas cælestes referari, dicens, Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: ut ingrediatur in sancta non manufacta, sed in ipsum cælum, ut Deo pro nobis appareat. Non enim ut ipse appareret Deo Patri, ascendit in cælum, qui & fuit & erit, imò verè est semper cum illo: sed nunc ascendit ut Deo Patri inaudito quodam pacto, quasi homo appareat. Verbum olim sine humanitate, nunc verò cum humanitate propter nos & pro nobis Deo Patri apparens, ut quum sit Filius Dei, verè homo etiam inuentus audiat, Sede à dextris meis: & filiationis gloriam toti generi humano percipsum adoptione largiatur, & credentes suo Spiritu donatos ad hanc gloriam, hoc est ad has MANSIONES id est electiones adducat. Quid enim profuerit electum esse, & interim electionis ianuam aut nescire aut non ingredi? Proinde multas dicit mansiones ab effectu & fructu ipsius electionis: quod MANSIO esse beatum insinuet: & vox MVLTAE, adumbret multiplicè beatitudinis participationem & communionem. Denarium quidem vnum, omnibus qui in vinea laborarunt, dabit paterfamilias, non in eo disferetur qui minus & qui amplius laborarit, ait Augustinus: Quo denario significatur vita æterna, vbi amplius alio nemo viuunt, quoniam viuendi nō est diuersa in æternitate mensura. Sed ab effectu MVLTAE sunt & diuersæ mansiones, hoc est operantium fructus & retributiones iuxta diuersitatem bonarum operationum ex iustificatione procedentium. CHRIS TVS solus nostri iustificationem meruit. Ab hac iustificatione qua iustificamur, procedunt bonæ & meritorie operationes quibus diuersa respondent in cælis præmia & dignitates diuersæ. Alia est enim claritas Solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Tanquam stellæ (ait Augustinus) sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tãquam in cælo, sortiuntur in regno, sed propter vnū denariū nullus separatur à regno: atque ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiã ipse habet, quum amiat in altero quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniã regnabit in omnibus vnitas charitatis.

Si quo minus dixissem vobis, quia vado vobis parare locum.

SI QVO MINVS, id est, Quod si secus esset, & ni certo scire iam paratas esse mansiones, quæ vos breui ex huius mundi tumultibus exemptos recipiant in æternæ vitæ felicitatem, DIXISSEM VOBIS, QVIA VADO parare vobis locum, Id est præmonuissem vos, me iam abire ad parandas eas mansiones: quæ quum ante iacta mundi fundamenta multæ sint paratæ, nihil opus est nisi ut me sequamini, qui meo abitu inuium iter vobis præparem, viam sternam, & portas illius regni Patris aperiam. Erat quidem mansio & electio facta ab initio, sed non erat reuelata, nec vos parati eratis ad illam electionem: propterea quod non est humanarum virium accedere ad Deum, ascendere in cælum, iustificari & saluari. Necessarius igitur maxime fuit CHRIS TVS, in cuius manu omnia Deus dedit, qui solus per proprium sanguinem intravit in sancta non manufacta, sed in ipsum cælum æterna redemptione inuenta. Nemo item ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo, Sacerdos & Pontifex noster, qui pro nobis interpellat Patrem, & facit credentes secū confedere in cælestibus. Obserua. PARRÈ

C. iiii.

*Mansiones var-  
ie in cælis.*

*Electus per Chri-  
stum in Chri-  
sto.  
Christus cur  
huc venit.*

*Locus de dena-  
rio dnm.*

*Operationes  
meritorie.*

*Mansiones var-  
ie in beatitu-  
dine.*

*Mansiones ab  
initio.*

*Humanarū vi-  
rium imbecilli-  
tas.*

*Parare locum.*



*Christus morte nobis locum paravit.*

locum, est auferre ea quæ impediunt, ne nobis pateat & conferatur locus: hoc est fieri dominum omnium creaturarum, & in potestatem suam redigere, vincere ac suppeditare peccatum, mortem, infernum, Satanam, & omnia aduersa quæ præcludunt viam ad illum locum beatitudinis. Hoc **CHRISTVS** abunde sua morte præstitit.

**Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum.**

Occupatio est ab vtilitate & commodo mortis & resurrectionis **CHRISTI** petita, qua discipulorum conscientias erigit ad solatia, ne aliquid mali suspicentur, & ex suspitione in desperationem incidant. Nolite suspicari (inquit) me ita abiturum vt prorsus à vobis seiungar, aut sic recessurum, vt nunquam redeam, & sic ingressurum regnum Patris, vt mihi soli illud retineam, & tantum mihi locum parem in vita æterna. Ego vestra causa veni, & per crucem ad regnum illud contendo. **SI ABIERO**, scilicet per crucem, **ET PRÆPARAVERO** vobis locum, hoc est abiero nõ facturus mansiones quæ paratæ sunt multæ, sed innouaturus viam quam propter peccatum amisistis, vt per viam à me præparatam possitis coniungi cælestibus, filii Dei fieri, & ad consortium angelorum conscendere. **ET SI ABIERO**, hoc est, quod si fecero & præparauero **VOBIS LOCUM**, id est superiora inferioribus coniunxero, ac peruium iter ad illud regnum cæleste construxero: iterum veniam post meam resurrectionem. Abiit enim **CHRISTVS** morte sua, sed ad nos rediit resurrectione, ascensione & Spiritus Sancti missione, quibus rebus se nobis proprium fecit, ac veluti distribuit, dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Hæc omnia nobis abunde significauit Paulus Ephes. cap. 4. Ascendens **CHRISTVS** in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt impleret omnia. Sua plenitudine omnia replet, & nobis largitur diuitias suas, quum mittit in corda nostra Spiritum Sanctum hereditatis nostræ arrabonem, clamantem Abba Pater: & testificantem quod sumus Filii Dei: quod si filii, hæredes quidem Dei, cohæredes autem **IESV CHRISTI**. Hæc verba, **ITERUM VENIO** & accipiam vos, suauissimam afferunt consolationem à cura & tutela **CHRISTI** erga nos: quæ ex animo & fide diligenter omnibus piis meditanda sunt, ne pii opinentur se relictos esse, quod hæc **CHRISTVM** familiariter versantem non habeant. Certe hic locus maxime commendat perpetuum **CHRISTI** officium pro sua Ecclesia, quam non deserit, sed illius agit perpetuum custodem & defensorem. **ET ITERUM VENIO** seu venturus sum, post meam resurrectionem: **ET ACCIPIAM** vos ad meipsum: Imprimis assumam vos credentes ad me per missionem Spiritus Sancti, quos mihi colligam & complectar. Qui enim Spiritum **CHRISTI** habent, hi sunt eius. Assumam inquam, me vestrum, curabo pro vobis, ero rex & gubernator vester. Meus Spiritus (quo donabimini) ob signabit vos de vita æterna, & integros serua-bit, vt eò perueniatis vbi ego sum. Deinde iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, quando sedens in sede maiestatis meæ, suscitabo vos corpore & anima constantes, & vos totos in regnum Patris recipiam, nunquam posthac à me distrahendos, vt iam vbi cunque sum ego, sitis & vos. Hæc omnia recte intelligens Paulus scribit 1. ad Thessal. cap. 4. Hoc vobis dicimus in verbo Domini, Quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt: quia ipse Dominus in iussu & in voce Archangelis, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in **CHRISTO** sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in nubibus obuiam Domino in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Obserua. Hic locus docet aperte **CHRISTVM** sedentem ad dexteram Patris, non otiosum esse, quum curet suam Ecclesiam, de cuius officio scribitur 1. Petr. 3. Rom. 8. & 1. Ioan. 2. Deglutit mortem & peccatum nostrum, interpellat pro nobis, est aduocatus noster apud Patrem.

**Vt vbi ego sum, & vos sitis.**

Hic locus amplissimam in afflictionibus consolationem affert: nam explicat quantum sit **CHRISTVS** erga suos philanthropia, qui se totum quantum quantum est obligauit credentibus, quos iam suo Spiritu assumpsit ad se, & fidei vinculo colligauit. Hac obligatione promittit eundem locum (hoc est paternam domum) in quo ipse est. Obserua: non dixit **VBI** ero ego, sed, **VBI SVM**: quia adhuc ibi cum discipulis ante crucem versatus, ipse erat in beatitudine secundum supremam animæ partem. Aut quia ipse vt Deus semper cum Patre est. Ibi enim est vt Deus, & ad Patrem vadit vt homo, quum sit vna persona Deus

*Abitus & reditus Christi.*

*Plenitudo Christi.*

*Christi tutela erga nos.*

*Officium Christi perpetuum.*

*Christus ad dexteram Patris pro nobis.*

*Obligatio Christi.*

sona Deus & homo. Hanc assumptionem in locum vbi ego sum præcedet prima assumptione per fidem & Spiritus Sancti reuelationem. Nam quemadmodum post resurrectionem totus **CHRISTVS** inuulgatus est, totisque venit Spiritus Sancti reuelatione, & venturus est in nouissimo die aperta & manifesta maiestate sua, ita credentes ad se assumpsit: Primum Spiritus regeneratione, deinde carnis resurrectione ipsos assumet, vt sint semper cum Domino siue viuentes siue morientes, siue resuscitati. Proinde horum quæ præmittuntur, iste est germanus sensus: Quod ab eo, in bonum vestrum ab eo, nimirum paraturus vobis locum, in quo mecum olim beati viuetis, indeque reuersurus sum in gloria & maiestate Patris, & ad me vos corpore quoque corpori glorioso conformatos traducturus. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Philipp. cap. 3. Nostra autem conuersatio in cælis est. Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum **IESVM CHRISTVM**, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subicere sibi omnia:

**Et quo ego vado scitis, & viam scitis.**

Ex his quæ sæpius ac sæpius vobis dixi, agnoscitis me ad Patrem ire, & me vnicum, esse viam ad Patrem: quem predicatione verbi mei, voce ipsius Patris cælitus delapsa, miraculis, glorificatione mea in monte Thabor, confessione vestra, qua confessi estis, Tu es **CHRISTVS** filius Dei viui, didicistis: Vos itaque **QUO EGO VADO** scitis, id est Patrem ad quem ego abiturus sum, nostis, **ET VIAM** scitis, hoc est cognoscitis me, qui sum via ad Patrem: non enim per alium quam per me ad gloriam & domum Patris venire potestis, qui solus cælos aperio, nec alius iter accessibile faciet. Nihil superest nisi vt quod nostis, manifestetur, & reuelatum in vobis confirmetur. Id quod fiet, si moriar, & cruce mea peccatum & eius tyrannidem extinxero: qua impetrabo missionem Spiritus Sancti in vos, qui docebit vos omnia, & clamabit in corde vestro ad Deum, Abba Pater: hoc est declarabit manifestò Deum esse Patrem vestrum, & vos factos esse per me filios Dei. Ad hanc viam hortatur Hieremias cap. 6. State super vias, & interrogate de semitis æternis quæ fit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animabus vestris. De hac via scribit Esaias cap. 3. Sunt qui hunc locum interpretantur de morte & cruce **CHRISTI**, **VOS SCITIS** quo ego vado, hoc est sæpe ex me audistis quia meus abitus est ad Patrem: **ET VIAM** scitis, hoc est scitis meum abitum ad Patrem esse per mortem crucis. Optabilis erat locus quem adibat, hunc maximopere cupiebant discipuli: sed inamabile videbatur iter. Hoc discipuli nescire non poterant toties prædicatum à Domino, sed tristitia & obliuio faciebat vt quod sciebant, nescirent. Durum erat hanc discere lectionem, & intelligere sequendum Dominum per crucem, & crudeles afflictiones.

**Dicit ei Thomas.**

Tamet si in Apostolis fides quædam esset, non tamen adhuc persuasi erant, **CHRISTVM** crucifigendum esse, & quod per mortem, **CHRISTI** regnum auspicandum esset. Exemplo nobis erit Thomas cum eius ignorantia, qui post tam multas conciones **CHRISTI**, adhuc ignorat crucem esse viam ad Patrem, & vitam æternam. Obserua quam profunda & naturalis sit nostra ignorantia in rebus Dei & ad regnum **CHRISTI** pertinentibus. Hæc omnia in nostri consolationem & confirmationem literis prodita sunt, ne illico animus nobis in pedes decidat, quum in fide aliquando titubauerimus, nec statim nos operibus & verbo Dei accommodauerimus. Nimirum si magnis illis viris qui Christianissimi columnæ futuri erant, hoc cõtingit: non est profectò quod miretur aliquis, si nos interim fide deficiamus. Dei opus & negotiũ est: ille corrigere hæc poterit, quum ipsi visum fuerit.

**Domine.**

Hac salutatione captat beneuolentiam à dignitate personæ **CHRISTI**, & fidem aliquam exerit, qua fatetur ipsum esse potentem, in quo tamen adhuc satis obscure Deum agnoscit: propterea vehementi sed rudi sermone compellebat Dominum, vt apertius diceret, quoniam esset abiturus, quod omnes iandudum cupiebant discere.

**Nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire?**

Domine, dicis nos scire & quo abeas, & viam qua te sequamur, nos verò neutrum scimus. Nescimus quo abeas: inde consequens est, vt & viam ignoremus, qua te sequamur. Rogabis qua ratione hæc sibi constant: Quomodo sciunt Apostoli, quod tamen fatentur

*Christus reuelatus. Credetei à Christo assumpti.*

*Christus via ad cælum.*



se nescire? Suprà rogauit Petrus, Domine, quo vadis? & Thomas nunc ait, Nescimus quò vadis. Philippus quoque ait, Ostende nobis Patrem. Respondeo: Quemadmodum multa sæpe ignoranter possidemus, aut si maxime scientes possideamus, finem tamen & vsum rei possessæ ignoramus: ita multa sciuntur, sed ignoranter, hoc est quorum vsum & finem nesciunt. Fidem quidem habuerunt Apostoli, quando illis dictum est, Vos mundi estis, alioquin non essent mundi. Cognouerunt igitur **C H R I S T V M**, quòd ipse ad Patrem sit via. Ad hunc modum etiam cognouerunt Patrem, quòd viderant miracula, quibus Filio testimonium dedit, & vocem Patris de cælo audiuerant, Hic est Filius meus, &c. Hæc omnia fidem in Apostolis mirè auxerunt: vtvt autem hæc abeant, nondum tamen assequuntur quid sibi agendum sit, & quis finis de rebus **C H R I S T I** sperandus. Huius rei præfigamus nobis exemplum in Abrahamo: **Q**uanquam filius in fide ipsi conceptus fuerat, adhuc tamen ignorabat eum esse offerendū: nec fides etiam sese manifestabat, quum filius ipsi daretur. Ita & in Apostolis habet: **Q**uanquã fides præsens esset, deerat tamen adhuc ipsis probatio fidei. Nihil autem fidem melius probat, quàm crux & persecutio. Si Abrahamo filius non offerendus fuisset, suæ fidei tam apertum sensum non habuisset. **Q**uum iam persequutio Apostolis immineret, tum vero fidei suæ gustum capiebant. Multa ergo possidemus quorum neque finem neque vsum scimus, quæ nobis Spiritu Dei sensim manifestantur. Ad hæc pueri & infantes baptismo initiati, fide, spe, & charitate donantur & perfunduntur. Has dotes quum habeant (alioqui si morentur salui non essent) ignoranter tamen & nondum reuelatè habent, quandoquidem seipsas non exerunt, donec possessores adulti, tentationibus fuerint obnoxii. Verbo **C H R I S T I**, quo discitur Pater & Filius, credentes Apostoli, sciebant Patrem & Filium: sed obscura admodum erat hæc scientia, vt ita dicam. Ignorans dicebatur scientia, cuius obscuritas depulsa est quando missus est Spiritus Sanctus. Proinde ante resurrectionem **C H R I S T I**, Spiritum Sanctum habuerunt, sed ignoranter & non reuelatè possederunt: nondum enim Spiritus erat reuelatus nec tentatione probatus, qui apertissimis signis post Ascensionem tum die Penthecoste tum aliis temporibus, prædicantibus & baptizantibus Apostolis, reuelatus est.

Scire aliqua quotantur.

Scientia ignorantis.

Benignitas Christi erga Thomã.

Dicit ei IESVS.

Hæc est **I E S V C H R I S T I** humanitas, qui non grassatorio vultu Thomam increpuit, non ilico eum etiam ignorantem (quæ decies ac centies repetita audiuerat) abiicit & à se repellit, non eum aut crassum asinum aut tardum bouem appellat, sicuti plerique infirmos tractare solent, sed Thomæ incitiam amicè & patienter ferens, ipsum ad meliora instruit, & benignè admodum ei respondens, ait,

Ego sum via.

Quum Thomas vrgere videretur, quòd Dominus apertius exprimeret suum abitum, **C H R I S T V S** ad eam curiositatem nihil respondet, relinquens id quod tantopere desiderabatur, opportuno tempore expendendum: sed digressionem suo instituto accommodat. Instituerat enim Dominus discipulis probare se in bonum eorum ad Patrem abire, vt ita æquo animo suum abitum ferrent. Confirmat itaque his verbis fructum & utilitatem sui abitus ad Patrem, **V G O S V M V I A**, &c. Singulis horum nominum apponitur articulus, *ἡ ὁδὸς, ἡ ἀληθεία, ἡ ζωὴ*, illa via, illa veritas, illa vita: vt intelligamus non quamlibet viam aut veritatem, aut vitam, sed veram illam & vnicam. **C H R I S T V S** iuxta humanitatem via est, cuius viæ terminus est diuinitas, doctore Augustino, Ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Verbum enim caro factum est, vnde nobis innotuit & reuelatus est Pater. Est igitur Verbum, via ad Patrem. Si rogaueris, **Q**uid Deus? quid Pater? Est summa maiestas, misericordia ineffabilis, summa bonitas, gaudium suavissimum, vera felicitas & vita aeterna. Ad hæc bona Verbum est via. Nam nemo ex impietate ad pietatem, ex ira ad misericordiam, ex odio ad gratiam & fauorem Dei, ex miseria ad felicitatem, è tristitia ad gaudium, & ex morte ad vitam transit & penetrat, nisi per fidem viam, hoc est per Verbum fide viua conceptum & comprehensum. In hac via non corporeis pedibus, sed fide viua inceditur. Ego (inquit Dominus) sum via per quam Pater aditur, etiam si occidar. Ego in humeris meis credentes vt oues meas in caulas Patris fero, extra hanc, nulla alia via ad cælum ducit. **Q**ui hanc viam non teret, à Patre deuiabit. Summa huius est: **C**redens in **C H R I S T V M**, est in via ad Patrem.

Christus, via.

Verbum via ad Patrem. Deus quid est.

Veritas.

**C H R I S T V S** suapte natura veritas est: nam est Verbum Patris. **Q**uid quæso aliud esse potest

se potest Veritas, quàm adæquatio rei ad intellectum? quod fit, quum intellectus rem vt est concipit. Veritas nostri intellectus (vt cum beato Thoma loquar) ad verbum nostrum pertinet, quod est conceptio eius. Verbum nostrum verum quidem est, non tamen ipsa veritas, quum non sit à seipso, sed eò verum est, quòd rei conceptæ conuenit adæquaturque. **Q**uia autem verbum Dei est verum à seipso, est ipsa veritas. Non enim verbum mensuratur à rebus: sed res ipsæ mensurantur & pendunt à verbo: & in tantum sunt veræ in quantum ad similitudinem verbi accedunt. Et quia nullus potest veritatem cognoscere, nisi adhæreat veritati, operæpretium est, eum qui volet veritatem cognoscere, huic verbo adherere. **V G O S V M V E R I T A S**, id est vera fidei rectitudo, atque determinatio, & rectissima regula, amouissique optima. Nam ego sum lumen, quod mundum illuminat, & germanam veramque doctrinam ego trado, veròque Christianos facio. Verax sum, & alios veraces facio. Ergo extra me, omnia sunt mendacia.

Christus veritas. Veritas quid est.

Et vita.

Verè vita est, qui ex seipso & per se viuunt. Quicquid aliquam operationem ex se habet, dicitur viuens. **Q**uæ enim ex seipsis motum non habent, (ait Thomas) dicuntur non viuentia. Inter operationes vitæ, operationes intellectuales sunt præcipuæ, vnde & ipse intellectus dicitur viuens, & actio eius est quædam vita. In Deo autem idem est Intelligere & Intellectus. Vnde manifestum est quòd Filius, qui est verbum intellectus Patris, est vita sua. **V G O (inquit) S V M V I T A**, qui omnes creo, deinde omnes credentes recreo & renouo noua Spiritus regeneratione: reliqua sunt mors & perditio. Hæc sententia, **V G O S V M V I A** &c. totius Euangelii caput & summa est: ex qua veluti ab effectibus accipi potest perfectissima **C H R I S T I** descriptio. His non ab similia scripsisse videtur Paulus 1. Corinth. 1. Ex ipso autem vos estis in **C H R I S T O I E S V**, qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio, & redemptio. Neque aliud est quod hic dixit quàm quæ suprà, quum se nunc panem vitæ, nunc lucem mundi, nunc ostium in ouile Dei, nunc bonum pastorem, nunc resurrectionem & vitam, & id genus alia esse testatus est. Via vtique ad Patrem est: quia hac sola aditus est ad Patrem, & vitam æternam, hoc est per se solum Christum, iustitiam & salutem cõsequi possumus. Veritas est, quia per ipsum (vt suprà cap. 1. dictum est) gratia & veritas facta est: id est per ipsum solum vera iustitia omnibus contingit. Vita est, quia solus est immortalitatis fons, cui quisquis inhæret, huic non est formidanda mors. Solus viuificat, vt æternum & beatè viuamus. **V I A** est **C H R I S T V S**, vt homo, qui sua cruce viam aperuit: **V E R I T A S** est & **V I T A**, vt Deus. Est igitur **C H R I S T V S**, Deus & homo: quem qui prædicauerit, rectam & certam viam ad vitam æternam ostendet.

Vita quid est. Viuens. Intellectus.

Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Exegesis est illius quod dixit, Ego sum via ad Patrem. Vt nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, & nemo ad secretum hominis venire potest nisi per verbum hominis: ita neque Patrem nouit (Matth. cap. 11.) nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: nec ad Patris cognitionem accedet, nisi per verbum Patris. Est igitur Filius via ad Patrem. Proinde extra Filium quid quæso offendetur quod nõ absterreat nos, ne ad Patrem accedamus? Extra **C H R I S T V M** sola caro est: hæc profecto nihil commune habet cū his quæ Dei sunt, omnino aduersatur rebus Dei. Nõ humana ratio, quæ quomodo ad Deum accedant, ignorat. Non Lex, quæ iram Dei operatur, & ostendit nobis Deum iratum. At quum diuina maiestas excellentior ac maior sit, quàm vt illa nostris viribus aut cognoscamus aut assequamur, necessarium est credamus solum **C H R I S T V M**, verbum Dei, esse vnicam viam penetrandi ad Patrem. **P E R M E**, id est, per meum meritum, siue per mortem meam, qua merui auferre omnia scandala & impedimenta viæ ad Patrem. Ego enim abstuli peccatū, mortem & tyrannidem Satanæ, mea cruce: quæ impedimento erant ne ad mansiones quæ in domo Patris mei sunt, accederetis. **N E M O** igitur accedet ad Patrem, id est nemo diuinæ naturæ particeps fiet, nisi per **C H R I S T V M**, qui naturalis substantialisque imago Dei Patris est. Si quis rogauerit, **Q**uomodo hæc cõueniunt cum his quæ suprà, cap. 6. scripta sunt, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum? Respondeo: Hic locus cū illo ostendit Patris & Filii æqualitatem, vnam potestatem & vnam operationem. Se enim æquiparans Patri, manifestat se Deum, qui trahit & agit sicut Pater, & quæ operatur, illa & Filius operatur, dum Pater trahit, Filius similiter trahit. Summa huius loci cum sequente est, Extra **C H R I S T V M** neque salutem esse neque cognitionem Dei Patris, neque viam ad Deum Patrem & vitam æternam.

Christus via ad Patrem. Extra Christum, sola caro. Lex iram operatur.

Meritū Christi.

Accedere ad Patrem.



## Si cognouissetis me, &amp; Patrem meum utique cognouissetis.

Accessus ad Patrem per Christum.

Patrem cognoscere.

Trinitatis cognitio unde oritur.

Amodo, partem la.

Cognitio.

Pater visus in Filio.

Quoniam Deus inaccessibilem locum inhabitat, & inuisibilis sit, qui neque oculis corporeis, neque animo iuxta suam naturam percipi potest, tamen ad illum est nobis per CHRISTUM accessus, & illius cognitionem ac visionem quodammodo in CHRISTO habemus. Quum enim natura nostra imbecillior & fractior esset quam ut cum Deo loqui, & illum intueri sustineat, dedit nobis Filium suum mediatorem, in quo & per quem cum Deo nobis agendum est. Proinde, qui Filium, ut verè filium suscipit, is ad cognitionem Patris conscendit: nunquam enim filius esse intelligitur, nõ intellecto patre. Nam ut ad cognitionem filii, cognitio patris facit: sic ad cognitionem patris, filii concurret cognitio. Hic locus primò ostendit ordiendam esse cognitionem Patris, non à maiestate Dei Patris, nec ab eius diuinitate & essentia, sed à CHRISTO seu verbo, in quo est cum Patris Dei imago, tum voluntatis Dei reuelatio. Suprà cap. i, Deum nemo vidit vnquam, Filius Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis. Matthæi cap. ii, Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Patris voluntas nescitur, nempe quos saluos facere velit, nisi eam in CHRISTO videamus. Deinde hic locus prauam quorundam opinionem excludit, qui fidem Trinitatis negligentes, putant sufficere vnus Dei cognitionem ac confessionem. Per Filium enim accedendum est ad Patrem: Filii nanque meditatione ac speculatione Patrem cognoscimus. Nemo dubitauerit, ut si credat Filium subsistere & ex substantia Patris verè nasci fateatur, quin in Patrem quoque verè credat. Est igitur necessaria cognitio Filii, ut ad Patris & Trinitatis cognitionem ac speculationem veniamus. Oritur hæc tantæ maiestatis cognitio à Verbo, in quo & imago & voluntas Dei relucet. Huc pertinet quod CHRISTVS docens (Matth. cap. 6.) suos discipulos, orare vult eos non à maiestate Dei, sed sic eos incipere, Pater noster qui es in cælis, &c. Hoc est qui per Filium nobis Pater factus es. Germanus huius loci sensus & summa est: Quemadmodum (inquit CHRISTVS) ego sum via ad Patrem: ita & cognitio sum, qua Pater cognoscitur. SICOGNOVISSETIS ME, id est fide me apprehendissetis. Est fides medium quo & CHRISTVS & eius totum apprehenditur officium ac negotium.

## Et amodo cognoscitis eum, &amp; vidistis eum.

VOX AMODO, non designat horam illam qua hæc verba pronuntiata sunt: sed totum illud tempus aduentus CHRISTI, quo Patris cognitio cœpit CHRISTI operibus, doctrina, & miraculis orbi relucere. Videntes enim CHRISTI opera, & eius doctrinam audientes discipuli, cognouerunt & viderunt Patrem in Filio. COGNITIO significat mentis speculationem, quam mens humana, lumine Spiritus adiuta, habere potest de natura diuina, quæ super omnia, & per omnia in omnibus est. Verbum VIDISTIS, insinuat miraculorum certitudinem. Cognouerunt itaque discipuli Patrem in Filio, quem verè confessi sunt. Quomodo enim Nathanael audiens CHRISTVM dicentem (Ioan. cap. 2.) Priusquam Philippus te vocaret, vidi te sub ficu, acclamasset, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel, nisi ex verbo & cognouisset & vidisset Patrem? Qui fieri potuit, clamassent discipuli post sedatos maris fluctus (Matth. cap. 14.) Verè filius Dei tu es, nisi hoc in discipulorum animos incidisset. Quis dixerit discipulos Patrem & Filium ignorasse, quum roganti CHRISTO, Quem dicunt homines esse Filium hominis, per sui sodalitiæ principem, Petrum, responderunt, Tu es CHRISTVS Filius Dei viui. Viderunt Patrem in Filio, dum illum in Filio conspexerunt imperantem ventis & mari, propellentem verbo morbos quamlibet immedicabiles, verbo euocantem mortuos ad vitam. Sed hæc mysteria nondum assequerantur rudes adhuc & satis imperiti Apostoli. Hæc cognitio est ænigmatica de qua Paulus 1. Corinth. cap. 13, Videmus per speculum in ænigmate, &c. Perfecta erit quando videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. cap. 3, Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Obserua. Græcis legitur *γινώσκω*, id est cognoscitis, suffragantibus & antiquissimis exemplaribus & grauius doctoribus. Sensus huius loci est: Si me cognouissetis, nimirum & Patrem cognouissetis, imo iam aliquo modo cognouissetis Patrem, quem vobis ignotum creditis: nec solum cognouissetis illum ex Legis institutione, sed etiam vidistis eum. Videbant illum in Filio miracula operantem, ut prænotauimus.

## Dicit ei Philippus.

Quum Philippus vidisset Thomam tam amicè à Domino excipi, atque Dominum tam familiariter docuisse quomodo ad Patrem veniendum sit, nimirum per Filium, & quod Pater in

ter in Filio cognoscatur, quòdque Patrem iam cognouissent & vidissent, cæteris discendi audior audeat compellere Dominum: sed sui ingenii ruditer & crassitiam exerit, dum fide contentus esse non vult, sed certò rem nosse, sentire & cernere. Gestiens enim cum cæteris videre Patrem, imaginatur sic posse conspici Patrem, quemadmodum conspiciebat Filium: quoniam nec substantiam, nec dignitatem ac maiestatem Filii viderant, qui oculis corporeis CHRISTVM aspexerant.

## Domine.

Voce Domine, Philippus captat beneuolentiam à dignitate personæ CHRISTI, & subindicat se aliquam de CHRISTO concepissee fidem.

## Ostende nobis Patrem, &amp; sufficit nobis.

Domine, ais nobis visum esse Patrem, imo hoc vti nam nobis concederes & largireris ut Patrem tuum coram liceret conspiciere: nihil amplius desideraremus: nobis enim factum esset satis. Nam licet millies dicas nobis, Si me cognouissetis, & Patrem meum utique cognouissetis, non possumus ita discere Patrem. Superest igitur aspectus: ostende nobis illum oculis corporeis. Quasi dicat: Si nobis etiam signum obiciatis, tum demum credemus. Audiens Philippus Prophetas cum Deo oculis corporalibus vidisse, tum ipsi familiariter fuisse colloquutos, desiderabat & ipsum oculis corporeis videre, ignorans quòd illa cõtingerint Prophetis per cõdescensionem. In Philippo legimus rationis humanæ genium. Quæ quum credere & verbo (quo & Pater & voluntas eius discitur) adherere non possit, vult alio modo & via quam fide, hoc est vult omnino signis & sensu certificari & assecurari. Hæc docent quanta laboret ignorantia Philippus, qui imprimis opinatur Deum Patrem humanis sensibus subici, & oculis corporeis conspici posse. Secundò, absurdum est quòd excludat CHRISTVM, ut eum in quo solo innotescit Deus Pater, & voluntas eius hominibus. Tertio, absurdum est quòd ordiatur Patris cognitionem à maiestate Dei, non autem à CHRISTO, in quo solo innotescit Deus Pater, & eius voluntas. OSTENDE, inquit, nobis Patrem, scilicet ut est in sua diuinitate & maiestate, EST SVFFICIENT nobis, id est firmi erimus & certi nos cognoscere Patrem. Horum summa est: Philippus opinatur se multò certiorè fieri, si Patrem videret oculis corporeis, quam si simplici & nudo verbo crederet. Est proculdubio optimi Christiani, nudo & simplici verbo credere & adherere, nec aliud signum expectare: quum fides securam ac certam reddat conscientiam. Roma, cap. 5, Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum.

Propheta quomodo viderunt Deum.

Fides pacem reddit conscientiam.

## Dicit ei IESVS.

Tam rudem Philippi interrogatione & incredulitate, Dominus paulò seuerius corrigit. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?

Inexcusabilem Philippi imperitiã ostendit, qui multo & longo tempore cum CHRISTO docente non didicerit CHRISTVM, in quo Patris cognitio relucet. Nam difficilia sublimiaque theoremata etsi breui tempore nequeant exquisitiùs intelligi, in longis tamen temporibus à studiosis percipiuntur. Quæ vero facilia cognita sunt, ea sine labore, statim quum audimus, consequimur. Quid agis ó Philippe, insecitiam & ruditeriam tuam prodidis, dum ista rogas. Quid quæso tibi potuit impedimento esse, quo minus agnosceres me, qui quum docuerim & prædicauerim tanto tempore, te etiam audire, ut iam perfectam mei cognitionem habuisse debueris, adhuc dubitas: & hæcenus tu & condiscipuli, me, me inquam tandiu vobiscum versatû & vos docentem non cognouistis? ME, id est, quis simi natura & vnde sum: in quo innotescit Pater & voluntas eius, & quòd extra me, neque salus neque Patris cognitio est: quòdque nõ à maiestate Patris, sed à me oritura sit Patris cognitio, & via ad Patrem? Ego enim & doctrina & operibus aperui me esse Filium Dei, Deum neminem vnquam vidisse: me solum esse qui ostenderim Deum, ut in me possit conspici: docui voluntatem Dei esse erga credentes bonam & suauem, hoc est docui plane Deum Patrem per me placatum iri, & per me esse Patrem credentiu, & adhuc non cognouistis me. Obserua. Particula VOCAVIM, ostendit Apostolos reliquos cû Philippo in eadem ignorantia stetitisse.

Cognoscere Christum. Philippi ignorantia.

## Philippe, qui videt me, videt &amp; Patrem. Quomodo

## tu dicis, ostende nobis Patrem?

Philippe, post tot à me auditas conciones de cognitione Patris, & via ad Patrem, qua fronte mihi dicis, ostende nobis Patrem? quasi qui viderit me, non viderit & Patrem meum:

Pater alius à Filio.



*Pater alius à Filio. Similitudo Patris & Filii. Filii imago Patris.*

*Videte.*

*Patrem videte.*

*Filius in Patre. Pater in Filio.*

*Sabelliani.*

*Fides de Trinitate.*

*Patris & Filii omnia communia.*

*Patris & Filii individua societas.*

*Christus esse in Patre, & Patre in Christo.*

non quoddam alius sit Pater quam ego, sed quoddam inter duos, nulla sit dissimilitudo iuxta naturam similiorem. Hoc tuis oculis corporeis non est subiectum, sed fide videndum est, hoc est cognoscendum & credendum. Quum Deus Pater omnia sua bona & omnem suam voluntatem in Filium Verbum suum, effuderit, non illa deferendo, sed eadem communicando: est certe Filius expressa Patris imago & facies. **QVI VIDERIT** igitur, id est agnouerit Filium, agnouit & Patrem. Hæc non subiiciuntur oculis corporis, sed fidei. **Qui** itaque credit, is videt. **V I D E R E**, hoc loco est mente cognoscere, & fide apprehendere. Philippe, tu visu corporali quæris Patrem videre, putans te iam vidisse & cognouisse me. Hoc certo scias quoddam si me vidisti, vt videre oportet, corporaliter quidem me vidisti, quia & corpus assumptum fero, diuinam autem substantiam non vidisti, atque ita Patrem non vidisti: sed si in me credideris, audisti me loquentem, vidisti me miracula patrarem: in his nimirum Patrem audisti, Patrem vidisti: nam quum vna sit substantia, vna quoque est scientia. **Qui** perfecte cognoscit Filium, perfecte cognoscet Patrem: & qui imperfectè & obscure Filium nouerit, imperfectè & obscure cognoscet Patrem. **Obserua.** Apostoli in Domino Deum viderant, nec tamen agnoscebant se Deum vidisse, propter cognitionis huiusce tenuitatem, & Spiritus adhuc modicitatem. Proinde qui Spiritu Dei non sunt destituti, & verba gestaque Domini rectè considerant, Deum ipsum esse haud quaquam dubitare possunt.

**Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?**

Rationem **CHRISTVS** adducit, cur is videat Patrem, qui videt **CHRISTVM**: Nam inseparabili naturæ, volutatis, & virtutis consortio Filius est in Patre, & Pater in Filio. Et id est Filium esse in Patre, & Patrem in Filio. **O** Philippe, non credis, quia ego Genitoris naturam vt imago substantiæ suæ perfectissimè ad illam formatus, in me totam exprimo, non exterioribus aut aduentitiis dignitatibus, sed naturalibus naturæ Patris perfectionibus splendens: Id enim verè sum quod Pater est, ratione identitatis substantiæ. Tu rogas videre Patrem, credito me in Patre esse, & Patrem in me, & vidēs me, vides Patrem. Pater enim & volutatis Patris per me innotescit. Hic locus primò prorsus deprimit Sabellianos, distinctionem personarum non admittentes. **Vox** **VEO**, personam vnam indicat, nempe Filium: & **PATER** aliam explicat. Deinde docet personarum distinctionem & consubstantialitatem. Firmiter credamus Patris & Filii vnam esse diuinitatē: & Patrem velle per Filium cognosci: quia Filius in Patre est, & Pater in Filio.

**Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor.**

Quasi diceret, Tanta est identitas inter me & Patrem, vt voces meæ illius sint: & quæ facio, illius opera sint. Philippe, propter indiuiduam naturæ voluntatisque societatem, ego semper in Patre sum, & ille semper in me, per me loquens, per me miraculis suam declarans virtutem: nihil **EX ME IPSO**, hoc est ex priuata autoritate aut loquor aut facio. Non ex me loquor quicquam, quod ille idem non loquatur per me: nec ex me facio quicquam, quod ille per me non simul operetur. Nihil habeo quiddam proprium quod meum & separatum sit à Patre, sed omnia communia. **Qui** fieri igitur potest à Philippe, vt inseparabiles separet, & altero conspecto, alterum desideres conspiciere, & altero cognito, credas alterum ignotum? Hic locus confirmatio est eius quod dixit, **Qui** videt me, videt & Patrem. Verba quæ ego loquor vobis, scilicet, **QVI** videt me, videt & Patrem, **AME IPSO** non loquor, hoc est non ex priuata autoritate, sed & Patris & mea, quæ vna & eadem est. Ergo doctrina quam vobis annuntiaui certa est, **QVI** videt me, videt & Patrem meum.

**Pater autem in me manens, ipse facit opera.**

Ostendit **CHRISTVS** indiuiduam esse naturæ Patris & Filii societate. **PATER** **IN** me manens, id est Pater qui mecum vnum est substantia, ipse facit **OPERA**, quæ vobis exprimo. Dico, Lazare, veni foras: hoc quod loquor, similiter & opus, quod est Lazari excitatio, **SVNT** non ex meipso solo, sed **PATRES** in me manentis, hoc est sunt cum ex me, tum ex Patre: quia opera Patris & mea, sunt indiuisa: atque ita etiam si ego faciam, Pater facit: & si Pater, ego facio.

**Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est?**

Quasi diceret, Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est: id est, Credite omnia Patris esse quæ per me dicuntur: aut geruntur, & nullum inter nos duos esse discrimen, quorum vna indiuiduæque est naturæ & voluntatis societas. Atque oportet quum auditis Patrem & Filium, nihil aliud inquirere pro constituenda substantiali cognatione. **CHRISTVS** itaque in Patre esse, & Patrem in **CHRISTO** esse, est Filium & Patrem vnà operari,

perari. Vnde **CHRISTVS** vult inferre hoc Enthymema, Ego & Pater vnà operamur, ergo mihi credere debetis: apertè insinuans non aliter nos credere oportere, quam ipse velit, qui veritas est.

**Alioquin propter opera ipsa credite.**

A verbis ad opera appellat **CHRISTVS**: quasi dicat, Si verbo credere nõ sustinetis, credite saltem signis & operibus quæ de verbo & doctrina mea testantur, & quibus Pater de me testatus est. Siquidem opera & signa, verbi testimonia sunt. Opera quæ vobis ostendi, Deo digna & homine maiora, debuerant vobis facere fidem, Patris esse quicquid ex me proficiscitur, me simul cum Patre operari, me Deum esse cum Deo Patre, Filium Dei, nihil à meipso loqui & facere, eandem nobis metem esse, eandem voluntatem, eandem vim & naturam. Hoc igitur credite, hoc tenete, hoc animis vestris infixum habete.

**Amen amen dico vobis.**

Quia gloria Dei quæ per credentes in **CHRISTVM** propagatur, & vtilitas proximi postulat, **CHRISTVS** iurat, & præmiis suos ad fidem inecat ac inuitat. Præmium est: omnia sunt credentibus in **CHRISTVM** possibilia. Non ab simile tractatur Matthæi cap. 17. & Marci cap. 11. **Obserua:** Quemadmodum præmium fidei, est omnium rerum possibilitas, ita incredulitatis præmium, est omnium rerum impossibilitas.

**Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.**

Huius orationis Dominicæ ad discipulos status est, Non esse illis dolendum de discessu eius, quandoquidem cederet illis in minus bonum: sed studiosius nitendum esse, vt muneri Euangelico fortiter ac diligenter obeundo sese accingerent. **QVI** **CREDIT** in me, hoc est qui me excipit vt Deum, & certò statuit apud se me esse salutem mundi, viam ad Patrem, vnum cum Patre esse, & extra me neque salutem neque Patris cognitionem esse, **OPERA** **QUÆ** ego facio & ipse faciet, id est huic credenti in me nihil impossibile erit. **OPERA** vocat cum externa miracula, tum interna: qualia sunt tranquillare Euangelio conscientias, & huiusmodi quæ **CHRISTVS** communiter ad gloriam Patris operabatur, vt nõ intelligas opus redemptionis quod tunc operabatur. **ET** **MAIORA** his faciet. Magna certè & admiranda Vnigeniti potentia, qui etiam aliis dare possit, faciant maiora quam ipse fecerit. **Quid** **CHRISTVS** pollicetur discipulis, quod credentes maiora præstarent opera quam ipse fecerit, an maius est **CHRISTI** miraculis, vmbra corporis morbos depellere? id quod de Petro legimus Act. 5. Huic tamè æquale est quod Christus æmorrhossam tactu fimbriarum sanauit, Matthæi cap. 9. & adhuc excellit mortui Lazari resuscitatio. **Quæ** igitur maiora? Respondeo: Natura non potuerunt maiora facere: quid enim maius potuissent quam verbo, mari & ventis imperare, morbos & demones pellere, mortuos reuocare in vitam? maiora numero & efficacia præstiterunt, sed Domini Spiritu, quoties gloria Dei postulabat miraculū. Ampliora fecerunt, quia in omnē terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrarum. Plures quoque gentes verbo Apostolico ad Euangelium & confessionem Christiani nominis adductæ sunt, quàm dum **CHRISTVS** in paruo orbis angulo, hoc est in Iudæa, prædicauit.

**Quia ego ad Patrem vado.**

Dominus rationem & conclusionem omnium præcedentium quæstionum, & consolationem appendens, ait, **QVI** **VADO** ad Patrem: quasi dicat: Consolamini: ego abitu meo nõ pereo, sed in propria permanebo dignitate in cælis: ego morte mea & resurrectione auspicator regnū, vbi omnia impleam, dū plura & maiora donati meo Spiritu facietis. **CHRISTVS** enim gloriosus regnat ad dexteram Patris, residens, qui antequam crucifigeretur, non debuerat adeo inclarescere & glorificari. Vnde tantam siue tam copiosam & numerosam, vt ita loquar, ipse in sua carne mortali potentiam, quantam post ascensum ad Patrem in discipulis exerere non debuerat. Nam gloria **CHRISTI** per Apostolos erat illustranda, & nomen eius per vniuersum orbem celebrandum: ac ita quod **CHRISTVS** cœperat in carne mortali, amplius & copiosius per Apostolos opus, perficiendum voluit. Marci capite vltimo, Signa eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo demonia eiciant, linguis loquentur nouis, &c. Rogabis, **Quid** hoc est, **QVI** **VADO** ad Patrem? **CHRISTVS** vnquam à Patre abfuit? Nunquam abfuit, qui cum Patre & in Patre ab æterno est: semper æqualis Patri potentia, maiestate, & gloria. Ipsum **CHRISTVM**

*Miracula sunt verbi testimonia*

*Filiis premium.*

*Credere in Christum.*

*Opera.*

*Miracula discipuli operati sunt maiora numero quam Christus.*

*Christum vado ad Patrem*



V A D E R E ad Patrem, est C H R I S T V M, vt hominem, transire à statu mortali ad immortalē, & ingredi per mortem & resurrectionem in regnum Patris, ad dexteram eius confidere, & omnium creaturarum dominium reuelatē accipere ac vindicare: non quod non tantum potestatis prius habuerit, quum ab initio suae incarnationis fuerit eiusdem autoritatis & maiestatis. Quam autoritatem & maiestatem tempore suae carnis dissimulauit, & seipsum exinaniens, figura repertus est vt homo, affectibus corporis, doloribus, & reliquis passionibus absque peccato obnoxius, vt nos à morte redimeret. Itaque quod in ipso latebat, & ab initio incarnationis suae possidebat, hoc per resurrectionem, ascensionem, ac Spiritus Sancti missionem reuelabatur. Aut dici potest, Q V I A vado ad Patrem, id est, quia expedit hominum saluti, vt ego ad Patrem redeam: vos suffecti eritis in officium meum, & in vices Euangelicæ functionis succedetis, vt credentes in me, eadem quæ ego feci, imo his maiora & ampliora faciatis. Ego in bonum vestrum vadam ad Patrem, omnia aperte & reuelatē in manu accipiens, vt potenter super omnia quæ in cælo & terra sunt, regnum obtineam. Quare de abscessu meo nolite turbari, sed confidite. Ego transitu meo impetrabo etiam Gētibus salutē & Euāgelii reuelationē, quæ vestro ministerio in toto orbe fiet: fide viuā state, omnia etiam quamlibet aduersa vincetis, nō vestra sed mea virtute.

### Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.

Quasi diceret: Simulatque ego ad Patrem venero, nihil est quod solliciti sitis. Nolite putare incredibile quod vobis pollicitus sum. Bis eadem repeto, vt certiora vobis sint quæ promitto: Quæcumque petieritis Patrem in nomine meo, quorum opus habueritis, & rogaueritis Patrem in nomine meo, ego vobis hoc faciam. I E S V S C H R I S T V S his verbis non tam viam aperuit ad Patrem, quam vires accedendi donauit, & animos ad petendum addidit, vt tuto & facile ipsum accedere precibus nostris audeamus. Deinde subiicit orationem, vt medium quo optatū finem cōsequamur. Appendit, I N N O M I N E M E O, id est in virtute mea & meo merito: quoniam ante C H R I S T I tempora in consuetum erat (paucissimis enim id contigit) quicumquam à Filio peti, & per eum ad Patrem accedere. Huius mysterii & modi orandi fundamēta iacere voluit, vt per Apostolos & orandi modū & consequendæ gratiæ spem ad nos transmitteret. Quum itaque ait P E T I E R I T I S Patrem in nomine meo, significat nos exaudiri propter nomen eius: nam orantes in nomine C H R I S T I, credimus nos exaudiri propter C H R I S T V M. Proinde potestatem suam declarans ait, E G O F A C I A M, eadem potentia qua Pater: aut vt homo ego interpellabo & apud Patrem impetrabo vt accipiat. Obserua, C H R I S T V M pro nobis interpellare apud Patrem. 1. Ioan. 2. Rom. cap. 8. Nunquam C H R I S T V S frustra intercedit ac interpellat, sed cum effectu impetrat vt petita accipiamus. Et hac de causa hæc omnia facit, vt clarificetur Pater in Filio. Quum audis I N nomine meo, aut nos per C H R I S T V M donatos esse aliquo beneficio, & per ipsum nos exaudiri, caue credas seorsum quicumquam à Patre dari, & seorsum à Filio: vna enim eademque gratia est quæ à Patre & Filio proficitur. Gratiarū quippe distributio, sicuti cætera omnia (ait Cyrillus) ex Patre per Filium est: per Filium autem vt non ministrum, sed vt per coauthorem (vt ita dicam) & verè largitorem. Vna enim deitatis natura est, quæ in Patre & Filio & Spiritu Sancto verè atque catholicè ita creditur esse, vt nullam omnino diuisionem, nullam (vt sic dicam) dilacerationem patiat. Quumque nemo veniat ad Patrem nisi per C H R I S T V M (vt ipse ait) ianua & via reconciliationis hominum ad Patrem Filius factus est, dum homo factus est: & gratiam vnā cū Patre ipse distribuit. Ab vna enim natura & ab vno principio hæc fluunt: quod quidē principium in persona Patris & Filii & Spiritus Sancti esse intelligimus. Quare Filius Dei innotuit hominibus homo factus, vt credamus eum esse viam ad Patrem, esse salutem mundi, & in nomine eius Patrem esse rogandum, apud quem interpellans pro nobis vt homo semper exauditus est pro sua reuerētia. Hæc tam sancta mysteria ipsi Apostoli docuerunt, à quibus ad hæc vsque tempora & finem seculi deriuatur & fluit tam salutaris doctrina verbo & fide amplexanda.

### Vt glorificetur Pater in Filio.

Quia vna eademque est Patris & Filii gloria, omnia quæ nomine meo facietis, cedēt in Patris gloriam. Glorificabitur tum demum Pater per Filium, missione Spiritus Sancti, qui solus cognoscens quid gloriam Dei promoueat, excitabit credentes vt glorificent Patrem in me, quando hunc titulum & hanc gloriam dabunt Patri, quod precantium exauditor est per me: quos quamlibet longa oratione orantes, nisi intercessor fuero, non exaudiet. Christi

*Petendū Christi nomine.*

*Nomen pro merito.*

*Orantes in nomine Christi.*

*Glorificare Patrem in Filio.*

C H R I S T I itaque Spiritu per Christum donati, omnem gloriam non nobis, sed Deo Patri dabimus transcribemusque, qui proprium Filium suū pro salute nostra, non ex meritis nostris aut nostra iustitia, sed ex sua ineffabili misericordia tradidit. Hæc dum cognoscimus & gratias agimus, glorificamus Patrem per Filium: & quum glorificamus tam potentem & liberalem in nos Filium, glorificamus & qui tantum genuit Filium.

### Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Hæc toties repetita alacres nos reddunt, & obfirmant aduersus inferorū portas. Quū dicit, S I Q V I D petieritis me, ostendit se Deum esse, sicut supra, Creditis in Deum, & in me credite. Si quid petieritis me Deum, I N N O M I N E meo, id est credentes in me, & certō apud vos statuentes vos exaudiri per me C H R I S T V M verum Deum & hominem, mediatorem Dei & hominum: N O C F A C I A M, id est effectum reddam. Hæc verba sunt promissio exauditionis. Ergo exauditio propter promissionem C H R I S T I certa est: & audenti animo, & firmo orandum est. Obserua: quū dicit S I Q V I D petieritis me, ostendit se idem cum Patre esse, vnā & æqualem potentiam habere. Atque confirmans sermonem suū secundō dixit, N O C F A C I A M: vt ostendat quod ipse id autoritatis & potentiae habet, vt faciat: & nō indigeat subintroducā & aduētia virtute. Hæc omnia dixit discipulis, ne quum audiunt ipsum abiturum ad Patrem, turbentur, putantes ipsum morte sua obscurari & perire, sed meliora sperent, dum abiens clarior fiet, & suis ad maiora opera faciendā vires sit daturus.

### Si diligitis me, mandata mea seruate.

Signum vulgaris & ciuilis amoris in me exhibetis, quum videamini propter meum hinc abscessum tanto mœrore affici: sed si ardentis & nunquam perituri amoris argumentum præstare vultis, (vt merito & iure optimo debetis) certiores de persona & doctrina mea facti, ipsā re declarete charitatem erga me: declarabitis autem, si studiose seruaueritis non legem, quam mox sum abrogaturus, sed M A N D A T A M E A, hoc est præcepta quæ dedi vobis, scilicet vt in me credatis, in nomine meo oretis Patrem, & inuicem diligatis sicut dilexi vos. Non putauerim hoc esse diligere me, scilicet tristari & mœsto vultu esse, sed verè credere his quæ vobis annuntiaui iuxta Patris præscriptum. Monui vos ne terreamini ab his qui occidunt corpus. Quare si me diligitis, obseruate hoc, & nolite ob mortē meam corporalem breui duraturam eo mœrore affici quo videamini animos despondere. Rogabit quispiam: Quis verus amandi modus, & quibus rebus verus conflatur amor? Respondeo: Quæmadmodum nec virtutis vires nudis verbis consistunt, nec vera pietas solo verbo confirmatur, sed bonis operibus & animo probè affecto cognoscitur: ita mandatorū Dei obseruatio, index est germanæ charitatis erga Deū. Hoc aperte docuit C H R I S T V S (Matthæi cap. 7.) dicens, Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei. Colligamus ex his: absolutus fidei terminus, & dilectionis Dei manifestatio, est mandatorum Euangelicorum custodia & obseruatio: quæ mandata & Patris voluntatē ac sermonē C H R I S T V S non vt Prophetarum aliquis & homo simplex ac minister, sed vt consubstantialis & idem natura cum Patre sicut Filius à substantia Patris natus, sicut verbum & substantia & consilium Patris, verba nobis Patris & sua loquutus est.

### Et ego rogabo Patrem.

Occupatio est, ne responsarent Apostoli, dicentes, Quis nō mœrore afficeretur ac tristitia, dum audiret se multo priuatū iri solatio & refocillatione, quam ex sui Domini præsentia accipit? Respondet Dominus, non priuabimini cōsolatione. Expedit quidem totius orbis salutē, vt hanc meam præsentiam à vobis subducam, nec tamen abiens destituam vos desolatos: nam posteaquam ad Patrem abiero, rogabo illum. Rogat C H R I S T V S, vt homo, mediator noster & Pontifex apud Patrem, 1. Ioan. 2.

### Et alium Paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū in æternū.

Ego subductus à vobis, impetrabo à Patre, qui mihi nihil negat, ille vt mittat vobis ALIUM PARACLETUM, id est consolatorem, tutorem ac gubernatorem, V T M A N E A T vobiscum in æternū: hoc est qui semel missus nunquam abeat à vobis, sicut ego nunc per crucem ex hoc mundo auferor. Donatio siue missio Spiritus Sancti, est effectus abitionis C H R I S T I ad Patrem, seu mortis & resurrectionis C H R I S T I. Ad Ephes. cap. 4. Ascendens C H R I S T V S in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona ho-

*Probatu Christi sui esse Deum.*

*Exauditionis promissio.*

*Amor non vulgaris Apostolorū in Christi.*

*Charitatis non fictæ signum.*

*Christus vobis rogat.*

*Paracletus.*

*Spiritus Sancti missio, est effectus abitionis Christi ad Patrem.*



minibus: hoc est, **C H R I S T V S** sua morte & resurrectione meruit nobis missionem Spiritus Sancti, qui nostras infirmitates iuuat, vt credamus & oremus quomodo oportet. Nōsq̄ ex carnalibus reddit spirituales, suggerens credenti omnia quæ sunt ad salutem. Obserua: Spiritus Sanctus manere in nobis dicitur per sua dona: quorum alia sunt necessaria ad salutem, vt fides viuua, spes, & charitas quæ non excidit, sed permanet, 1. Corinth. cap. 13, alia sunt ad manifestationē Spiritus. 1. Corinth. cap. 15, Vnicuique datur manifestatio Spiritus, &c. **A L I V M** Paracletum, Spiritum Sanctum appellat, non quia Patri, & Filio cōsubstantialis non sit, sed quia in propria persona & subsistentia esse intelligitur. Spiritus enim neque Pater est, neque Filius, sed Patris & Filii Spiritus est, ab vtroque veluti ab vno principio procedens. Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus. Neque est aliud à Patre & Filio, quibus est cōsubstantialis: neque minor, neque maior: sed per omnia æqualis. Faceat hinc Sabellius dicens, vnam personam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ecce, audit, Alium Paracletū dabo. Cōfundatur Macedonius, qui dicit alterius substantiæ esse Spiritum, & minorem Filio. Ecce, audit Spiritum esse personam sicut & Filium: Ergo quum Spiritus sit diuina persona, oportet Spiritum cōsubstantialem esse Filio, sicut & Filius cōsubstantialis est Patri. Catholica fides constanter confitetur trium personarum in diuinis vnam esse diuinitatem, æqualem gloriam, & cōeternam maiestatem. Obserua: **P A R A C L E T V S** per e, scribendū in penultima, eaque producenda, quū Græcis *παρακλητος* per vocalem, η, quæ mutatur in e longam, scribatur. Latine dicitur Consolator, Aduocatus.

**Spiritum veritatis.**

Expendit, quis sit Spiritus, & quæ sint eius officia in Ecclesia Dei. **S P I R I T V S** hoc loco spirituales substantiam sonat. **V E R I T A T I S** dicitur, quia suapte natura veritas est, & à veritate diuina procedit. Est & ab effectu Spiritus veritatis: est enim afflatus quo Deus inducit nos in omnem veritatem, & aspirat corda nostra, & accendit ea ad sancta, pia, & iusta, recta & diuina. Patris Spiritus est: Filii Spiritus est: quem Pater similiter & Filius dat: non vt alienum & aduentitium de foris, sed vt proprium, & sibi cōsubstantialē largitur. Ioan. cap. 20. dicebat **C H R I S T V S**, Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, &c. Aut **S P I R I T V M** veritatis dixit, hoc est Spiritum non veteris Testamenti (vmbra enim & figuram patres in eo receperant) sed noui Testamenti, hoc est Euangelii, quod est veritas. Quasi dicat: habebant quidem in lege Spiritum, sed in figura, & vmbrosū: nunc autem reuelatē habebitis, qui vobis arcanis afflatibus suggeret omnium veritatem, quæ nunc veluti per somnium ac nebulam intelligitis. Eratque vobis pignus mei peculiare, & arrabo certificans vos, & quotquot in me credituri sunt, quod per me sitis Filii Dei. 2. Corinth. 1. **Q**ui autem confirmat nos vobiscum in **C H R I S T O**, & qui vnxit nos, Deus, qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Proinde hic Spiritus in nobis nō manet otiosus: nam quum nos reperiat adhuc infirmos, carnales, & affectibus carnalibus obnoxios, ipse subinde infirmitatem expurgat, & affectibus carnalibus dominatur, ac in locum affectuum carnalium suos fructus reponit: quos Paulus ad Galat. cap. 5. enumerat. Fructus autem Spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Quod si Spiritu (ait Paulus inibi) facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nā quicumque Spiritu Dei ducuntur, ii sunt Filii Dei. Nōne Apostoli prius habuerūt Spiritum Sanctū? an & Patriarchæ Spiritu non fuerunt donati? Respondeo: Patriarchæ, Prophetæ, & quotquot fuerunt pii, ante legem & in lege, Spiritum Sanctum Paracletum habuerūt, qui ipsos docuit, & in omnibus aduersis est consolatus: sed quia signis externis non erat reuelatus Spiritus, nondum dicebatur esse, qui tamen est ab æterno. Die Pentecoste missus, hoc est reuelatus est Spiritus perpetuus piorum credentium consolator: sicut scribitur Actōrū cap. 2. Vt in **C H R I S T V M** credentes, Spiritu Dei Sancto confirmentur, intus doceantur, & adornati adoptione filiorum Dei, omnium bonorum participes fiant. Obserua: Quum Spiritus Sanctus sit Spiritus veritatis, deducens nos in omnem veritatem, consequens est vt omnis doctrina quæ à Spiritu Dei non est, profus vana sit.

**Quem mundus non potest accipere.**

**C H R I S T V S** suos amplius consolaturus, præstantiam Sancti Spiritus explicat, simul & eximium Patris in ipsos amorem & incomparabilem dignationem: vt qui daturus sit discipulis Spiritum, **Q V E M M V N D V S** non potest accipere: hoc est, cuius Spiritus mundus, siue homines terrenis ac falsis bonis inhiantes, non sunt capaces.

Quia

*Spiritus Sanctus per dona sua in nobis manet. Domi Spiritus Sancti duplicita. Spiritus Sanctus persona Trinitatis.*

*Sabellii cōfuso Macedonii cōfutatō.*

*Paracletus.*

*Spiritus officia. Spiritus quis dicitur.*

*Spiritus veritatis.*

*Spiritus quare dicebatur ante Christi aduentum non esse.*

*Mundus nō est capax Spiritus.*

**Quia non videt eum, nec scit eum.**

A Etiologia est. Rationem reddit cur mundus non sit huius Spiritus capax: Quia quū Spiritus ille, cælestis sit, & mundus habeat oculos crassos, qui non nisi crassis ac terrenis delectantur: neque videt, neque nouit illum: non habet oculos contemperatos, ob id non videt. Qui quum cæcus sit & ignorans, nec videt fide, nec nouit, id est nec credit in eum. Non habet mundus inuisibiles oculos, quibus inuisibiliter videtur Spiritus Sanctus: qui tacitus arcanis animi sensibus illabitur, sicubi sedem congruam repererit. Obserua: His verbis **V I D E T** & **S C I T**, contemplationem & visionem significat. Quicquid nostrum est ex se, neque videre neque cognoscere potest Spiritū: quum, si velimus hunc habere Spiritum, sequentes **C H R I S T V M**, oporteat abnegare nosmetipsos. Qui enim vult me sequi ( inquit **C H R I S T V S** ) abneget semetipsum, & sequatur me. Ergo qui huius mundi sunt sapientissimi, sanctissimi, ditissimi & potentissimi ( quos mundus suspicit ac miratur ) neque vident, neque cognoscunt Spiritum Dei: nam sibi placent: & vt est in Psalmo, Oculos suos statuerunt declinare in terram, suas scyophantias noctes ac dies exercent, solam larum & speciem externam suspiciunt ac cplunt. Quæ quū Spiritus Dei arguat, illum respuunt, non admittunt, illius capaces nō sunt. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. At quos mundus abiicit vt viles & stultos ac purgamentum mundi, hi sunt Spiritus Dei capaces, & apud Deum sapientes.

**Vos autē cognoscetis eū, quia apud vos manebit, & in vobis erit.**

Quia ex Deo nati estis per fidem in me, vos quidem cognoscetis Spiritum nondum reuelatē: sed si pretis huius mundi præstigiis, doctrinam meam & vera bona scetemini, reuelatē & manifestē cognoscetis eum: quoniam non solum veniet ad vos, quemadmodum ego veni visibilis, sed etiam (vt iam vobis promisi) permanebit apud vos: nec ita morabitur apud vos quemadmodum patronus apud clientem: sed in vobis erit, hoc est illabatur animis vestris, quibus adhærebit reddēs testimonium spiritui vestro, quod estis Filii Dei: eritque vnus Spiritus in omnibus, qui vos per omnia comitabitur: & illo doctore cognoscetis quæ à Deo vobis donata sunt. 1. Corinth. 2. Nos autem (inquit Paulus) non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Quare filioli mei ( quos vt cunq̄ verbo cælesti genui licet adhuc rudes, donec adolescatis ad robur Euangelicum ) nolite animos despondere, quia non erit longum interuallum quum hic Spiritus consolator ad vos vteretur est. Obserua. Permanebit & erit in vobis Spiritus, Ergo credentes sunt templum Spiritus Sancti, vt docet Paulus 1. Corinthiorum cap. 6.

**Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.**

Tertia ratio est qua **C H R I S T V S** volens discipulis eximere de suo abitu mœrorē, promittit ostensurum se rediituum illis à resurrectione, nō autem mundo. Alludstque cū ad morituros qui hæredibus prospicientes, designant tutores, tum ad visitationem Apostolorum suo aduentu post resurrectionem factam. Quamquam (inquit) ad tempus abeo, nec amplius mortalis cum mortalibus victurus sum: ego tamen interea nō relinquam vos orphanos, & mei solatio destitutos. Rursus post triduum veniam ad vos. Turbamini quod audieritis dicentem me missurum alium paracletum, quasi verō me vltra non sitis visuri. Ego priusquam ad Patrem post hunc mortalem meum discessum remigrem, **V E N I A M A D V O S**, hoc est exhibebo me immortalem & conspicuum vestris oculis. Proinde mundus existimabit vos orphanos, qui neque videt neque agnoscit vestrum Patrem, neque amicos vestros, quos sicut & me odit: sed statim à resurrectione non solum me vestris oculis obiciam, verum etiā veniam, scilicet Spiritu consolatore, tutore, & gubernatore: è quo, vt maxime coram mundo videamini Patre & amicis destituti, vos tamen Deum, vt patrem acclamabitis, qui non relinquet vos, sed præstō erit, & paterno affectu in omnibus quamlibet duris, vos adiuuabit. Magna est hæc piorum consolatio, quum audiunt **C H R I S T V M** non relicturum suam Ecclesiam, cuius Spiritus Sanctus est & tutor & pater. Totus hic locus versatur in compendio & vtilitate seu fructu quem nobis produxit abitus **C H R I S T I** ad Patrem. Obserua. Vox **O R P H A N V S** mediā breui, sonat orbum parentibus, ac destitutum præstidiis amicorum.

**Adhuc modicum & iam me mundus non videt.**

Post suauissimas consolationes, repetit crucem suam: rem profecto discipulorum pat-

*Mundus cæcus.*

*Oculus inuisibilis.*

*Quare mundi sapientes nō sunt capaces Spiritus.*

*Illabi animis nostris dicitur Spiritus.*

*Credentes sunt templū Spiritus.*

*Spiritus Sanctus promissus discipulis & creditur tibus.*

*Orphanus.*



lato non congruam: sed consulto amara dulcibus commiscet, vt facilius calicem hauriant, & calicis vberimum consequantur fructu. Subducā me paulo post per mortem ab oculis mundi, vt tum sim inuisibilis mūdo, hoc est his qui temporalia æternis, & terrena cælestibus anteponunt. Obserua. Non sit tibi molestum in hoc contextu quod verbis præsentis temporis pro futuris, & futuris pro præsentibus vsus sit interpres. Hebræis sanè hoc solenne est, temporibus, præsentis, præterito & futuro, inuicem commutatis vti.

**Vos autem videbitis me: quia ego viuo, & vos viuetis.**

Rursus dulcia miscet amaris, vt facilius abitum suum ( quem vt sibi amarum & durum sentiebant ) ferrent. Huius sermonis sensus est: Quum ego eam vitam viuā quæ nulla potest morte extingui, certo apud vos statuere, quod licet mors & sepulchrum me substrahat ab oculis & conspectu mundi, videarque insipientium oculis mori, ego tamē semper viuo etiam in media morte, reuiscamque vos, & me rediuuū corpore vobis exhibebo: **V T V O S V I V E T I S**, id est non solum ego viuam, sed vos quoque in me credentes viuetis, etiam morientes. Moriemini quidem corpore, non autem Spiritu, quo semper mecum viuetis. Et quemadmodū mors mea facta est ad vitam, ita etiam si vos moriamini, imo si daretur milles occidi, viuetis. Cur ita? Quia ego viuo, sumque ego vita, mortem extinguis: ergo vos mihi ( qui sum vita ) insiti, & fide adherentes viuetis, & vita non priuabimini, vt mundus vobis aduerfetur, & vos interimat. Obserua. Postquam hinc abiit **C H R I S T V S**, inuisibilis factus est terrena sapientibus: visibilis autem viris piis & sanctis, hoc est creditibus in ipsum. Diuinum enim & intellectualem fulgorem & cognitionem congruam in animis eorum Spiritus inserit, & oculos cordis mirum in modum illuminat. Beati mundo corde, (dicebat ille,) quoniam ipsi Deū videbunt. Inuisibilia ipsi mundo fide vidētur. Piorum & credentium oculus, est fides: qua vsque ad **C H R I S T V M** sedentem in dextera Patris & videre & penetrare possunt.

**In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo.**

Iam quarta ratione cum discipulis agit, ab utilitate, ne ob abitum suū ad Patrem tanto mœrore prematur, quo putarent de **C H R I S T O** actum esse. **I N I L L O D I E**, id est die Pentecostes, quo ego reuelatē mittam Spiritum Sanctum, **V O S C O G N O S C E T I S**, supple ex reuelatione Spiritus Sæcti (qui animis vestris illapsus, docebit vos) **Q V I A E G O S V M** in Patre, id est quod sum naturaliter in Patre, ex ipso natus: quod Pater omnia sua bona ab æterno effuderit in me, non illa deserendo, sed eadem communicado: quod sum expressa Patris imago: & quod me tanquam legatum in hunc mundum misit: quod sum eiusdem essentia, substantia, naturæ, voluntatis & operationis cū Patre, Deus verus cum Patre Deo, Filius Dei & salus mūdi. Aut scitis **Q V O D E G O I N P A T R E**, id est quod à Patre nō sum separatus substantia & essentia, sed idē sum secundū substantiam seu essentiam.

**Et vos in me, & ego in vobis.**

Spiritus ille vobis reuelabit quod **V O S I N M E** estis, per susceptionem fidei viuæ, & meorum sacramentorum, ac per dilectionem & obseruantiam Euangelii, **E T E G O I N V O B I S**, ea ratione qua homo factus sum, hoc est docebit vos perfectos esse Filios Dei adoptione, & diuinæ naturæ participes, ac mea me bona vobiscum communia habere. Proculdubio **C H R I S T V S** in nobis per Spiritum Sanctum corruptibilitatem nostrā cum incorruptibilitate permutat, & vetustum hominem singulari & planè diuina metamorphosi in nouam creaturam transformat, quū opera Spiritus Sancti veterem Adamum exuimus, & nouum induti, noua sumus creatura in **C H R I S T O I E S V**. Ideo Paulus dixit ad Rom. cap. 8, Siquis autem Spiritum **C H R I S T I** non habet, hic nō est eius: si autē **C H R I S T V S** in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verō viuus propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit **I E S V M** à mortuis habitat in vobis: qui suscitauit **I E S V M C H R I S T V M** à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Rursus ad Coloss. cap. 3, Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creauit illum. & 2. Corinthiorū cap. 5, Si ergo in **C H R I S T O** noua creatura, vetera transferunt: ecce facta sunt omnia noua: Quod autem per Spiritum in nouam creaturam & vitam æternā reformati sumus, testatur Dauid, clamans ad Deum, Psalmo 103, Aperiente te manum tuam, omnia replebuntur bonitate: auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes Spiritum

ritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Cōtemplare hoc loco quomodo ablatio Spiritus propter peccatum, ad interitū nos reduxit: quando autem misit Deus Spiritū suum ac nos naturæ suæ participes effecit, facies terræ per Spiritum renouata est. In nouam enim vitam reformati sumus, abiicientes longè corruptionem propter peccatum acceptam, & nouam creaturam induti, vitam æternam gratia Domini nostri **I E S V C H R I S T I** adipiscimur. Hic locus nobis aperit mysterium vnitatis Ecclesiasticæ secundum vnionem Spiritus interni, inter caput & membra, quæ est propter Filium Dei incarnatum. **I E S V M** enim esse in nobis, est nos esse membra **I E S V**, esse & pendere ab eo per spirituale vnionē, quam Paulus Rom. cap. 12. aperte explicat, dicēs, Multi vnū corpus sumus in **C H R I S T O**. & ad Ephes. cap. 5, Mēbra sumus corporis Christi, de carne eius & de ossibus eius: Sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico in Christo & Ecclesia. Est profecto **C H R I S T V S** veluti persona horū membrorum, hoc est filiorum per adoptionem, seu cui membra vniuntur, & ipse nobis est vt personā in membris suis, & nos sumus in illo, vt membra in personā. Magnum & admirabile est hoc Sacramentum, fide & spirituali studio contemplandum.

**Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.**

Eleganti hac gradatione **C H R I S T V S** redit ad exhortationem, qua hortatur discipulos, potius obseruantia mandatorum Dei, quam mœrore de suo abscessu sint attenti, vt se germanos ac veros **C H R I S T I** discipulos ostendant, dum germana dilectione erga suum dominum flagrabunt. **Q V I H A B E T** mandata mea, id est qui fidem suscepit & tenaci memoria candidam Euangelicorum præceptorum cognitionem retinet: qualia sunt, de sui abnegatione, de contemnenda vita præsentē, & ponenda anima pro **C H R I S T O**, de ferendis iniuriis, de tollenda cruce. Hæc & huiusmodi qui ex animo susceperit, & diligētī custodia (ne diabolus tantum furetur thesaurum) **S E R V A T E A**, id est secundum ea viuunt, **I L L E E S T** qui me diligit, id est is verè probat se mei studiosissimum. Est re vera perfectus pietatis alumnus, qui fide atque operatione in Christo sanctè viuere cognoscitur.

**Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo.**

Ad sui amorem inuitat **C H R I S T V S**, argumento à præmio: **Q V I D I L I G I T** me, id est qui credit in me, & qui singulari amore in me exardet, copiosum cōsequetur fructum. Quale præmium inuenietis profecto diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hunc Deus Pater, & nec minus Filius amabit. Sunt enim Pater & Filius modis omnibus vnus substantia, vnus voluntatis & vnus intentionis. Obserua: Necessarium est Deum diligere nos, antequam possimus Deum diligere. 1. Ioan. cap. 4, Nō quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Quare, hoc præmium, scilicet diligi à Patre ( si dilexerimus **C H R I S T V M** ) denotat effectum, vt puta plenitudinem gratiæ, donum perseverantiæ, & huiusmodi bona, quæ in præmium dilectionis qua diligimus sine in Christum credimus, donantur. Ad hunc modum prius diligimus Deū quam ipse nos, id est prius operæpretium est diligamus, & in **C H R I S T V M** credamus, quam quod diligamur à Patre, id est quam præmia habeamus. Amore tamen & fidem in **C H R I S T V M** nō habemus, nisi fauore suo prius nos afflauerit & amarit.

**Et ego diligam eum.**

En præmium dilectionis nostræ erga **C H R I S T V M**, quo inuitat nos ad suam dilectionem exercendā. Quia amor Patris non est sine amore Filii, quum idem sit amor vtriusque: eiusdem enim sunt voluntatis & quæcunque facit Pater, hæc & Filius similiter facit. Quia ergo diligens **C H R I S T V M**, diligitur à Patre, similiter & à Filio diligitur.

**Et manifestabo ei meipsum.**

Hoc tertium præmium dilectionis nostræ erga **C H R I S T V M**. Qui **C H R I S T V M** vnice diligit, hunc **C H R I S T V S** sui reductus participem faciet: quandoquidem suo afflatu in animos suorum sese exeret & insinuabit, vt in afflictionibus & pressuris sentiant se non destitutos: vt qui consolationem experturi sint, & in media etiam morte vitam præsentem sensuri. Quod si rogaueris: Quid est Deum nobis seipsum aperire? Est sentire in aduersis præsentissimum Dei fauorem, vt in aduersis consolationem, & in morte vitam. In his solet se Deus ipsum reuelare. Aduerte, dixit **M A N I F E S T A B O**: quia post resurrectionem manifestaturus erat seipsum discipulis cum diuiniore corpore, ne putarent ipsum esse aliquod spectrum, aut phantasma esse. Hoc voluit illos præ-

D. ii.

Mundus.

Hebraismus de vsu temporum.

Etiā morientes viuumus.

Oculus piōrū.

Doctrina Spirituum.

Spiritum reuelat nos esse in Christo. Piorum consolatio. Metamorphosis spiritualis. Noua creatura in Christo.

Spiritus ablatio interitus est. Facies terræ renouata.

Iesum esse in nobis.

Mandata habere

Euangelica mē data.

Dilectionis Christi præmiū Deus prior nos dilexit.

Manifestatio Christi à Spiritu.



Premis prior.

Christum per suum Spiritum nobis loquitur. Christus quae in suis loqui dicitur.

Mens Christi.

Emphasis.

monere, ne postea discederent, sed resurrectionem, & quae illis credenda & facienda ad- mandauerat, tenaciore memoria tenerent, & ea obseruarent. Obserua: Viris sanctis & piis summum praemium est manifestatio seu visio Dei: in quibus CHRISTVS per Spiritu fulgebit, singula illuminans, & ineffabili splendore mentes eorum ad suam cognitionem erigens. Quod autem CHRISTVS per suum Spiritum in nobis loquatur, audi Paulum 2. Corinth. cap. 13, An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur, CHRISTVS? Hoc certe futurum praecinebat Dauid, Psalmo 48, dicēs, Audiam quid loquatur in me Dominus. Rogabis: Quid Dominus in sanctis loquitur per Spiritum? dico: Loquitur reuelando mysteria: & quae recte intellexerunt, iure optimo praedicant. Huc pertinet quod Paulus ait, 1. Corinth. cap. 7, Puto quod & ego Spiritu Dei habeam. 1. Corinth. 2, Nos autem sensum CHRISTI habemus. Aut, vt legit Cyrillus, nos vero CHRISTI mentem habemus. Mentem CHRISTI, Spiritum appellant. Ad haec facit quod scribitur 1. Ioanis cap. 5, Et scimus quoniam Dominus IESVS venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & sumus in vero Filio eius. Obserua: ET manifestabo meipsum: Graecis legitur ἐμαρτυρω, quod magis significat & clam iudicare. Vnde & ἔμφασις, Emphasis dicta, quod tacita habeat vim: idque magis congruit cum afflatu quo se Deus insinuat in animos suorum.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes.

Quum Dominus promississet sanctis praecipuam quandam cognitionem, qua expressior fulgeret mysteriorum notitia, aliis vero non item, qui non eo probitatis peruenerunt, vt dono Spiritus, cognitionem rerum supernaturalium consequi possent: aut quum indicasset quod non solum rediuius a morte amicis suis frequenter sese contuendum praebere, sed etiam quod totum sese in animos discipulorum per suum Spiritum exereret, & postremo venturus esset in maiestate Patris omnibus conspicuus, hunc sermonem non satis intelligens, rudis adhuc discipulus Iudas, non ille Iscariotes proditor, sed frater Iacobi Alphai, Lebbaeus cognomento, discendi gratia, & ex charitate interrogat CHRISTVM, non sine mœrore metuque perturbatus. Vnde non magis appositè hic Iudas Lebbaeus, quam supra Thomas & Philippus, interrogauit,

Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

Remores.

Mœrore perturbatus Iudas, opinabatur Dominum sic appariturum amicis, quemadmodum lemures & spectra nocturnis tenebris aliquando sese offerunt, aut quemadmodum in somnio visa quaedam occurrunt ad terrorem verius quam ad solatium. DOMINE, captat beneuolentiam, Quid factum est? quid accidit noui? quid ex te audio, quod qui nunc omnibus conspicuus es, posteaquam abieris ad Patrem, & redieris ad nos, tunc non sis appariturus MVNDO, id est hominibus qui in mundo sunt, sed nobis duntaxat? An non & nos in mundo sumus? an non & nos mundi pars sumus? Qui fieri potest nobis si visibilis, si caeteris mundum incolentibus fueris inuisibilis? Profecto si te nobis manifesta- ueris, eris & mundo manifestus, aut non assequimur quod nobis narras. Prae multa admiratione ac stupore haec loquebatur Iudas Thaddaeus, cuius etiam epistola est quae inscribitur Iudae. Obserua: Haec sententia, Quid factum est, siue Quid accidit, est sermo pro- uerbialis de re noua subitaque.

Pavonia de re subita.

Respondit IESVS, & dixit ei.

Manifestationis Christi notula.

Dominus IESVS sciens suos nondum esse capaces mysterii resurrectionis, quomodo idem corpus sepulturae mandatum & mortuum resurgat immortale & incorruptibile, non respondet aperte ad id quod rogabat Iudas: sed enarrat ea quae oportebat magis infixae esse animis illorum. Addens notulas & signa, quae argumento sunt quibus Filius Dei manifestetur. Notulae sunt, Dilectio & obseruantia mandatorum Dei.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

Apertius pergit CHRISTVS declarare quid illud sit quod dixit se manifestandum fore discipulis, non mundo: quasi dicat, Non passim omnibus conceditur huius gratiae virtus, hoc est haec mei manifestatio: sed eis tantummodo qui sic me diligunt, vt mandata mea seruent. Ideo non manifestabo me mundo, quia veram charitatem non induit: quam manifestat obseruatio mandatorum: neque me diligit mundus, neque mandata mea seruat: sed si quis diligit me non fide, sed ex animo, germanum illum amorem exhibebit, non mœrore, sed obseruatione mandatorum meorum. Huic verè apparebo, & meipsum mani- festabo.

festabo. Obserua: Haec duo coniungit CHRISTVS, Diligere, & Seruare sermonem: vt is verè credere dicatur, qui purè & ex animo verbum Dei excipit, & id curat. Siquidem hypocrisis CHRISTVM in speciem diligunt. Non enim ex animo diligit, qui Domini sui iussa negligit. Nec satis est accepisse praecpta CHRISTI, nisi meminerit: nec satis est meminisse, nisi illa seruet. Haec qui praestiterit, verè diligit CHRISTVM. Siquis roga- uerit: Quis est verbi Dei fidelissimus custos? Respondeo: Non caro, non humana ratio, sed fides viua. SERVA T sermonem Domini, qui credit ipsum veru & saluificum esse, eique toto corde studet vt impleat.

Diligere & Ser- uare sermonem. Dilectio ger- mana. Sermonis Chri- sti custos.

Et Pater meus diliget eum.

Qui diligit CHRISTVM, & mandata eius seruat, honorat Patrem, ex quo Filius naturaliter est. Ex his rebus, hoc est dilectione CHRISTI, & obseruatione mandatorum, certus erit se quoque diligi a Patre, certoque statuet sibi placatum esse Patrem: ac si dice- ret, PATER meus diliget eum, id est is me diligens, & mandata mea seruans, sentiet sese mecum in idem regnum, in eandem haereditatem collocatum esse, ac per me & mecum ad Patrem plena consolatione fiducia, dicet, Abba Pater, ex toto pectore amo te.

Et ad eum veniemus.

Deus ad nos VENIRE dicitur, non gressu corporeo, sed donis internis sui Spiritus. Non localiter mouetur, qui ne moueri quid loco potest: sed venit, quu ad eum mouemur & accedimus. Verbum VENIREMVS, non solum tres personas diuinitatis insinuat, ve- rumetiam donorum copiam ac multitudinem. Obseruat Augustinus varios veniendi mo- dos, quibus Deus ad nos venit, & ipsi eisdem ad eum accedimus. In primis venit, quu nos suis donis & gratia replet, quibus nos ad eum accedimus. Ecclesiastici cap. 24, Tranfite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Deinde venit, quum nos illuminat, ad quem illuminati accedimus contemplatione. Psal. 33, Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Tertiò venit, quum nos vocat, & adiu- uat, ad quem obedientia & fide viua approximamus. Non solum (inquit) diligam & Pater meus diliget obseruatorem praecptorum meorum, verumetiam ego & Pater meus, per communem Spiritum veniemus ad eum: nec tantum veniemus mox abituri, sed etiam ma- sionem apud eum faciemus, nunquam ab eo digressuri.

Deum venire ad nos.

Venire ad nos Deus dicitur variis modis.

Et mansionem apud eum faciemus.

Ad multos quidem venit Dominus, apud quos no manet. Multi enim sunt vocati, pau- ci vero electi. Manet Dominus in nobis per sua dona, quibus illi adhaeremus, & manere eum eo dicimur. Cor nostru humiliatu & verbo adheres, humilis est Dei habitatio, Esaias cap. 57. & 66. Tres sumus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: sed ita coniuncti, vt qui vnu diligit, omnes oportet diligit: qui vnu habet, omnes habeat: sed modo inu sibi venimus, & in templo ac domo hac spiritali, cuius primus lapis & fundamentu ego sum, manemus, dumodo adsit charitas, & seruetur foedus quod vobiscum pacifcor, quod est, Diligatis me, & mea iussa seruetis. Hoc pactum sic vos conglutinabit nobis, vt nec vita nec morte pos- sitis a nobis distrahi, fietque mansio haec non transitoria, sed aeterna. Suma verborum est: Qui diligit me, & mandata mea seruat, & meum & Patris templum erit. Haec trium per- sonarum mansio in corde Christiano adumbrata est (Genes. cap. 18.) quum tres Angeli ho- spitio excepti sunt ab Abraham, qui tres vidit, sed vnum adorauit. Huius mansionis me- minit Paulus 2. Corinth. 6, Vos enim estis templum Dei vni, sicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi popu- lus. Ad hunc modum dictum est Ezechielis cap. 43, Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meoru, vbi habito in medio filiorum Israel. Proinde hoc foedere tam pio & sancto nixi, praeparemus nos ad Spiritu Sanctum suscipiendu, totamque Trinitate: vt audiamus Paulu verè de nobis pronuntiantē, 1. Corinth. cap. 3, Templum Dei sanctu est, quod estis vos. Proinde non est silentio praetereundū quod tamen Pater & Filius habitet & maneat in corde credentis & fidelis hominis, non tamen pius semper ipso- rum praesen- tiam sentit. At non est propterea quod pius animu demittat & abiciat, si afflictus mox no sentit praesentem consolationem. Na etsi illam praesentem non sentiat, id certo argumento esse non debet, quod absit consolator & consolatio. Hac enim ratione nec infans diceretur viuere, nec vitam possidere, quu vita neque sentiat, neque vita praesentiam intelligat: nec dormiens diceretur viuere, propterea quod dormiendo ne minimu quidē vita sentit. Qua re quemadmodu infanti expectandu est donec adoleuerit, & dormienti donec experrectus

Trinitatis vni- tas. Factus Domini nobiscum.

Personaru Trini- tatem mansio in credente. Templum Dei vni.

Spiritus quan- uis pio praesens, non tamen sem- per a pio sen- titur.



& à fomno excitatus fuerit, vt sentiant & cognoscant se viuere: ita oportet afflidum & pressuris expositum ac morientem, expectare tempus reuelationis, quāquam interim bona Dei possideat. In silentio enim (ait Esaias cap. 30.) & in spe erit fortitudo vestra. Obscure nunc & ex parte cognoscis, habens verè ac possidens bona Dei tibi fatis incognita. At vbi euaseris in virum perfectum ætatis plenitudinis CHRIS TI, tunc reuelatè videbis, quæ tibi nunc veluti infanti & obdormienti, beneficio IESV CHRIS TI tradita sunt.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

Mandatorum contemptus.

Posteaquam verè diligentes definiit, & eorum præmia aperuit, peruenusta antithesi transit ad explicandam notam qua impij & non diligentes CHRIS TVM feceruntur, à pijs. Signum non diligendi, est mandata paruipendere, & præcepta, quasi iniuriam inferant, contemnere. Quemadmodum obseruatio mandatorum CHRIS TI, est verè CHRIS TVM diligere, cui correspondent præmia, diligi scilicet à Patre & Filio, & habere Patrem & Filium & Spiritum Sanctum in se manentes: ita neglecta mandatorum CHRIS TI obseruatio, est signū quo is odit CHRIS TVM, & non est templum Dei. Proinde quum natura comparatū sit vt libentius cohabitent mutuo consentientes & idem volentes, imo simile sibi omne animal diligit, (vt scribitur Eccl. cap. 13.) multo magis de Deo hæc dici possunt: qui quum bonus natura, & fons atque origo virtutis sit, virtutis amatores amplectitur, & in peccatis sordescentes depellit. Qui autè non obseruat CHRIS TI mandata, verè impurus & sordidus est: quum peccatum à contemptu mandatorum originem habeat.

Peccati origo.

Et sermonem quem vos audistis, non est meus, sed eius qui misit me.

Occupatio est, qua, ne offendantur discipuli (quod Iudæi CHRIS TVM vt abiectam habebant personam, vnde contempta erat eius doctrina) commendat suam doctrinam, & auctoritatem suo sermone asserit à causa efficiente, quæ est Deus. Quasi verò appelleret ad Patrem, si doctrina Euangelica non excipiatur vera & planè diuina, vt & sæpe aliàs fecit. Sensus verborum est: Qui mandata mea seruat, honorat Patrem meum: nam nihil dico quod non sit gratum & acceptum Deo. Patris enim & non alterius est hæc Euangelica prædicatio. Ego sum verbum Patris viuum, exprimens voluntatem Patris: propterea magni cõsiliij Angelus appello, (Esaiæ cap. 9.) eoque misit me, id est factus sum homo, vt vobis hanc doctrinam prædicarem, & vos omnino ad Patrem perducerem. Hæc nos docent quàm honorificè ac diligenter obseruare debemus doctrinam Euangelicam, quum non hu manitus sed diuinitus tradita sit. Obserua: NON EST MEVS, sed eius qui misit me, id est Patris: dictum est per tapinosim, id est humiliationem CHRIS TI, per carnis assumptionem humiliati, vt hæc doctrina attribuat Deo. Aut dixit in quantum Deus, ad hunc sensum: NON EST MEVS, id est non est priuata & particularis meæ personæ, quin sit etiam Patris, & Spiritus Sancti. Trium enim personarum vna est voluntas, æqualis potentia, & vna essentia.

Doctrina Euangelii diuinitus tradita.

Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.

Carnale regnū.

HÆC loquutus sum vobis: quasi dicat, Hactenus vobiscum in carne versatus, enarraui verbum & sermonem, quo me ipsum & Patrem manifesto, nihil ex me ante meum abscissum aliud & querere & expectare debetis, quod non facit mundus, expectans per me regnum carnale & carnis licentiam, pompam, & ventris saturitatem. VOX, HÆC, valde emphaticè pronuntianda est: Hæc verba, hanc doctrinam de dilectione erga me, & vt seruetis sermonem meum, sum vobis loquutus: quæ sunt præcipua capita in regno Patris mei, è quibus facillè agnoscetis vos & à Patre diligi, & habere Patrem placatum. Præter hanc doctrinam, quam pro vestro captu loquutus sum vobis mortalis adhuc, versans apud mortales, nolite aliam expectare, nisi ipsius reuelationem, id est Spiritum Sanctum, qui reuelat & confirmat verbum meum & meam doctrinam in cordibus credentium. Atque ex hac doctrina vobis reuelata, omnes alias iudicate. Obserua. Hic sermo (APVD VOS manens) explicatiorem humanitatis CHRIS TI significationem habet: ac si dicat, Præsens in carne & mortalis, hactenus vos hæc docui.

Paracletus autem Spiritus Sanctus.

Quum rudes adhuc essent discipuli, & quædam CHRIS TI verba obscure caperent,

rent, alia non intelligerent, & de alijs dubitarent: ne rursus interrogarent Dominum, præoccupantur. Non me latet, inquit Dominus, quod quæ loquor, ac mox à morte, ante abitū meū ad cælos, loquutus sum, nō ad plenū sitis intellecturi, imbecillioresque vos esse intelligo quàm vt in fide sub aduersis constanter perduretis: & verbum humiliter est quàm vt vos in tentationibus afficiat. Idcirco est vobis opus Spiritu Sancto Paraceto, qui verbū cordi vestro tenacius imprimat, & auxilietur in infirmitatibus vestris. Hæc Spiritus Sancti officia copiosè declarat Paulus ad Rom. cap. 8. Obserua. Dominus cognominauit Spiritum sanctum ΠΑΡΑΚΛΗΤΟΝ, id est Paracletum, non tam consolatorem quàm exhortatorem & impulsorem. Nam missurum se illum pollicebatur, vt Apostolos omnia doceret. 2. Corinth. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Vnde hoc loco meminit Paracleti Dominus, propter continuas ipsorum afflictiones, bono fortique animo illos esse faciens, quod à Paraceto refocillandi essent. Spiritus Sanctus nomen ex duobus constat, quò tertia persona diuinitatis nominatur. Matthæi cap. vltimo, Baptizates eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Similiter & hoc loco, vnica dictio est. Si rogaueris, Quid est SPIRITVS SANCTVS? Respondeo: Nihil aliud est quàm Patris & Filij amor, persona est alia à persona Patris, & persona Filij. Est re vera virtus Dei, omnium viuificatrix, alitrix, foetrix, & cõsummatix. Cuius solius afflatu fit, vt Deū & cognoscamus & amemus, similèque illi tandem euadamus. Qui Spiritus est arrabo & pignus gratiæ, 2. Corinth. 1. & reddit testimoniū cordi nostro quod sumus Filij Dei dū clamamus Abba Pater, Rom. cap. 8. & 2. Corinth. cap. 6. Interdū vocatur à donis suis: nam Spiritus aliquando naturā significat: vt quum dicitur, Spiritus Domini requiescet, signatur natura Spiritus. Rursus Spiritus Dei vocatur Spiritus Patris, Spiritus Filij, Spiritus vitæ, Spiritus veritatis, Spiritus sanctificationis, segregationis, promissionis, consilij, fortitudinis, id est Spiritus qui adoptat, sanctificat, segregat. Idem est dicere, Spiritus Dei, Spiritus CHRIS TI, & Spiritus eius qui suscitauit IESVM à mortuis. Dicitur Spiritus Sanctus vnctio, quod sicut per vnctionē olim Sacerdotes & Reges ad officia sua deputabantur, & toti idonei declarabantur: ita ad viuendum & glorificandum Deum, electi per Spiritum Dei insituuntur & idonei non tam declarantur quàm efficiuntur. 1. Ioan. 2, Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Et eodem capite, Sed vos vnctionē habetis à Sacto, & nostis omnia. SPIRITVS significat vim arcanam & energiam, qua aguntur mentes: si ad sancta, Spiritus Sanctus, Spiritus CHRIS TI & Dei dicitur: si ad impia, vocatur spiritus malus, diabolus & Satan. Legito Chrysostrum de Spiritu Scto, de eius nominibus, & quomodo Spiritus sit multiplex, parte quinta.

Apostoli infirmi indigebant Paraceto.

Spiritus Sanctus tertia persona diuinitatis.

Spiritus Sanctus quid est.

Vnctio. Spiritus nomine quid intelligimus.

Quem mittet Pater in nomine meo.

Non secundum deitatem Spiritus Sactus mittitur: immobilis enim est, vbique est: sed hæc vocēs, Mitti, Legari, Descendere, & huiusmodi, operationem insinuant, donum ipsius Spiritus, nō autè ipse Spiritus mittitur, vt docet nos locus ille Actorū cap. 1, Manete in Hierusalem donec induamini virtute ex alto, & accipietis virtutem Spiritus Sancti in vos. Alia est virtus quæ conceditur, & alia est ipse Spiritus Sanctus qui concedit, diuidens singulis prout vult, 1. Corinth. 12. Ratione doni & speciei visibilis mitti dicitur visibiliter: quū autè donis suis illabitur mentibus hominū, inuisibiliter mittitur. Patri quidem MITTERE attribuitur non proprietate, quum etiam Filius mittere dicatur Spiritum Sanctum: infra cap. 15. Quum venerit Paracletus quem ego mittam, imo & ipse Spiritus Sanctus mittet se ipsum, hoc est donū, (vt docent doctores Theologi,) sed quadā appropriatione Filio non discordi, Pater mittere dicitur. Addidit IN NOMINE meo, id est propter me, & me simul mittente. Emeruit nobis proculdubio CHRIS TVS Spiritum Sanctum, vt efficeremur adoptione filij Dei, & gratiam abundè acciperemus: vnde supra 1. capite dictū, De plenitudine CHRIS TI nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Aut NOMINE meo venit Paracletus, hoc est pro æterna & visibili mea præsentia mittetur, manifestabit nomen meum, & in totum orbem promulgabit meum aduentum & Euangeliū. Aut IN NOMINE meo, id est ad mei nominis inuocationē dabitur vobis Spiritus Sanctus. Aut IN nomine meo dictum est, quemadmodum Filius venit in nomine Patris, non quod esset Pater, sed quod esset Filius Patris, & à Patre, vt supra cap. 5. scriptū est, Ego veni in nomine Patris mei: ita & Spiritus Sactus mittitur & venit in nomine Filij, nō quod diceretur Filius, sed quod esset Spiritus Filij. Rom. 8, Siquis Spiritū CHRIS TI nō habet, D. iiii.

Spiritum mitti quid est. Virtus spiritus.

Mitti visibiliter, mittere, attribuitur Patri nō proprietate.

Spiritum nomine Christi venire.



hic non est eius, ad Galat. 4, Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamātem Abba Pater. Et hæc quidem ita narrantur propter consubstantialitatem Filii ad Patrem, & Spiritus Sancti ad Filium. Proinde quemadmodum Filius veniens in nomine Patris, electos & fideles Patri subiecit & cōciliiuit, (Apoc. cap. 5, Fecisti nos Deo nostro regnum & facerdoes): ita Spiritus Sāctus nomine Filii qui hoc meruit, configurauit nos Filio, dum in Filio nos adoptat. Ad Rom. cap. 8, Accepistis Spiritū adoptionis Filiorū Dei, in quo clamamus, Abba Pater. Obserua. Hic locus, Q V E M Pater mittit in nomine meo, expendit cum tres personas distinctas, tum Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio. Prima persona est Pater mittens: secunda est Filius: in cuius nomine & propter quem mittitur Spiritus Sanctus: tertia persona est Spiritus Sanctus qui mittitur. Spiritum Sanctum mittit Pater in nomine meo, id est Spiritus Sanctus qui meus & Patris est: qui à me & Patre meo procedit (vtriusque enim amor est) mittetur ad vos adhuc rudes & parum capaces meæ doctrinæ.

Locus exprimit  
tres personas  
Trinitatis.

### Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixerō vobis.

Quæ docuerat C H R I S T V S, sed obscurius, & tacuerat quod portare illi rudes adhuc & parum capaces non poterant, Spiritus Sanctus docuit Apostolos. Dicebat enim Dominus, Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo, & vobis obliuioſis S V G G E R E T, id est in memoriam reducet quæcūque & dixi & feci. Quasi dicat, Cruda & rudia sunt adhuc vobis pectora, necdum intelligere potestis quæ hæcenus vobis de libertate, de regno, de gaudio, & de iustitia dixi vobis: at ubi Paracletus venerit, qui est Spiritus Sanctus, is tam plana vobis omnia faciet, vt & sentiat is illa esse quæ antea vobis prædixerim. Quæ prius non intellexeratis, efficiet vt intelligatis, neque quicquam vos patietur obliuisci, neque quicquam finet vos ignorare quod ad salutem pertineat. Vos profecto in alios viros transformabit, dum ex obliuioſis memores reddet, ex terrestribus cælestes, ex ignauis dociles, & somnolentis vigiles, ex mœstis alaeres: tantum date operam vt præcepta mea obseruetis, & in charitate perseveretis. Hic locus aperit quàm imperfecti ac indocti fuerint rerum spiritualium Apostoli ante aduentum Paracleti, qui tam longo tempore in classe & auditorio Domini versati, adhuc nihil verè admodum scire videbantur, tanta erat illorum tarditas. Quum itaque res ita habeat, fatendum est omnia in nobis mortua esse & imperfecta, antequam regeneremur, & Spiritum Sanctum accipiamus. Obserua: D O C E R E, non solum est nouam doctrinam proponere, sed etiam obscure dictam detegere, & auditam interpretari, & ad spiritualem intellectum enarrare. Verba Q V A E C V N Q V E D I X I V O B I S ostendunt doctorem Spiritum Sanctum nihil suggestisse aut docuisse Apostolos, aliud à doctrina C H R I S T I. Huc enim Spiritus Sancti officium spectat, vt doctrinam C H R I S T I, spiritualiter interpretetur, nosque ducat ad rerum spiritualium intellectum, quem nostris viribus assequi non possumus. Et regeneret nos, reddatque nos idoneos ad excipiendam C H R I S T I doctrinam, cum obseruatione mandatorum eius. Ad hæc, dictum est, O M N I A Q V A E C V N Q V E, vt intelligamus nihil perituum. Omnia quidem incognita docebit, & quæ memoria exciderunt, refricabit & in memoriam reducet. Hæc nos docent Apostolos post receptum Spiritum Sanctum, in nullum potuisse errorē labi circa doctrinam I E S V C H R I S T I nec scribendo, nec docendo aut approbando.

Apostolorū pe-  
ccatorum.

Mortua omnia  
in nobis ante  
regenerationē.  
Docere.

Spiritus officii.

Hebræorū salu-  
tandi mos.

Testamentum  
Christi.  
Hereditas  
Christi.  
Pacis Christi-  
anæ custos.

### Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

Quemadmodum Latini in more habent, quum discedunt, dicere, Bene vale, aut Bene viuere: ita Hebræis familiare est quum recedūt dicere, Pax tibi. C H R I S T V S itaque ex hoc mūdo ad Patrē abiturus, quum recessus hora instaret ac proxima esset, dixit, Video quidē vos mœstos & nō paruo dolore affectos ob meū discessum, abundū est mihi, valete, pax vobis sit, quæ vobis relinquo, non eam quæ mundi est, sed meā, quæ sola digna est nomine pacis. Nō igitur vos exanimet huius mūdi tumultus, quæ in me mox exoriri, & olim in vos coorturū videbitis. Ego vos frequenter monui, non relinquā vos, dū abeo, Ego V O B I S vt hæc redibus meis (qui habetis verbū meū, qui seruatis mādāta mea, qui creditis in me) testamētō lego & relinquo P A C E M M E A M, id est prosperitatem, felicitatem, & conscientia tranquillitatem. Rom. cap. 5, Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum. Huius pacis meæ custos est fides, viua, quam qui habet, nulla mundi tempestate subuertī potest. Hæc pax fructus est dilectionis nostræ erga C H R I S T V M, & obseruationis mandatorum eius. Ingēs est

est hæreditas quam C H R I S T V S post se reliquit credētibz. Vnde in Scriptura Regnum C H R I S T I, Regnū pacis dicitur. Esa. cap. 9, Princeps pacis, & pacis non erit finis. Per expolitionē rhetoricam idem repetit, Pacem meam do vobis, ubi V O X M E A M, emphasim habet: & verbum, D O, liberalitatem C H R I S T I insinuat. Quasi diceret: Liberali animo, non ex fidei commisso auorum, do vobis pacem conscientia, & æternam, quæ sine me non esset. Ego sum pax vera, dans & alius pacem. Pacem ergo non simpliciter, neque quamlibet, inquit, sed meam. Quid est hanc P A C E M D A R E? Respondeo: Nihil aliud est quàm Spiritum eis dare, & per eum in eis habitare. P A X Christi, Spiritus eius est. Nam quum liquidum sit, Filium Dei esse pacem, profecto & Spiritus eius pax erit. Optat suis Paulus (ad Philipp. cap. 4.) pacē, quæ exuperat omnem sensum. Hæc pax, quæ dominationes, principatus, intelligentias & sensus omnes superat, C H R I S T I Spiritus est, in quo Deo Patri vniuersa Filius reconciliauit: qui nihil aliud vult, nihil aliud intelligit, nihil aliud operatur, nisi quæ Filius. Hæc de causa, quia Spiritus pax est, & Spiritus est C H R I S T I, ideo C H R I S T V S iure dixit, P A C E M meam, id est Spiritum meum do vobis. Hæc pax scopus erat prædicationis Apostolicæ. Vnde Act. cap. 10, scribitur, Aperiens Petrus os suum, dixit, Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per I E S V M C H R I S T V M, &c. Proinde ex hac vna consolatione à pace cōscientia discere possumus, quum reliquas omnes in Regno C H R I S T I consolationes, tum qualis Rex sit C H R I S T V S, & quale Regnum habeat. Qui quum pacem conscientia conferat, Rex pacis est, & regnum pacis habet. Præterea discamus ex hoc loco aduenientium aut recedentium dicendi formulas (quibus benè precantur, & benè dicunt) non esse aliquid vanum. Huiusmodi enim optiones & benedictiones sunt Verbum Dei, quod fide exceptum, non potest non vsui esse. Hoc testatur Dominus, Matth. cap. 10, Intrantes in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Si igitur quisquam aduentarit, & salutationem tibi oblatam, viue felix, Saluus sis, Bonus dies, aut Bonum vesper, fide & ex animo receperis, nemo nisi infans dixerit infructuosam tibi hanc salutationem: quæ proculdubio tibi non perit, sed iuxta C H R I S T I promissionem, super te requiescet. En vides C H R I S T V M abeuntem suis optare pacem, vt & hoc modo inuicem pacem optemus, inuicem salutemus, vale dicamus, idque faciamus ex animo & fide iuxta Christi verbum.

### Non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Pax mundi est securitas carnis impiorum, & veritatis hostium concordia, gaudium temporale, fructus voluptatis, deliciae seculi: quam pacē habuit ille qui dixit (Lucæ, cap. 12.) Anima mea habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Aut ille purpuratus diues (Luc. cap. 16.) qui quotidie epulabatur splendide. Mundus ista pacē gaudet, sed re vera non est pax quæ mixtam habet amaritudinem, & tot curas, ubi plus aloes quàm mellis adest, ærumnis, quibus abundat mundus, referissima est. In fida est & hypocritica, panem vna manu ostentans, & altera lapidem ferens. Externa est, ad breue tempus durans. C H R I S T I pacem mundus ignorat, quia aliam pro vera pace constituit. Proponit enim sibi externam pacem, vt certissimum diuini fauoris & amoris signum, sed fallitur. Nam qui veram pacem habet, odit animam suam, patrem, matrem, fratres, sorores & parentes, aduersus quos præliatur, pro vera pace quam in animo habet. Hæc inuicem pugnant, pax mundi, & pax C H R I S T I: hæc interna est, illa externa: hæc in periculis & afflictionibus, imò & in media morte frequenter versatur, illa in tranquillitate & securitate rerum externarum constat: hæc tranquillat conscientiam, illa nihil virium habet in pacandis animis: hæc gloriatur in afflictionibus, vt in mediis malis videatur sibi paradysum ambulare, illa nihil tale gustauit, nedum nouit. Caro enim semper concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem, Galat. 5. Hismæl semper persequitur Isaachum: Esau, Iacob: & Cain, Abelum. Non est consortium iustitiae cum iniustitia, aut conuentio C H R I S T I cum Belial, 2. Corinth. 6. Vnde Dominus ait (Luc. cap. 12.) Non veni pacem mittere, sed gladium: id est separationem piorum ab impiis. Pius pacem affert, impiisurbationem. Hi enim ad sola temporalia respiciunt, sed impatientes sunt veritatis, nolunt ferre iudicium Spiritus, vt sua damnentur, vnde excæcati seditiones commouent ad opprimendum C H R I S T V M, concitant alios aduersus veritatem, ne victrice veritate ipsi confundantur. Fremunt, infaniunt, eadem conspirant, tragedias excitant, & persequuntur pios: sed nihil promouent. Omnia quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Esaia cap. 8, Non est prudentia & consilium contra Dominum. Prouerb. cap. 21, Dominus dissipat cogita-

Pacem dare.  
Pax Christi.

Prædicationis  
Apostolicæ sco-  
pus.

Salutatio mu-  
ni salutaris.

Pax mundi.

Pax vera.



tiones eorum, quoniam vanæ sunt. Mundus externam pacem cum vicino & aliis offert, turbatam relinquens conscientiam: at c h r i s t v s internam pacem confert, relinquens extrinsecus turbam, hoc est afflictiones & turbationes: de quibus dixit, Non mittere pacem, sed gladium: & alio loco, In mundo habebitis pressuram, in me verò pacem. At non durant pressuræ, sed cito euanescent. Quemadmodum enim non diu perdurabit, sed mox exarefcet arbor, vt patuli sint florentes rami, si radicem abscideris: ita in pio & fide-  
*Simile.*  
 li externæ afflictiones & pressuræ breui tempore manebunt, propterea quòd afflictionum radix per fidem viam abscissa & amputata est. Tranquillus est animus eius vt bello, prefuris, & mundi machinis corpus impetitur, conscientia eius munita est verbo Domini aduersus mortem & Satanam: scit omnia sibi coadiumento esse in bonum (Rom. cap. 8.) nihil damnationis esse his qui insiti sunt c h r i s t o: habere Patrem in cælis beneuolum & propitium, cui curæ est, à quo fouetur, è cuius manu non possit eripi. Vnde pacem amat, fert iniuriam, non conuiciatur, non excitat seditiones, ad patientiam hortatur. Rogabit quispiam: Quomodo verè pax etiam in medijs afflictionibus consistat, quomodo id fit, vt in afflictionibus quis gaudeat? Respondeo: Vbi afflictionibus infixus fueris, sic te c h r i s t v s inde auertit, & animum eiusmodi tribuit, vt videaris in rosæto sedere: Sic in media morte, vita est: & in media discordia, pax & gaudium. Quare talis pax (testante Paulo ad Philipp. cap. 4.) est quæ exuperat omnem sensum & intellectum: quam viam nemo sua ratione consequi aut sensu suo percipere potest. Vnde solus c h r i s t v s agit, qui te ad hunc modum compellat: Age veritatis Athleta, mediam mortem ingredi, & potius morere quam succumbas. Tum Paracletus Spiritus Sanctus aduenit, qui sic te animatum ac confidentem faciet, vt mortem non sentias, imò vt dulcis tibi fiat. Hoc ex eo promanat, quòd Spiritus Sanctus immensam tum benignitatem tum gratiam c h r i s t i agnoscere & sentire docet, vt eos qui in eum credunt, constituat dominos peccati & mortis, adeoque rerum omnium. Quare quisquis hanc doctrinam ex animo susceperit, lætus alacrisque agget tam in eufortunio quam infortunio, siue dulci siue acerbo. Est tamen in hac c h r i s t i schola alius alio instructior. Neque enim omnes dum hic viuimus, perfecti sumus: imò nemo vnquam tam absolutus fuerit, quin aliquid interdum trepidationis perferat: quòd tamen Spiritus Paraclæti officio facillè euanescent. Vnde postea quam c h r i s t i gratiam cognoueris, continuo exercitio contemptus mortis te ipsum excites operæpretium fuerit: vt ita mortem contemnere incipias, ac deinde studiose pergas, & mortem contemnere perseueres, vt semper minus minisque timeas tibi à morte. Quòd si semper tribulationem paci immixtam videris, caue animum despõdeas: Paracletus enim pro suo officio satis virum tibi suppeditabit, dum hic viues, quibus victor euadas. Hoc vnũ fit tibi persuasum, quòd si nullã tibi esset perturbatio, neque te ipsum consolari posset. Age igitur fortiter & constanter, in afflictionibus dura: nõ enim sinet te c h r i s t v s (in quem credis) tentari supra id quòd potes. Credito crucis & afflictiones esse diuini fauoris signũ, rem gloriosam, & viã ad gloriã.

#### Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

Quasi dicat: Quoniam ad Spiritum spectat, omnem animi & mentis formidinem atque turbationem sedare, cur animo pauido vos esse, & ob ignauiam refugere ac detrectare periculum video? quum pacem meam, id est Spiritum meum & dem & relinquam vobis, qua omnem timorem, formidinem ac tristitiam excutietis? Obserua. NON TURBARI & non formidare, sunt effectus pacis à c h r i s t o relicte & datæ. Si rogaueris, Quid est NON turbari & non formidare corde? Respondeo: Est etiam in aduerso verbi euentu credere, & certò apud se statuere verbum esse certum, esse virtutem & potentiam Dei ad salutem omni credenti, Rom. cap. 1. Est igitur animi verè Christiani in afflictionibus gaudere, & ducere crucem pro gloria & methodo ad gloriam.

#### Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos.

Singulari epanaphora seu repetitione, tanquam filiorum studiosissimus & amantissimus pater, discipulorum animos in tranquillitatem reducit. Audistis quidem, non ab alio quam à meipso, & adhuc auditis me abiturum: nolo tamè vt propterea perturbemini, quòd audiatis me vadere per crucem ad Patrem: quia mox vbi Patrem repetiuero, rursus adero per Spiritum consolatorem, per quem vobis aderit & Pater, nec vnquam à vobis diuellimur, donec nobiscum omnes sitis in regno cælorum. Ego quidem corpore abeo, præfens tamen semper Spiritu: venioque ad vos per dona mei Spiritus, imò vestri causa discedo: vt quum rediero, vos eò maiore gaudio perfundamini, ac lætiore animo esse possitis. Sed neque hæc

*Simile.**Animi tranquillitas.**Pax vera quomodo in medijs afflictionibus consistit. Gaudium quomodo in afflictionibus.**Credentes sunt Domini.**Fauoris diuini signum.**Pacis fructus, non timere. Methodus ad gloriam.**Christus donis ad nos continuo venit.*

que hæc intelligunt, donec postea illis Spiritus Sanctus suggeret. Hic locus aperit Dominum vidisse Apostolos non plenè resurrectionem suam sperasse, neque plenè sciuisse quid esset: vnde valde mesti erant. Obserua: Videtur nobis c h r i s t v s abire, dum consolationem sub afflictione, & vitam sub morte abscondit: adest tamen semper & præfens est, qui nunquam verè credentibus abest.

#### Si diligereis me, gauderetis vtique.

Signum diffidentie, est timor & formido, quæ foras mittit ipsa charitas, i. Ioan. cap. 4. Diffidetes enim discipuli, c h r i s t v m rediturum, timent ac formidant iuxta carnem: à qua eruditi, ad hunc modum argumentari videbantur: c h r i s t v s per crucem abit ad Patrem, ergo actum est de eo, & amplius non reuertetur. Hoc genus argumenti euerit c h r i s t v s, docens quòd quum effectus dilectionis seu ipsius charitatis res cognatæ sint gaudium & lætitia, si verè ipsum diligere, omnem timorem excuterent, & abundè gauderet. S I D I L I G E R E T I S M E, id est si in me crederetis, & ex animo meam personam & meam doctrinam exciperetis, non scandalizati, quòd vt abiectam personam me Iudæi abiiciunt, sed credentes quæ vobis dixi de regno meo & iustitia, quòdque sum Filius Dei æqualis Patri, qui meo recessu, hoc est morte mea, domiturus sum mortem, Satanam, & totam eius tyrannidem amoliturus, G A V D E R E T I S V T I Q V E, intelligentes commoda & fructus quæ ex mea cruce sequentur, & vobis merebor: qualia sunt euerfio regni Satanæ, redemptio mundi, liberatio à tyrannide diaboli, donatio vitæ æternæ, & missio Spiritus Sancti Paraclæti.

#### Quia vado ad Patrem.

Rationem gaudij reddens, adfert crucem, c h r i s t v m enim V A D E R E A D P A T R E M, est c h r i s t v m per crucem ire ad Patrem. CRUX c h r i s t i propter fructus quos produxit, est causa gaudij: lætitiã, gloriã, & vitam afferens. Doleo quidem propter meum peccatum, causam crucis c h r i s t i: Gaudeo propter meam liberationem ac redemptionem. Hunc abitum non intelligit mundus, & caro fugit, quæ deliciis delicias, & tranquillitate gaudium quærit. At non item spiritualis homo, qui certò statuit apud se, per varias tribulationes ac pericula ingrediendum esse in cælum. Emphasim habent hæc verba: Lætiores esse deberetis, quia (supple dixi vobis) vado ad Patrem, regnũ nouum auspicaturus, mundum redempturus, & Spiritum Sanctum missurus.

#### Quia Pater maior me est.

Aliam rationem adducit cur discipulis gaudedum sit de suo ad Patrem transitu. Quasi dicat: Si ex animo & spiritu me diligereis, magno perfunderemini gaudio, quòd dixerim me ad Patrem abiturum, Q U I A P A T E R maior me est, id est ego meo recessu per mortem, in Patris regnum ingredior, accepturus longè excellentius ministerium, & gloriã maiorem intraturus, scilicet in gloriã & imperium Patris: nõ illic otiosè victurus, quandoquidem ministerio meo donabitur vobis Spiritus Sanctus. Ego quidem nunc meo ministerio multa vobis dico quæ non intelligitis, sed verbum meum in auribus vestris permanens, cor vestrum non subit. Vbi verò ad Patrem (qui me Filio hominis in finitò maior est) venero, eòque in summa felicitate apud eum futurus sum (quum hic miserè ac calamitosè agam) ego à Patre meipso Filio hominis maiore, regnum accipiens, & ad dexteram eius sedens, excellentiore meo ministerio mittam Spiritum Sanctum in corda vestra, per quem intelligetis quæ dixi vobis. Ego nunc officium meum administrans, loquor vobis verbum, vt à Patre mihi demandatum est: Quum autem in regnum Patris introgressus fuero, ego excellentius exequar ministerium, quo verba auribus audita, cordibus per Spiritum Sanctum imprimam. Insinuat igitur hic locus duplex c h r i s t i officium: alterum, quo hîc in carne agens prædicauit, & auribus nuntiauit: alterum, quo postquam per mortem in regnum Patris ingressus est, prædicat cordibus, & auditum verbum, animis per Spiritum Sanctum imprimat. Primo officio prædicauit ore: secundo Spiritu Sancto. Primum suum officium statim à resurrectione Apostolis & Euangelistis commendauit: secundum verò sibi soli reseruaui. Vnde percommode refert Gregorius, Nisi idem Spiritus cordi adfuit audientis, otiosus est sermò doctoris: nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Quo fit vt multi audientes eundem Ecclesiasten, non æqualem fructum referant. Interius enim doctor quosdam specialius docet, alios non item. Proinde si è spiritu me diligereis, gauderetis vtique quòd abeam incepturus ministerium excellentius: quia Pater me homine maior est, ad quem ingressus, præclarius exercebo mini-

*Mesitudo in somnium. Christum præfens abesse.**Diffidentie signum.**Dilectio erga gaudium res cognata.**Meritũ Christi.**Crux, causa gaudij.**Christi officium.**Prædicatio Christi duplex.**Spiritu absente, vniuus prædicator.**Doctorternitas.*



sterium. Excellens quidem est præfens hæc mea functio, quæ quæ mihi mandauit Pater nuntio, Euangelium prædico: sed longè excellentius erit, quo post reditum ad Patrem, fungar. Ego enim absolua & perficiam post discessum meum quod ego hic cœpi. Gaude te itaque quia ingredi ad Patrem me homine maiorem. Ego vestra causâ huc veni, aliquid sper dissimulans diuinam formam, dum meis inaniui, formam serui accipiens, vt abiens ad Patrem, vos mecum in Patris regnū colloce. Ex hoc loco Arrius sua perfidia venenum hausit, quo ferè vniuersum mundum tinxit. Hic error latissimè serpsit, profundissimâs radices agens, & in primoribus Ecclesiæ diutissimè durans. In primis hæc hæresis qua Arrius asseruit **C H R I S T V M** Filium Dei, non esse Deum verum, quum dicat Patrem seipso Filio maiorem: sed summam tantum creaturam Dei. Orta est hæc hæresis in Alexandria Aegypti, quæ totâ statim inuasit Aphricam, infecit Græciam, Italiam, Galliam, Hispaniam. Aduersus hanc impudentissimam hæresim fortiter restitit Ecclesia catholica, non sine multorum sanguinis effusione, pro fidei veritate. Inter quos prodiit fortissimus patriarcha Alexandriæ, Athanasius, qui post diras afflictiones, apud Treuerim, vbi Maximinus episcopus sanctitate clarus agebat, exilium passus, edidit symbolum illud fidei, Quicumque vult saluus esse, &c. Quod multis confirmatum conciliis, damnauit Arrium cum pestilentissima sua hæresi. Hunc itaque locum Athanasius & sacri scriptores ita interpretantur: **C H R I S T V S** æqualis est Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Quam interpretationem, huius loci cõtextus confirmat, declarans quo sensu Pater maior est, dum recessum ad Patrem pro ratione adducat, cur discipulis gaudendum sit. Hic ascensus siue discessus ad Patrem, non est iuxta diuinam naturam, secundum quam non vadit ad Patrem: sed ratione humanæ naturæ exiit à Patre in mundum, & redit ad Patrem. Colligamus ex his: Pater maior est **C H R I S T O**, respectu humanitatis, officii & legationis: non autem respectu essentiæ & diuinitatis.

Arrius.

Arrii error vbi caput, & quam late vagatus.

Ascensum Christi.

Pater maior Filio.

Et nunc dixi vobis priusquâ fiat, vt quum factū fuerit, credatis.

Futurorum prædictione **C H R I S T V S** suam diuinitatem discipulis ostendens, & se breui resurrecturum insinuans (quum solius Dei sit prædicere futura) declarat se plusquam Prophetam esse, quum nullus Prophetarum resurrexerit. **E T N V N C** dixi vobis. Quid dixit? Se abiturum ad Patrem: omnia quæ de Paracleto paulo antè promisit: rursus de vera felicitate quam per Paracletum habituri erant, & de incredibili virtute qua maiora facturi erant, quam Dominus ipse fecerat. Hæc omnia dixi vobis (inquit) **V T Q V V M F A C T V M** fuerit, id est quum ad Patrem abiero, & vbi quod dixi, rerū exitus comprobabit, credatis, & reliqua omnia fore vera quæ post euentura prædixi, eoque in fide fortius confirmemini. Hunc sermonem Dominus post resurrectionem discipulis repetiit. Luc. cap. vltimo, Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est omnia impleri, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

Iam non multa loquar vobiscum.

Posthæc mortalis & in carne existens, non multa loquar cum mortalibus. Instat enim hora, in qua distrahar à vobis corpore. Breuitas temporis non sinit pluribus vobiscum agam:

Venit enim princeps mundi huius.

Horam suæ mortis repetit, vt discipulos ad crucem præparet, sed textè, ne infirmos de- terreat. Rationem cur non sit multa dicturus discipulis, adducit: nam imminet (inquit) hora passionis meæ. **P R I N C E P S M V N D I**, id est diabolus, venit: & potestas Satanæ, ac mundi veritatem persequentis, & tenebrarum omnium, omnem nunc mouet lapidem, vt nihil non malum in me faciat: nunc Princeps Sacerdotum, & summi Pontifices velut Satanæ ministri, conueniunt in vnum aduersum me: nunc impia cohors astu, dolis, & inuidia diaboli concitata, exit Hierosolyma, vt me comprehendat, in crucem tradat, prorsus deiiciat & extinguat. Hoc malum mihi volet & curabit Satanæ, sed non satis illi artis ad- erit: ego enim deuincam eum, & id iure meo faciam. Obserua: **P R I N C E P S** mundi dicitur diabolus, non quia verè sit dominus mundi, sed quia tyrannicè decepit & rapuit eos qui sui nõ erant, quos peccatis sibi subiecit, & violètia ab oculi diuino distractos retinet. Mudo enim & carni imperat diabolus. Vox **P R I N C E P S**, potètia diaboli exaggerat: quasi diceret, Non solus est diabolus, vt qui multos habeat ministros & subditos: nam princeps est.

Princeps mundi.

Diabolus quare dicitur princeps mundi.

Et in me non habet quicquam.

Terrorem & horrorem incutit, audire principem mundi cum omni sua impietate ve- nire. Rursum consolationis verbum est, principem mundi nihil habere in **C H R I S T V M**.

Hæc verba

Hæc verba, **E T I N M E** non habet quicquam, plena sunt fiducia, quia **C H R I S T V S** certam victoriam aduersus diabolum & tyrannidem eius sibi promittit. Quasi dicat: Magna quidem aduersus me Satanæ per impios ministros suos molitur & conatur: sed nihil est ab eo periculum, quum nihil iuris in me habeat: & dum se maximè victorem esse confidet, se victum prostratumque cõperiet. Conatur me occidere, sed ego resurgam. Molitur, & eò omnes suos neruos tendit, vt me crucifixione maledictum reddat: sed maledictione mea vertam crucem in benedictionem. Putat me detinere in inferno: sed Dominus non derelinquet animam meam in inferno, nec dabit Sanctum suum videre corruptionem. Ius Satanæ est in obnoxios peccato: agit enim in incredulis, Ephes. cap. 2. Quoniam autem mundus vitiiis obstrictus est, Satan in mundi cultores tyrannidem habet. Quum ergo Dominus omnis peccati purus esset (1. Petr. 2, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:) nihil habuit in eum iuris Satan. Quæsiuit quidem peccatum, & causam mortis aduersus **C H R I S T V M**, sed non inuenit. Quod verum esse ex historia passionis cognoscimus. Ego enim (dicebat Pilatus Ioan. 19.) nullam inuenio in eo causam. Matthæus innocentiam **C H R I S T I** adeo miratum fuisse Pilatum ostendit, vt coram Iudæis lauerit manus, ac dixerit, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Et quum ad Pontifices fuit delatus, Pontifices (inquit Matthæus cap. 26.) & omne concilium quærebant aduersus **C H R I S T V M** falsum testimonium, vt cum morti traderent, & non inuenerunt. En vides diabolum hominum ministerio vsum ad querendum falsum testimonium aduersus **I E S V M**: sed diabolus nihil de suo in **C H R I S T O** inuenit. Quemadmodum igitur Satan nihil iuris aut iustæ accusationis in **C H R I S T V M** habet: ita nec quicquam habet in totum **C H R I S T I** corpus, quod est Ecclesia, quæ sub vmbra **C H R I S T I** protegitur.

Diabolus nõ habet quicquam in Christo.

Maledictio in benedictionem. Satanæ ius.

Christi innocentia.

Satan in Ecclesia Christi nihil iuris habet.

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem.

Rogabit quispiam: Si nihil iuris habet in **C H R I S T V M** Satanæ: si non satis artis habet vt **C H R I S T V M** extinguat: si **C H R I S T V S** illo fortior est, & Satanæ **C H R I S T V M** nõ vincit: Cur ergo venit princeps mudi? quomodo princeps ille **C H R I S T V M** in mortem crucis coniecit, & illum interemit? Respondet **C H R I S T V S**: Ideo potestati Satanæ cedo, & mortem oppeto, non quia in manu Satanæ situm sit mihi inuito per suos administratos mortem inferre, qui voluntarius animam meam pono, & iterum sumo eam: sed vt Patri satis fiat, qui vult peccatum litatione mei corporis, & mei sanguinis effusione, extingui: **S E D** ideo moriar, vt cognoscat mundus: Quasi dicat, homines ex morte mea hunc consequentur fructum, quo cognoscant me diligere Patrem, dum eius voluntatem facio, & mandatum seruo: qui tradidit me, non vt iudicem, sed saluificem mundum. Qui cognoscit Filium diligere Patrem, cognoscit Patrem omnia dedisse Filio in manu: quia Pater diligit Filium, in quo solo sibi complacitū est. Ergo mors **C H R I S T I** eò tendit, vt qui habet hanc cognitionem, saluus fiat. Hæc autem cognitio ea est quam definit Ioannes (1. Ioan. cap. 2.) Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioan. cap. 5, Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Proinde quanquam res stulta ac ridicula coram mundo sit, quærere gloriam Patris, & hominū salutem per crucem, ego tamen subibo crucem, vt cognoscat mundus, quia diligo Patrē, & c. ac quicquid mihi iniunxerit Pater, faciam. Patris per hoc honorem quæro, qui vult vt huiusmodi perficiam, idque totum in salutem & cõmodum vestrum. Quare estote bono & forti animo: & ne perturbemini de mea morte & abitu, ex quo ingentē consequemini fructū ac latitiā incarrabile.

Satisfactio pro genere humano. Voluntas Patris vt Filius immoletur.

Cognitio veritatis.

Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Mundus cognoscat quàm vehementi amore diligam Patrem, quum per crucem abiero. Est re vera mandatorum obseruatio, dilectionis probatio. Plenissimam meam obedientiam cognoscat, dum me adimplentem mādaturū Patris mundus viderit. **E T S I C V T**, id est, quomodo mandauit mihi Pater de ferenda cruce, **S I C F A C I O**: hoc est, sic crucem fero, Patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Moriar quidem, sed tantum abest, vt Satan me vincat, vt potius mors mea ipsum vincat, & tyrannidem eius extinguat. Ille solūm propter peccatum in homines tyrannidem exercet, & ipsis tyrannicè dominatur: mors mea, peccatum expiabit, ergo morte mea vincetur Satanæ. Huius sententiæ sensus eò tendit, vt intelligamus **C H R I S T V M** se voluntariè tradidisse principi mundi, solūm in gratiam Patris, cui ad mortem vsque obediuit: & ob nullum suum peccatum mortem oppetisse, qui purus, innocens, & immaculatus est inuentus.

Dilectionis probatio.



Surgite,eamus hinc.

Quasi dicat: Vt totus mundus cognoscat quia diligo Patrem, & sicut mandatum de-

C A P V T D E C I M V M Q V I N T V M.



GO SVM vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructu plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colliget eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus: vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego praecepta Patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Haec loquutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est praeceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quae cumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Haec mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos

Vitis. Agricola. Palmes.

Opera a Deo.

Sermo purgat. Supra. 13. b

Opera nulla sine fide.

Petendum in nomine Christi. Matth. 12. e 1. Ioan. 3. d

Gaudium. Supra. 13. d Ephes. 5. a 1. Thessal. 4. b c Dilectio. 1. Ioan. 3. c. d. 4. d Amici Christi.

Seruus.

Electio. Petere.

Tollit tollit. Purgabit purgabit. Vt fructu plus copiosorem fructum.

Arefcet arefcet. Colligent colligent vos, sub palmites Mittent mittent & ardent. Clarificatus clarificatus.

Iam iustificatus.

Priorem vobis prius quam vos.

Et loquutus subaudi, non loquutus, etc. Excusationem praestatum. In eis inter eos.

us vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & loquutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Quum autem venerit Paracletus (quem ego mittam vobis a Patre) Spiritus veritatis qui a Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

Afflictiones propter Christum. 1. Ioan. 3. b. d. 4. d

Supra. 13. b Matth. 10. c Matth. 24. a

Psal. 24. e

Luc. 24. g Spiritus Sanctus.

Ego sum vitis vera.

C A P. XV.



VIA non sufficit, aut nihil nobis profuerit audiuisse CHRISTVM recensere sua bona & thesauros caelestes, se victorem mortis & inferni, nisi & intellexerimus methodum qua illorum participes sumus: CHRISTVS hoc capite perelegantem allegoriam docet, thesauros (quos a Patre habet) non sibi soli retinere, sed credentibus & sibi, vt viti, adherentibus communicare: manifestans quantum oporteat nos sibi inhærere, & totos ab eo solo Salvatore pendere: extra se non esse salutem, sed se solum salutis collatorem, redemptorem & iustificatorem nostrum. Haec vt persuadeat, adducit similitudinem rusticam quidem, sed percommodat & apprimè huic negotio congruam. EGO, quaquam abiecta & contempta persona in oculis Iudaeorum & carnis, cui etiam nunc abeundum est in crucem, sum tamen vitis vera, vos palmites de vite seu stirpe prognati. Vnius naturae sunt vitis & palmites. Propter quod quum esset Deus (cuius naturae non sumus) factus est homo vt in illo esset vitis, humana natura, vnde nos homines, palmites illius esse possemus. PALMITES dicimur, dum in CHRISTVM credimus, cui participatione Spiritus (per quem CHRISTO coniungimur) naturae suae communicamus. Et quemadmodum vitis, lignum tortuosum, asperum & abiectum habere videretur, sed maximè bonum ac odoriferum succum in ramos transfundit: ita oculis quidem carnis erat CHRISTVS vilis, aspera & abiecta persona: sed vt caro cum suis affectibus iudicauerit, CHRISTVS omnia bona in credentes effundit: quandoquidem CHRISTVS mediator Dei & hominum est, per quem gratia & veritas omnibus electis contingit: de cuius plenitudine omnes accipiunt. Adhaeret continuusque est viti palmes. Conglutinatio accedentium ad CHRISTVM, voluntaria est, & fit per fidem viuam, qua fiunt de genere CHRISTI, dignitatem adoptionis filiorum Dei ab eo consequentes. Fiuntque vnus cum CHRISTO, testante Paulo I. Corinth. cap. 6, Qui Domino adheret, vnus Spiritus est cum eo. Quemadmodum Prophetae Christum basim & fundamentum dixerunt, quod per ipsum in ipso superaedificamur, lapides viuus, & spirituales efficiuntur ad habitaculum Dei, siue vt simus templum Dei in spiritu. Ita appellatur vitis, vt mater & nutrix palmitum. Ex CHRISTO enim, cui inserimur, regenerati sumus in spiritu, vt fructum feramus vitae non veteris & antiquae, sed nouae huius, quae est per fidem & charitatem erga ipsum. In hoc statu Christiano conseruamur, mandatorum CHRISTI obseruatione. I. Ioan. cap. 2, Qui mandata eius seruat, in ipso manet, & ipse in eo. Obserua. Vox, VERA, insinuat puram, non fictam, simulatam aut corruptam &

Vitis Christus.

Credentes, palmites.

Christus.



falsam, qualis fuit illa de qua scribit Hieremias, cap. 2. & Esaias cap. 5. quæ non uvas sed la-  
brucas dedit. Fuit & mala vitis Adam, ex quo prodierunt mala concupiscentia infecti pal-  
mites. Ad hunc modum dicimus aurum verum, id est purum, ad differentiam auri alchu-  
mici, sophistici, & adulterini.

Et Pater meus agricola est.

Quia vitem & palmites nominavit, commodissimè faciendâ erat cultoris mentio, vt  
ostenderet nos ad virtutem Dei adduci ac cõtineri cura, providentiâ & gubernatione Dei.  
Credimus Filium in Patre, & Patrem in Filio naturaliter esse, & ex ipsis omnia esse in Spi-  
ritu, vt ab vna deitate: nec Pater ab alendis nobis separabitur, nec Filius à cultura erit alie-  
nus. Et id iure optimo fit: nam vbi summa naturæ est identitas, ibi quavis multis variisq;ue  
modis fieri nonnulla videantur, vna tamen est operatio nullo modo distincta. Quia ergo  
in Patre, Filio, & Spiritu Sancto vna est natura, quicquid diuinitus fit, opus vnus deitatis  
esse catholicè creditur. Est ergo Pater agricola, similiter & c h r i s t v s vt Deus, simili-  
ter & Spiritus Sanctus. His verbis, E T P A T E R M E U S, & c. refert c h r i s t v s gloriâ  
ad Patrem, vt ad illũ velut ad fontem redeat totius beneficii gratia: qui quicquid Ecclesiæ  
largitur per Filium & Spiritum Sanctum, palmitibus largitur. Succus vitis, qui palmitibus  
dat vitam ac fructificandi vim, Spiritus est, Patri & Filio communis. Qui Spiritus, vt Fi-  
lium Patri coniungit, ita nos quoque palmites Filio copulat. Vitis, id est c h r i s t i  
hominis, & vineæ Domini exercituum (Esa. cap. 5.) id est, Ecclesiæ electorum seu palmitum  
cultor & agricola est Pater, qui vitem plantauit, dum verbum suum carnem seu hominem  
fecit, vt idem esset Deus verus & homo verus: cui certè qui insitus est, vt viuat vitam Dei,  
ita pro sua vocatione fructum afferat necesse est & salutarem. Verè agricola est Pater: quia  
omnis plantatio quam non plantauerit Pater meus (dicebat c h r i s t v s) eradicabitur.  
Et supra cap. 6, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.

Patris agricolæ partes & officia describit: quæ sunt tollere sterilem ramusculum, & pur-  
gare palmitem ferentem fructum, vt plus fructus afferat. Rogabis: Quomodo potest esse in  
c h r i s t o palmes, qui non fert fructum, vt tollatur? Si omnia in c h r i s t o fructifi-  
cant, quomodo est palmes in c h r i s t o, qui non affert fructum? Respondeo: Hic loquitur  
de eo qui nomine tenus est Christianus, qui secundum externam speciem videtur pal-  
mes, non autem ex viua fide est: is est sicut zizania in regno Dei, hoc est in Ecclesia (Matth.  
cap. 13.) & putres pisces in reti Euangelico: & carens veste nuptiali in nuptiis c h r i s t i,  
Matth. cap. 22. Huiusmodi tolluntur tandem, & velut refecti arefactique palmites, gehennæ  
adducuntur. Qui igitur per fidem e h r i s t o solummodo iungitur, sola illi confessione  
inhærens, nec charitatis vimine se colligans, hunc falce sua seuerissimè Pater agricola am-  
putabit à vite, velut onerosum ac inutile membrum. Frustrâ enim in vite est arefactus pal-  
mes, aut qui fructum non habet sed folia tantum, iure optimo excidetur, ne frustra terram  
occupet: vt de ficu per parabolam dicitur Luca cap. 13. Hoc ipsum apertissimè docuit Eze-  
chiel cap. 15. dicens, Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum quæ  
sunt inter ligna sylvarum? Nunquid tollitur de ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur de  
ea paxillus, vt dependeat in eo quodecunque vas? Ecce igni datum est in escam. Nunquid  
vtilis erit ad opus? Etiam quum esset integrum, non erat aptum ad opus, quâto magis quum  
illud ignis deuorauerit & combusserit, nihil ex eo fiet operis. Profecto semel decisum li-  
gnum, sarmentum est, ad nullam rem penitus conferre potest, nisi fortè ad ignem. Obserua.  
Dixit, I N M E non ferentem fructum, quasi dicat, quem ego non vegeto, rigo & fecundo,  
I S N O N fert fructum, id est incredulus est, nihil agit quod Deo Patri agricolæ gratum  
esse aut coram illo subsistere possit. Huc pertinet quod scribit Paulus, Rom. cap. 14, Quod  
non est ex fide, peccatum est. Quum dicit N O N ferentem fructum, non solum intelligit  
eum qui malum facit, sed etiam qui bona facere contemnit, & otiosè viuat, abscondens ta-  
lentum sibi creditum à Domino (Matth. cap. 25.) quod fructum facienti dabitur. Sensus  
est, Quemadmodum ab eo qui abscondit, aufertur talentum, sic à palmite humor quo ale-  
batur, aufertur. Aufertur inquam, ab illo humor, id est Spiritus Domini, quo in c h r i s t o  
alebatur, antequam igni tradatur. Hoc profecto in negotiis huius seculi obseruatum vide-  
mus: nam vt qui magistratu insignitus crimen læsæ maiestatis commisit, non prius puni-  
tur quàm magistratum deposuerit: ita nec infructuosa anima prius igni tradetur, quàm à  
gratia Spiritus deciderit.

Et omnem

Regula theolo-  
ga.

Agricola Deus.

Succum vitis.

Agricolæ offi-  
cium.

Christianum hy-  
pocrita.

Sarmentum.  
Fructum non  
ferre.

Odiſſi.

Et omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat.

Singulari & peruenusta vitur antithesi, vt omnia clarius innotescant. Cuius sensus est:  
Quisquis palmes Christo adhæres eiusque humore ac succo, hoc est Spiritu viuẽs, fructum  
stirpe dignum attulerit, hoc est qui quæ maximè potest virtuti studet, & obseruãdis mãdatis  
c h r i s t i diligentissimâ dat operã, adhuc tamè indiget vt ab agricolâ curetur, hinc Pater  
agricola repurgabit, & per Spiritus gratiam, quasi per falcẽ, modò superuacuas cupiditates,  
modò voluptates, modò alias turbationes animi (quibus mens à statu suo verè Christiano  
deturbatur ac deicitur) incidet & amputabit, quo fructũ afferat copiosiorẽ & generosiorẽ.  
Omnium Christianorum est vt A F F E R A N T F R U C T V M, id est vt sibi & aliis ad salutẽ  
inferuiãt. Quod cõmodissimè faciẽt, si viua fide Christo adhæreãt. Adhærebũt autẽ Domi-  
no, dum in ipsorum animis sculpta erũt verba eius, ad quæ in omnibus ex animo respiciãt.  
Obserua. Ne adhuc rudes & infirmos discipulos Dominus perturbaret, volẽs ostẽdere quã-  
tum cõmodi ex afflictionibus & cruce cum sibi tum aliis olim afferẽt, noluit illos nomine  
afflictionũ & crucis, sed putationis ac purgationis voce adhortari. Hac allegoria Dominus  
significat, quemadmodum palmites in vite per putationẽ fortiores ac fecundiores fiunt: ita  
& qui Christo adhæret, hoc est verè Christiani sunt, per afflictiones & variã crucẽ fiunt for-  
tiores & fertiliores. Nam quod palmitibus est putatio, hoc viris piis est afflictio. Non repur-  
gat Dominus vt perdat, sed vt saluet. Quemadmodũ recisio pampinorũ, & palmitũ puta-  
tio nõ fit vt in totũ abscondat, sed vt purget ad copiosiorẽ fructum afferendũ, alioqui enim  
cresceret in eam altitudinẽ palmes, propter quam nõ putatus, nullũ ferret fructũ: ita si caro  
pro sua cupidine etiã in viris sanctis ferretur, & nullo cohiberetur fræno, mox tanto ebul-  
liret fastu, vt Deum è solio suæ maiestatis deturbare conaretur. Quod fecisse regem Babel  
audimus (Esa. cap. 14.) In cæli, inquit, ascẽdam, super astra Dei exaltabo solium meũ, similis  
ero Altissimo. Non ab simile rex Tyri (Ezech. 28.) narrat, dicẽs, Deus ego sum, & in cathedra  
Dei sedi. En vides genium carnis, quæ beneficiis saginata, & interim afflictionibus &  
cruce non putata, mox turgescit. Quare Pater agricola, P A L M I T E M, id est credentẽ pu-  
tat seu repurgat, inutiles pampinis recidens: deinde renouat cor credentis, ac pedes affe-  
ctuum lauat, carnis reliquias mortificando. Hæc est spiritalis purgatio, quæ etũ dolorem ad  
tempus afferat, breui tamen cedit dolor, & maius sequetur gaudium. Hiere. cap. 16, In tri-  
bulatione parua Domine, disciplina tua nobis. Parua enim purgatoria est tribulatio, te-  
stãte Dauide Psal. 93, Beatus homo quem tu erudieris siue corripueris Domine, & de lege  
tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malis. Dies profecto mali, nefasti ac prauis decisis  
palmitibus illi sunt, in quibus in ignem mittitur æternum. Quandiu enim quis viuat, licet  
exciderit, tamen non absolute est damnatus, cui non est præclusa via vt palmes fiat. Credat  
in c h r i s t v m, & palmes erit. Aduerte: Vt nõ putatur palmes nisi in vite, vt fructificet:  
sic nec pius purgatur, nisi in c h r i s t o vt fructũ afferat. Ergo afflictiones extra c h r i s t v m  
non veræ & fructuosæ dicuntur putationes siue purgationes. Facienda enim est in  
vite putatio: dictum est, V T F R U C T V M plus afferat, pro, Vt plus fructus afferat, id est  
vt auctior eius fides fiat, & plenius ac copiosius operetur bona opera.

Iam vos mundi estis propter sermonẽ quem loquutus sum vobis.

Quia vna est potẽtia vna natura & vna voluntas Patris & Filii, vna certè erit operatio.  
Ostẽdit Patre agricolâ & putatorẽ: nũc manifestat se idẽ operatũ esse, quũ discipulos verbo  
& sermone mundauerit. Quare certiores faciẽs discipulos artis purgatiuæ, ait, I A M V O S  
quidẽ mudi estis, ppter sermonẽ quẽ loquutus sum vobis, id est ppter Euãgelicã doctrinã  
quã excepistis, eidẽque credidistis. Ea enim doctrina seu verbo renati erãt, & in eam rece-  
pti fortè, vt adoptionis filii essent, & cõtinuis profectibus seu auctibus Spiritus, quos Pater  
donat, prorsus olim mudi & vni ætatis plenitudinis Christi euadere possent. I. Petr. 1, Rena-  
ti nõ ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbũ Dei viuũ & pmanẽtis in æternũ.  
Quum itaque Christus hæc operatus fuerit, quis tam amẽs est qui nõ videat facilẽ, manũ &  
brachiũ Patris agricolæ colẽtis agrũ, Christũ Dominũ nostrũ esse: Quãuis enim cultura vi-  
tis Patri attribuat, sunt tamẽ omnia ex Patre per Filium, vt per virtutẽ eius. Ipse enim (vt  
Paulus ait Hebr. cap. 4.) est viuũ & efficax eius verbũ: viuũque est sermo Dei & efficax &  
penetrabilior omni gladio ancipiti, & peringẽs vsque ad diuisionẽ animæ ac Spiritus, cõ-  
pagum quoque ac medullarũ, & discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Nam quum ad  
intima vsque nostri cordis penetret, facilẽ acutã Spiritus falcẽ immittit, vanas cogitationes  
nostras & studia amputã, bonas autẽ & studiosas actiones (quæ ad virtutẽ tendũt) multipli-  
cans, & ad ferendũ vsque fructũ corroborãs. Rogat Augustinus: Quare nõ dixit, Mudi estis  
E. i.

Purgationis  
modus.

Eate Spiritus.

Fructũ afferre.

Christo adha-  
rere.  
Afflictiones nõ  
voluntarios red-  
dunt.

Putati palmites  
in Christo.

Purgatio Spir-  
italis.

Palmitem fieri.  
Putatio solum  
in vite.  
Afflictiones ex-  
tra Christũ nõ  
veræ.

Sermo purgati-  
uus.

Purgatio ani-  
mũ.



propter baptismū quo loti estis: sed ait, propter verbū quod loquutus sum vobis, nisi quia & in aqua verbū mūdāt? Detrahe verbū, & quid est nisi aqua? Accedit verbū ad elemētū, & fit sacramētū, etiā ipsū tāquā visibile verbū. Vnde ista tāta virtus aquae vt corpus tingat, & cor abluat, nisi faciēte verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur: & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbū fidei quod praedicamus, ait Apostolus Rom. cap. 10, Quia si confessus fueris in ore tuo quia Dominus, est in eis v s, & credideris in corde tuo quia Deus cum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Vnde Act. cap. 15, Fide purificās corda eorū. i. Petr. 3, Sic & vos baptisma saluos facit, nō carnis depositio sordidū, sed consciētiā bonae interrogatio in Deū, per resurrectionē Iesu Christi à mortuis. Ephes. cap. 5, Christus dilexit Ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae. Tanta est igitur vis verbi fidei in ecclesia, vt per ipsum credentē, offerentē, benedicentē, tingentē etiā tantillū, mūdēt infantē, quāuis nondū valentē corde credere ad iustitiā, & ore cōfiteri ad salutē. Colligamus ex superioribus quod cōstāter cōstātendū est: Tota Trinitas agricola est, Pater, Filius & Spiritus Sāctus, Purgat Pater, purgat Filius, purgat Spiritus Sāctus: Purgat verbū, purgat fides viuā, purgat sacramētū. Pater per Filiū & in Filio purgat suo Spiritu: purgat similiter & Filius & Spiritus Sāctus: quorū triū vna est operatio & vis purgādi. Est igitur Pater agricola, Filius agricola, & Spiritus Sāctus agricola & author purgationis. Christus purgat vt manus & potentia, estque Christi humanitas omnīū beneficiorū Dei in nos tāquam canalis & instrumētū per quod ad nos Dei bona & Spiritus Sācti dona fluunt. Sacramētum purgat vt instrumētū, similiter & fides ac verbū praedicatū, vt supra diximus ex Petro & cap. 15. Act. 15. Proinde sensus verborū I A M V O S M Y N D I E S T I S, est. Ego quidē vt Deus sum agricola, & vt homo sum vitis, vos palmites, hactenus iam purgati & mundi per doctrinā meā à vobis receptā. Iam vt palmes nō fert fructū, nisi purgetur putatione, ita vos iam mūdi & purgati, posthac magis purgandi estis, quo copiosiorē fructū feraris. Nunc satis est vos in fitos esse stirpi, vnde per viuam fidem hauriatis vitam: superest constantes sitis dum putandi tempus venerit, vt fecundiores sitis. Mundi itaque sunt qui Euangelium recipiunt & credunt: purgantur tamen vt fructum copiosorem afferant. Quia in fide viuā (qua filii Dei facti sunt) dono Patris proficiunt: in qua quanto plus profecerint, tanto magis vt Deo similes, ita & frugiferi redduntur cum sibi tum aliis.

### Manete in me, & ego in vobis.

Occupatione diluit quorundā errorē, qui putāt nequaquā se posse (si semel mūdi & donati Spiritu Christi fuerint) excidere, & ad peiora delabi. Ego quidē ait Christus, vos purgavi per sermonē meū & doctrinā meā, nihil eorū omisi quae per me faciēda erāt, vt palmites mei essetis. Non satis est vos palmites in fitos esse stirpi, ē qua vitā hauriatis, dāda est opera ne euellamini, & qui putat se stare, videat ne cadat. Mille nanque pericula (nisi vigilāter studeatis manere in me) etiā stantibus imminēt. Quare nauate operā vt maneat in me, & ego vicissim agā in vobis ex me pendētibus. Ego vos iuuabo, nihil vobis in me manētibus deerit. M A N E M V S in Christo per fidē viuā & charitatē. i. Ioā. cap. 1, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et ipse manet in nobis per verbū suū & dona sui Spiritus. Osae cap. 2, Et sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. M A N E T & in nobis quum sacram Eucharistiam verē & ex fide viuā recipimus. Ioan. cap. 6, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē in me manet, & ego in illo. Manent palmites, hoc est sancti in vite seu C H R I S T O, vt vitam accipiant: C H R I S T V S autem in ipsis manet, non vt vitam accipiat, sed vt vitam & alimentum palmitibus seu fidelibus ministrat.

### Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis.

Argumento ab incommodo quod incurrunt qui excidunt, hortatur discipulos C H R I S T V S, vt diligētē studeāt manere in vite, atque peruentūta similitudine illustrat & exponit, quid sit C H R I S T V M manere in nobis: nimirū nos vegetare, fecundare, irrigare, viuificare & saluare. Hoc simile cōmēdat C H R I S T V M, verā vitē, ab effectibus & officiis eius erga nos, exponitque vtilitatē & fructū quē cōsequimur si in vite māserimus. Quēadmodū palmes decisis à vite nō potest ex se fructū facere, q̄ quicquid habet succi, trahat ē stirpe: sic nec nos decisi à Christo, vera vite, nūquam secundū virtutē germinabimus, nisi Christo per fidē ac dilectionē adhāserimus, vnde nobis proficiatur oportet quicquid ad verā aeternāque salutē facit. C H R I S T V S enim est qui nos per gratiā Spiritus, quasi per aquā irrigat,

irrigat, vegetat & nutrit, vt possimus pietatis fructus edere. Suprà cap. 7, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Quod nobis interpretatus Euangelista, ait, Hoc autē dixit de Spiritu quem accepturi erant fideles. Ideo Dauid (Psal. 35.) ad Deum Patrem clamabat, Quoniam apud te est fons vitae. Est profecto ipse Filius deliciarum torrens & limpidissimus fons, qui gratia Spiritus per charitatem animas nostras irrigat.

### Ego sum vitis, vos palmites.

Quia neque Moyses neque vllus Prophetarum vera vitis est, sed solus C H R I S T V S illa est vnica vitis, cui inhārendum est, qui fructum salutis ferre volet: ideo per expolitionē eadem repetens, & clarius exponens, idque amplificādi gratia, dicit, V G O ego ipse & non alius sum illa vitis vera, & vos illius estis palmites: cui gratis insiti & gratis purgati estis: sed vnde potestis euelli non alia quā vestra culpa. Quare in hoc toti esse debetis vt in me maneatis, & mihi perpetuō iungamini. Porro credentes in C H R I S T V M sunt palmites, omnia sua bona ē C H R I S T O accipiētes: vnde & aliās vnū corpus cum C H R I S T O dicuntur, & membra eius: Rom. cap. 12. i. Corinth. 12. Ephes. cap. 4.

### Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

C H R I S T I verae vitis diuitiae & fecunditas cōmendantur promittitūque his qui in charitate & mandatorum obseruatione perstiterint. Quasi dicat: Curate diligenter mihi perpetuō adhāere: nam quisquis mihi fide viuā adhāret, me sibi vicissim coniunctum habet, ac meo Spiritu viuat. Hic Patre fauente & aspirante, operibus pietatis fecundus est, ac copiosum fructum profert: magis enim ac magis excrefcit in fide, magis ac magis experitur bona ac diuitias C H R I S T I, quibus fecundatur & viuificatur, sibi salutem aeternam lucrificiens, & Deo (cuius gratia omnia sunt) gloriam apud homines concilians.

### Quia sine me nihil potestis facere.

Rationē adducit, cur neque paruum neque multū fructū ferre possunt qui sibi vt verae vitae nō adhāret, Q U I A sine me nihil potestis facere. Facessant hinc Pelagiani, qui aiunt se citra Dei adiutoriū ex propriis viribus posse virtutē & studiosas operationes in obseruāda lege operari. Audiāt Dominū hīc dicentē, sine ipso neque magna neque minima, imō nihil prorsus posse facere. Suprà cap. 1, Sine ipso factū est nihil. Id profecto iure optimo dictū est: sunt enim opera nostra aut ex virtute naturae, aut ex gratia diuina. Si virtute naturae (quum omnes motus naturae sint ab ipso verbo Dei) nulla natura ad aliquid faciendū moueri potest sine ipso. Si autē ex gratia & fauore gratuito (quū C H R I S T V S sit huiusmodi fauoris author: Gratia enim & veritas per I E S V M C H R I S T V M facta est, vt scriptū est suprà cap. 1.) sequitur nullū opus, siue studiosum, siue meritorū, siue gratuitū factū esse sine Christo. Huc pertinet quod Paulus scribit 2. Corinth. cap. 3, Fiduciā autē talē habemus per Christum ad Deū, nō q̄ sufficētes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficētia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti. Sine igitur C H R I S T I fauore, neque verē fidere Deo, neque verē timere Deum, neque verē diligere Deū, neque assequi iustitiā, neque bene operari, neque fecūdi esse possumus. Hāc gnōmē nō aufert liberū arbitriū: tamen enim nō possum credere nisi gratia & fauore C H R I S T I praue-niente, id tamē cōstāter pronūtio, talē fauorē nō necessitare (vt ita loquar) siue cogere voluntatem meā, quae libera manet, praesente etiā illo fauore quo Dominus pulsāt fores meas: superest huic aperiā si volo, hoc est pulsanti acquiescā. Quod quum nō semper acquiescamus, signū est liberā nobis manere voluntatē: alioqui nō vitio nobis daretur, quod inuitanti nō adhāreamus. Matth. 25, Hierusalē, quoties volui cōgregare te, sicut gallina cōgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? En cōtemplāre verbum Nolūisti, quod subindicat liberum ipsis fuisse vocantē adhāerere. Sed de his suprà, 3. & 6. capitibus copiosius disseruimus.

### Si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & ardeat, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Quae hactenus dixit Dominus, singulari illustrat antithesi. Si quis palmes non me auctore, sed suo vitio sese à me vite auulserit & resilerit, vel quia in fide, vel quia in obseruatione mandati defecerit, is non aliter atque abscissus à vite palmes inutilis, qui soli afferatur igni. Quēadmodū enim palmes inutilis falce amputatus exarescit, mōxque in fascem cum reliquis sarmētis exectis collectus, in ignem conicitur vt ardeat & cōburatur: Ita qui meo humore & succo, id est Spiritu meo & meo fauore est destitutus, falce mortis & Satanae amputatus, iuxta mentē emoritur, licet animali & corporali adhuc vita viuat. Et post hanc vitam irrecuperabiliter à vite separatus, aeterno igni mādatur, perpetuō ad suum supplicium E. ii.

Verbum fidei.

Trinitas agricola.

Humanitas Christi canalis omnium bonorum in nos. Sacramentum purgat.

Manere in Christo. Deum manere in nobis.

Christum manere in nobis.

Christus solus vitis vera.

Christi auxilium necessarium. Pelagianum.

Opera nostra vnde sunt.

Sufficiētia ex Deo.

Fauor Christi agentibus necessarius. Liberum arbitrium.

Christi humore.



arsurus, quod in vite permanere recusat. Proinde nobis exemplo est Iudas avaritiae servus, qui à vite decisus, eiectus est, & abiit foras vediturus magistrum suum, & cum funibus ac reliquis sarnētis collectus, laqueo vitā finiuit, & sese in ignē perpetuum praecipitē dedit. Reliqui vero discipuli, quia manserunt in c h r i s t o, nec vlla vi Satanæ ab eo diuelli poterunt, gloriā & laudē caelestem cōsequuti, fructū sui Apostolatus & virtutis suae, cōuersionē orbis ad Euangeliū attulerūt. Vnde immarcessibili corona apud Deum insignitos esse nō dubitamus. Ex praecedentibus colligamus c h r i s t v m dupliciter nos inuitasse ad manendum secū, partim gloria, quam (qui in vite māserint) palmites cōsequētur, partim poena ignis & supplicii aeterni, in quod coniciētur palmites à vite abscissi. Huius supplicii grauitatē, grauissimūque hypocritarū interitū cum periphrasi iudicii in hypocritas, cōtinent haec verba a r e s e t, & colligent, & c. Est profecto hic locus vocū incrementū. Graue est arefcere, grauius colligi & in ignē mitti, grauissimū ardere. Hanc incisionē Paulus diligēter docuit Rom. cap. 11. Vide ergo bonitatē & feueritatē Dei: in eos quidē qui ceciderūt, feueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanferis in bonitate, alioqui & tu excideris: sed & illi, si non permanferint in incredulitate, inferentur. Potens est enim Deus iterum inferere illos. Obserua: quod his verbis c o l l i g e n t e t i n i g n e m mittent, expenditur, idem de paleis Matthæi cap. 3. & de zizaniis cap. 13. dicitur.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint.

Hæcoratio animos addit vt c h r i s t o indiuisē adhæreamus. Est enim ingens promissio, qua Christus sese totū viam fidē habenti donat, imō verē seipsum obligat, tāta est eius philāthropia. Nihil enim nō facit, vt nos ad sui amorem pelliciat. S i m a n s e r i t i s in me, id est si verba mea seu mādata mea manserint in vobis. Quasi dicat: Ne in ignem cōiciamini perpetuō arsurī, manete in me. Manebitis autē in me, s i v e r b a mea manserint in vobis, id est si quæ creditis, tenueritis: si quæ tenetis, factis exequamini. M a n e r e in c h r i s t o, est in c h r i s t v m credere, verbo eius adhærere, mandata eius obseruare. Volens enim placere Deo, volūtate sua per dilectionē & mandatorū obseruationem Deo vnitur, & Spiritu adhæret: sicut qui mandatis inobediēs est, spōte à Domino alienatur. Proinde his verbis, e t v e r b a mea, & c. vrgēt c h r i s t v s necessarium esse fide retinere verbū Dei, sine quo viua fides neque durare neque subsistere potest. Verbum enim est causā, & fides est effectus verbi. Fides ait Paulus, ex auditu est, auditus autem per verbū. Et quemadmodū ignis ligno nutritur, ita & fides verbo. Colligamus ex his: Q u i in c h r i s t v m credit, in c h r i s t o manet, & eius verba in corde cōseruat, dicens cum Dauide Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia mea, vt non peccem tibi. Nam quemadmodū qui ignē in æreū vas recōdit, caliditate ignis non caret, ita qui verbū Dei in animo suo excepit, & illud factō exequi conatur, charitatis semper feruet amore. Scriptum est enim Psal. 110. Ignitum est eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud.

Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.

Suauissimam credentibus hæc afferunt cōsolationem, & simul nos ad orandū inuitant, quum audimus omnia nobis per orationē fide viua ornata contingere posse. Hic nobis verbi crediti & custoditi effectus, scilicet omnia petita accipere, expanditur. Huius orationis sensus est, Q u i cūque promissionis diuinæ verbum habuerit, & in fide viua, seu in illius verbi fide orauerit, certō statuat apud se, quod hac oratione impetrabit quodcunque, siue magnum, siue paruum, siue multū, siue parum, siue impossibile (coram ratione humana & carnis) siue possibile, voluerit. E t f i e t vobis, id est q̄ primū ex fide viua oraueris, impetras, differtur tamen nonnunquam aliquātisper impetrationis reuelatio, vt orantis fides dilatione probeatur. Cæterum hoc loco rationem reddit eius quod dixerat, palmites (qui in ipso manerēt) fructus aedituros, hoc est multis Euangelium persuasuros. Nam si omnia quæ vellent, impetraturi erant, facillē potuerunt Euangelio facere quiduis. Obserua: Vocula, q u o d c u n q u e, nobis Dei omnipotētiam cōmendat, qui omnia petita dare omnipotens est. Rursus hic locus subinsinuat obseruādum esse duo in oratione petitoria, vt exaudiamur: fidem viuam, & verbum. Non enim sufficit fides historica: nam & demones illam habent, authore Iacobo cap. 2. & vt Matthæi cap. 7. Saluator ait, Non omnis qui dicit mihi domine, domine, introibit in regnū cælorum, sed qui facit volūtatem Patris mei qui in cælis est. Necessaria igitur est ad salutē fides viua. Porro huic sententiæ non ab simile est quod aliās c h r i s t v s Matthæi cap. 21. ait, Et omnia quæcūque petieritis in oratione credētes accipietis. Marc. cap. 11. Propterea dico vobis, omnia quæcūque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis. Luc. cap. 11. Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti

Christus nos inuitat dupliciter ad manendum in se. Inuitat hypocritarum.

Christus quibus se promittit, & totum cōtradit. Manere in Christo. Verba Christi in nobis manere.

Verbum sine quo fides non subsistit.

Orationis fidei virtus.

Omnipotētia Dei. Orationis petitorie vt exaudiamur, partes. Fides historica. Fides viua necessaria ad salutē.

pulsanti aperietur. Animaduertendum est: Quum oramus, praesens est caro, praesens est & spiritus. Vnde caro iuxta suum captū & affectum interpretatur orationē: spiritus autē pro suo, id est spirituali & diuino ingenio. At Deus exaudit solū spiritus affectum, nō carnis. Hæc à Paulo diligēter explicantur Rom. cap. 8. Similiter autē & Spiritus adiuuat infirmitatem nostrā. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desyderet Spiritus (id est nouit quis sit sensus spiritus) quia secundū Deum postulat pro sanctis. Vnde quum legimus Moysen pro suo populo orasse, aut dimitteret populo noxam, aut quod de libro vitæ deleteretur (Exod. cap. 32.) similiter & Paulū ter rogasse vt auferretur angelus Satanæ (2. Corinth. cap. 12.) & hos non exauditos à Deo: dicendum est, Deum quidem illos exaudiuisse iuxta spirituales orationis affectum, hoc est iuxta interpretationem Spiritus: non autem secundum carnalem interpretationē, quum nūquam nouerit caro quid aut quomodo orandū sit.

In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

Argumento à finali vsu fructificantium palmitum (qui est gloria Patris) adhortatur c h r i s t v s fideles ad fidem in se, ad amplectendam doctrinā Euangelicam, ad dignam Euāgelii conuersationē, & ad iustitiam eius desyderadam. I n h o c clarificatus est Pater meus: id est, hæc est gloria Patris mei, vt f r v c t v m plurimum afferatis. Quasi dicat: Fructuosus vester labor & Apostolatus est ad Patris gloriā, cui fructū afferatis ex hoc quod mei estis discipuli. Eō rursus discipuli estis, vt opus quod cœpi, proferatis, & regno Patris quam plurimum adducatis. Finalis igitur vsus vocationis palmitū, hoc est prior est, vt dum multum & copiosum fructū afferent: dum discipuli c h r i s t i, id est veri palmites fecundi & iusti sunt: dum ex fide viua orantes Patrē, exaudiūtur, glorificetur Deus. Si igitur pii pro Euāgelio certant ad gloriā Patris, proculdubio Pater gloriam suam non cōtemnet, sed Euangelizantibus & syncerē laborantibus cooperabitur, vt plus fructuum afferant, quo magis glorificetur. Pater in discipulo suo fructuoso & fecundo gloriatur, id est gaudet, & gloriā suā existimat. Respōdabit quispiā: Quum Pater natura sua sit glorificatus, imō ipsa sit gloria, cui nihil gloriæ adiaci potest, quid igitur gloriæ per nos illi cōferri potest? Respōdeo: Est Pater suapte natura, & gloria ipsa, & gloriosus ab aeterno: sed cuius gloria non semper reuelatē & manifestē apparet. Erat ante mūdum conditū sapientissimus & sanctissimus, non tamen vlli quā sibi cōspiciuus: sed à creatione mundi visā manifestāque fuit eius potentia & liberalitas. Similiter ab aeterno semper gloriosus est, cuius gloria reuelatur, quum palmites viuificat, electos sanctificat. Quum quis in c h r i s t v m credit, & eius discipulus fit, id est fit adoptione Filius Dei, & efficit vt pii f r v c t v m f e r a n t, hoc est vt credant & diligant, quis non viderit & gloriā & opus Dei esse, quum Gentes Euāgelio obediunt, quum fide viua franguntur omnes Satanæ doli, euertuntur omnes mundi machinæ, & peccata delētur? Proinde qui volet Patrem gloria afficere, credat in c h r i s t v m, maneat in verbo Filii Dei, & diligit proximum, is verē fructū proferet, c h r i s t i discipulus erit, & Patrem glorificabit. Obserua. Idem est dicere, vt fructum plurimū afferatis, & Efficiamini mei discipuli. Cæterum non essemus discipuli eius, nisi Pater per suam misericordiam esset clarificatus, qui voluit proprium Filium propter nos, hominem fieri, tradiditque eum pro nobis, id est placuit ei, vt c h r i s t v s pro nobis moreretur.

Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.

Docuit c h r i s t v s Apostolos vnde accepturi essent vt fructū afferent fierentque discipuli eius: nunc hortatur illos vt libeat suo exemplo fructum afferre, & proximis seruire. Particula, s i c v t, non æqualitatem naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est Patris & ipsius (ait Augustinus) sed gratiam qua mediator Dei & hominū est homo, c h r i s t v s t e s v s. Mediator quippe monstratur, quum dicit, Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: nam Pater vtique diligit & nos, sed in ipso: quia in hoc glorificatur Pater, vt fructum afferamus in vite, hoc est in c h r i s t o, & efficiamur eius discipuli. Proinde sensus verborū est: sicut Pater dilexit me vitam, hoc est hominem: ita & ego homo factus, dilexi vos palmites. Rogabis, Quomodo Pater dilexit Filium? Respondeo: Pater diligit quidem Filium, quod velit illum esse Deum æqualem sibi, dum generatione communicat & transfundit in Filium omnia quæ habet, non illa deserendo, sed eandem numero naturam quam habet, communicando: vltique illum Deum & hominem esse: sed ad nihil horum dilexit Filius discipulos. Neque enim voluit aliquem illorum Deum esse per naturam, neque in persona vni-

Orantibus adsum spiritus & caro. Spiritus affectus exauditus.

Caro orare non nouit.

Apostolatus optimi signum & vsus.

Patrem glorificari.

Fras fructum ferre. Gloria & opus Dei. Glorificare Patrem.

Mediator Christi suus.

Pater quomodo diligit Filium.



tum iri: sed iuxta quendam huius dilectionis similitudinem illos dilexit. Ad Rom. cap. 8, Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. 2. Petr. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit: ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Atque quemadmodum Pater adeo dilexit Filium, ut omnia bona sua illi communicauerit, in persecutionibus & sub cruce sustentauerit, de morte ad vitam excitauerit, cui non dedit videre corruptionem, sed animam eius ex inferno liberauit: sic & CHRIS TVS credentes in se ita diligit, ut seipsum illis communicet, suorum omnium bonorum participes faciat, afflictos & sub cruce existentes sustentet ac consoletur, de morte ad vitam reuocet, & ex inferno ac Satanæ tyrannide liberet. Obserua: Particula SICVT, insinuat vehementiam & perfectionem dilectionis CHRIS TI erga credentes. Est enim Patris dilectio erga Filium vehementissima & perfectissima.

### Manete in dilectione mea.

Quum tanto Patris & meo beneficio donatos intelligatis, nimirum vos à me diligi, sicut Pater diligit me, excutientes timorem omnem & diffidentiam (quæ vera charitas non admittit) perseuerate, & diligentem nauate operam ut non excidatis à mei dilectione, sed MANEATIS in ea, hoc est credite in me ac fidite vos mihi curæ esse: perdurate in fide: sic enim fiet, ut ego vos diligam, sicut diligit me Pater. Obserua: Verbum MANETE, insinuat liberum nobis esse manere. Vnde Chrysostrum hunc locum interpretatus, ait, MANETE in dilectione mea, hoc in vestra est potestate.

### Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.

Occupatio est: Ne quis responderet, rogans, Quomodo manendum est in dilectione CHRIS TI? Christus addit signum quo quis cognoscere potest se manere in ipsius dilectione. Quod est signum? Obseruatio mandatorum Christi. Præcipua mandata dicitur, Fides in CHRIS TVM, Amplecti Euangelium, Diligere inuicem sicut CHRIS TVS diligit nos. Obseruatio mandatorum, est effectus diuinæ dilectionis, non solum eius qua nos diligimus, sed etiã eius qua ipse diligit nos. Nam ex eo quod nos diligit, mouet & adiuvat nos ad seruandum mandata eius, quæ nullis nostris viribus impleri possunt, nisi adit præueniens eius gratia. 1. Ioan. cap. 4, In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.

### Sicut & ego præcepta Patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione.

A suo exemplo probat CHRIS TVS obseruationem mandatorum, certum esse signum dilectionis suæ erga nos. Magna profecto CHRIS TI philanthropia, qui nostram paupertatem non est aspernatus, ut nobiscum cõuerfatus, inaudita vitæ se nobis ducem præberet. Sicut ipse præcepta Patris seruans, MANET in dilectione Patris, id est certus est certoque cognoscit se diligi à Patre, & se esse curæ Deo Patri: ita & nos mandata eius seruantes, manemus in eius dilectione, id est obseruantes mandata, certi sumus quod nos diligit: ipse verbum Patris profunda Dei scrutatur, & omnia quæ Patri videntur, peragit. Hoc loco, Mandata, ut homo appellat IESVS, & de se secundum humanam naturam loquitur. Quid Pater mandauit? Sui consilii consummationem. Admandatũ est ut descendat Filius, & genus humanum, quod propter præuocationis crimen Deus oderat, ad dilectionem ipsius reduceret & reconciliaret, hoc est ut moreretur pro salute nostra: hoc perfecte cõsummauit. Vnde iure dicit, SICVT & ego præcepta Patris mei seruauit, hoc est descendi de cælo assumpta serui forma, & factus sum Patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Hæc copiose Paulus ad Philipp. cap. 2. explanat, Qui quum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit seipsum factus obediens vsque ad mortem. Propterea Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Rursus Psalmo 39, Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. Audisne ex his CHRIS TVM eod̃ humilitatis se demississe, ut Patris voluntatem & mandata faceret, dum ad mortem vsque factus est Patri obediens? Nam quum genus hominum Deus Pater saluare decreuisset, & quum nulla esset creatura quæ id beneficii præstare posset, ipse Filius (qui voluntatem Patris opportunè nouit) huiusmodi dispensationem suscepit, & factus homo sic Patri obediuit, ut genus humanum Patri reconciliaret. Ideo manet in dilectione Patris, qua Pater diligit illum ut hominem. Atque hæc dilectio est gratia: quia ad personam Vnigeniti Filii Dei per gratiam pertinet natura humana, & tantam gratiam, ait Augustinus,

Christus quomodo diligit suos.

Sicut particula.

Liberum est manere in dilectione Dei.

Signis dilectionis diuinæ.

Mandata Euangelii præcipua.

Patris mandata.

Dilectio qua Pater diligit Christum ut hominẽ gratia.

Augustinus, ut nulla sit maior, nulla prorsus æqualis: neque enim illam susceptionem hominis vlla merita præcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta coeperunt. Quid est ille homo, nisi quod Deus susceptor est eius? Deus enim erat Verbum, vnigenitus, gignenti coæternus: sed ut mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quum igitur dicitur, Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, gratia Mediatoris ostenditur: nam Mediator Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo, est CHRIS TVS IESVS. Obserua CHRIS TI erga nos humanitatem: Ne duram nobis impositam putarem sarcinam, quum audierimus obseruationem traditorum Dei, signũ esse quod in Deo manemus, seipsum pro exemplo proposuit. Nam si necessarium fuerit Filium obseruasse mandata proprii Patris, quanto magis operæpretium fuerit filios adoptionis & seruos obsecundare mandatis Dei Patris?

### Hæc loquutus sum vobis.

Rogabis: Quæ sunt illa quæ enarrauit? Respondeo: De vite & palmitibus: se lucem esse mundi: se idem esse cum Patre: se fontem & panem viuum, ostium, pastorem, viam, veritatem, & resurrectionem: se nos diligere sicut Pater ipsum diligit: se nihil imminutum, sed exaltatum, propterea quod Pater permittit ut pateretur pro mundo: & sicut non est minuta dilectio Patris, propterea quod Filius passus est: ita neque minus diligentur pii ab eo, etiã si in variis inciderint afflictiones. Rursus enarrauit de suo ex hoc mundo ad Patrem abitu: de exemplo vitis & palmitum: de palmitis abscissione, & illius in ignem coniectione. Hæc quum audirentur, discipulis non mediocrem incusserunt timorem. Nam hoc contingere multis solet, maxime his qui futurum malum aliquod audiunt, præsertim si dicentis auctoritas apud auditores valet, & non aliter futurum persuadet, ut vehementer conturbentur. Nam quemadmodum qui procellosum nauigaturus est mare, quauis nullis agitur procellis, dum meditatur & in mentem veniunt procella, totus horrescit: ita nõ aliter discipulos CHRIS TI fuisse affectos arbitror. Quare optimus præceptor IESVS CHRIS TVS (quem nihil latere potest) suos consolatur discipulos, euocans illos à mœrore ad gaudium.

### Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Hæc quæ dixi, tamen admixtam habeant molestiam, ego tamen ideo illa prædico & adhortor, ut quemadmodum ego non quæsiui gaudium huius mundi (quod est sine afflictione omnia pro animi sententia dum hic viuatur habere) sed in hoc gaudeo quod Patris mandatis obediens, diligo à Patre: ita nolite mundi gaudio gaudere, caute à mundo solatia petere, id est nihil vos moerentur tribulationes mundi, quin potius inter ipsissimas mundi afflictiones lætemini, & GAUDIUM meum in vobis sit, id est in vobis maneat: hoc est illis solummodo lætari rebus velitis, quibus ego gaudeo. Hoc enim meo gaudio accepto, fortes ad certamina eritis, & spe saluandorum hominum, pericula libenter subibitis: illudque gaudium semper animis vestris etiam in media morte adhæreat, semper auferens in maius meliusque, donec gaudium vestrum quo gaudetis quod de vestro profectu gaudeam, quodque certi sitis me bonam de vobis spem induisse, me quoque vos diligere & curam de vobis habere, promoueat in perpetuam immortalis vitæ felicitatem. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. cap. 4, Gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit. Et illud quod idẽ scribit ad Rom. cap. 8, Quis ergo nos separabit à charitate CHRIS TI, &c. Aut optat illis suum gaudium CHRIS TVS, quo alacriter sustinuit, quæ Iudæorum pernicacia excogitare potuit: nec vnquam verbis derisus, alapis ac verberibus cæsus & cruci affixus, vilo mœrore, hoc est animi perturbatione affectus fuit. Exultauit enim spiritu, instante iam cruciatu, qui & obuiam inimicis abiit plenus gaudio: quoniam voluntatem Patris cõsummari videbat, & homines hinc salutẽ habituros nõ ignorabat. Hortatur itaque discipulos, ut hoc suo gaudio gaudeant, quo nihil nõ periculi, pro Euagelii defensione alacres subeant. Obserua nomine GAUDIUM intelligimus omnes cõsolationes, omnes certitudines & cõfirmationes nostras, quas de dilectione Christi, & eius erga nos cura, habemus.

### Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.

Pergit CHRIS TVS suos consolari, & à suo exemplo hortari ad mutuam dilectionem, ut vel vno verbo aperiat à se solo petendam esse veram dilectionis formam. Abiturus hinc, vnus solius dilectionis ac charitatis meminit, illamque arctissimè commendauit ac præcipit, quod illa sit omnium præceptorũ radix & finis (1. Timoth. 1.) ac summa qua Deo coniungimur & vnum cum illo sumus: adeo ut dicatur 1. Ioan. cap. 4, Qui manet in charitate,

E. iiii.

Mediator Dei & hominum Christus.

Consolatio contra rigorem mandatorum.

Epilogus eorum quæ narrauit Christus.

Gaudium mundi quid est.

Piorum gaudium quale esse debet.

Gaudium Christi si discipulis oblatum.

Gaudii nominis quid intelligendum.

Præceptum Christi si præcipuum.



in Deo manet, & Deus in eo. Rom. cap. 13, Qui diligit proximum, legem impleuit. Præclara de hac sentit Gregorius, dicens, Vt multi rami ex vna radice procedunt, sic multæ virtutes ex vna radice generantur: nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. **N O C E S T** præceptum meum, id est hoc vnum est quod abiens vobis commendo, & à vobis diligenter fieri contendo, non mea sed vestra causa: nimirum vt inter vos mutuam habeatis consolationem. Solet enim mutua charitas etiam in medijs malis magno esse solatio. Variæ sunt Pharisaorum præceptiunculae, & Moysi sunt plusquam sexcenta præcepta: sed hoc vnum est, quod omnia quæ doceo cõplectitur, quodque omnia quæ tristia inciderint, conculcabit. **M E V M** dico non Moysi, quod huius mandati author sim, & vt verè fiat, largior. Responfabit quispiam: Quum Matth. cap. 22. dicatur, quod ex dilectione Dei & proximi pendeat lex & propheta: quare hic solam de proximi dilectione mentionem fecit? Respondeo: alterum alteram includit. Dilectio Dei & dilectio proximi mutuam habet coherentiam. Nam qui diligit Deum, necesse est vt proximum, & ea quæ Dei sunt, diligat: Et qui diligit proximum propter Deum, necessariò Deum diligit. Sunt quidè harum dilectionum obiecta diuersa, tamè actus ipsi iuxta mutuam cõsequentiã sunt vnum.

## Sicut dilexi vos.

Nolo huius mei mandati frigidam ac hypocriticam esse obseruationem. Non est hæc dilectio Mosaiica, cui coram republica satisfacerebat, qui externo factò diligebat. Diligite inuicem **S I C V T** dilexi vos, opere, verbo, & animo. Obserua, particulam **S I C V T**, subindicare formam veræ dilectionis quæ à **C H R I S T O** discenda est. Quod supra cap. 13. dixit, Mandatum nouum do vobis, hoc loco repetit, dicens, Hoc est præceptum meum. Sub nouo testamento non satisfit præcepto **C H R I S T I** lingua, verbo aut hypocrisi, sed opere, veritate, & animo consentiente simul. 1. Timoth. cap. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Vnde additur,

## Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Hortatus sum vos & iussi vt diligatis inuicè sicut dilexi vos. Nolo frigidum & remissum esse vestrum amorem erga proximum. Vehemens sit vestra dilectio, vt etiam non dubitetis urgente sic necessitate, quæuis pericula pro salute proximi subire, quum vera charitas ad mortem vsque perueniat. Amorem meum vestræ dilectionis archetypum, non dicitis tantum, sed factis etiam testor, nec cum vulgarem, sed eximium, sed hætenus inauditum. Nemo enim maius eximie charitatis signum præbere potest, quam si quis **P O N A T** **A N I M A M** suam, hoc est vitam impendat pro amicis suis, siue hi te diligant (sic enim & pro amicis, sed solius nominis & propriæ gloriæ gratia impulsus legimus Curtiũ, Decios, Codrum, Philenios fratres & similes se in certam mortem obtulisse) siue quos tu dilexeris, etiam si inimici fuerint. Hoc beneficii pro inimicorum salute mortem subire, nemo hætenus præstitit. Hoc meum mandatum est, vt proximi etiam inimici necessitate spiritali urgente, mors obeunda veniat, licet sua cuique vita charissima sit. Hoc ego præsto, qui pro inimicis etiam vitam impendo, modò mea morte fiant amici. Iam in procinctu sum, iam itinere ad mortem pro inimicis sum accinctus. Obserua. Quum **C H R I S T V S** ait, **P R O** amicis suis, non intelligit quod aliqui prius illum dilexerint: nemo enim prior **C H R I S T V M** dilexit (1. Ioan. cap. 4.) qui prius nos dilexit, vt ipsum diligereamus: sed de iis loquitur, quos ipse adhuc inimicos existentes, prior dilexit, & morte sua amicos effecit. Rom. cap. 5. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam si quum adhuc peccatores essemus, secundum tempus **C H R I S T V S** pro nobis mortuus est, sequitur, &c. Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, &c. Proinde piorum & credentium animos his verbis excitat, tum ad eximiam fortitudinem, tum ad mirabilem charitatem, talisque formare studet, vt nullo quantilibet magno periculo Euangelium deserat. Talem se Paulus militem professus est, Philipp. cap. 1. Mihi enim viuere **C H R I S T V S** est, & mori lucrum. Rom. cap. 8. Quis nos separabit à charitate **C H R I S T I**? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? En vides Paulum paratum esse nihil non subire pro Euangelii & veritatis defensione. Cæterum horum omnium summa est. Præcipit **C H R I S T V S** discipulis, orbi absque formidine prædicare Euangelium. Quod vt efficerent, iugi oratione rogabant. (Act. cap. 4.) dicentes, Et nunc Domine, respice in minas eorum, & da seruis tuis, cum omni fiducia loqui verbum tuum.

Vos amici

## Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis.

Hætenus monuit quæ studiosi debeamus esse mutue charitatis: nunc animos à præmio (quod est esse amicos & domesticos Christi) excitat, & præcipit vt credamus in se, & huius fidei vine fructus per charitatis opera & madorum obseruationem manifestemus: sursum deorsumque versans charitatis doctrinam, vt hac verborum copia ostendat hoc charitatis madorum maioris esse momenti, & diligentius accuratiusque obseruandum quam alia: necnò illud esse certissimũ signũ quo agnoscere possumus nos esse amicos & cohæredes **C H R I S T I**. Quare hic locus sic venit interpretandus: **V O S A M I C I** mei estis, id est in hoc cognoscetis vos esse amicos meos, si quemadmodum ego obtempero iussis paternis, ita vos alacres ac lubentes peregeritis quæ præcipio vobis. Obserua: Mandatorum obseruatio causa quidem est qua in Dei dilectione & conseruamur & perseueramus, non autem causa qua Deus nos prior dilexit, Rom. cap. 11, Quis prior dedit illi, & retribuatur ei? 1. Ioannis cap. 4. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Ephes. cap. 1, Gratificauit nos in dilecto Filio suo. Rogabis: Quæ sunt illa quæ præcepit? Credamus in **C H R I S T V M**, & diligamus inuicem. Hæc sunt omnibus pijs signa certissima quod sunt amici Dei, qui prius erant serui & inimici. Hæc est libertas Christiana qua asserit nos **C H R I S T V S** amicos, dum liberat nos ex seruitute legali, ex tyrannide Satanæ, mortis, peccati & inferni. Aduerte: Quod hinc **C H R I S T V S** dicit **N O S A M I C O S** esse, Paulus (ad Rom. cap. 4.) vocat, Sub gratia esse.

## Iam non dicam vos seruos.

Postquã asseruit pios esse Dei amicos, aperit quid sit vera libertas Christiana (quæ per fidem & amicitiam Dei consistit) qua pii & amici Dei donantur. Tametsi vos meo iure seruos appellare possem, ego tamen amicos honoris gratia voco. Et **I A M**, id est posthac, accepto scilicet Spiritu Sancto, **N O N** dicam vos seruos: Vbi enim Spiritus Domini est, ibi libertas non seruitus est. Rom. cap. 8. Nò enim accepistis iterum Spiritum seruitutis in timore, sed Spiritum adoptionis filiorum Dei, & Ioã. cap. 8, Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. Obserua: Vocula **I A M**, id est posthac, declarat cum Apostolos tum pios omnes non semper fuisse amicos & liberos: quibus, quum Euangelium exceperunt, **C H R I S T V S** dicit, Iam non dicam vos seruos. **S E R V O S** vocat cultores legis, quoniam ex præscriptis varijs pendent, ac metu potius quam ex animo, quod præscriptum est, faciunt. Propterea quos vocauerat **C H R I S T V S** ad libertatem Euangelicam, appellat non seruos, sed amicos: vt quos non coactio aut necessitas, sed vera charitas sibi coniunxerat. Latissima significatione qua & filius dicit posset seruus patris, id est obediens & subiectus patri, Paulus (Rom. cap. 1.) se seruum **C H R I S T I** vocauit: sed hinc Seruum nuncupat, vt distinguat à nomine filii liberi aut amici. Ad hunc modum **S E R V V S** vocatur, qui opere duntaxat & non ex animo, sed coactè & ex necessitate seruit, qui non est hæres, sicut filius: qui non manet in domo, sed ad tempus operatur, deinde præmio accepto abit, seruii & non liberali animo omnia faciens. Huiusmodi serui sunt hypocritæ: at pii & credentes accepto Spiritu Sancto, sunt filii & amici. Quod si filii, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem **I E S V S** **C H R I S T I**, manentes in domo in æternum.

## Quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.

Ætiologia est cur Apostoli & pii omnes non serui, sed amici Dei sint. Non nouit seruus quod est Domini consilium, tantum quod iussus est facere, facit, nihil magnum suis operis consequitur sperans, magno malo plectendus, si iussa neglexerit. Cuius iste est genius, vt singulis officiis singula necesse sit præscripta respondere. Surge, abi, vade, fac hoc, agetum, accelera, fuge illud & huiusmodi. Nam herus sua consilia seruo non credit, ideo nò est seruus bonæ fidei: magis enim ex metu & timore quam amore operatur: vnde semper respondat, indignatur, conqueritur, nihil pro animi sententia succedit. Apostolos autè & pios, dicit amicos Dominus, quod illis communicauerit sua consilia, & planè aperuerit animum ac Patris voluntatem. Vnde additur,

## Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Ex antithesi seruorum facile cognoscitur quis sit amicus: vos autem (inquit) idcirco dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quasi dicat: amicorum est consilia & voluntates suas inter se conferre. Iam quum semel **O M N I A** quæcunque

Dilectio proximi non sine Dei dilectione.

Dilectio vera.

Dilectio qualis in præcepto.

Dilectionis ardens summa signum.

Amici Christi.

Dilectionis quæ dicitur à Deo argumentum.

Libertas Christiana. Sub gratia esse.

Christiana libertas quibus consistit.

Serui, cultores legis.

Amici.

Seruus.

Filii &amp; amici.

Seruus &amp; filii differentia.



Filium audire à Patre Scientia Filii.

Favoris divini argumentum.

Voluntate Dei per Christi gratiam esse piis servatis. Impii aduersus voluntate Dei. Qualem Deo voluntatem debemus agnoscere.

Credentes amici Dei.

Electio duplex.

Prædestinatio.

Electio qua elegit nos Deus, gratuita.

Infitio Christi-ana.

Bona per Christum in nobis.

à Patre audiui: id est quicquid Pater vos per me scire voluit, nota feci vobis, id est, hoc tanquam fidei amicis impartii. Filium ut Deum audire à Patre, est scientiam à Patre accipere. Scientia autem Filii, est eius essentia. Quare Filium audire à Patre, est Filium accipere essentiam Patris à Patre. Tradit enim Pater omnia quæ habet, Filio, non illa deferendo, sed eadem communicando. Aut verbo AVDIUI, non autem verbo NOUI aut VIDI usus est, ut insinuaret quod non de omnibus sibi notis, sed quæ tanquam legatus à Patre audierat, loquitur. Hæc verba certitudinem doctrinæ CHRISTI præse ferunt, quum ex his nihil aliud innuat, quam quod nihil alienum à Patre loquutus sit, quodque id, scilicet arcana Patris cum eis & communicasse & dixisse, sit maximi amoris indicium. Testatur ergo hic locus verbum reuelatum. Quod est? Nos esse amicos Dei. Si itaque Dominus dederit tibi verbum suum, reuelarique Euangelium, & illud ex animo exceperis, certo scias Dominum tibi favere: quod si verbum abieceris, & credere nolueris, non es amicus. Aut OMNIA dicit, non simpliciter: nam ut infra cap. 16. dicitur, Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò: sed omnia (inquit) quæ scilicet vos audire & cognoscere oportebat. Hæc oratio OMNIA quæcunque, & c. elegans est periphrasis omnium bonorum CHRISTI, quæ conscientia sentiunt sub favore & gratia CHRISTI. Nam pii nouerunt Dei voluntatem esse, remittere peccatum, iustificare vere credentem, sub cruce & afflictionibus consolari & benedicere, sub morte viuificare, & sub inferno saluare. Ideo gaudio CHRISTI gaudent etiam afflicti, & mundi machinis impetiti. Impii autem non sic, qui in cruce dum non nouerunt Dei voluntate, impatientissimi sunt, insanunt, indignantur, fremunt, blasphemant, & aduersus iudicium Dei debacchantur. Porro necessarium est piis omnibus cognoscere voluntatem Dei, non ut quæras & scias quid post decem aut viginti annos in hoc mundo futurum est: hoc enim donum est Prophetiæ, nihil ad iustificationem pertinens: sed ad omnes pios spectat scire Christum, & in cruce ac morte ex fide, Dei voluntatem agnoscere: hoc enim pios efficit & cõseruat veros Dei amicos.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.

Argumento à dilectionis causa, hoc est ab electione gratuita, confirmat non solum Apostolos, sed & omnes credentes esse amicos Dei. Ut intelligatis (inquit CHRISTVS) quanto honore sum vos dignatus, neque vos me ut populus regem, aut milites ducem, aut discipuli præceptorem elegistis: neque vestris officiis me ad amicitiam prouocastis, ut debiti sit, redamare: neque vltro venistis ad amicitiam, ut humanitatis sit amantes redamare: sed ego ex gratuita gratia & misericordia, (quum adhuc essetis ferui feruitum feruientes, imo inimici & ab amicitia Dei prorsus alieni) volens & vltro vos nihil adhuc promeritos, selegi ab omnibus electione tum æternam tum temporali. Elegit enim nos Deus in Christo ante constitutionem mundi, vocando nos ad fidem ex tempore. Proinde quum audimus, NON VOS me elegistis, audimus quia mali eramus, & electi sumus, ut boni, per gratiam nos eligentis, essemus. Non ergo electi sumus quia boni eramus, qui boni non essemus nisi electi essemus; alioqui gratia non esset gratia, de qua loquitur Paulus, Rom. cap. 11. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Inde subscribit, Si autem ex gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Diuus Augustinus libro primo de prædestinatione sanctorum, cap. 10, Prædestinatio Dei quæ in bono est, inquit, est gratiæ præparatio: gratia verò est iam ipsa donatio, siue est ipsius prædestinationis effectus. Idem alibi ait, Prædestinatio est diuinæ voluntatis per gratiam electio. Horum summa est: Causa nostræ dilectionis, est electio: prior enim nos elegit quàm ipsum elegerimus, alioqui iam electos elegisset. Ephes. cap. 1, Elegit nos in CHRISTO Deus ante mundi constitutionem, ut essemus sancti: non ergo elegit nos sanctos: quod si sancti fuissetis, & electi fuissetis ante illius electionem. Est ergo hæc electio gratuita, ut per CHRISTVS & in CHRISTO ad vitam perueniamus æternam.

Et posui vos.

Causam omnium bonorum in nobis explicat, quæ est nos palmites esse infitos CHRISTVS, viti, per charitatem: quam erga ipsum non haberemus, nisi prior ipse dilexisset nos. ET POSUI VOS, id est plantavi, & vos inserui aptosque feci & ordinaui ex gratia & misericordia, non ex vestris meritis & operibus præcedentibus. Obserua, verbum POSUI indicare causam bonorum in nobis. Ad hunc modum fides viva, timor Dei, obeditio, mandatorum obseruatio, prædicatio, conuersio hominum per nostram prædicationem, & huiusmodi bona sunt in nobis, quia illa CHRISTVS in nobis posuit. Hanc sententiam Paulus

Ius his extulit verbis (1. Corinth. cap. 3.) Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.

Vt eatis, & fructum afferatis.

Fructum infitionis explicans, hortatur illos ut vocationi suæ summa cum diligentia & cum summo studio, hoc est, ut Paulus loqui solet, cum timore & tremore incumberent. Eodem certè argumento, ad ambulandum dignè Deo, Paulus suos (ut testatur eius epistola) vbique hortatus est. Vnde factum est quod Apostolus de virtute & successu Apostolatus sui in omnibus Gentibus tam multis gloriatur. VT EATIS (inquit Dominus) id est ut crescat & expandamini ac extendamini in mundum vniuersum, ut credatis in me, sitis amici mei, conuertatis homines vestra prædicatione, & bene operemini. Eatis ad prædicandum, & prædicatione vestra FRUCTVM AFFERATIS, conuersionem scilicet animarum ad Euangelium. Quemadmodum solet palme succo vitis semper alii, latius sese propagine spargens: ita vos quoque per omnes orbis regiones extendamini, copiosum Euangelii fructum proferentes. Imus igitur ut afferamus, & ipse CHRISTVS est via quamimus, & in qua nos posuit ut eamus.

Et fructus vester maneat.

A præmio rursus ad sui dilectionem CHRISTVS inuitat. Eatis inquit, & abundantem proferatis fructum, atque ita aliis profitis. En præmium vestrum, ut fructus vester vobis quoque maneat incolumis. Quemadmodum enim vulgaris vitis alii fructum edit, eumque mox periturum: & ideo temporarium fructum palmites eius proferunt, quod viti peritura adherent: ita vos viti nunquam periturae adherentes, fructum vobis incolumem in vitam æternam edetis. Manet profecto Apostolorum fructus, quia prædicarunt Euangelium, quod est verbum in æternum constans. Mansit hæcenus ipsorum fructus, & manebit vsque ad consummationem seculi, quia ita promissit CHRISTVS: semperque electi erunt qui in doctrina Apostolorum viuunt. Multis, pro dolor, in nationibus fructus Apostolorum admodum obscuratus & labefactatus est, nunquam tamen quamlibet magnis hæreticorum tenebris prorsus extinguetur. Est enim Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis, 1. Timothei, cap. 3. Ad hæc CHRISTVS dedit (ait Paulus Ephes. cap. 4.) quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, & c. subditur, in ædificationem corporis CHRISTI, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filii Dei, & c. Obserua: donum CHRISTI esse constanter verbo Dei adherere & in eo manere, constanter bene operari & fructificare prædicatione Euangelii. Rursus aduerte: Si fructus æternum manet, proculdubio longè magis palmites fructificantes & immortalis stirpi adherentes, æternum manebunt.

Vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Hæc oratio superiori verbo, Ego elegi vos, cõiungenda est: quia Apostoli in hoc electi fuerant, ut primi vniuerso orbi Euangelium annuntiarent: operæpretium fuit ut plurima & maxima miracula eederent, & exorarent, ac impetrarēt quicquid pro gloria CHRISTI orassent. Dat igitur CHRISTVS ac præscribit illis modum quo vel maxime ardua adorianur opera, ad quæ patranda electi sunt. Oratione enim CHRISTI nomine nihil non impetrabunt, ut sine arduis operibus per orbem extendatur & promoueat Euangelium. Idem & aliis sanctis pro sua vocatione datū quidem est: at hoc loco Dominus de miris operibus & prodigijs loquitur, ad quæ destinati sunt Apostoli, ut totus hic sermo ad eos habitus, demonstrat. Potest & hic locus ad hunc sensum per occupationem accipi: Dicitis fortasse, Ingens est labor docere Gentes, mundum obire, perpetui malorum odia, tyrannidi exponi, sanguinem profundere: & interim quid salarii & mercedis, quid auxilii nobis decernitur? Nihil vos terreat breuis hic labor (inquit Dominus) faciant omnia mundi præsidia & salaria: sit vobis hoc omnium præmiorum ac præsidiorum loco, Quod quicquid petieritis Patrem nomine meo, dabit vobis. Quid est quod ille non possit dare? quid est quod ille nomine meo, meaque causa recusare velit, quum me vnice amet, & in cuius manu omnia dedit? Obserua: hic locus aperit quod quando plantati siue infiti viti fructum afferimus, tunc quæcunque petierimus, dabit nobis. Si autem non afferimus fructum, non recipimus, quia non afferens fructum, neque animæ vtilia petit, neque ex fide & spiritu orat, sed solum petiit inutilia, ideo non accipit. Queritis enim & non accipitis (inquit Iacobus) eo quod male petatis. ORARE nomine CHRISTI, est rogare credendo nos

Apostolatus fructus.

Simile.

Ecclesie sancti ones vsque ad consummationem seculi.

Verbo constanter adherere donis Dei.

Christi nomine omnia impetrantur.

Præmium Apostolorum & piarum.

Orare nomine Christi quid est.



exaudiri propter promissionem & misericordiam Dei, hoc est propter **C H R I S T V M** **C H R I S T V S** enim est verbum, promissio & misericordia Dei. Tametsi ad tres personas unum Deum Patrem nostrum orationem dirigamus: nos tamen ut Trinitatis personas & hypostasas confiteamur, & distinctionem in personis non autem in essentia constantem credamus, illarum meminimus, & vni attribuimus, quod tamen reliquis aequaliter conuenit. Pater persona est ad quem nostram dirigimus orationem. **S P I R I T V S** persona est propter quam & in cuius nomine exaudimur. Spiritus Sanctus persona est sanctificans nostram orationem, iuuans ac docens nos verè orare ut exaudiamur. Rom. cap. 8. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. **O b s e r u a**: Imperatio seu exauditiō, est effectus orationis in nomine Christi ad Patrem factæ.

Personarum distinctio confitenda

Imperatio.

**Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem.**

Breuis & commoda est eorum quæ hæcenus de dilectione narrauit, summa. Quasi diceret: Omnium quæ dixi vobis summa continetur in mutua dilectione, illa quæ vobis mando non sunt grauiæ & dura iussa. Quid enim dulcius quàm mutuum amare? Qui tam debiles & infirmi, quos non fortes reddat mutua dilectio? quid tam durum, quod non condulcet mutuus amor? Quid tam mœstum, quod non exhilaret & consoletur mutua charitas. **H A E C M A N D O**, hoc est mandatū meum quod mandando repeto, vt toties repetitum tenacius adhæreat animis vestris: nec solum mando, sed etiam vires subministro ad implendum illud. **V O B I S**, inquit, ac si diceret: Vobis qui verbum meum excepistis, qui mihi creditis, qui quia & verbum meum habetis & in me creditis, facile & verè inuicem diligetis. **I N V I C E M** dicit, nō vt vnus diligit, & alter odio habeat. Diligendi forma præscripta est à Paulo 1. ad Timothæum cap. 1. Finis præcepti est charitas ex puro corde & cōscientia bona & fide nō ficta. Archetypus veræ dilectionis, est solus **C H R I S T V S**. **O b s e r u a**: Verbo **D I L I G A T I S**, intellige omnia charitatis & misericordiæ opera in proximum.

Mandatū Christi si suauis.

Diligendi forma

Dilectionis archetypus.

**Si mundus vos odit, scitote quia me priorè vobis odio habuit.**

Dignum admiratione ac planè diuinum in confirmandis firmandisque Apostolorum animis hoc loco **C H R I S T I** artificium legimus. Nam vt solent peritissimi medici variis antidotis & remediorum præparatione cum proximè imminentes tum futuros auctere morbos: ita & Dominus cum Apostolorum tum credentium ac piorum animos non à præsentī ægitudine solum, verū etiam à futuris malis, doctrina & mandatis suis præseruat. Quos vt contra crucis scandala muniat (quoniam non vnus solum ciuitatis aut regionis, sed totius orbis doctores futuri erant ad nouam religionem, hoc est vitam Euangelicam homines traducetes: quos item, omnes vbiq̃ quasi Euangelii legem ac regulam imitari erant) hortatur & admonet necessarium esse cum mūdo dissidium ac similitatem habere, imo hoc ipsum debere esse magno solatio, quum nos oderit mundus, quandoquidem hoc argumento cognoscemus nos esse veros **C H R I S T I** discipulos & amicos, nimirum alienos à mundo, qui totus in maligno positus est, quum pii cælo destinati sint: idque facit à suo exemplo. Solètque hoc consolationis genus omnium præsentissimum & gratissimum esse, quod à magnis hominibus petitur, quos scimus in iisdem periculis aliquando confluctasse, & periculum fecisse. Vnde suo exemplo **C H R I S T V S** ad hunc modū dicere videtur, **S I** mundus vos audit (sicut certò faciet propter causas sequentes, persequetur vos annuntiantes veritatem & Euangelium. **S C I T O T E**, id est perpendite & diligenter considerate, vt inde solatium habeatis, quia **M E P R I M V M V E S T R V M**, id est principem odio habuerit: hoc est accipite consolationem à meo exemplo, & consolamini vos fortuna vestri præceptoris. Nam Euangelii veritas ex alio mundo per **C H R I S T V M** allata est in hunc mundum, vnde & **C H R I S T V S**, & quotquot **C H R I S T O** adhærent, veluti peregrini ad hunc mundum diuerterunt. Quare quū peregrinus inter alienos non facile reperiat amicum, non est mirum si multos ocores in mundo cum **C H R I S T V S** tum **C H R I S T O** adhærentes, habeant. Ad hæc, Quid cōmune habet mundus, nihil aliud habens quàm concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & fastum vitæ, cum Euangelio, quod est virtus Dei, omnem concupiscentiam oculorum, carnis, & vitæ eneruans, in salutem omni credenti? His adde, quod omnes mundi ornatus & tituli, vt sunt iustitia, sapientia, & potentia carnalis, sunt mera mendacia. Quærentes enim propriam statuere iustitiam, non se submittunt iustitiæ Dei. Est ergo ipforum iustitia, in iustitia: sapientia, in insipientia: & potentia (qualis fuit exercitus Pharaonis) impotentia. Iam quum

Odiū cū mūdo piis necessarium

Consolatio afflictorum, è caelo allata.

Mundi ornatus sunt mendacia.

quum **C H R I S T V S** arguat mundum de peccato, & omnes vires eius eneruet, docens ipsum in maligno positū, & quæ mundanis affectibus nō congruunt, **M V N D V S** ipse, id est mundanis & carnalibus addicti homines, oderunt **C H R I S T V M**, persequitur Euangelium, fremuntque aduersus verbum. Proinde quo persequuti sunt odio **C H R I S T V M**, eodem persequuntur verbi & Euangelii prædicatores & veritatis amatores. Semper huiusmodi fuit mundi genius etiam apud Ethnicos, vt quò magis quis reipublicæ cōmodis consuluit, eò pertinacior odio à mundo est tractatus. Romulus Romanæ vrbs conditor, qui vitam necum diuitias pro salute vrbs lubens fudisset, à Senatu in curia dilaceratus est, vt quorundam est sententia. Camillus reipub. Romanæ defensor eximius, in exilium actus est. Scipio Aphricæ domitor, exul obiit, sepulchro inscribens, Ingrata patria, ne ossa quidc meam habes. Cicero Romanæ eloquentiæ parens, iussu Antonii à populo interemptus est. Atque hi quum Romanū imperium alio eloquentia, alius armis, alius potentia, alius prudentia propagauerint, variis tamen contumeliis & probris affecti sunt, quum interim alii rempub. deualtates, maximo honore habiti fuerint. Eadem Lycurgus à patria sua Lacedæmonæ, eadem Themistocles ab Atheniensibus, experti sunt. Nolo hæc prophana veluti sacra referre, sed eò retuli, vt intelligamus vbiuis eundem esse mundi geniū, qui semper bene consulentem auersatur & persequitur, nec cuiquam obsequi potest, nisi carnalibus affectibus. Quare non vsque adeo mirandum fuerit, etiam si eadem Apostolis & viris piis euenerint: qui vt **C H R I S T O** plures lucrifacerent, vitæ suæ non pepercerunt. **O b s e r u a**: Quauis suauissimam viris piis adferat cōsolationem, scire magno Apostolos & magno viros eadem pericula fuisse perpeffos, tamen longè plus consolationis adfert, scire eisdem ex periculis ad summam gloriam ascendisse. Cōsolationem adfert audire **C H R I S T V M** cruce sua me redemisse: at magis consolatorum est Christum è cruce ad gloriam non perituram abiisse, & ad dexteram Patris ascendisse. Similiter consolatorum est audire principes illos Petrum & Paulum pro Euangelio occubuisse: at magis consolatorum est audire ipsos per crucem ad **C H R I S T V M**, vitam beatam, abiisse. **O b s e r u a**: **Q U I A M E** priorum odio habuerunt: quasi dicat, Sit hoc vobis magna consolationi, quòd commune hoc mecum habetis, vt oderit vos **M V N D V S**, id est mali homines. Grandis profectò est hæc consolatio membris, id est piis ex capite Christo. Ad hūc modum Paulus (ad Rom. cap. 8.) suos consolatur, ab exemplo eorum qui præfunt Ecclesiæ, & plura dona in Ecclesiā habēt. Non solum autem illa creatura (inquit) sed & nos ipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionis filiorū Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Similiter & beatus Petrus (1. Epistola cap. 5.) cōsolatur suos ab omnium sanctorū cōmuni periculo, Scientes eandem passionem ei quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri. Idem 1. Epist. cap. 3, **C H R I S T V S** passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini, vestigia eius.

Mundus sanis semper aduersatur consiliis. Mundus ingratus.

Consolatio piorum.

**Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret.**

Causas adducit quibus mundus commouetur ad odium & persequutionem piorum, simulque aperit iucundum esse, quod natura sui molestissimum est. Quid quæso molestius & plerūque damnosius, quàm inter homines versari & ab illis odio haberi? id tamè suaue & iocundū efficitur propter Deū. Atque dum religionis veritatisque gratia odium accidit, id re vera argumento est, cum qui odio habetur, non inhiare rebus caducis, sed cælestibus & planè diuinis. Hoc qui patiuntur, dilectioni Dei nihil præferunt, malentes odio haberi ab hominibus, quàm à Deo. Vnde Paulus ad Galat. cap. 1. Non quæro (inquit) hominibus placere: si hominibus placere, **C H R I S T I** seruus non essem. Quum itaque nemo possit duobus dominis seruire, qui prauitatem eligunt, Deo placere non possunt. Quare qui Deo seruire vult, mundum per occasionem offendat necesse est, eò maxime quòd seruiens Deo, mūdi discipulos reuocat & distrahit à mundo, vt ab eo deficientes, ad **C H R I S T V M** concedant. Proinde vt corporum, ita & morum cognatio quædam est, quorum tamen similitudo longè vrgentior est cognatione sanguinis. Natura enim cōparatum est, vt omne animal sibi simile diligit. (Eccl. cap. 13.) & simili sibi homini homo adhæreat. Hoc experiri licet, si duos quos nūquam noueris, pila ludetes videris, plus alteri natura fauebis quòd similior & huic quàm illi tuis moribus sis accommodatior. Vnde sanctus cum sancto, & peruersus cum peruerso iocundè conuersantur. Quare quum vir pius improbitatem mundi cum vitæ sanctimoniam, tū sancta exhortatione denudet, necesse est vt à vitiosis sibi prorsus dissimilibus odio habeatur: cui nō dolendū, sed potius gaudendum est, quòd amicus Dei alienus est ab amicitia mundi, qui nouit suæ factionis homines, eòque complectitur &

Odi aduersus piis cause.

Corporū & morum cognatio.



euehit, vt Similis amat similem, & mala scabies amat commodè scalpentem. Dolendum igitur est his quibus mundus blanditur & est amicus, quum sola Dei amicitia felices reddat homines. *De mundo esse.* SI DE MUNDO fuissetis, id est si ad mundum pertineretis, & ea quæ magnificat, cum ipso cõmunia haberetis, si diligeretis ea quæ sunt mundi, si affectibus humanis seruiretis, & quæ cupiditatibus congruant, doceretis: si cum mundo viueretis, probantes iustitiam & religionem eius, *MUNDVS DILIGERET* quod suum erat, id est, mundus neque odio vos haberet, neque persequeretur, sed vos agnosceret, ac veluti suos amaret: sed quia non probatis mundi improbitatem, agitis Democritos, ridetis mundi prudentiam, iustitiam, potentiam & mores, imò vt Paulus ait, mundus est vobis crucifixus, & vos mundo, pronuntiantes syncerum Dei studium: ideo princeps mundi vetustus Dei hostis Satanas, impios agit, vt solum sua quærant, & nihil adeo detestentur ac intolerabile ducant, quàm Euāgelium, & eos qui religioni Christianæ sunt consecrati. Hic locus videtur integer syllogismus: Mundus quod suum est diligit, vos non estis de mundo, ergo vos non diligit. Huc pertinet quod Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. scribit, Omnes qui piè volunt viuere in CHRISTO IESV, persequutione patientur: mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.

### Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

*Mundus quare perodit.* Exponit CHRISTVS quid sit non esse de mundo: nimirum esse CHRISTI, & sese totum CHRISTO consecrare. Quia (inquit) vos nõ secliamini ea quæ sunt carnis, sed quæ sunt Spiritus, & toti inhiatis rebus cælestibus, ideo vos odit & persequitur mundus: non quòd iure id possit in vos, sed quia mundo dissimiles estis. Antea dũ illi applauderetis, & rebus vanis ac carnalibus tantum intenti essetis, ipse vehementi vos amore prosequeretur: sed posteaquam EGOS ELEGI, id est vos ab ista factione ad doctrinam & libertatem Euāgelicam gratis seuocauit, mihique, veluti palmites, in seui stirpi, propterea odit vos mundus. Hæc est conclusio necessariò ex præmissis illata: Vos electi à me, contrarii estis mundo, & nihil cõmune cum illo habentes, aliò subducitis discipulos eius: ergo vos odit mūdus, non ob aliud, nisi quòd estis mei: at non alio nomine beati eritis, nisi quòd in caulis meis versamini, & ex meis estis ouibus. Obserua: dicit IESVS de mūdus, ne quis in suis gloriatur meritis: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur, 1. Cor. cap. 1.

### Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo.

*Seruus in quo sapientia inibi.* Amplificat CHRISTVS præmissa, simulque à decore & debito hortatur ad ferendam crucem, & reuocat suos discipulos ad exemplum & verbum, supra cap. 13. dictum, Non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum: quod est præsentissimum in afflictionibus remedium. Quod est? Exemplo Christi Apostolis & piis omnibus pro veritate patiendum est. Obserua: Hoc loco SERVVS dicitur, non is qui ex timore (quem charitas nõ patitur) Domino seruit, sed qui sanctum habet timorem, & permanet in seculum seculi, in quo est initium sapientiæ.

### Si me persequuti sunt, & vos persequentur.

*Christus suo exemplo piorum afflictiones lenit.* Argumentatur à maiore ad minus. Nolite mirari si vestra innocentia vos non tueatur ab odio & persequutione mundi. Nam non solet serui conditio potior esse quàm domini: sed mea innocentia, quæ vestra maior est, non me defendit ab iniuriis & odio mundi, qui neque meam doctrinam veritus est aspernari, neque meis tam magnis beneficiis pacari & à crudelibus ceptis reuocari potuit. Ergo quod ausus est mundus in me Dominum vestrum, multo magis audebit in vos. Si enim tum verbis tum variis insidiis ac dolis vsque ad mortem longè probrosissimam me Dominum persequuti sunt: si toties me technis & conuitiis incesiuerunt infræni oratione vocantes me demoniacum, temulentum, Samaritanum, seductorem & impostorem: idem ab illis & vos discipuli mei expectate. Sed vt nõ quæ ego vices reddidi, nec salubri illos sermone alloqui desui: ita nec vobis aliter in persequutionibus faciendum est. His verbis CHRISTVS non solum iocundas Apostolis facit persequutiones, recordantibus non aliter Dominum suum persequutionibus exagitaratum fuisse, verum etiam Apostolorum mentes & animos euehit, vt vestigia sua sequentes, dilectionem fratrum non deserant, & semper errantes reducere studeant.

Si sermonem

### Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.

*Predicatioem sequitur fructus etiam ingratas auditoribus.* Hortatur æquo animo & patienter ferendum, quando sermo docentis contemnitur, ne quis arbitretur prædicationis laborem perditum esse, si auditoribus non persuasit. Is labor non est sine fructu & præmio. Qui enim verbum Dei prædicat, probè & sanctè cõsultit, nec cõsulere desinit, facit quod potest, nec præmio carebit. Credere enim aut non credere (ait Cyrillus) non in ipso, sed in audientium voluntate positum est. Non ergo in seminando verbo Dei desperare debemus, sed quæ nobis possibilia non sunt, diuinæ maiestati relinquenda sunt. Quemadmodum enim qui agrum colunt, terram aratro scindunt, semina terræ mandant, nihil eorum quæ ad vberem sationem faciunt omittentes, sed Deo sic apparatus & dispositum agrum committentes, vt eius gratia ager fructum producat copiosissimum: Sic & Ecclesiasticis & verbum Dei diligenter prædicantibus, eo animo faciendum est, vt syncerè verbum prædicent, & Euāgelium annuntient: vtrum autem fructus sequatur necne (id quod tamen ex animo petendum ac optandum est) Deo relinquendum est, qui solus rebus incrementũ dat, & longè feliciter his quàm terræ cultoribus contingit. Agricola sterilitate agri oleum & operam perdit: at non item Ecclesiasticus, & verbi Dei prædicator, qui laboris & sancti propositi mercedem non est amissurus. SI SERMONEM meum seruauerunt, vt in eo caperent & calumniarentur, ET VESTRVM seruabunt, id est idem vobis fiet: quasi diceret, Mea prædicatione ingrata fuit mūdus, ergo & vestra ingrata erit. Obserua, personas prædicantes vna cũ doctrina prædicata, ingratas esse mūdus, & persequutionibus subiectas esse. Obserua rursus, mūdus persequi CHRISTVM in suis discipulis, iuxta illud Actorum cap. 9, Saule Saule, quid me persequeris? Huc pertinet quod dicebat Dominus Matthæi cap. 23, Ecce mitto ad vos sapientes & scribas, & ex illis occidetis, &c. Aduerte: Hic locus subindicat discipulorum doctrinam, esse CHRISTI. 2. Corinth. cap. vltimo, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS? Matthæi cap. 10, Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Luc. cap. 10, Qui vos audit, me audit.

### Sed hæc omnia facient vobis, propter nomen meum.

*Nomen Christi impiis exosum.* Vnicam causam ad persequendum Apostolos & pios, futuram impiis CHRISTVS adducit, nimirum nomen suum. Est profecto nomen CHRISTI impiis omnibus exosum. SED HÆC omnia, id est quicquid contumeliarum & afflictionũ facturi sunt vobis, odio nominis mei facient: mihi cõuertiabuntur & maledicet, quãdo vobis maledixerint: me in vobis reiciunt, quãdo vos reiciunt. Quicquid enim in mēbra cõmittitur, hoc ad capitis cõtumeliam pertinet. Hoc nomen Christi piis crimini datur ab impiis, in quo tamen maximè gloriandum est: sed id fortiter tolerandũ cum spe retributionis non incerta. Vnde quum à Iudæis cæsi essent Apostoli, (vt scribitur Actorũ cap. 5,) exhibant gaudentes à conspectu consilii, quia digni habiti sunt pro nomine IESV cõtumeliam pati. 1. Petr. cap. 4, Communicantes CHRISTI passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine CHRISTI, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescet. Nemo autè vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Rogabis: Cur nomen Christi impiis odiosissimum est? Respondeo: NOMEN CHRISTI est iustitia & remissio peccatorum, quam non quærit mundus, qui vitii deliciarum, & suam volens statuere iustitiam, non vult esse subiectus Deo. Rursus NOMEN CHRISTI est sapietia, quam prudentes huius mundi tolerare nequeunt. CHRISTI enim prudentia demonstrat ipsorum prudentiam esse stultitiam. Item NOMEN Christi, est potentia, quam tyranni & potestates huius mundi auersantur, dum illa impotentes & infirmi sunt. Obserua. Hoc loco NOMEN CHRISTI significat quicquid de Christo dici potest. Rursus aduerte: hæc verba PROPTER nomen meum, excludunt crucem iustam, quam homines de merito patiuntur: de qua paulò antè diximus ex 1. Epistola Petri cap. 4. Similiter & crucem impostitiam & voluntariam, quam ipsi nobis ex indiscretione imponimus.

### Quia nesciunt eum qui me misit.

*Cæcitas impiorum, causa persequutionis piorum.* Mundi cæcitatem adducit, vt causam qua impiis pii persequuntur, & nomen CHRISTI exosum habent. Et me & vos persequentur, QUIA nesciunt eum qui me misit, id est non pernouerunt, ita vt amare possent. Alioqui audierunt isti ea verba, viderunt ea opera Patris in Domino, vt nihil sit illis relictum quod peccato suo prætexerent. Vtique quia



latis virtutem & potentiam diuinam in ipso perspexerant, gloriantur quidem de Deo, & iactant se Dei cultores esse, putantes se Deo obsequium præstare, dum pios persequuntur: sed non nouerunt eum qui verbum misit, id est nõ nouerunt Patrem, ad cuius cognitionem non peruenitur nisi per verbum. **N E S C I V N T E V M** qui me misit, id est ignorant me verbum, ideo ignorant Deum: ignorant me esse Filium Dei, meam personam gratam esse Deo, ideo nomen meum ignorantes, persequuntur omnes nominis mei amatores. Summa verborum est, persequutores in Filium delinquunt, quia Patrem ignorant: contemntes itaque & persequentes Filium, contemnt & persequuntur Patrem, qui misit Filium: & huic missioni & omnibus mysteriis per illam generi humano dispensatis sese opponunt, grauiore peccato seipfos contaminantes: missionis enim siue incarnationis mysteriũ contemnt.

**Si non venissem, & loquutus eis fuisset, peccatũ non haberent.**

Elegans est hæc prædicati Euangelii periphrasis, nuntiantis **C H R I S T V M** venisse, simul & detegentis impietatem ac ignorantiam mundi. Vnde his non contentus mundus, semper in sua classe fouet & amat ofores Dei, incredulos verbo Dei, mēdaces, & verbi Dei obscuratores: ne mendacium, odium Dei, & incredulitas appareat, sed frustra obscurare nititur. Nam Rom. cap. 1. Reuelatur enim ira Dei de cælo, scilicet prædicatione Euangelii, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis reuelauit. Hoc sermone **C H R I S T V S** non solum aperit medium quod detegit & reuelat mundo suam ignorantiam, qui quia argui non vult, statim se accingit ad persequutionem contra Euangelii prædicatores & confessores, sed etiam præmunit discipulos, illorumque mœrorem lenit, dum incredulorum & veritatem persequentium pœnas subindicat: vnde pii sub afflictionibus facilius iniurias nonnunquam perferunt, quando certiores sunt non impune iniuriantes euafuros. Nesciunt quidem Deum qui misit me, inquit, licet se nosse glorientur, quos tamen in die vindictæ, ignorantia non excusabit: qui ideo nesciunt, quia audire & discere nolunt, malentes mundi quàm Dei gloriam. Meus aduentus detegit ipsorum ignorantiam, & pernicaciam, qua quod Pater fecit in ipsorum salutem, in æternæ damnationis cumulum verterunt. Si enim **E G O** ipse Filius Dei (quo maior mitti non poterat) **N O N V E N I S S E M**, hoc est non fuisset factus homo, & non fuisset loquutus **E I S**, supple Iſraelitis iactantibus suũ Moysen, aut quibusvis aliis prædicatione, & Spiritus mei interna inspiratione: si meliora perfectioraque quàm Moisaica sint) non docuissem: si multis tam signis quàm verbis non ostendissem tempus iam esse, vt figuræ trāsēat & veritas rutillet: si hæc omnia Moysi autoritate nõ cõfirmassem, cui si credidissent, mihi quoque credidissent, de quo ille scripsit: si Prophetarum testimoniis doctrinam & aduentum meum non approbasset: & (vt in summa dicā) si non fecissem ea quæ vel saxeæ corda poterant ad credendum impellere, **N O N H A B E R E N T P E C C A T V M**, supple impietatis, qua & me & vos persequuntur, & infidelitatis qua nõ credunt in me, hoc peccatum non illis imputaretur: non quod aliis non laborarent peccatis, mendacio, odio proximi, aut alio id genus, sed leuius perirent, nimirum ab hoc incredulitatis crimine liberi, cuius accessio magnam sarcinam addet eorum exitio.

**Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.**

**N V N C A V T E M:** Quasi dicat, Postquam prædicatum est Euangelium, & nihil relictum omisissumque est à me, sed omnia dicta factaque sunt quibus moueri debeant, quum ipsi pertinacibus odiis pugnarint aduersus eũ qui salutem gratuitam offert, nulla sibi tam manifesti peccati relinquitur excusatio: non habent quo effugiant, imo in die vindictæ & iudicio Dei non habebunt quo se excusent, & quod suæ incredulitati prætexere possint: ipsis adempta erit omnis tergiuersatio. Obserua rem cum visu tum auditu indignam, mūdum vertere candida in nigra, & salutem in sui perniciem & damnationem, dum ex cognitione suorum peccatorum per prædicationem Euangelii accipit occasionem persequendi Euangelium, & non potius arripit ansam deficiendi à peccatis. Aduerte, dictũ est, **S V O**, vt significetur peccatum esse effectus propriæ voluntatis hominis. Vnde homo seipsum & non alium, vt peccati authorem, accusare debet.

**Qui me odit, & Patrem meum odit.**

Ne quis excusationem prætexeret, quasi coram Deo non sit peccatum non recipere Euangelium & non credere in **C H R I S T V M**: hæc veluti per occupationem **C H R I S T V S** dixit, qua tãquam à causa efficiente, quæ est Deus Pater, confirmatur cum persona

*Patri cognitio per verbum cõceditur.*

*Filio cõtempso, cõtemnitur Pater.*

*Ira Dei reuelata.*

*Mundus quare pios persequitur.*

*Impii nesciunt Patrem Deum.*

*Filium Dei venisse.*

*Iudei inexcusabiles.*

*Res visu audituque mirabilis. Iudei nigra in candida veriti.*

*Doctrina Christi confirmatio à Patris auctoritate.*

tum doctrina **C H R I S T I**. quasi diceret: Vtunque ignoscendum esset, si quis odio prosequeretur ignotum, & quem nunquam viderit: sed & viderunt & audierunt me beneficentem & docentem quæ Deo digna sunt: tamen oderunt ob ea propter quæ amare debuerant. Porro quisquis **O D I T M E**, id est & personam & doctrinam meam, non potest non odisse Patrem meum, sine quo non operor, cuius autoritate hæc omnia doceo, & loquor, cuius virtute facio, quicquid facio. Proinde quæ identitate naturæ vniuntur, eadem laude aut vituperatione afficiuntur: sed ego & Pater vnum natura sumus: ergo qui me odit, odit & Patrem meum. Quemadmodum enim qui Solis radios vilipendit, solem ipsum omnino floccifacit: & qui odorem floris aspernatur, florem ipsum contemnit: ita qui Vnigenitum contemnit, genitorẽ eius non suscipit. Obserua: in primis peccantes in **C H R I S T V M**, nec eum adorantes, in personam Patris peccare, qui nullo modo patitur Filium suum secũ nõ adorari. Deinde non solum qui **C H R I S T V M** contemnit, verumetiam qui Euangelii prædicatores negligit, Deum cõtempisse dicitur. Hoc ipsum quum fecerunt impii, neque verbis neque factis **C H R I S T I** credentes, illud aggrauabit damnationis malum, quod obuia Dei bonitate, tam pertinaciter sunt abusi.

**Si opera non fecissem in illis, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent.**

Argumento ab operibus diuinitatis confirmat **C H R I S T V S** se æqualem Deum cũ Patre: & eum peccare in Patrem, qui oderit Filium. Quid excusationis prætexere possunt impii aduersus & personam & doctrinam **C H R I S T I**? quum inter ipsos ediderit **C H R I S T V S** miracula, quæ nemo Prophetarum ante ipsum prodidit: quibus agnoscere poterant, imo conuincbantur credere ipsum esse Deum & à Deo missum, atque doctrinã eius à Deo esse. Quum itaque doctrinam Patris per Filium eis propositam nõ exceperint, & miraculis, quæ non ab alio quàm à Deo fieri poterant, aperte detraxerint, nõne aduersus naturam Dei fecisse conuincuntur? Obserua: verba, **Q V A E N E M O A L I V S**, & c. ostendunt æqualitatem Filii cũ Patre: & eum in vtrunquæ & Patrem & Filium peccare, qui in alterum peccat. **P E C C A T V M** non haberent, id est hoc peccato infidelitatis longè grauisimo non tenerentur. Qui ergo **C H R I S T I** prædicationem spernunt, & præclara opéra quæ à Patre per Filium geruntur, non admirantur, & cum summo honore non excipiunt, magno ingratitude criminis laborantes, pœnas luent nunquam interituras.

**Nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum.**

Tametsi Moysen & Prophetas neque viderunt neque audierunt, illos tamen suspiciunt & admirantur. Nunc autem quæ ab illis prænuntiata sunt, viderunt: nam audierunt me loquentem & testimonium legis adducẽtem ad meæ personæ & doctrinæ confirmationem, sed quem experti sunt tot modis beneficium, auerantur: nec hoc cõtenti, iam accincti sunt viæ vt me apprehendant, & apprehensum morti tradat: interim prætexentes pietatẽ in Deũ Patrem, quum qui verè Patrem amet, non possit odisse Filium. Obserua: valde emphaticè hæc pronuntianda sunt: Oderunt **M E**, missum à Patre, & Deum cum Patre Deo: oderunt in quã Patrem meũ qui misit me, & qui personæ meæ & doctrinæ, & operũ meorũ author est.

**Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est,**

**Quia odio habuerunt me gratis.**

Autoritate Scripturæ **C H R I S T V S** probat non fortuito aut temerè accidisse, quod mundus ipsum oderit & contemnat. Item, docet mundum non habere sui odii & contemptus iustas causas. Hoc tam pertinax odium non accidit fortuito: quandoquidem hoc quod isti faciunt, id est quod **S E R M O** qui in lege eorum scriptus est, hoc est vaticinia Psalmorum, quæ tenent ac legunt, futurum olim prædixerunt: videlicet, **Q V I A** odio, habuerunt me gratis, id est mundus sine vlla iusta causa vel accusatione **C H R I S T V M** persequitur, non poterant quicquam mali aduersus **C H R I S T V M** causari, qui nihil odio dignum fecit. Tolerabile est, si quis prouocatus oderit aliquem, vtunque potest ignosci, si quis ignotum oderit: sed omnibus se beneficium & notum vltro exhibuit, à morte eripuit, à diaboli tyrannide liberavit, peccati vires extinxit, Satanam ligauit, portas inferorum clausit, à seruitute humanum genus ad adoptionem filiorum Dei ad duxit, bonorum cælestium homines participes effecit, & cælum hominibus in domicilium gratis donauit. Quæ causa odii, in his legi potest? Mūdus ergo sine vlla offensione, sine vlla iniuria, sine vlla data occasione odii, **C H R I S T V M** & Euangelii odit. Hoc

*Regula theologia.*

*Peccantes in Christum, & in Patrem peccant. Prædicatores cõtemntes, Deum contemnit. Exitii impiorũ aggrauatio.*

*Patrem amanti nõ odit Filium. Christus ex Patre.*

*Mūdus non habet iustas causas odii in Christi sum.*

*Christi amandũ causa.*



odium & contemptum Iudæorum in CHRIS TV M exaggerat locus Psalmi adductus. Huc pertinet quod scribitur Hieremiæ cap. 2, Quid iniquitatis inuenerunt in me patres vestri? Obserua: vt impleatur, &c. Non id futurum erat quia Scriptura prædixit: sed Scriptura prædixit, quia futurum præuidit. Sensus est: Dauid Spiritu præmonitus, prædixit qualis futura esset malitia Iudæorum, qui vt maligni, dictum à Propheta impleuerunt, & prophetiam veram esse comprobauerunt.

Quum autem venerit Paracletus.

Posteaquam docuit mundum, id est homines maleuolos habere odio & se & Patrem Deum: nunc de Spiritu Sancto mentionem facit, vt & personarum Trinitatem explicet; & Spiritus vnà cum Patre & Filio, ab impietate Iudæorum odio gratis haberi cognoscatur. Et ne animos desponderent discipuli, quod audissent se persequutionem passuros, & mundum sermonem ipsorum non seruaturum, vnde forsatis dicerent, Nihil fidei adhibebit nobis mundus, quis ad nos attentus erit? quis persuadebitur? quis suggeret nobis doctrinam, & persuasionis modum? Piscandi artem didicimus, nullius oratoris ab ineunte ætate lectionem & interpretationem audiuius, quid sapientibus & magnis illis mundi philosophis respondebimus? Hæc omnia tollit Dominus, adducens & explicans Spiritus Sancti partes ac officia, animosque discipulis addit, dum promittit se missurum Spiritum veritatis, qui neque falli neque fallere nouit. Nomen PARACLETVS, est à verbo παρακαλω, quod aduoco & adhortor magis quam consolator significat. Voluit certe hoc loco Dominus discipulis multo plura quam consolationem insinuare, dum expressius diuersa Spiritus officia declarat: qui patronus, dux, adhortator & consolator piorum est. Verbo, VENIT, explicatur maiestas diuinitatis Spiritus Sancti, qui non caret facultate veniendi, id est dandi, infundendi, & operandi dona in nobis provt vult, vt ait Paulus, 1. Corinthiorum cap. 12.

Quem ego mittam vobis à Patre.

Hic locus multorum confutat errores: in primis quorundam Græcorum insaniam enervat. Nam aperte pronuntiat Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio. EGO, demonstrat IESVM secundum diuinam naturam: Filius mittit Spiritum à Patre ea ratione quæ à Patre & Filio Spiritus procedit, naturaliter in vtroque manens. Nam vt ait Cyrillus, sicut Filii Spiritus est naturaliter in ipso manens, & per ipsum procedens: sic certè Patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ii profecto substantialiter dissepārari non possunt. Quum audis, & per ipsum procedens, caue credas Spiritum Patris per Filium, vt ministrum mitti ad creaturas, veluti quidam impii affirmarunt. Præpositio PER, non dicit aliquam imminutionem Filii, sed personarum distinctionem, sicut supra cap. 1. docuimus, Omnia per ipsum facta sunt: significaturque Spiritus Sanctus à Patre & Filio. Sunt enim Pater & Filius principium Spiritus Sancti, qui proprius est Filii sicut & Patris. Vnde rectè dicitur à Filio mitti, ad discipulorum corda confirmanda. Est & missio temporalis: mittique dicitur Spiritus, non quod mutet locum, quum ipse vbique sit, & impleat orbem terrarum. Sapient. cap. 1. sed dicitur mitti ratione suorū donorū, & quia nouo modo per gratiam incipit habitare in piis, quos templum Dei facit. 1. Corinth. cap. 3. Templum Dei est, quod estis vos, & Spiritus Sanctus Dei habitat in vobis. Aequali ac eadem virtute mittitur Spiritus Sanctus à Patre & Filio. Deinde hic locutus aperte docet nos, Spiritum Sanctum Deum esse, & tertiam in diuinitate ac Trinitate personam. Qui enim mittitur procedens à Patre & Filio, illum esse Deum necesse est: siquidem à Deo non nisi Deus procedit. Errant igitur Arriani profitentes Spiritum Sanctum Patre & Filio inferiorem. Tertio hic locus prorsus euertit Sabellianorum hæresim, asserentium vnicam personam in diuinitate. En vides hæc expressas tres in vna diuinitate personas, Alia est enim persona quæ à Filio mittitur & à Patre procedit: alia est persona quæ est Filius à Patre mittens Spiritum: alia persona Patris, quæ neque Filius neque Spiritus Sanctus est. Quæ personæ quæ sint vna substantia & vna diuinitas, nihil in his aut prius aut posterius, nihil maius aut minus, nihil superius aut inferius (si orthodoxa sequuti fuerimus sententiâ, & dogmata Ecclesiæ sanctæ susceperimus) legi cerni potest. Obserua: quum dicitur, PATRE, quasi dicat, qui est vnà cum Patre, eiusdemque substantiæ & naturæ cū Patre, Deus cum Patre Deo. Est ergo Spiritus Sanctus Deus cum Patre. Quum mittatur Spiritus à Filio vt donum, & Dei donū dicatur, profectò ad Spiritum Sanctum erit nobis aliquis gradus. In primis audiendum est

Prophetia non auferit liberum arbitrium.

Ratio humana in apostolis philosophatur.

Spiritus apostolis promissus. Paracletus.

Spiritus sanctus quomodo venire dicitur.

Spiritus sanctus à Patre & Filio procedens.

Per, particula.

Principium Spiritus sancti, Pater & Filius. Spiritus sancti missio temporalis.

Spiritus sanctus vna persona esse probatur. Arriani error Sabelliani. Personæ diuinitatis tres.

Spiritus à patre

dum est Euangelium quod reuelat Spiritus Sanctus. Verbo credendum est fide, quam suggerit Spiritus, & apprehenditur CHRIS TV S ad iustitiam, hoc est credens verbo, fide viua iustificatur: deinde CHRIS TV S mittit & donat iustificatis Spiritum Sanctum, vt rectorem, tutorem, conseruatorem, confirmatorē, & obfignatorē, vt non credamus Satanæ, 2. Corinth. cap. 1, Obfignauit nos, & dedit arrā Spiritus in cordibus nostris. Adueniēs ille Paracletus, cor meum tangit ac dicit, Agedū, animi & corporis robore sumpto, rem audacter aggredere, abnega temetipsum, adhære verbo. Tum nobis confidentiam inspirat, leniter ac benignè per consolationem nos alloquitur, vt ne ab hoste pauesciamus, sed læti subeamus quamlibet dura ac diuersa (etiam si dena nobis colla forent) pro veritatis & verbi Dei defensione. Rursus obserua, quum dicitur, QVEM ego mittam, ostenditur æqualitas Patris & Filii. Nam quum alio loco dicitur, Quæ Pater mittet, & hoc loco, Quem ego mittam, proculdubio Patris & Filii æqualitas demonstratur. Nam ipse quidem mittam, sed PATRE, hoc est approbante Patre & simul mittente.

Spiritum veritatis.

Ne putarent Apostoli Spiritum in ipsis oriantem, expressit ipse Spiritus aliud officium: quod est, homines (qui mendaces nascuntur omnes, est enim omnis homo mendax) docere veritatē, & in eam illos inducere, ac veraces efficere. Vocatur SPIRITVS VERITATIS, non solum ab officio descripto, sed etiam à natura ipsa, quia Spiritus ipse, veritas est. Aut Spiritus veritatis, id est Filii, qui veritas est, sicut supra dictum est, Ego sum via, veritas, & vita. Proinde Spiritum illum veritatis nominat, quod quod ille peruenerit, ibi ipsissima penitus veritas sit, ibi nullus fucus, nulla adulatio & assentatio: vbi verò Spiritus non fuerit, ibi mendacium & mera tantummodo assentatio, hoc est Spiritus erroris & mendacii erit, de quo scribitur 3. Reg. cap. vltimo, Ero Spiritus mendax in ore Prophetarum eius. Hic Spiritus veritatis, est prædicatorum fiducia & anchora: est & verbi ductor, impressor, & interpres.

Qui à Patre procedit.

Hic Spiritus veritatis, id est Filii, est etiam Patris: à Patre enim & Filio non more humano, sed modo inenarrabili procedit. Quum audis, QUI PROCEdit, caue intelligas hæc processione intelligi quandam egressionem, quali emittuntur administratorii Spiritus, propter eos qui hereditabunt salutē: sed hæc processio naturalis, est substantia Spiritus. Cæterum hoc loco, PROCEdit, est singularis quædam & separata proprietas, vni proprio Spiritui attributa. Quare hoc loco per processionem non est intelligenda simplex emissio, sed naturalis Spiritus substantia. Obserua: Nulla quis ratione moueri potest, vt ex hac affirmatiua (QUI à Patre procedit, inferat negatiuam, ergo à Filio non procedit: quin potius, quia indiuisa sunt opera Patris & Filii in omnibus, vbi non obuiat relationis oppositio, vt præclare conclusum est sub Eugenio quarto, in Cœcilio Latinorū, & Græcorū: fatendū est quod in hoc quod dicitur (QUI à Patre procedit) includitur quod etiam à Filio procedit. Nam Pater & Filius in omni operatione sunt vnū: in qua non obuiat relationis oppositio. Et quia in hoc quod est Spiritum Sanctum procedere à Patre, nulla admiscetur relationis oppositio inter Patrem & Filium, ideo Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, & catholicè concludi ac inferri potest Spiritum Sanctum à Filio procedere, ex hoc quod Spiritus procedit à Patre. Similiter inferendum est à Patre Spiritum procedere, ex hoc quod Spiritus auditur à Filio procedere. Spiritus procedit à Patre & Filio Deus, per omnia Patri ac Filio æqualis, & vtriusque amor.

Ille testimonium perhibebit de me.

Ille Spiritus veritatis, vbi in corde vestro fuerit, docebit vos nihil in me factum, quod non antè prædictum sit in libris Iudæorum, quos legunt nec intelligunt. Vos quoque certos reddet & de persona & de doctrina mea. Per vos item loquetur. Matthæi cap. 10, Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Atque auditoribus dabit vim audiendi ac recipiendi verbum quod per vos loquetur. Hebr. cap. 2, Cōtestante Deo signis & portentis & variis virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Deinde confirmabit & conseruabit vos contra crucis scandala, ne dubitetis de mea persona & doctrina: testificans quod ego sum missus à Patre, & naturalis Filius Patris æterni. Quodque sum salus mundi, via & accessus ad Patrem. Hæc omnia manifestant nos non posse fieri certos de persona, doctrina, & officio CHRIS TV S, sine Spiritu Sancto.

Gradus nostri ad Spiritum sanctum. Christus qualē nobis donat Spiritum. Spiritus sanctus in corde nostro quid loquitur & agit. Spiritus à Filio missus. Patris & Filii æqualitas.

Spiritus non oritur in nobis. Spiritus officii, docere nos veritatem. Spiritus veritatis.

Spiritus erroris & mendacii. Prædicatorum anchora.

Processio Spiritus.

Spiritus substantia.

Regula theologia.

Spiritus sanctus procedens.

Spiritus testimonium in nobis.

Spiritus quomodo se nobis necessarius.



Et vos testimonium perhibebitis.

Vos, qui nunc estis imbecilles, quum receperitis Spiritum Sanctum quem ego mit- tam, tunc mei Spiritus afflatu confirmatiore, testificabimini apud omnes de me. Actuum cap. 1. Accipietis virtutem Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae. Proinde quum explicuit CHRIS- TUS Spiritum testari de persona & doctrina sua, ne cõtemneremus prædicationem exter- nã, addidit, ET VOS testimonium perhibebitis de me. Duo ergo sunt necessaria de per- sona & doctrina CHRIS- TI testimonia: alterum Spiritus Sancti: alterum prædicatorum. Nec prius aufert posterius, quum posterioris sit robur & virtus. Hoc duplex testimonium declaraverunt Petrus & Apostoli, Actuum cap. 5. dicentes, Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus Sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Observa: Hic locus au- thoritatem Apostolorum confirmat: nam tametsi impotentes adhuc carne illos esse per- mittat Spiritus Sanctus (id quod fit in ipsorum commodum & utilitatem, ne extollatur & alta sapiant: ut de se testatur Paulus, 2. Corinth. cap. 12, Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanæ, qui me collaphizat, &c.) tamen facit eos potentes doctrina, ut verbum ipsorum sit non humanum, sed diuinum: si- quidem verbum CHRIS- TI prædicant: & robustiores ac fortiores reddit aduersus omnes Satanæ insidias & mundi machinationes. Rursus observa hoc loco, magnam esse præ- dicatorum verbi dignitatem, quando quidem testes CHRIS- TI sunt, & testimonium per- hibent de persona & doctrina CHRIS- TI. De persona quidem, quod CHRIS- TUS est naturalis Filius Dei, & saluator mundi: de doctrina verò, quod certa sit & virtus & po- tentia Dei ad salutem omni credenti. Hanc prædicatorum descriptionem ferè obseruat Paulus, 1. Corinthiorum cap. 4.

Fructus recepti Spiritus.

Apostoli carne infirmi, potèstis- simi Spiritus & doctrina. Prædicatorum dignitas.

Apostoli testes idonei de perso- na & doctrina Christi.

Apostolorum tes- timonium de Christo.

Christus vita exemplar abso- lutum proponitur. Exemplar vite quale debet esse.

Quia ab initio mecum estis.

A Etiologia est. Redditur enim ratio à circumstantia & temporis & loci familiaris seu domestici, cur Apostoli idonei sint testes de persona & doctrina CHRIS- TI. Vos testi- ficari poteritis de me & mea doctrina: quia à Ioannis baptisate, omnium eorum quæ gessi estis oculatissimi testes: ab initio quo cepi prædicare, præsentem fuistis. Fidele erit vestrum testimonium de me, propterea quod ordine vidistis quæ gesserim, audistis quæ dixerim. Quemadmodum quæ certa audiui à Patre, vobis retuli: nec incerta vobis suggeret Spiritus, nimirum & ipse à Patre procedens: ita & vos certissima de me orbi prædicabitis, nimirum quæ vobis comperitissima sunt. Scio nõ defuturos plerosque qui vestram doctrinam auer- sabuntur, nihilque fidei dictis vestris adhibebunt: sed nõ propter eos qui suapte malitia pe- reunt, deferenda est aliorum salus. De hoc testimonio postea concionati sunt Apostoli. 1. Ioannis. cap. 1, Quod fuit ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vite. Actuum cap. 1, Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Do- minus IESVS, incipiens à baptisate Ioannis usque in diem qua assumptus est à no- bis, &c. Observa, non paruum esse hoc testimonium ab initio simul fuisse, conuersatum esse, & familiariter loquutum esse cum CHRIS- TO.

CONCILIATIO.

Quid hoc loco (SICUT & ego Patris mei præcepta seruauit, seipsum solum pro vi- tæ exēplo proponit, quum viri pii sint, proponaturque exempla vitæ: ut Paulus, 1. Corinth. cap. 11, Imitatores mei estote. & ad Heb. cap. 6, Ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones) Respondeo: Solus CHRIS- TUS absolutum est vitæ sanctissimæ exemplar: non autem pii exempla sunt vitæ, nisi in CHRIS- TO. Vnde Paulus loco producto addidit, Sicut & ego CHRIS- TI. Operæpretium est exēplar vnde vita formanda est, prorsus & omni ex parte esse absolutum. Nusquã potest exē- plar vitæ absolutius reperiri, quàm in CHRIS- TO, qui purus & innocens natus, nulli vnquam peccato obnoxius, nõ solum exemplo præit, & verbo docet, verum etiã suo Spiritu quæ docet, cordi imprimit, efficitque virtute sua in nobis per fidem, ut exemplum suum sequa- mur, alioqui impotentissimi etiam ad quævis minima bona essemus. Viri autem pii suo ex- emplo & probata sua vita, quam à CHRIS- TO habent, nos ad vitæ puritatem inuitant, quam neque largiuntur, neque suppeditant vires sequendi vestigia CHRIS- TI, nisi qua- tenus sunt ministri CHRIS- TI, & Spiritus viuificantis dispensatores, 2. Corinth. cap. 3, & 1. Corinth. cap. 4, Optimo igitur iure CHRIS- TUS se solum pro vitæ exēplo pponit.

Caput de-

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Abique synago- gis id est alie- nos à synagoga, id est synagogis suis interdicent vobis, excommu- nicabunt vos. Venit ventura est hora. Interficiet in- terfecerit. Obsequium) cul- tū se exhibere. Et nunc) Nunc autem.


Tristitia) ma- stitudo.

Paracletus) con- solator. Arguet) con- uincet. De tristitia) sub- audi) præta.

Docet vos) du- cet vos in Audiet) audie- rit. Clarificabit) glorificabit.

Iam) amplius. Ergo) autem.

Flebitis) lamē- tabimini.



AE C loquutus sum vobis, ut non scandali- zemini. Abique synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbi- tretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me: sed hæc loquutus sum vobis, ut quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram: & nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis! Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iusti- tia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia vero, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: de iudi- cio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: nõ enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventu- ra sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Pro- pterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant er- go, Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur: Cognouit autem IESVS quia volebant eum interrogare: & di- xit eis, De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non vi- debitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen di- co vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mu- lier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: quum au- tem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristi- tiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me nõ interrogabi-

Afflictiones E- uangelizantium.

Tristitia.

Spiritus sanctus

Spiritus sanctus doctor.

De ascensione sua ad Patrem post resurrectionem Christus loquitur Apostolis

Afflictiones in prædicando E- uangelio. Mulier parientis.

F. iii.



Petendū in nomine Christi. Supra, 14. b. Mat. 7. n. 21. c. Marc. 11. c. Luc. 11. b. Jacobi. 1. a.

Ascensus ad Patre Christum.

Matth. 26. c. Marc. 14. c.

Pax in Christo. Afflictiones.

tis quicquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in proverbiis loquutus sum vobis: venit hora quā iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patre de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundū: iterum relinquo mundum, & vado ad Patre. Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nūc scimus quia scis omnia, & nō opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quod à Deo existi. Respondit eis IESVS, Modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergimini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Hæc loquutus sum vobis.

CAP. XVI.



ACTENSUS consolatus est CHRISTVS Apostolos promissione Spiritus Sancti: nunc ipsorum animos præparat aduersus ingruentes mundi & crucis procellas, ne à veritate Euangelica desciscant. Hæc loquutus sum vobis: quasi dicat, non excidat animis vestris verbum quod vobis de consolatione sum loquutus, quia non est præsentius remedium contra scandala crucis, quā ipsū verbum, quod promittit liberationem & cruce & afflictionibus.

Ut non scandalizemini.

Cauete vllis periculis vllisve machinis ( quibus mundus vos oppugnabit ) à professione veritatis Paternæ, ita vos paratos esse oportet ad non ab similia perpetiendā. Hæc ideo denuntiat CHRISTVS Apostolis euentura, ne putarent delicatam esse professionem Euangelicam, ac ne tum animos desponderent, quum ista sibi præter expectationem accidissent. Nam quod non expectatur, & præter opinionem subito irruit, magnos etiam plerumque animos turbat: quæ autem præuidemus mala ad quæ obfirmauerimus animos antequā cueniant, minus offendunt. V T N O N S C A N D A L I Z E M I N I, supple quum vobis veritatem profitentibus mala euenerint: hoc est ne doctrina mea & persona mea sit vobis scandalo, siue ut ne cum iudicio rationis argumentemini, dicentes, Si hæc doctrina vera esset, non haberet tot ofores & persequutores: si huius doctrinæ author esset, Filius Dei, & Deo acceptus, non impeteretur tot malis & afflictionibus. Aduersus igitur hanc argumentationem & scandalum, CHRISTVS suos præmuniens, dicit, Omnes qui piè volent viuere, omnes qui credent Euangelio, & verbum fidè excipient, persequutionem patientur, proscribentur, excommunicabuntur, occidentur, ne postea quum stultis loquentes dicant, Non putabam talia Euangelium profitentibus obuentura. Quare maximopere cauendū ne carni adhærentes, ratiocinemur cum prudentia eius. CHRISTVS cruci affixus, mortuus est, ergo de CHRISTO actum est. Doctrina CHRISTI subiicitur afflictionibus, & à mundo contemnitur, ergo non est vera ac certa Dei doctrina. Ad hæc, pii & Euangelio credentes, persequutionibus obriuntur, ergo non sunt curæ Deo, & Deus illos pro derelictis habet. Euertendæ & propulsandæ sunt huiusmodi rationes, & amplexandum verbum promissionis CHRISTI, qui nouit suos à malis tēpore opportuno eripere, cognoscendūque est mūdi genius, qui semper verbum veritatis

Remedium aduersus scandalū crucis.

Euangelica professio est delicata.

Rationis humane iudicium in rebus Spirituum, vanum.

Carnis argumentationes verbo promissionis soluntur.

Si quid) quæ curio.

Ecce venit) huius stat tempus. In propria) id est in sua, id est in loco in quo siturum fore quisque existimabit Pressurā habebitis) id est ab hominibus affligemini.

bum veritatis persequitur, & omnibus malis afficit verbi prædicatores. Vt enim ante aduentum CHRISTI persequutus est Prophetas, ita quū non adhuc veterem pellem exuerit usque ad nouissimum electorum, pios omnes & veritatis amatores persequetur. Obserua CHRISTI philanthropiam: posteaquā confortauit discipulos suos, nunc admonet eos futuræ suæ pansionis, ut æquo animo ferant. Is enim optimus amicus est, qui præmonet, & multo tolerabilius est malum, si eo se quisquam instruxerit. Aduersus hoc scandalum nisi Spiritu Sancto & præsidio verbi consolantis munirentur pii, statim desperationis laqueo irretirentur. Quare firmiter credendum est, esse verbū Dei mundū vnuersum aduersariū habeat, tamen est doctrina Deo grata, virtus & potentia Dei, nihil cum mundo commune habens. Ideo non mirandum est si mundus verbum & verbi prædicatores oderit.

Absque Synagogis facient vos.

In genere aduersus crucis scandalum discipulos Dominus præmunierat, nunc in specie aperit quibus malis tentabuntur, & à mundo afficientur, ut cruce affueant, & ad præsentem crucem minus concutiantur. Vobis ( inquit ) Apostolis meis Euangelicam prædicationē auspicantibus, hoc in primis continget: Qui primas in conciliis habere videntur, & legis cognitionem se ad vnguem scire contendunt, FACIENT VOS ABSQUE SYNAGOGIS, id est vos ut impios & execrabiles submouebunt à Synagogis suis, excommunicabunt vos, (quod apud istos est probrosissimum) interdicēt vobis igni & aqua, & proscribent vos ac vestra bona. Iam enim ( ut supra, cap. 9. scriptū est, ) cōspirauerant Iudæi ut si quis confiteretur ipsum esse CHRISTVM, extra Synagogā fieret. Adeoque valuit hoc edictum, ut scriptum sit supra, cap. 12, veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Phariseos non confitebantur, ut à Synagoga non eicerentur. Dillexerunt enim gloriam hominum magis quā gloriam Dei.

Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Afflictionum & crucis gradatione ut videtur. Magna est afflictio, excommunicatio, bonorū proscriptio, & in exilium relegatio: sed his grauius & molestius erit, quod isti non contenti alienos à Synagogis vos fecisse, venietur ad carceres, deinde ad flagra: tandem res eō procedet, ut quisquis vos interfecerit, existimet se bene agere, & cultum ac victimam immolare Deo. Idque facient, prætexentes suā impietati, pietatis imaginem, ac verè pios, impietatis reos peragent. Hæc ita semper piis contigerunt: nam trucidabantur Prophetæ tanquam malorū authores, & accusabatur CHRISTVS, quod Galilææ seditionis causa fuerit: Apostoli occidebantur tanquam malefici, atque adeo per Italiam Christiani ad bestias cōdemnabantur, erātque vox familiaris vulgi, quoties Christianus cōprehensus esset, Ad bestias, ad bestias tolle, sacrilegos tolle, ut author est Tertullianus, & testantur historiæ Ecclesiasticæ. Ex his vides, mundum persequi & interficere pios, iniusta, sed secundum suā rationem & iudicium, iustissima causa: & ut impios & maleficos perpeti. Cur ita? Mundus verè hypocrita, sibi prudens est, non vult videri quod impiè agat, dū pios & Euangelistas persequitur. Nam dicit se velle verbi Dei amatores fouere, id tantum abest, ut persequi velit. Non vult tamen ferre nescio quos rerum nouatores, sapientiæ & prudentiæ humanæ contemptores, pacis mundanæ disturbatores, quos non credit habere verbum Dei, sed cōmentum ad tollendas omnes mundi delicias & honestates. Itaque mundus pios & pro iudicio maleficos & impios persequitur & occidit, putans se gratissimam immolare Deo victimam. Obserua, Græcis legitur ἀδελφὸν καὶ φίλον προσεβόησεν τῷ θεῷ, id est videatur cultum exhibere Deo, & sacrificium offerre. Nam impiorum occisio, victima Domini est. Esa. cap. 34, Victima enim Domini in Bosra: & interfectio magna in terra Edom: Hieremiæ cap. 46, Victima enim Domini exeritum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem. Iam quia pii pro iudicio mundi, iudicantur impii, ideo iudicantur à prudentibus seculi tanquam impiissimi, & à Domino abiectissimi: videtur illorum occisio, victima Deo gratissima. Licet OBSERVIVM aliud sonare videatur, tamē apud Paulū (Rom. cap. 9.) pro cultu suæ religionē ponitur. VENIT HORA, hoc est instat tempus, supple à pansionē mea: tunc enim incipient vos persequi amatores seculi.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Paulus (Rom. cap. 10.) docet Iudæos zelum quidē habuisse, sed non per cognitionē: s; F. iiii.

Mundo immani vni persequenti pios.

Verbum Dei.]

Facere absque Synagogis.

Excommunicatio apud Iudæos.

Gradatio afflictionum.

Impiorum eliamores aduersus pios.

Victima Domini, impiorum, occisio.



ne discretione enim & iudicio, duſtabantur: nam non ſyncerè iudicabant, putantes Deum oblectari Moſaicæ literæ deſenſione: quòd Deus legis author eſſet. Vnde ſuo indiſcretio zelo ducti, prædicatores Euangelii perſequebantur, & interficiebant, neſcientes, Deum Patrem offendi neglecto Filio, quem Deo Patri æqualem, ipſumque Deum eſſe ex miraculis & prædicatione CHRIS TI non attendebant. Vnde CHRIS TVS hoc loco afflictionum ſeu crucis (quam exercet mundus contra pios) cauſam impulſiuam adducit, quæ eſt, ignorantia Patris & Filii: **QVIA NON NOVERVNT PATREM**, hoc eſt Deum vt Patrem, quod eſt ignorare myſterium Trinitatis. **NEQVE ME**, verum Deum & verum hominem, quod eſt ignorare myſterium incarnationis pro ſalute mundi quam palam CHRIS TVS verbo & opere docuit. Noluert cognoscere Patrem neque me, id eſt noluerunt per verbum, quòd eſt Filius Dei, cognoscere Deum vt Deum. Suprà cap. 8, Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis. **ET HÆC FACIENT VOBIS**, id eſt indubitato perſequutiones & crux vobis obuenient, quia impii non habent notitiam Euangelii & veri cultus Dei, neſciunt & ſcire nolunt perſonam & doctrinam meam à Deo eſſe.

*Impiorum ca-*  
*ritas.*

**Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quum venerit hora, eorum remiſcamini, quia ego dixi vobis.**

Præmonitionis conſuſio eſt, qua reuocat Apoſtolos ſuos CHRIS TVS ad verbum, præſentiſſimum in afflictionibus remedium: vt animos accipiant præſente perſequutione contra crucis ſcandala. Video vos mæſtos (inquit) propter hæc quæ vos contra ſcandalum crucis præmonui, & propter meum hinc ad Patrem diſceſſum, nec mœrori mœrori addendus erat, ſed operæpretium erat vos de his præmoneri: non vt vigor veſtræ mentis eneruetur, & antequàm pericula eueniant, formidetis: verum vt **QVVM VENERIT HORA**, id eſt quum inciderint vobis hæc mala, fortiter & infractis animis perferatis, & **ERVM** remiſcamini quia ego dixi vobis, hoc eſt. In afflictionibus veniat vobis in mentem, quòd hæc omnia prædixerim euentura. Horum meminiffe, conſolationi erit, quòd non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, neque ſeruus maior domino ſuo, quòd exemplo meo, quòd ab impiis, quòd ab ignorantibus veritatem, quòd mea Patrisque mei cauſa patiamini. Exiſtimate vos beatos, quum in varias incideritis afflictiones. Matthæi cap. 5, Beati eſtis quum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me: ſed hæc perſequutio ſignificabit veſtra nomina ſcripta eſſe in celo. Hæc quæ loquor vobis moleſta, prænuntio, vt quum eueniſſe illa videritis, credatis & de reliquis qualia fuerint, ſue iucunda & læta ſue triſtia.

**Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.**

Quamquam ſcirè hæc omnia mala vos in hoc mundo propter Euangelium, manere, ego tamen ab initio (quum vos mihi coniungerem) de his ſilui & oratione tam ſeria crucem vobis futuram nõ inculcaui, tum quia nondum erat tempus, (nec enim omnia cuius temporis cõueniunt,) tum quòd me habebatis præſentem conſolatore. Mei enim corporis præſentia pro tempore veſtram fouit imbecillitatem: quaſi dicat, Sufficiebat præſentia mea ab omni tentatione vos eripere, totus perſequutionis impetus in me ſolum vertebatur, vobis interim licebat lætè viuere. Non enim poſſunt ſponſi amici lugere, quandiu cõiſpiciſis ſponſus eſt, ſecurè viuentes, & omnem certaminis difficultatem reiicientes.

*Corporis Chri-*  
*ſti præſentia di-*  
*ſcipulos deſen-*  
*debat.*

**Et nunc vado ad eum qui me miſit.**

Quo propius aduentabat tempus crucis, eò apertius de cruce CHRIS TVS loquebatur. Quia inquit, CHRIS TVS, nunc præſcriptum tempus à Patre iſtat, & poſtulat vt à conſpectibus veſtris me ſubducam, neceſſarium fuit palam vos præmoneri, quid ſitis perſeſſuri, vt ſenſim aſſueſcatis corporalis præſentia ſolatio carere, & depoſitis viribus humanis, fiduciam in me ſumatis, & magis ac magis maſculum robur accipiat. Relinquenda ſunt nuceſ, caute imitari puellòs ab vberibus matrum pendentes: qui mox exanimati ſunt, ſi ab vberibus aut gremio materno abſuerint. Exhibete vos viros, hætenus imbecillitati veſtræ multa condonaui, & quod oportuit, feci ac conſului, egique pro tempore conſolatore. Nunc verò vado ad Patrem, qui me miſit, ab eo ad Patrem, nouum & ſpirituale regnum auſpicaturus. Nunc tempus poſtulat vt vobis multa diſſeram de perſequutione, ne ſi inſperato acciderit, oſcitantibus opprimat, ac ne exiſtimetis me vobis impoſuiſſe & vana ſpe vos lætaſſe prænuntiaui etiam moleſta quæ vobis euenient. Mihi ex animo & fide adheretes inſiti eritis, ſed velut iniuſti opprimemini. Promiſi vobis in media cruce gaudium meum, ſed ecce triſtitia vos impetet. Pollicitus ſum vobis vitam æternam, ſed velut impotentiffimi

*Chriſto inſiti.*

*Chriſtus diſci-*  
*pulis animos*  
*ad ſe aduerſus*  
*pericula & cru-*  
*cis ſcandala.*

tentiffimi & abiectiffimi probroſa morte afficiemini. Hæc nunc vobis prædico futura, vt appareatis animos veſtros ad quamlibet dura fortiter perpetienda propter nomen meum. Hæc alta mente reponenda ſunt, vt non offendamini, quum illa euenierint. Hæc vobis ſolatio eſſe debent, quando ita placitum eſt Patri: vt quemadmodum Filius per crucem intrauit in ſuum regnum, ita oportet omnes pios & credentes, per multas & varias tribulationes intrare cum Filio in gloriam Patris. Obſerua: **VAD O**, ſupple per crucem ad Patrem: quaſi dicat, Crux eſt via ad Patrem. Item mæſtum eſt audire **CHRIS TVM** abire ad mortem: at conſolatorium eſt audire hunc abitum eſſe ſalutem noſtram. Rurſus aduerte, finis crucis, eſt venire ad Patrem, & ad gloriam quæ eſt apud Patrem.

*Crux via ad Pa-*  
*trẽ.*

**Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis!**

Hæc cum admiratione pronuntiantur: Quafi diceret, Quum antea toties me interrogaueritis, quo abiturus ſim, qui ſit vt nemo ex vobis nunc interroget me, quo vadis? Vnde interrogando conſolationes haberetis & acciperetis? Sed putauerim id fieri quòd ſermo meus vos exanimauerit, quo vobis expreſſi vos interficiendos à mundo, tanquam rabidos canes & inſenſatos ac impios in Deum homines. Hoc vos diſcruciat, vt video, ac terret: vos inquam attonitos & conſternatos reddit. O egregios milites! antequam ad pugnam ventum ſit, animos deſpondent, tantæque animi anguſtia tenentur, vt prorfus obmutescant! Quid video, audiõve? Si nuda verba tantum vos terruerint, quantum terrebunt certamina ſenſibiliter ob oculos poſita? Si ſolo verbo tanta mæſtitudine affecti eſtis, quid fiet quum tyrannos, minacia & furibunda verba cum verborum executione in teterrimo carcere pronuntiantes audieritis? Adeo res magna & difficilis eſt cognoscere crucem eſſe viam ad gloriam, & in cruce poſſe admittere conſolationes, vt veriffimè ſit magnos illos Apoſtolos non intellexiſſe concionas CHRIS TVM, de cruce & conſolationibus contra ſcandala crucis: alioqui interrogaffent CHRIS TVM, quo abiret. Obſerua verborum emphafi, **ET NEMO EX VOBIS**, quaſi dicat nemo veſtrum rogat quod de regno meo & futura gloria prædico, nihil vos mouet, nihil de eo ſolliciti eſtis, nihil rogatis. Vnum id cõſideratis, quòd ſum vos carne deſerturus, mundus vero etiam vos perſequutus: vnde corda veſtra mœrore opplentur, quæ contra conſolationem acciperent & erigerentur, ſi potius rogaretis quo abeo, hoc eſt ſi rogaretis de gloria atque potentia quam ad Patrem abiens, accepturus ſum, propter quam gauderetis, nihil omnium tyrannorum machinas & perſequutiones veriti: Obſerua: **CHRIS TVS** ſecundum humanitatem ibat ad Deum, apud quem ab æterno erat ſecundum diuinitatem.

*Crucem eſſe viam*  
*ad gloriam deſ-*  
*ſcillimè cogni-*  
*tu.*

**Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.**

Cauſam adducit cur diſcipuli triſtitia & mæſtitudine affecti fuerint. **SED QVIA** hæc loquutus ſum vobis, &c. id eſt cauſa propter quam triſtamini, eſt ſermo meus contra ſcandala crucis. Hæc triſtitia indicat Apoſtolos hæſiſſe regno CHRIS TVM vt externo, & gloriam CHRIS TVM in hoc mundo expectaſſe, ac non vere intellexiſſe quale erat CHRIS TVM regnum. Vnde putauerim CHRIS TVM his verbis reprehendiſſe Apoſtolos dubitationis & diſſidentia: quòd tanta triſtitia in Apoſtolis videatur diſſidentiam de perſona & doctrina CHRIS TVM ſubindicare. Nam ſi de perſona & doctrina CHRIS TVM fuiſſent certi, & certo illi adhæſiſſent, proculdubio tantam triſtitia: copiam & plenitudinem non habuiſſent. Vnde ſpiritualem nondum interiùs habentes cõſolationem, quam per Spiritum Sanctum habituri erant, id quod exterius in CHRIS TVM videbant, amittere metuebant.

*Mæſtitia in Apo-*  
*ſtolis de abitu*  
*Domini vnde.*

**Sed ego veritatem dico vobis.**

Tametſi triſtes, ignorantes & dubitantes eſſent Apoſtoli, pro ſingulari tamen ſua benignitate CHRIS TVS illos non reicit, ſed pacificè ad meliora inſtruit: quos à conſideratione diſceſſus ſui, ad cogitandam indicibilem felicitatem regni cœleſtis reuocat, dicens, **SED EGO** veritatem dico vobis, hoc eſt dico vt res ſe habet cum regno & gloria mea.

**Expedit vobis vt ego vadam.**

Ab vtilitate ſua crucis conſolatur CHRIS TVS ſuos Apoſtolos. Ne futura crucis & afflictionum metu contabefcatis, aut deſperatione emoriãmini, veritatem vobis aperiam: **EXPEDIT VOBIS**, hoc eſt commodum vobis fuerit, ſi idonei eſſe velitis ad perpetiendas & vincendas perſequutiones, vt **EGO** vadam, & per mortem ſubductus ab oculis veſtris, penetrem in regnum Patris mei ſpirituale, vt amor diuinitatis tenacius animis veſtris hæreat, vt per hoc maiore deſyderio illud ſuſpiretis. Ego enim abiens, mundum cœlo componam, & mundi huius vitam, cœleſti commutabo.

*Chriſti diſceſ-*  
*ſus ad Patrem*  
*mundum cœlo*  
*coniungit.*



Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.

Necessitas ascensum Christi ad caelum. Paracletus.

Christus post ascensum ad Patrem, mundo praesentis adest.

Ascensus Christi per crucem, fructus.

Quare Spiritus non venisset nisi Iesus ascendisset.

Spiritus Sancti aduentus necessarius. Transformatio ad novam vitam. Spiritus nos in alios viros transformat.

Ecce mundum convincit.

Antithesis est qua a contrario, CHRISTI abeuntis per crucem, ostenduntur commoda & pericula. Necessarius est meus hinc recessus. Nisi enim submoto carnis meae conspectu coeperitis esse spirituales, PARACLETVS, id est consolator ille, qui vos fortes & invictos reddet, NON VENIET ad vos: Siquidem ego illi vos preparavi. Ille perficiet quod a nobis coeptum est in vobis. Non sic abit CHRISTVS, vt plane non sit nobiscum: sed subduxit se ab oculis nostris, ad dexteram & potestatem Patris: vt omnia adimpleat, & amplius ac praesentius nobiscum sit, quam si semper visibiliter ob oculos carnales esset positus. Nam ante suam resurrectionem, carne sua tantum paucis in Iudaea praesens fuit: at vbi in altum conscendit, ita omnia impleuit, vt cum omnibus vere credentibus vere sit & viuat. SI NON ABIERO, id est nisi morte mea in regnum spirituale ingrediar, non reuelabitur vobis Spiritus consolator. Nam CHRISTVS multa ante resurrectionem de iustitia, vita & regno est concionatus, quae non sunt ab Apostolis iuxta spirituales intelligentiam cognita, ante missionem & acceptionem Spiritus Paracleti. NON VENIET ad vos, id est nunquam vere intelligetis regnum meum. Obserua: Comoda abitus CHRISTI per crucem sunt, aduentus regni Dei, missio Spiritus Sancti, remissio peccatorum, iustitia, vita aeterna, & omnia bona quae cognata sunt & Spiritui Sancto & regno Dei. Si rogaueritis, Cur si IESVS non iuisset, Paracletus non venisset? Respondeo: Quia ita placitum est sanctae Trinitati, vt non duo essent consolatores, alter humana conuersatione, & alter spiritali eleuatione: Non venerat huc CHRISTVS vt semper nobiscum carne ageret in terris, sed ideo formam serui accepit, vt nos eueheret in caelum, & ne rectore ac consolatore destitueremur, misit suum Spiritum in corda nostra, vt vnum agnoscamus Patrem Deum, cuius filii sumus hoc abitu suo per crucem ad Patrem.

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Quia Spiritus Sanctus glorificatus erat CHRISTVM, & reuelaturus, cum personam tum doctrinam eius per vniuersum orbem, non aduenit nisi Domino ante mortuo, & ita in gloriam Patris exaltato. MITTAM, supple in die Pentecostes, aut verbo MITTAM, significatur processio Spiritus Sancti a Filio, vt paulo ante diximus. Obserua: CHRISTVS mittit Spiritum Sanctum, ergo CHRISTVS est Deus, ergo Spiritus a Patre & Filio simul procedit. Necessarius erat Spiritus Sancti aduentus, vt illum habentes, liberè clamemus Abba Pater: & ad virtutem redacti, fortiores reddamur tam aduersus Satanam quam impios. Obserua: praesentia Spiritus transformatur ad novam vitam omnes in quibus habitat, i. Regum 10. Samuel ait ad Saulem, Et insiliet in te Spiritus Domini, & conuertetur in alium virum. & Paulus 2. Corinth. cap. 3, Nos vero (inquit) omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur ad claritatem claritatis, tamquam a Domini Spiritu. Vides quia ad aliam, sicuti vult Spiritus, imaginem, nos reformat? Necessarius igitur fuit Domini recessus, vt imago illa Spiritus, quam a nobis primus Adà abstulit, per secundum Adamum restitueretur. Quod & factum est recessu Christi ad Patrem.

Et quum venerit ille.

Posteaquam CHRISTVS docuit adesse tempus sui reditus ad Patrem, & aduentus Spiritus Sancti: atque hoc modo discipulorum merorem lenisset: breuius pergit aperire Spiritus Sancti efficaciam. Et ne crederet ipsum a CHRISTO missum, otiosum esse, enumerat & latius exponit officia eius. Spiritus (inquit) ille quem ego mittam in corda vestra, non erit otiosus & inefficax: qui quum venerit, plus efficiet per vos, quam ego nunc praesto. Non quod non sit eadem potentia: sed ita placitum est Trinitati, partiri partes negotii in tempora, pro vt salutis generis humani expedit.

Arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.

Non mirum est quod mundus CHRISTVM non ferat, & pios persequatur. Nam missione Spiritus Sancti reuelatur Euangelium, quo quae mundo placent, & bona videntur, arguuntur & reprehenduntur: mundus vero non vult argui aut reprehendi. Hinc fit vt persequatur Euangelii praedicatores & confessores. ARGVET, id est siue interna inspiratione, siue externa praedicatione palam convincet, hoc enim sonat verbum *λέγει*. Arguet autem eum DE PECCATO, & de iustitia, & de iudicio, id est de omni impietate & iniustitia mundi. Tria haec praecipua mundi enumerat vitia pro omni impietate & iniustitia mundi. Quod hoc loco tribuitur Spiritui Sancto, tribuitur Euangelio (per quod operatur Spiritus Sanctus) ad Rom. cap. 1, Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam

& iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Obserua: Quia promittitur hoc loco Spiritus Sanctus argutor & reprehensor mundi propter infidelitatem, iniustitiam & iudicium: sequitur mundum in maligno totum esse confectum, qui nec fidem rectam, nec iustitiam veram, nec iudicium rectum aut habere aut intelligere conuincitur. Proinde, ego argui mundum, at Spiritus ille plenus & euidentius idem efficiet: nam sic conuincet mundum, vt nisi respuerit credens Euangelio, nullus erit prorsus excusationi locus. Vt enim huius meae carnis infirmitate offendiculum accipit, ita aliquid ex ea videtur suae incredulitati praetextere. Viderunt quidem mundi cultores me lassum, esurientem, sitientem, humilem, contemptum, afflictum, & mox captum, caesum, & morientem videbunt. At vbi omnia (quae ad carnis dispensationem pertinent) consummata erunt, viderintque me rediuuatum, in caelos subleuatum, missionem Spiritus Sancti, & vos subito in alios viros transformatos, hoc est infractos & intrepidus mei nominis praecones, nomine meo signa & prodigia facta esse, daemones virtute nominis mei expelli, obsessos liberari, claudos restitui, aegrotos sanari, mortuos reuiuiscere, & omnia quae de me in lege & Prophetis scripta sunt, euenisse, proculdubio nihil excusationis relinquetur impiis & incredulis, qui inexcusabiliter triplici nomine tum conuincuntur de peccato, de iustitia, & de iudicio. Haec sunt tria obstacula quibus impeditur mundus a regno CHRISTI: idcirco reuelanda sunt illa, vt cognoscat mundus: & per Spiritum Sanctum reuelata, auferenda sunt.

De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

Singulari antonomasia vnica incredulitas in CHRISTVM, vocatur peccatum, veluti fons & origo omnium peccatorum. Rom. cap. 14, Quod non est ex fide, peccatum est. Et Hebraeo. cap. 11, Sine fide impossibile est placere Deo. Vbi quicquid fuerit incredulitas, ibi est terra malorum, & sentina peccatorum, ibi sunt adulteria, ibi fornicationes, ibi ira, ibi inuidia, ibi homicidia, & quid non malorum? Quae si extrinsecus non apparent, manent tamen intrinsecus in carne latentia, & iudicio Dei obnoxia. Hanc incredulitatem exponit, dicens, QUIA non crediderunt in me. Non vult mundus agnoscere hanc infidelitatem esse peccatum, quod tamen omnium maximum & grauissimum est, propterea odit CHRISTVM & CHRISTI cultores: sed a Spiritu conuincetur. Nam quum mundus viderit oracula Prophetarum cum euentis consentire, quum expertus fuerit tot hominum milia profiteri nomen CHRISTI, quum credentes Spiritu Sancto repletos viderit, variis linguis loquentes, miracula operantes, a lege Moisaica ad Euangelium deficientes, morum & vitae sanctimonia Deum Patrem colentes, terrena commoda contemnentes, & totos ad caelestia raptos, quid tum causari poterit mundus, quod suae obstinatae infidelitati praetextere possit? Si nihil eorum quae ad hominum salutem faciunt, Pater, qui misit CHRISTVM, omisit: si CHRISTVS missus omnia quae placita sunt Patri fecit: si nihil omisum a Spiritu Sancto, quem Pater & Filius miserunt, mundus viderit: si Apostoli (quibus vt organis suis vsus est Spiritus Sanctus) bene & sancte functionem suam compleuerint? Haec quum viderit & agnouerit mundus, reuelatore Spiritu: quid superest quam quod maneat conuictus praedicatione reuelati Euangelii, & intelligat se totum in maligno positum, peccato pessimo obrutum, aeternae damnationi (propter infidelitatem) obnoxium: & se incredulitatis suae perire vitio? Atque dum obstinati Iudaei viderint prophanas (quas dicunt) gentes, per simplicis aquae tinctionem, & nominis CHRISTI professionem ab omnibus peccatis ablui, & imagine Spiritus donari: manifestum erit ipsos Iudaeos velle manere in suis sordibus, & peccatum peccato addere: vt vere de ipsis dicatur, Qui sordet sordescat adhuc. Summa huius sententiae est: Praecipuum reuelati Euangelii munus est, vt doceat infidelitatem esse omnium malorum originem, & mundum sub incredulitate conclusum, ac propterea sub aeternam damnationem. Vnde aduersus hanc infidelitatem Dominus terribiliter pronuntiauit, Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Obserua. CREDERE in CHRISTVM non est simpliciter credere quod Deus sit, aut quod cum Deo in caelis aequaliter dominetur: hoc enim & daemones & multi impii credunt: haec fides historica est: non est fides in CHRISTVM. Sed credo in CHRISTVM, quando ipsum mihi propitium esse Deum ex animo volo, & firmiter apud me statuo, ac nihil addubito ipsum peccata mea super se tulisse, meque Deo Patri reconciliasse litatione sui corporis, vt peccata mea eius sint, & iustitia eius, mea: vt abnegato vetere Adamo, ipsi CHRISTO totus sim consecratus, & fiat commissio & permutatio quaedam spiritalis: vt sim noua creatura in ipso CHRISTO, qui inter me & Patrem, mediatorem agat. Haec est illa viuua fides quae vere iustificat, & omnia peccata absorbet ac delet. Rom. cap. 8,

Spiritus argutor mundi. Mundus in me ligno.

Peccatum antonomastice dicitur incredulitas. Incredulitas.

Apostoli organa Spiritus.

Iudeorum conuictio.

Euangelii reuelati officium.

Infidelitatis exitium.

Credere in Christum.

Viuua fides.



Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in CHRISTO IESU, qui non secundum carnem ambulant. Quicquid ergo ex hac viua fide fit, totum bonum, purum, ac Deo gratum est. Vnde supra cap. 6. rogantibus quid facerent vt operarentur opus Dei, respondet CHRISTVS, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.

De iustitia vero, quia vado ad Patrem.

Spiritus Sanctus arguet, id est palam conuincet mundum de iustitia. Totus mundus iustitiam inquiserat: alii sese iustificatos voluerunt lege, alii philosophia & humana ratione, alii suis & propriis operibus ac meritis, alii iustitia ciuili. Sed hanc iustitiam ipse Spiritus vt falsam & hypocriticam, per veram iustitiam arguet. Quae est illa iustitia? Ea (inquit CHRISTVS) quod vado ad Patrem. Et Paulus (Rom. cap. 3.) respondet, Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Iustitia autè Dei per fidem IESU CHRISTI, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Hæc iustitia est, IESUM ire ad Patrem, hoc est IESUM suo discessu ad Patrem siue morte sua satisfacere pro peccato generis humani. Traditus est enim (ait Paulus Rom. cap. 4.) propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hanc satisfactionem (quae est actus iustitiae, imò iustitia) qui fide viua & ex animo acceperit, hunc CHRISTVS vt iure iustificatum defendet. Non est ergo nobis iustitia nisi per fidem viua. Talia non intelliget mundus: vnde opus est aduentare Spiritum Sanctum, vt illum corripiat, & doceat veram iustitiam, & aperiat ipsum prorsus nudum esse iustitia. Hic transitus ad Patrem designat non solum ipsum CHRISTI mortem & satisfactionem pro peccatis: sed & resurrectionem, vitam nostram, quae nobis dies & noctes curae esse debet. Ideo resurrexit à mortuis, & caelum conscendit, vt spirituale aspiciatur regnum, in quo nos gubernaret per iustitiam & veritatem. Pudefactus & conuictus est mundus de iustitia, quando Spiritu reuelante vidit vim admirabilem ipsius Spiritus non contigisse iis qui ex lege & suis Sabbathis ac aliis ceremoniis iustitiam vindicant, sed his qui professi sunt nomē CHRISTI. Qui fieri potest de iustitia mundus apud homines gloriatur, quando reiecit eum, per quem vnum vera contingit iustitia? Mundi iniustitia palam reprehensa est, quando eum quem cruci affixerat, occiderat & sepelierat, rediuiuum, & ad Patrem (à quo venerat) rediisse, ac apud illum viuere, intellexit: imò verè pudefit & conuincitur, quum velit nolit cognoscat ipsum iam inuisibilem ac sublatum ab oculis hominum, maiora per verbi prædicatores Spiritu ipsius afflatus præstare, quam præfens in terris præstiterit. Horum summa est: Iniustitiae coarquantur qui alibi sibi iustitiae siue iustificationis spem posuerunt, quam in CHRISTVM. Obserua: CHRISTVM vadere ad Patrem, est CHRISTVM per mortem & resurrectionem transire ad Patrem pro vera iustitia & satisfactione peccatorum generis humani. Vera enim iustitia, est mors & resurrectio CHRISTI, quae tibi nihil profuerit, nisi credideris, & per fidem viua illam comprehenderis ac feneris.

Et iam non videbitis me.

Aeternam suam apud Patrem conuersationem adducens, subinsinuat retributionem habitationis caelestis, hoc est fructum ex illa iustitia & satisfactione pro genere humano. ET IAM, id est posthac, NON VIDEBITIS ME, scilicet in carne præsentem, vt ulterius hic in mundo agam, sicut hætenus egi. Vos tamen sentietis me viuum ac potètem, & omnia præstantem quae sum vobis pollicitus. Locus hic venit intelligendus de ista visibili & mortali atque passibili specie, qua tunc CHRISTVS erat. Postea vero quoties visus est, immortalis & impassibilis apparuit, non quomodo iudicatus est, sed in ea forma qua iudicaturus est viuos & mortuos.

De iudicio autem.

Spiritus Sanctus arguet mundum DE IVDICIO, id est de corrupto intellectu, quem habet de regno CHRISTI & rebus omnibus ad illud regnum pertinentibus, hoc est quod nesciat quid rectum quid æquum sit. Vt enim arrogat sibi veram iustitiam (quam nullam habet, vt paulò antè docuimus) ita arrogat sibi verum rationis iudicium, veram sapientiam & prudentiam, quum tamen sapientia eius sit stultitia, imò insania, propterea quod probat Satanæ doctrinam, & tyrannidi eius cedit, suo se gladio interimens. Verum iudicium, quod Spiritus per Euangelium reuelat, siue vera prudentia & sapientia est, quod quis cognoscat & intelligat principem huius mundi (hoc est diabolum, qui est rex super omnes filios superbiae, Iob cap. 41.) victum & condemnatum esse, quod quis deprehendat astus, thecnas & dolos Satanæ: & quod Satan adeoque totum eius regnum, sint reprobanda.

Iudicium

Opus Dei.

Iustitia hypocritica.

Iustitia vera. Christi transitus ad Patrem, fructus.

Mundus de iustitia quando conuictus.

Iniustitia arguiti.

Christi vadere ad Patrem. Iustitia vera quae quibus prodest.

Iudicium mundi in rebus spiritualibus.

Iudicium verum.

Iudicium & sapientia mundi, intelligit viua fidem esse solam historiam aut promissionem dictis & factis seruandam. Rursus sibi persuadet iustificationem siue veram iustitiam esse, quae propriis meritis & operibus paratur: regnum CHRISTI esse carnale regnum, odio habendos esse inimicos, non beneficiendum qui recompensare non possunt. Hunc intellectum siue iudicium mundi de regno CHRISTI & rebus ad ipsum pertinentibus, Spiritus Sanctus per Euangelium palam conuincit esse corruptum, falsum, carnale & prorsus contrarium vero iudicio & sapientiae caelesti. Mundus probat opes, commendat gloriam, aspirat ad imperia: adhuc peccatis cedit, rebus seculi obuiolus deliciatur, morti & inferno se captiuum tradens. At Spiritus Sanctus per Euangelium reuelat veram sapientiam, quod quis intelligit opes, voluptates, gloriam & imperia huius mundi esse mera mendacia, vanitatem & retia ac laqueos quibus captiuos sese morti & inferno homines tradunt. Mundus iudicat veram fidem esse coram Deo, quae in dictis & factis constantia est: at Spiritus Sanctus per Euangelium conuincens mundum, reuelat veram fidem coram Deo esse, credere in CHRISTVM. Mundus iudicat veram iustitiam siue iustificationem esse quae operibus propriis & multo sudore paratur. Accedit Spiritus Sanctus docens, & aperte mundum conuincens de tali falso iudicio, veram esse coram Deo iustitiam, quae fide in CHRISTVM & per meritum gratuitò contingit. Mundus iudicat regnum CHRISTI carnale esse, & non aliter se habere atque regnum ciuile. Accedit Spiritus Sanctus reuelans regnum CHRISTI spiritale esse, & longè aliter se habere atque regnum ciuile. Mundus iudicat deliciis pascendam carnem, Spiritus crucifigendam cum vitis & concupiscentiis declarat. Quos mundus odio habendos esse docet, Spiritus diligendos reuelat. In summa iudicium & genius Spiritus Sancti prorsus aduersatur iudicio mundi: Spiritus iudicat quod quicquid caro & ratio humana probat, coram Deo nullius ponderis est: quicquid homini agnatum, nec nuper regeneratum, extinguendum occidendumque est, vt nemo de eo (quia carnale est) gloriatur eòve confidat: & quicquid mundus sapientiam dixerit, id pro insipientia & stultitia coram Deo habeatur: & breuiter quicquid mundus facit, inutile condemnatumque est, nisi à Domino CHRISTO scaturiat, eiusque cum verbum tum Spiritus existat. Omne enim quod à CHRISTO & Spiritu eius non est, caecum & falsum est, quod à sapientia non fit. Est igitur vetus Adam Spiritu CHRISTI reformandus.

Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Damnatus est PRINCEPS huius mundi, id est diabolus, morte CHRISTI, qua satisfaciens pro totius mundi peccato, ademit diabolo omnem vim & potentiam, imò tyrannidem, quam propter peccatum (quod eius est dominandi virtus) ademit, & ligauit illum per annos mille, & misit illum in abyssum, & clausit & signauit super eum, vt non seducat amplius gentes, Apocal. cap. 20. Si hoc solo iure quod peccauerit homo, dominium in homines habuerit Satanas, nihil est quod amplius queri possit, quando ablatum est peccatum, & pro eo satisfecit CHRISTVS, appèdens chirographum cruci. Damnatione qua CHRISTVM iniuste damnauit & occidit Satanas, iuste damnatus & iudicatus est. Nam morte CHRISTI homines redempti & à Satana liberati sunt. Nisi damnasset CHRISTVM Satanas, semper mundi princeps fuisset, semper mundo dominatus esset: sed volens extinguere mundi Saluatorem, extinctus est, & suo gladio vires ac potentiam sibi ademit. Hæc non cognouit mundus, donec Spiritus Sanctus per Euangelium coarguens mundum de iudicio, reuelauit principem mundi victum & damnatum esse, quando cognouit & vidit homines ab idololatria ad cultum veri Dei deficere, homines suis orationibus & inuocatione nominis CHRISTI demones abiicere, à peccatis ad innocentiam vitæ, aucto verbo Euangelii, respicere, à crassis Mosaiicæ legis ceremoniis, ad Euangelicam pietatem sese conferre, dæmonum & simulachrorum cultus abiicere: tunc palam apparuit princeps mundi conuictus, qui hætenus per peccatum exercuerat tyrannidem, iam se suis ipsius armis, victum, eiectum, condemnatumque esse cognouit, vt vt mortem CHRISTI prouocauerit, per quam homines ab eius tyrannide liberantur, peccata mundi tolluntur, innocentia conseruatur, libertas Euangelica donatur, & immortalitas conceditur. Tunc reuelante Spiritu per Euangelium (quod ignominia videbatur) apparuit triumphus: & quod exitium putabatur victoria. Quum enim solo crucis signo, liberarentur corpora à dæmone obsessa, nonne palam visum est Satanam esse condemnatum? nonne & pro indubitato habendum est illos quoque damnatos damnandòsve, qui damnatum illum & victum sequi maluerunt, quam CHRISTVM vitæ & innocentiae authorem & largitorem? Obseruat quum dicit principem mundi iudicatum, cõprehendit sub hoc præcipuo effectu Euangelii,

Iudicium mundi quale est.

Intellectus mundi de regno Christi.

Collatio iudicium Spiritus mundi.

Princeps mundi damnatus morte Christi.

Satana impium.

Satanas conuictus.

Mortis Christi fructus.



reliquos effectus, vt victoriam de peccato, de morte, de inferno, de damnatione, &c. quæ omnia per CHRIS TVM expugnata esse non potest credere mundus; antequam reueletur Spiritus CHRIS TI: quo reuelatore facile conuincitur mundus, & vires Satanæ enervantur. Necessarius igitur fuit Spiritus Sancti aduentus ad discipulos, vt hoc confirmati & docti, arguerent & miraculis conuincerent mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Eo enim solum tendit scopus prædicationis Apostolicæ, nimirum arguere, hoc est ostendere mundum omni iustitia & cognitione veri nudum, & peccato exitiali esse oppressum: id quod nemo faciet, nisi Spiritu Paracleto reuelatore & authore.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo.

Quum Dominus videret suos altius adhuc carneo intellectui infixos esse, quàm vt multa ardua mysteria capere possent, distulit dicenda, & ea reuelatori Spiritui venturo referuauit. Nam quando Apostoli à Spiritu in alios viros euaserunt, & reformati sunt, quando legales figuras illius patrocinio aspernati sunt, quādo spiritualis cultus pulchritudinem illius auxilio, vmbri anteposuerunt, tunc, tunc inquam mysterii de CHRIS TO vim omnem cognouerunt. QUAE MVLT A dicenda interpretandæ erant? Inter alia putauerim, quod conceptus esset de Spiritu Sancto, & natus ex Maria Virgine, quod descensus erat ad inferos, quod patres è limbo ad caelos subuecturus erat, quod lex antiquanda foret. Ignorabant CHRIS TI regnum spirituale esse, nesciebant spargendum esse Euangelium in Gentes, latebat illos crucem esse viam ad gloriam, & sapientiam huius mundi esse veram stultitiam. Hæc quum non ad vnguem intelligerent, & nihil tale de his considerarent, postea à Spiritu docti illa cognouerunt. Hic locus nobis subindicat auditores verbi nunquam ita fieri perfectos, quin semper adhuc opus habeant multis de quibus ad sensum moueantur. Habet profecto Dei & rerum spiritualium cognitio, suos gradus: vnde prædicatoribus petenda est ratio quædam tractandi instituentisque infirmas conscientias, quibus lac primum præbendum est, donec habiles fiant ad cibos solidiores. Hoc enim facere solet optimus quisque præceptor, qui pro captu discipulorum, eos docet: huic subtiliora, isti rudiora quædam præscribens. Quod se fecisse testatur Paulus, ad Hebr. cap. 5, De quo nobis (inquit) grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim quum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis vt vos doceamini quæ sunt elementa exordii sermonum Dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Et 1. Corinth. cap. 3, Fratres (inquit) non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in CHRIS TO lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed neque nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Ita & CHRIS TVS multa reliquit magisterio Spiritus Sancti, vt hoc suo exemplo doceat prædicatoribus, ne omnia, quamlibet ardua, vno tempore doceant, sed iuxta captum auditorum ad ædificationem audientium, & emendationem vitæ illorum. Non commendantur prædicatoribus, qui auram popularem venantes, tractant de prædestinatione & multis aliis mysteriis, quæ simplices tantum suspicientes, frequenter sibi desperationis laqueum iniiciunt, aut tantum mysteriū respuunt, cōtemnūt, & temerè tractāt. Refert Origenes Iudæos nō admisisse quempiã ad legēda Cātica cāticorū, nisi quadragesimū suæ ætatis annū attigisset.

Quum autem venerit ille Spiritus veritatis.

Eadem repetit de Spiritu, vt subinde illos adhuc infirmos soletur. Vbi (inquit) ille Spiritus, iuxta meam promissionem, venerit. Vocat illum SPIRITVM VERITATIS, id est suum, qui est Veritas. Non enim Spiritus Sanctus est alienus à substantia Filii, sed ex ea naturaliter procedit, natura omnino idem: in persona verò propria subsistens. Hic Spiritus veritatis est doctor ad omnem veritatem, interpret doctrinæ CHRIS TI, reuelator mysteriorum CHRIS TI, & clarificator personæ CHRIS TI. Hic Spiritus suapte natura verax est: oportet enim illum veracē esse, qui homines veraces esse facit. Obserua: quum Spiritus Sanctus sit verax, & nihil non verum doceat, nullam hypocrisim, nullas nugas, technas nullas, ad cultum regni CHRIS TI admittere potest. Obserua: vocat SPIRITVM VERITATIS, ad differentiam spirituum malignorum, mendacium, æriorum, tenebrarum, & huiusmodi cum carne & mundo sodalitiū habentium. Rursus aduerte: verba QVVM AVTEM VENERIT, &c. insinuant paucos admodum ante solennem ipsius Spiritus effusionem, afflatos fuisse, sed statim à die Pentecoste, propter CHRIS TVM glorificationem, ille afflauit innumeros per vniuersum orbem, & in vnum corpus Christi eoadunauit.

Docēbit

Docēbit vos omnem veritatem.

Promittitur Spiritus Sanctus doctor omnis veritatis Christianæ fidei. DOCEBIT, id est deducet vos ad omnem veritatem. Perfecta enim mortis, resurrectionis, & ascensionis CHRIS TI dispensatione, capaciores & magis idonei erant Apostoli ad intelligendā etiam grauissima fidei mysteria: quæ quoniam exacte nouit Spiritus ille, multaque supermanferant adhuc reuelanda Ecclesiæ, omnem fidei veritatem non ex parte, sed integre reuelabit. Nam etsi ex parte in hac vita cognoscimus (vt ait Paulus 1. Corinth. cap. 13.) non manca tamē, sed integra veritas, in hac parua cognitione nobis refulsit. Aut Veritatem opponit vmbri & figuris, quarum veritatem cognouerunt discipuli recepto Spiritu Sancto. Aut Veritatem opponit mendacio, hypocrisim, & fictitio, quæ in regno antichristi dominatur. Obserua: Consolatorium est ex hoc loco cognoscere & fide audire quicquid hinc promissum est Apostolis, promissum esse toti Ecclesiæ, quod Spiritus Sanctus omnem nos docturus sit veritatem iuxta exigentiam temporis & necessitatis, Nam non vnoquoque tempore omnia reuelata sunt. Sciebat Petrus die Pentecoste prædicare, variis linguis loqui, & coapostolos scripturis defendere: veritatem tamen illam adhuc ignorabat, quod & Gentes gratiæ CHRIS TI participes essent: quod tamen aliquanto post tempore Spiritus per vim linteæ & omnis generis animalium immundorum docuit, Act. cap. 10.

Non enim loquetur à semetipso.

Occupatio est cum ætiologia. Ne putarent aliqui Spiritum illum (quod doceret quæ CHRIS TVS aperte non docuerat) CHRIS TO maiorem esse, neque crederent ipsum Spiritum doctorem, priuata docturum, aliena à doctrina CHRIS TI, ait, non enim loquetur à semetipso. Qui à semetipso non est, à semetipso nō loquitur. Quinimo sicut Spiritus ille à Patre & Filio est, ita etiam quod loquitur, habet ab illis, vnde vera esse oportebit quæcunque dixerit. Quum ille loquitur, non aëre moto ferit aures corporis, sed tacitis & æreanis flatibus loquitur, occulta vi mouens intima mentium. Obserua: non verè docet qui à semetipso & ex proprio loquitur, is mendax est. Vnde supra, cap. 8, dicebat Dominus, In veritate non stetit, quia non est veritas in eo: quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est. Hic locus docet Spiritum Sanctum nihil docturū CHRIS TI doctrinæ contrarium, nec alias leges feret: sed quum quasi mens CHRIS TI sit, ea quæ CHRIS TI sunt, reuelabit.

Sed quæcunque audiet, loquetur.

Spiritus veritatis non loquetur incerta: sed quemadmodum Filius nihil loquutus est, quod non audierit apud Patrem suum, ita Spiritus nihil suggeret, nisi quod acceperit à Patre & Filio. Obserua, quod hinc dicitur AVDIRE Spiritum Sanctum: nam Filius Dei verbum est æternum à Patre exiens, id ipsum deinde verbum audit Spiritus Sanctus, dum ab utroque illo Spiritu spiratur. Ab æterno enim accepit à Patre & Filio scientiam, sicut & essentiam. AVDIRE, videlicet per vnitatem substantiæ & proprietatem scientiæ. Ab ipso audiet à quo procedit, quia non est à seipso, sed ab illo à quo procedit. A quo est illi intelligentia, ab illo utique est scientia: ab illo igitur audientia: quod nihil aliud quàm scientia, loquetur vi occulta, interpretando atque clarius exponendo CHRIS TI doctrinam, cuius sensum & intellectum verum reuelabit. Hæc re vera significant quod Spiritus nihil docturus sit extra ea quæ CHRIS TVS docuit. Et quemadmodum Dominus ipse dicens de se, Quæcunque audiui à Patre meo loquor, non se vt discipulum & puerum introducit, sed quod nihil vel sciat vel doceat quàm quæ Pater ita & de Spiritu dicendum est: neque Spiritus ille opus habet doctore, testante Paulo 1. Corinth. cap. 2, Quemadmodum nullus nouit quæ hominis sunt, nisi Spiritus qui est in eo: ita & quæ Dei sunt nullus nouit, nisi Spiritus Dei. Hic videmus quod ipse Spiritus est suipsum doctor, qui suapte natura est omniscius. Obserua: Verbo AVDIRE, vsus est, Quia quorum (de quibus hic agitur) notitiam habet, futura sunt. Aut quia æternitas includit omne tempus, ideo Spiritus Sanctus, qui ab æterno audiuit, dici potest audire, siue in præfenti, siue præterito, siue futuro.

Et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.

Ex his discere possumus Spiritus Sancti diuinitatem. Quasi dicat: Quia maxime Dei est futura cognoscere, id signum vobis erit illum Spiritum ex mea esse substantia, quia futura (vt ego) vobis prædicet. Id quod facere non posset, nisi in me esset: & quum ex me procedat, eiusdem mecum substantiæ est. His verbis multū consolatur discipulos, quibus (sicut & cuius homini) nihil aliud ita desiderabile est, quàm futurorum cognitio. Tantum

Prædicationis  
Euangelicae  
scopus.

Apostoli à Spi-  
ritu docti.

Filius vt doctus,  
semper promou-  
ent in Evan-  
gelio.

Euangelii doc-  
endi gradus  
& ratio.

Prædicatoris  
partes.  
Cantica ante  
quadragesimū  
annum non le-  
gebantur.

Spiritus veri-  
tatis.  
Spiritus San-  
cti officia.

Spiritus Sanctus  
doctor omni ve-  
ritatis Christi-  
anæ.

Veritas.

Consolatio pio-  
rum.

Non omnia vno  
tempore reuela-  
ta à Spiritu.

Spiritus loqui  
nobis.

Mendax.

Quæ docuit Spi-  
ritus.

Spiritus San-  
ctum audire à  
Filio Verbo.

Spiritus Sancti  
diuinitas.



fructus vobis afferet Spiritus meus, vt & futurorum præscientiam (quæ maxima omnium videtur) daturus sit. Proinde quia aduersus tentationes vos instructos esse oportet, ille vos præparabit ad futura pericula, ne tanquam ignari & nescii illis absque custode irretiamini, & in illa incidatis. Quasi diceret: Quoties res postulabit, reuelabit vobis si quas machinatur mundus Euangelio molestias, vt sciatis vobis cauere, & alios præmonere, vt in postremis temporibus sibi caueant. Ad hunc modum noster Euangelista Ioannes sua ætate cognouit antichristos, quos sic suis ad viuum depinxit coloribus: similiter & Paulus & Iudas Thaddæus, vt de illorum aduentu circa nouissima tēpora præmonentes, illos cognoscere, & eosdem vitare possimus. Obserua. Non dixit Omnia quæ ventura sunt, sed indefinitè, Quæ ventura sunt. Omnia enim impartitur prout vult. Humanæ præsumptionis esse videtur discutere quæ futura annuntiabit, & quæ non. Annuntiabit profectò quæ vsui Ecclesiæ esse viderit, & quoties reuelare expedierit. Aut verè dici potest quod ventura annuntiabit etiam omnibus piis & credentibus, quando gaudia patriæ caelestis ad memoriam reuocet, & de illis spem inferit, quando nos à delectatione præsentium abstrahens, promissum in caelis regnum confirmat, & eius desyderio cor nostrum inflammat. Huc pertinet quod scribitur Iohelis cap. 2, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, &c.

Ille me clarificabit.

Quum Spiritus facit expressam mysterii CHRISTI cognitionem in mente hominum, charitatem in cordibus nostris diffundit, & æternæ patriæ amorē inspirat, ob signatque ac certificat conscientias hominum de CHRISTI beneficio erga homines, dicitur illustrare & glorificare, cum personam tum doctrinam CHRISTI. Et quemadmodum CHRISTVS per mortem ac resurrectionem suam illustrat gloriam Patris, imò quicquid ab eo geritur, proficit in gloriam Patris: ita Spiritus ille per Apostolos illustrat gloriam nominis CHRISTI: & quicquid per ipsos gerit, in gloriam CHRISTI proficit. Nam prædicatione & miraculorum testimoniis (quæ nomine CHRISTI sunt operati) declarata est gloriæ maiestas & diuinitas IESV CHRIS TI. Hoc vt facerent Apostoli Spiritus animos illis addidit, audacia prædicationis ipsos illuminauit, & virtutem edendi miracula dedit. Vnde per totum orbem glorificatus est CHRISTVS non in sua essentia, sed quia nomen CHRISTI per vniuersum orbem creuit, & à mundo CHRISTVS cognitus est summa gloria dignus. In maximam enim nominis CHRISTI gloriam cessit, quando Apostoli in vniuerso orbe terrarum nuntiauerunt Euangelium & victoriam CHRISTI gloriosam super mundum, peccatum, crucem, mortem, Satanam, & infernum. Huc pertinet quod Marci cap. vltimo scribitur, In nomine meo dæmonia eiciēnt, linguis loquentur nouis, &c. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

CHRISTVS rationem reddit cur suus Spiritus sit illum clarificaturus. Hoc verbum vt vt minimum videatur, est tamen veluti summa & caput fidei nostræ de sancta Trinitate, quod ibi tres sint personæ in vna essentia: tertia enim in diuinis persona est Spiritus Sanctus. Vnde cognoscitur Spiritus Sanctus esse persona? Quia de Filio accipit. Sed quid accipit? Respondeo: diuinitatem, diuinam hanc quam habet essentiam ex illa æterna processione: qua dum processit, à Patre & Filio diuinitatem accepit. Vnde re vera ipse est tertia persona in diuinis, æqualis modis omnibus Deo Patri & Filio. Et quia Spiritus consubstantialis est Filio (ait Cyrillus) proceditque per eum, omnem eius habens virtutem: ideo ait QUIA de meo accipiet. Subsistere namque per se Spiritum credimus, id est qui essentiam à Patre & Filio accipit. Facebant hinc qui dicunt Spiritum à solo Patre procedere, aut audiant Filium dicentem DE meo accipiet: & consiteantur sicut est in Symbolo, Qui à Patre Filioque procedit. Spiritus clarificabit CHRISTVM, quia de essentia CHRISTI accepit. Et clarificabit ipsum, quando annuntiabit Apostolis omnia, & eosdem illuminaturus est in omni necessaria eis veritate, sicut ille dixit supra cap. 14, Paracletus Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixerò vobis. Obserua, Verbum ACCIPIET, non eo modo est vsurpandum quo & quum de creaturis loquimur. In creaturis aliud est accipiens, & aliud acceptum: & accipiens, eo quod accipit, prius carebat. At non sic est in diuinis, quum personæ diuinæ simplices sint, nec in eis sit aliud & aliud, imò à quocunque accipit Spiritus Sanctus, accipit totam substantiam illius: non quod is à quo substantiam accipit, perdat aut deferat illam: sed quod illam

Hereticorum nota.

Christi clarificatio in cordibus nostris.

Christus per orbem glorificatus.

Spiritus Sanctus per se subsistit. Spiritus à Patre & Filio.

Accipere, verbū quum de personis Trinitatis loquimur.

quod illam accipienti totam & eandem infundat & communicet: & quod accipit, nunquam eo caruit. Vnde quemadmodum Filius ab æterno est, habens quod accipit à Patre, ita & Spiritus Sanctus ab æterno habet quod à Patre & Filio procedens, accipit. Rursus obserua: VOX ME O, nō accipitur possessiue, eo modo quo dicitur Ager est meus: sed essentialiter, qua acceptione dicitur, Anima est mea, & Natura est mea. Ad hunc modum hęc dictum est à Domino, DE meo accipiet, de essentia mea, de sapientia mea, de scientia mea. Item particula DE, non designat participationē, sed consubstantialitatem: quia totū accipit quod Filius habet: vt quemadmodū Filius dicitur de substantia Patris, quia accipit totā substantiam Patris: ita & Spiritus Sanctus est de substantia Filii, quia accipit totam substantiam eius. Omnia quæ Dei sunt, in seipso Spiritus naturaliter habet, ait Cyrillus: non enim participatione aut habitudine, nec vt alius à substantia Dei: sed quemadmodū floris odor qualitatem eius naturalē olfactui offert, ita de Deo & de Spiritu Sancto intelliges, sublimius vim exempli accipiēs. Nihil igitur detrahitur Spiritui, quum à Filio accipere credatur. Proinde quemadmodum Filius generatur ab essentia Patris, vt principio quo Pater generat Filium, (quæquam essentia Filius per generationē accipit: ita Spiritus Sanctus producit ab essentia Patris & Filii, vt principio quo Pater & Filius producut Spiritū Sanctum: ita Spiritus Sanctus in hoc quod producit, accipit eadem Patris & Filii, essentia, sapientia, scientia, potentiam, & reliqua omnia absoluta. Et aduerte: quum dicitur, Filius est de Patre, id est de substantia Patris, & Spiritus Sanctus de Patre & Filio, id est de substantia Patris & Filii. Propterea dixit accipiet DE ME O, id est de mea substantia: non enim filiationem accipit.

Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.

Causam expandit CHRISTVS cur dixerit, Ille de meo accipiet. Nolite (inquit) mirari quod dixerim vobis, De meo accipiet: nam in quibus nulla differentia est, sed substantiæ idéitas, in illis omnia eadē sunt natura. At quum à Patre Filius nihil penitus differat, præterquam quod Pater non est: atque quum in vtroque eadem substantia, eodem modo perfulgeat, non solum cōmunia, verumetiam in vtrisque eadē erunt: vt quæcunque in Patre sunt, eadē quoque in Filio sint: & quæcunque in Filio, in Patre quoque similiter sint. Ergo quum quæcunque sunt Patris, mea sunt, & quæ mea sunt, sint Patris, & ille de Patris substantia accepit: non putetis absurdum esse quod dixerim, Quia ille de meo accipiet: propterea quod tam meus quàm Patris est. A Patre haud dubiè proficiscuntur omnia, sed nihil est Patris, quod idem non sit CHRISTI: nec quicquam est Patris aut Filii, quod Spiritui nō sit cōmune. His omnibus probat CHRISTVS, quod Spiritus Sanctus accipit de suo propter vnitatem & consubstantialitatem Patris & Filii. Responsabit quispiā, Si omnia quæcunque habet Pater, similiter habet & Filius, sequitur quod quum Pater habeat paternitatem, similiter & Filius: habeat paternitatem. Respondeo: Habere paternitatem, non dicit aliquam perfectionem aliam à perfectione Filii: Ideo concedendum est, quod quicquid habet Pater, habet Filius: non tamen habet Filius eo ordine quo Pater habet: nam Filius habet sicut ab alio accipiens, Pater verò sicut alii dans. Vnde non est distinctio in eo quod habetur, sed in ordine habendi: hoc est distinctio personalis & relationis, non autē essentialis & substantialis. Beatus Thomas in hunc locum scribens, quærit an relatio in diuinis sit aliquid realiter. Respondet: Relatio in diuinis considerari potest vno modo (inquit) per comparationē ad essentiam seu personam Patris: & sic relatio Patris non est alia res, quàm essentia seu persona Patris. Alio modo consideratur per comparationem ad oppositam relationem, puta ad filiationem: & sic paternitas est relatio realis: quia secundum hoc importat ordinem naturæ, quem Pater dat Filio per æternam generationem: quicquid ordo est in Deo secundū rei veritatem. Sic ergo si paternitas comparatur ad essentiam Patris, omnia quæcunque habet Pater, habet Filius: quia paternitas nō est alia res ab essentia Patris, sed nō eo ordine habet. Hactenus ille. Vnde sicut quidam subtiliter annotauit in hunc locum, & ita in theologia speculatiua exercitati, constanter fatentur, non verè dicitur quod Filius aut Spiritus Sanctus producit de essentia aut sapientia diuina (hoc enim ad quaternitatem Abbatis Ioa-chim damnatā spectaret) sed catholicè & verè dicitur quod nascitur Filius de essentia Patris, & producit Spiritus Sanctus de essentia Patris & Filii: quod significatissimè hoc loco expressit CHRISTVS per hoc pronome, ME O, quo significauit essentia, sapientia, scientiam, & huiusmodi, non absolute, sed vt est personæ, hoc est in comparatione ad personam. Obserua: Cōmendat hic locus potentia CHRISTI, qui cum Patre omnia habet cōmunia.

Propterea dixi, Quia de meo accipiet.

Concludit quod Spiritus Sanctus accipiat à Filio. Necessarium est quod si omnia quæ G. i.

Meus, pronome quū de personis Trinitatis loquitur. De, particula. Esse de substantia Patris vel Filii.

Esse de.

Patris & Filii omnia esse cōmunia probatur. Regula.

Distinctio Patris & Filii.

Relatio an sit aliquid in diuinis.



habet Pater, sunt Filii, & Filius est consubstantialis Patri: quod Spiritus Sanctus accipiat à Filio sicut accipit à Patre. Syllogismus: Omnia quæ habet Pater, sunt etiam Filii: Pater hoc habet quod est principium Spiritus Sancti: ergo Filius habet quod sit principium Spiritus Sancti. Filius habet quod sit principium Spiritus Sancti: ergo verus est quod ait Filius, Ille Spiritus veritatis de meo accipiet. Ex his colligamus: Pater & Filius in omnibus sunt vnum, vbi non obstat relatiua oppositio inter Patrem & Filium, imò in superbenedicta illa Trinitate diuina, omnia sunt vnum, excepta sola distinctione penes oppositionem relatiuam Patris & Filii & Spiritus Sancti. Hæc qui volet diffusius audire, legat in primis Didymum, Hilarium, Augustinum in libris de Trinitate, & doctores scholasticos.

### Et annuntiabit vobis.

*Spiritus eadem quæ filius docet.*  
 Quasi dicat: Quemadmodum Pater (à quo omnia accipi) per me est vobis loquutus: ita & ego per illum (qui de meo accipit) loquar vobis. Non alienam à mea doctrina vobis annuntiabit, quia & Patris & Filii & Spiritus Sancti vna est doctrina, scientia, & eruditio. Et sicut secundum id quod à Patre accipi, vobis annuntiaui, ita secundum quod deo accipit Spiritus Sanctus, vobis annuntiabit: hunc itaque audite. Nam qui mihi credit, credit Patri: qui Spiritui credit, credit vtrique nostrum, hoc est & mihi Filio, & Patri. Hæc omnia sint vobis solatio, & hisce rebus confirmati aduersus imminentem tempestatem, masculum fortemque animum sumite, in afflictionibus durate, & vosmet rebus seruate secundis. Si vos conseruaueritis, felicitiora & secundiora (quæ vos manent) sequentur.

### Modicum, & iam non videbitis me.

*Modicum.*  
 Posteaquam aperuit CHRIS TVS Spiritum Sanctum reuelaturum suæ Ecclesiæ quæ necessaria forent, nunc ænigmatica oratione (ne si aperte de sui præceptoris morte audiret discipuli, exanimarentur) suæ passionis mentionem facit. MODICVM, id est, breue tēpus est, ET IAM NON VIDEBITIS ME, id est orbabimini conspectu meo. Quasi diceret, futurum est breui vt tollar à vobis per mortem: propter quam ad modicum tempus habebitis tristitiam. Obserua hęc voculam MODICVM, cuius emphasis subindicat crucem CHRIS TVI afferre mœrorem, sed qui diu non duret. Nam pii ad modicum non vident CHRIS TVM, quando ad pusillum & breue tempus videtur CHRIS TVS ipsis substrahere suas consolationes, & præsidia sua ex verbo, sicut triduo suæ passionis apertam ex verbo consolationem, & suauē sui oris colloquium Apostolis subtraxit.

### Et iterum modicum, & videbitis me.

*Plorum consolatio.*  
 Ne animos despöderet Apostoli, sermonē de cruce & passione audiētes, illos cōsolatur Dominus. Non durabit mœror vester: nam post exiguum tēporis spaciū, nimirū tertia die, rursus reddar oculis vestris, vt paulatim assuecatis huius corporis cōspectu carere, qui vobis inutilis erit, nisi in cælū subducatur. Obserua: ET ITERVM modicū, & videbitis me: verbum est cōsolatorium, quo promittit piis in cruce cōsolationem. Quasi diceret, Vos in cruce, meum præsidium, auxilium, & fauorem experiemini: & quemadmodū vobis triste & mœstum erit, dum pusillo tempore affligemini, & in cruce eritis, non videre me, ita vobis in cruce existentibus, gaudium erit iterum videre me consolantem vos: ego enim morte mea non pereo, sed transeo ad Patrem, qui vos iuuabit, & potens est id præstare.

### Quia vado ad Patrem.

*Filius voluit homo fieri, vt homo ex Deo nasceretur. Vadere ad Patrem.*  
 Vtriusque præcedentis sententiæ rationem adducit. Hoc enim VADERE ad Patrem, includit & mortem CHRIS TVI, simul & resurrectionem. QUIA vado ad Patrem, hoc est quia morior, & per crucem vado: modicum, seu breue adhuc tēpus est, & non videbitis me hoc triduo: & iterum, quia vado ad Patrem, resurgens, modicum, id est pusillum tempus, videbitis me, id est conspicuus vobis ero, & apparebo vsque ad diem ascensionis meæ ad Patrem, vt expleta dispensatione assumptæ mortalitatis cum resurrectionis triumpho ad Patrem reuertar, vobis maiora largiturus, vbi vobis conspicuus esse desydero. Secundum hominem vadit ad Patrem. O immensam Dei bonitatē! non fortuna aut casu Filius Dei homo factus est, sed inenarrabili misericordia & charitate formam serui accepit, & hominem induit, vt ex homine Deum faceret, essetque Deus homo, & homo Deus. Ex homine nasci voluit, & verbum caro factum est, vt homo ex Deo nasceretur. Itaque huiusmodi fuit eius transitus ad Patrem, vt vadens ad Patrem, subducatur & hominē ad Patrem. Quare, AD PATREM vadere, est hominē ad dexteram Dei traducere, adeoque per crucem & mortē, ex homine Deum facere. Vadit igitur CHRIS TVS ad Patrem, vt ad nos redeat & consoletur, iuuat,

tur, iuuat, & dominos Satanæ faciat: at sui reditus definitū tempus tacuit. Non enim quāto tempore ibi manebit, aut quando rursus descendet, significauit. Cur ita? Non est nostrū cognoscere tēpora vel momenta quæ Pater in sua posuit potestate, Ad. cap. 1. Obserua: quum Dominus suo abitu hoc hominibus dederit, vt credentes in CHRIS TVM, ex Deo nascerentur, & domini fiant Satanæ, non autem vt otientur: danda est opera vt per peccatum Satanæ non regnet in nobis, sed toti adhæreamus CHRIS TV, reliquias carnis expurgantes. Huius purgationis modus in ceremoniis veteris legis adumbratus est: nam sursum erigebantur oblationes, & hinc inde motabantur, è qua ratione dicebantur Tnupha & Thrumā, deinde mandabatur igni. Similiter quum nos in CHRIS TV oblato sursum erigamur ac moueamur, quid superest nisi vt igni charitatis expurgemur, & quod reliquum est veteris Adami, igni mandemus & comburamus?

*Affectionis Christi si fructus. Carnis expurgata figura.*  
 Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod nobis dicit Modicum? nescimus quid loquitur.

*Carnis cecitas in rebus Euangeli.*  
*Apostolorum opinio de regno Christi, antereceptum spiritū.*  
 Hic locus expādit quā ignara & surda sit caro ad prædicationē crucis, quā toties à CHRIS TV prædicatam etiā Apostoli non intelligant. Nam quot de cruce cōciones præsentibus Apostolis CHRIS TVS habuit? quoties ipsorum auribus inculcauit quod abire velit ad Patrem, nouum regnum auspiciaturus? quoties passionis suæ meminit? Nondum tamē inter Apostolos est (adeo cæca est in verbo Dei, citra Spiritū, natura nostra) qui intelligat crucem esse viam qua eatur ad Patrem, & per quam Pater velit glorificari. Putabant discipuli regnum CHRIS TVI carnale esse, quorū animos tantus mœror per id tēporis occuparat, vt toties iterata nec intelligerēt, nec meminissent, aut propter ænigmaticā loquutionē euenit, vt verborum sensum non agnoscerent. Vnde non intelligētes, mussitabant inter sese, Quid sibi vult hic sermo, Modicū, & non videbitis me, &c. Quomodo videbimus, qui se subducit ad Patrem? aut quid sibi vult hoc breue, quo sui copiam videndi nobis adimet, rursus aliud pusillum tempus, quo sui videndi nobis copiam faciet? Quid dicat, nescimus. Verissimē dicebant se non intelligere verba CHRIS TVI de cruce, quum infirmi adhuc & nec tanti mysterii capaces & idonei essent, donec Spiritu illo doctore donarentur, quem die Pentecostes acceperunt. Sua profecto ratione humana & carnali persuasione ducti, decipiebantur, putantes regnum CHRIS TVI temporale esse. Proinde hic locus apertē docet nos natura fugere & abhorere à cruce. Item quod in rebus regni CHRIS TVI, citra Spiritum CHRIS TVI nihil agnoscamus. Rursus, nos natura ignoramus crucē esse viā ad gloriā: vnde natura quaerimus aliam viā ad gloriā quā crucē: nimirū mollibus vestiri, carnē curare, & mollior dormire. Itē nos natura volumus glorificari sine cruce & mortificatione. Summa horum est: Nos nihil aliud sumus quā caro, citra Spiritum CHRIS TVI: quo afflati, spirituales sumus, cognoscentes quæ pertinent ad regnū Christi, & quæ ad nostram salutē faciunt.

### Cognouit autem IESVS quia volebant eum interrogare.

*Christi etiam coram seruator.*  
 Hæc est singularis quædam IESV CHRIS TVI benignitas, qua tardos & stupidos ad intelligendum non reiecit, nec duriter ipsos tractat, sed mansuetudinē multa erudiēs, interrogationem eorum opportunē præuenit, ostenditque se vt Deum, cognoscere hominum corda: id enim proprium Deo est, iuxta illud Iob cap. 42, Scio Domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis iste qui cælat consilium absque scientiā? Dominus ad Samuelem, 1. Reg. cap. 16, ait, Deus intuetur cor. COGNOVIT, supple virtute diuinitatis suæ, quod haberent in animo percontari se, quid sibi vellet quod dixisset.

### Et dixit eis.

Tanta est Christi philanthropia, tāta cura qua suos fouet, vt etiā ignorātes ac infirmos excipiat, & sua responsione ipsos præueniēs priusquā interrogēt, ad verū intellectū instruat.

### De hoc quaeritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.

Solliciti estis, & hoc conturbat animos vestros, quod dixerim ad pusillum tempus subducendum vobis meū conspectum: rursus quod breui tempore reddar vobis conspicuus, quod hoc sit in rem vestram, sitque necessarium non manere perpetuū apud vos, quemadmodum nunc maneo, & vobiscum versor.



Amen, amen dico vobis.

In re seria & necessaria iuramento CHRIS TVS vtitur, confirmans non esse aliam viam ad gloriam, quam crucem: Amen, amen, certissimum ac verissimum est quod dixi.

Quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.

Seipsum interpretatur CHRIS TVS, & apertius declarat verba illa Modicum, & non videbitis me. Quando videbitis me à Iudæis captum, cæsum & crucifixum, & videbor aliquandiu vobis abscondus, & morti turpissima traditus, vos plorabitis & flebitis, vt si fieri posset, præ dolore contabesceretis & lachrymis conficeremini, despondentes animû, velut omni præsidio destituti: M V N D V S autem gaudebit. Permittam enim aduersariis meis vt irrideant me, quos audietis in me impunè horrèdas iactare blasphemias, dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & triduo reedificas illud: Si filius Dei est, descèdat nunc de cruce: Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. Condemnabunt doctrinam meam & epimicium, siue ignes gaudii vt dicunt, ac triumphum tanquam victores de me, agent: tradent me morti & sepulturæ, vt videatur de me actum, esse. Tunc gaudebunt, & se vicisse gloriabuntur, dicentes me extremè abiectum & in æternum damnatum: vos interim plorabitis, & lamentabimini propter crucem & mortem meam.

Tristitia Apostolorum prædictio.

Epimicium.

Vos autem contristabimini.

Quasi dicat: Non solum lachrymis offundemini, verumetiam seriò tristitia afficiemini, dum illi gestient & exultabunt: sed breui cõmutabuntur rerû vices: Nam tristitia, &c.

Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Christus suos consolatur.

Consolatur illos CHRIS TVS à liberatione è cruce. Quemadmodum post tenebras lux aduenit, & post noctem, dies: ita & post priorû afflictiones, sequuntur liberatio & gaudium. Quasi dicat CHRIS TVS, Vt mea mors vos discruciat, & Iudæos hostes gaudio afficiet, ita mea reaparitio siue resurrectio vos multo afficiet gaudio, & Iudæos cõturbabit. Quare quum modico tempore mœrorem passuri sitis, fortiter tolerate mœrorem, spe gaudii mox sequuturi. Breui enim durabit impiorum gloriatio, & vos copiosam accipietis mercedem. Psalmo 125, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Hoc ad omnes in vniuersum qui piè in CHRIS TO viuere volunt, dici potest: nam piis in cruce existentibus, frequenter videtur CHRIS TVS aut periisse aut profus recessisse, siquando viderint extremè se abiectos & afflictos, ac nihil solatii sentire, videant autem hostes exultare, & triumphum agere. Magna est hæc afflictio, adeò vt nihil animi, nihil spei afflictio esse videatur. Tanta est hæc derelictio, vt Prophetæ clament (Abac. cap. 1.) Quare respicias contemptores, & taces, conculcante impio iustiorum se? & factum est iudicium & contradicatio potentior? Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualeat aduersus iustum. Hierem. cap. 12, Quare via impiorum prosperatur? Bene est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt. Psalmo 72, Zelauit super iniquos, pacem peccatorum videns, quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. Vide residuum Psalms. Prudenti consilio factum est, quòd Dominus permiserit se occidi, & citra Patris aliquam curam videri, ac pro derelicto haberi, adeò vt clamauerit, Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me! qui tamè mox victor resurrexit. Ad hunc modum Dominus videtur pium & in se confidentem dereliquisse, nec curam illius habere, quem tamè in media morte positum, vt Ioseph in carcere ab vxore Pharaonis, & in lacu à fratribus coniectum: populum item Israeliticum, mari, montibus, & Pharaonis exercitu obsessum, omnique humano destitutum præsidio, eripiet & liberabit. Permittit quidè impios & tyrānos frequenter triumphare, & in altum eleuari, sed vt profundius deiciantur. Aliquando à pio recedere videtur: non vt profus ab eo abscedat, sed vt maiori auxilio post breuè afflictionè sese reuelet, vt legitur Esaiæ cap. 54, Dixit Deus tuus, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Similiter & hoc loco Dominus ait, Sed tristitia vestra vertetur in gaudium: risus ipsorum in æternum luctum: mors vestra in vitam æternam: vita ipsorum in mortem æternam. Omnia vestra in melius fructificabunt: vos huic à corruptione, ad incorruptionem: à temporali vita, ad æternam: à mortalitate, ad immortalitatem: à labore, cruce, & afflictionibus, ad quietem perpetuam: à luctu, ad gaudium sempiternum: ab hominibus, ad Deum: à terra, ad cælum: à mundo immundo & maledicto, ad puritatem & benedictionem: à rebus cadacis, ad cælestes & perennes subducemini, & in me transformabimini toti spirituales & reformati ad mei imaginem, videntes per me & in me gloriam

Florum in afflictionibus consolatio.

Christus curam sui in cruce derelictus.

Pii ad quid videntur derelicti.

gloriam Patris sicuti est. Impiorum & aduersariorum risus, initium erit dolorum, & gehennæ perpetuæ, in quam seipsum præcipites sua malitia deiiciunt. Colligamus ex his, dum CHRIS TVS à pio sese abscondere, & persecutorem iuuare videtur, quòd triumphet & huic omnia pro animi sententia succedant, tristitia quidem afficitur pius, & interim lamentatur ac plorat: sed huius lachrymæ sunt sempiterni gaudii præmium. Obserua: Vox GAVDIUM, designat omne id quod sequi solet liberationem è cruce: Magnam nobis suppeditat in cruce cõsolationem, meditari CHRIS TVM resurrexisse victorem mortis. Apprehenditur enim CHRIS TVS victor mortis, omnium item malorum ac periculorum, potens & liberare ab omni malo eos qui in se credunt & confidunt: iuxta verbum Prophetæ, Prope est Dominus omnibus innocantibus eum. Rursus valde consolatorium est quum ex verbo CHRIS TI meditatur gaudium impiorum non diu duraturum, sed breui in luctum & lachrymas vertendum.

Lachrymæ, initium gaudii. Gaudium. Consolatio magna in afflictionibus. Meditationis motus Christi fructus.

Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius.

Pulcherrima similitudine probat CHRIS TVS piorum afflictionem & tristitiam in cruce, sequi gaudium, imò esse initium gaudii. Quemadmodum grauida mulier grauius discruciat, nitens ad partum, adeòque tanto corripitur dolore, vt parum à morte absit, at illos dolores magno tolerat animo, quòd sciat non fore diuturnos, & mox consequuturum gaudium ex prole ædita.

Mulier patiens.

Quum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Ætiologia est cur magna voluptas breuem dolorem sequitur. Nam simulatque puerpera peperit quod parturiebat, tanto perfunditur gaudio quòd mater sit facta nouæ prolis, vt non meminerit doloris quem in nixu perpeffa est: imò tanto magis gaudet ob natum puerum, quanto maiores dolores sustinuit: gaudens longam tristitiam tam breui dolore etiam quanlibet acerbo, sibi emptam esse.

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.

Ita & vos quoque breui tempore, nimirum hoc triduo magno discruciatimini dolore, & iam nunc vehementi mœrore tenemini: sed post tres dies, quando rediuuus apparebo vobis conspicuus, magna perfundemini lætitia, quòd quem mortuum luxistis, rediuuum & immortalitate donatum conspiciatis. Aut si vis ad omnes (vt fieri potest) pios parabolas referre, dicito: Ita pi parturientes, & noua Spiritus regeneratione renouati, pro Euangelio & veritatis defensione nitentes & parturientes, vehementi cruce & anxietate frequenter afficiuntur, dum Dominus auxilium retrahere, & aduersariorum partibus fauere videtur, adeò vt ipsis omnia videantur conclamata & desperata esse: sed quum tertius illuxerit dies, hoc est dies resurrectionis, siue quum pusillum tempus transierit, statim multo perfunduntur gaudio, magna refocillantur voluptate, & eo maiore, quo grauius fuerunt afflictiones. Hac parabola plerunque in calamitatibus vsi sunt Prophetæ: Dauid lugens, inquit Psalmo 47, Ibi dolores vt parturientis. Et Esaias cap. 13, Torfiones & dolores tenebunt, quasi parturientes. Hierem. cap. 22, Quomodo, inquit, contremuisti quum venissent tibi dolores quasi parturientis? Michæ. cap. 4, Dole & satage filia Sio quasi parturientis, quia nunc egredieris de ciuitate. Obserua: Exemplum hoc mulieris parientis non per singulas circumstantias aptatur ad TRIS V M triduo suo nos parientem, sed ob id acceptum est exemplum, vt ostendatur quòd temporalis sit dolor, & magnum lucrum ex modico dolore habeatur, nimirum partus ad vitam & regenerationem. Parabola enim non per singulas obseruari solet circumstantias: sufficit quod ad rem pertinet, ex ea accipere. Commendat solum hoc exemplum à parturiente sumptum, crucem siue afflictiones à suo magno gaudio, quod illas sequitur: simulque commendat mortificationem, quæ est ipsissima via ad lætum Euangelium, & verum gaudium consequendum: quod quale sit, hoc vere sentiunt & experiuntur qui penitentia & respicientia prius mortificati, accedunt ad CHRIS TVM, & totos sese illi consecrant, quorum typum gerit mulier parturientis: cuius circumstantias si meditatus fueris, totus gaudio perfunderis. Mulier natum osculatur filium, à qua non tollitur gaudium quandiu filium habet: tu in Domino renatus tibi gratularis in Domino, & gaudes quadiu Christo es natus & viuus. Mulier diligenti opera studet custodire natum sibi puerum, & gaudium è nato sibi filio conceptum seruare: tu modis omnibus custodies te ex Deo natum, cum multa lætitia, quòd è Spiritu sis renatus. Mulierem parturientem certa sequitur liberatio: tu dum ad Euangelium accederes, graues passus es anxietates à

Regula. Parabole partes tantum accipienda, quæ ad negotium faciunt.

Mulieris parturientis, & in Christo renascens collatio.



*Fiducia in Christi sum, præcipua pars orationis.*

*Tentat Deum, orans sine fiducia simile.*

*Cor syncerum in orando.*

*Orandum nomine Christi.*

*Christi nomen.*

*Consolatio contra nostram indignitatem.*

*Orationis materia. Necessitas explicanda in oratione.*

*Res desiderata in oratione explicanda. Oratio absoluta.*

promissio in animis reuoluenda, veluti scutum fortissimum, quo repellamus quæ nos ab oratione reuocare possunt. Secundum (quod tamen ad promissionem pertinet) est fides siue fiducia in CHRISTUM. In primis per hanc accipiamus consolationem, quod credentes in CHRISTUM sumus iustificati: & hoc medio refellamus strepitum indignitatis nostræ clamantis nos indignos esse, & adducens autoritatem illam, Deus peccatores non exaudit. Deinde, verba promissionis fidem exigunt: necessaria igitur est fides certa & indubitata ad promissionem Dei, quod ea videlicet vera sit confidentia, vt Iacobus cap. 1. refert, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Talis nequaquam speret se aliquid à Deo suscepturum. Quinetiam qui in corde suo hæsitauerit, ac iuxta tamen orauerit, tentat Deum: dubitat enim de promissione Dei & gratia: vnde precatio eius nulla est, ac prætenat oratione sua Deum, vt cæcus baculo parietem. De tali certitudine meminit Ioannes 1. sua Epist. cap. 5. Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos, & scimus quia audit nos: quicquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Hisce verbis diuus Ioannes describit quale sit in fide viuæ & fiducia syncerum cor inter orandum: quippe, quod non leucis affectum sit se exauditum esse, tanta est promissionis certitudo. De hac re facit non solum periculum, & sentiens mirabilem Dei bonitatem & diuinæ promissionis dulcedinem, quantum animi addat, quàmque cor lætum reddat ad varia petendum, quantumuis magna & alta sit petitio. Paradigma erit quod scribitur Iacobi cap. 5. Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terram dedit fructum suum. 3. Reg. cap. 17. Ecce vnicum vides hominem orantem, qui suis illis precibus dominetur nubium, cælorum, terrarumque, vt nobis per hoc ostenderet Deus, quantæ sit efficaciam & potestatis pia oratio, vt adeo sit illi nihil impossibile. Tertio, orandum est in CHRISTI nomine, vnde dixit, si quid petieritis in nomine meo: quasi dicat, Non potestis afferre vestram dignitatem, sed opus est vobis mediatore, intercessore & Pontifice. Ideo ad me vnicum mediatorum confugite, & certò apud vos statuite, vos placere, vos exaudiri propter me Pontificem, & intercessorem. Cogitemus CHRISTO factas esse promissiones in quo verè sunt, Amen, & etiam 2. Corinth. cap. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo, EST, ideo & per ipsum Amen, Deo in gloriam vestram. Est profecto CHRISTI NOME, iustitia, sanctificatio & redemptio. Quisquis ergo IN NOME, id est, in virtute CHRISTI, propter iustitiam CHRISTI, propter eius redemptionem & gratiam, Patrem orat, impetrabit. Qui verò propter suam ipsius dignitatem, iustitiam, & opera rogauerit, repulsam patietur. Vt enim nemo sua ipsius iustitia ad Patrem penetrare potest, nisi per CHRISTUM penetret: ita nihil nobis Pater largietur nisi per CHRISTUM: quem quia Pater diligit, omnia in manu eius dedit, supra cap. 3. Ergo nobis omnia offert Deus in CHRISTO, & per CHRISTUM. In quo quum omnia sint, nihil sine illo consequi possumus. Ergo certò scimus quòd si huic fide viuæ adhæserimus, omnia per illum quæ nobis vsui erunt, consequemur. Et hæc est vera & firma consolatio contra nostram indignitatem. Hæc est fiducia viuæ quando ita in illum fidimus, quod sui non nostri causa suscipiamur & exaudiamur. Hoc testatur Paulus ad Romanos cap. 5. Per CHRISTUM habemus accessum per fidem, in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Quarto, statuendum est quid ante conspectum Dei feras, pro quo etiam roges, vt si pro firma fide, pro charitate, proximi tui consolatione, ores. Omnino enim necessitas indicanda est, quemadmodum septenas præfert necessitates Dominica precatio. Atque hoc verbo, QUI QUID, CHRISTVS subindicare vult etiam necessitatem. Præterea CHRISTVS ipse quid sit illud, QUI QUID, indicat, dum inquit, Vt gaudium vestrum plenum sit, hoc est, Pro quacunque necessitate petite, donec omnia assequamini, & plenum gaudium habeatis. Quæ oratio, in nouissimo primùm die cõplebitur. Nominatim rem quam desyderamus & petimus, explicare possumus: quæ si est rerum spiritualium, vt si petimus remissionem peccatorum, liberationem ab impietate & à mortè æterna, tunc absolute petimus, certòque statuere debemus nos ex animo & fide viuæ petentes, exaudiri à Deo. Quia Deus præcepit vt credamus hæc nobis cõtingere in nomine CHRISTI, sicut iureiurando nobis affirmat hoc loco, & Ezechielis cap. 18, Viuo ego, nolo mortè peccatoris. Nec opus est hîc disputare de prædestinatione: habemus enim mādātum vt promissionibus credamus: nec de

nec de voluntate Dei iudicare debemus contra promissiones, nec quærere voluntatem Dei extra verbum, vel sine verbo. De rebus autem corporalibus, & periculis corporalibus, quando rogamus, intelligenda est conditio, si Deo placet: quæ si non apponitur, tamen subintelligitur. Obseruandum & meditandum est in hac petitione Deum requirere obedientiam, qua paratus sis obedire & expectare liberationem iuxta eius beneplacitum, simul & velle optulari: qui, si modo non præstat, id differt, vt conferat quando vtile: non differt vt perdat, sed vt medeatur & feruet. Quare semper exaudit ad vtilitatem orantis, licet non semper ad voluntatem. Ad hunc modum Dauid expectabat reditum. 2. Reg. cap. 15. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum: si autem dixerit mihi non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. En vides Dauidis obedientiam & praparatam animam. Similiter leprosus ille Euangelicus dicebat, Si vis, potes me mūdare. Huc pertinet quod Iacobus scribit cap. 4. Pro eo vt dicatis, si Dominus voluerit. Quinto, desyderandum etiam illud & optandum est, quod vt fiat, petamus non frigidè & tepido, sed feruenti animo: quod nihil aliud est quàm petere eo modo quo CHRISTVS iubet, dicens, Petite: quod alii ascensum mentis in Deum appellauerunt, quando sese effert animus, & in Deum penetrat, ab eo quicquam efflagitans, & ex imo petitore gemens ac dicēs, O si haberemus pacem! O si auerteret hostes Deus! O si annona daretur! O si populus tanta non pateretur! & huiusmodi. Hi sunt gemitus Spiritus Sãcti in nobis: hæc sunt suspiria ipsius Spiritus, testante Paulo Rom. cap. 8. Spiritus (inquit) adiuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quasi dicat Paulus, Non tam intimè & efficaciter os proloqui nouit, quàm cor optat, atque illud vehemens desyderium seu suspirium tum verba tum cogitationes omnes exuperat: vnde etiam prouenit, vt ne ipse quidè homo deprehendat quàm altum sit suspirium desyderiumve suum. Vt quum Zacchæus videre Christum desyderaret, ipse non perferentiscebatur cordis sui vota, quomodo cum eo loqui, inque suas venire ad Christum posceret. Quod vbi fieret, impediò lætaretur, ceu is qui totius voti sui cõpos esset: ac plura impetrasset, quàm poscere vel ore efflagitare ausus fuisset. Sic Moses (Exodi cap. 14.) ad Deum clamabat, vt illi Deus diceret, Quid clamatis ad me? quum tamen ore taceret. Sed cor Moyssi in necessitate profundè suspirabat. Hoc suspiriũ, clamor erat ad Deum. Ad hunc modũ & diuus Paulus Ephesiorũ cap. 3. Ei autè qui potens est (inquit) omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundũ virtutem quæ operatur in nobis, &c. Proinde, licet hæc omnia in oratione citra oris prolationem in corde fieri possint, est tamen pronuntiatio maximè necessaria ad internã cordis precatonem accendendam, incitantãque: quam qui cõtempserit, nouerit se & Paulum contempsisse, qui vult oremus spiritu, oremus & mente. 1. Corinth. cap. 14. & Rom. cap. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Colligamus ex his: Promissio facit nos orare, & simul efficit vt exaudiamur. Orandum est IN NOME CHRISTI, id est ex fide in CHRISTUM statuere debemus nos exaudiri à Patre propter CHRISTUM. Effectus orationis, est exauditio. Finis orationis, est vt gaudium nostrum sit perfectum, & cognoscamus Patrem nobis placatum esse per CHRISTUM, & velle nos exaudire. Obserua: non dixit, Forte dabit vobis, sed Dabit vobis. Quasi diceret, de exauditione nullum erit dubium, sed tamen non præscribo vobis tempus exauditiois, quandoquidem Pater exaudit vos, & quũ fuerit vobis opportunum, dabit vobis. Qui quum exauditionem differt, non differt nisi incredibili vestro commodo: sicut & paterfamilias non iuxta voluntatem filii semper dat filio petita, verum pro vtilitate filii. Vnde quum oramus, caro orationem in sui vtilitatem interpretatur, Spiritus autem scit quæ est Domini voluntas, & quàm vtile fuerit nos exaudiri. Propterea exaudimur nõ iuxta carnẽ, sed Spiritum. Omnis enim oratio ex Spiritu, non fit alio nomine quàm CHRISTI, qui quum semper sit exauditus pro sua reuerentia, nunquam oranti huiusmodi oratione quicquam negari potest. Exauditur ergo semper orans nomine CHRISTI iuxta Spiritus, non autem carnis interpretationem & desyderium.

Vique modo non petitis quicquam in nomine meo.

Hactenus nihil petierant à Patre nomine CHRISTI, quòd cõtenti essent ea vitæ cõmoditate, qua præsentè CHRISTO frui sunt, quòd nulla essent necessitate presisi, qua per CHRISTUM non fuerit illis in omnibus prospectum: & si qua re opus habuerunt, eam ab ipso petierunt & acceperunt, vt opportunum fuit. Aut quia nondum missus erat

*Conditio quæ lo in oratione intelligenda. Obedientiam in oratione.*

*Dauidis obedientiam.*

*Animus feruens in oratione.*

*Spiritus gemens in nobis. Gemitus inenarrabilis.*

*Suspirium ad Deum.*

*Oratio vocalis necessaria.*

*Promissio virtutis. Orationis fructus.*

*Orationis interpretet. Exauditio iuxta Spiritum.*

*Apostoli quare nihil petierunt, præsentè Christo in carne.*



Spiritus Sanctus clamans in cordibus, Abba Pater: aut quia nondum reuelatum erat Euāgelium, quo docemur Deum esse per c h r i s t v m , nostrum Patrem factum, & omnium precum exauditorum. Lex enim perterrebat, & iram Dei operabatur, quæ dum ista ageret, non inuitabat ad orationem. Euangelium verò ostendit Deum placatum per c h r i s t v m : inuitat ad orandum Deum, & docet nos exaudiri per c h r i s t v m . Nondum toti pendebant à præsiidiis caelestibus, sed à præsentia corporali c h r i s t i , veluti humano quodam affectu ducti.

Lex. Euangelii s'm-ctus.

**Petite, & accipietis.**

Præceptū de pe-tendo & orādo.

Præcepit c h r i s t v s vt petamus hoc nomine quod dixit: Ergo qui non petit à Deo dum necessitas urget, peccat: Ergo quod ita à Deo admandatum sit vt petamus, neque incredulitati, neque indignitati nostræ (quæ nos ab oratione reuocat) obtemperādū est, sed Deo, iubēti vt oremus. Suo mādato addit promissionē expressam verbo a c c i p i e t i s , qua indicat effectum orationis: simul inuitat tum Apostolos tum nos omnes ad orationē. Posthac petite sublatis in cælum animis, & quū ego præsens in carne à vobis sublatus fuero, vbi scitote me præsentem fore patronum: & quicquid petieritis nomine meo, im-petrabitur. P E T I T E : quasi dicat, Periculum facite petendo, vt experiamini vos orantes in nomine meo exaudiri propter me. Proinde vbi c h r i s t o discendum fuit, & discipuli relinquēdi, iam incepit afflictio quæ satis sufficientes illis ad orādum occasiones præbuit.

**Vt gaudium vestrum sit plenum.**

Gaudium plenis per orationem.

Iste est fructus orationis, consequi P L E N V M G A V D I V M , hoc est sentire quietam & tranquillam conscientiam, Patrem Deum esse placatum propter c h r i s t v m , spē futuræ beatitudinis duci, mœstitia conscientia criminum prorsus depulsa, promissione c h r i s t i , vt eiusdem amore, mentes nostras oppletas habere. Aut V T G A V D I V M vestrum, & c, id est vt hac via orandi, perueniatis ad gaudium illud perpetuum in cælis. Psalmo 15, Notas fecisti mihi vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

**Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis.**

Prouerbia.

Illa HÆC intelligit quæ suprā dixit Modicum & non videbitis me, & c. Et quia vado ad Patrem: præterea quū de angustia parturientis, de cruce, de oratione & huiusmodi disfereret. Illa enim omnia dicta sunt à Domino tanquam prouerbia, quæ ferè rem manifestā obscuritate regūt. Nam hic nullis alioqui prouerbiis vsus est. Est enim P R O V E R B I V M siue Parœmia, celebre dictum scita quapiam nouitate insigne, siue sententia quæ in ore omnium versatur, quæ aliquādo aperta & simplex est, vt Obsequiū amicos, veritas odium parit. Aliquando obscura & aliud significās quàm verba exprimere videatur. Est tamē omnis doctrina c h r i s t i his qui nondum Spiritu donati sunt veluti parabola, parœmia, & ænigma, nimirum dogma à carne absconditū. Vnde magnus ille Paulus (1. Corinth. cap. 2.) Euangelium vocat mysterium ab oculis mundi absconditum. Si enim mundus intelligeret quantum bonorum thesaurus in Euangelio esset, non adeo Euangelii persecutor esset. Si enim Dominum cognouissent, (inquit) nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Noster Euangelista huiusmodi obscuras abruptasque loquutiones, Prouerbia vocat: vbi aliud quicquam delitescat, quàm verba sonent: aut vbi celeriter quid & repente dictum fuerit, vt non à quouis intelligatur. Omnes c h r i s t i sermones quos ad eam vesperam de discessu & transitu suo ad Patrem, loquebatur, erant huiusmodi, quos Apostoli, quibus nondū ampla vis Spiritus aderat, intelligere non nouerant. Obserua, Euangelium carni esse mysterium, & carnem in rebus c h r i s t i prorsus cæcam.

Euangelium mīdo ænigma est.

Cæca cæca in rebus Christi.

**Venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis.**

Confidite, ô discipuli, instat H O R A & appetiit tempus Euāgelii reuelandi: dies scilicet Pentecoste, quo mittam Spiritum meum ad vos. I A M N O N in prouerbiis loquar vobis, non tectis & obscuris vtar sermonibus: ego per Spiritum Sanctum explanabo sermones meos vobis iam meo Spiritu obfirmatis, ac mœrorē posito, magis attentis: eloquar de Patre meo palam, & absque parabolarum inuolucris, vt vos accipiatis quid sit Pater, & ad quid abitus meus ad Patrem conducatur. Hoc est vos olim peruidebitis quomodo per passionem euehar ad cælum, sedeam ad dexterā Patris aduocatus & Pontifex omnium: vos cognoscetis Euangelium & doctrinam de voluntate Patris propositam. Deum vobis per me factum esse

factum esse Patrem, & vos esse filios Dei D E P A T R E M E O : quasi dicat, Ego vobis aperiam per meum Spiritum quomodo Pater meus erga vos sit affectus, quomodo vos exaudire velit, fouere, & modis omnibus fauere. Nō enim decet vos ignaros esse voluntatis Paternæ, quàm quidem tacite vobis suggeram & explicabo, sed certa loquar, sed aperta dicam; Si in nomine meo Patrem petieritis: & meus Spiritus quid aut quomodo petendum in nomine meo fuerit, suggeret vobis.

**In illo die in nomine meo petetis.**

Patrem facillime daturum c h r i s t v s pollicetur, sed non permittit petere aliquid per orationē à Patre, nisi in nomine suo. I N I L L O D I E , quo ad vos misero Paracletū, & ad intelligendum Scripturas docti & instructi fueritis, cognoscentes quid nomen meum sit, aut qualem me reputare debeatis, vos petetis I N N O M I N E M E O , id est certo statuetis apud vos, Patrem placatum esse, & velle vos exaudire propter me.

Petendum non alio quàm Christi nomine.

**Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.**

Hic locus non significat nos non egere amplius c h r i s t o intercessore & interpellatore apud Deum Patrem, imò re vera semper est mediator & Pontifex noster, sedens ad dexteram Patris, semper interpellationem pro nobis exercens. Quare hoc loco c h r i s t v s non excludit suam pro nobis interpellationem, sed significat se recipere nos in suam communionem & in membra sua. Quasi eliceret: Tunc quum à vobis per crucem ad Patrem sublatus fuero, non amplius habebitis opus mea præsentia in carne, vt Pater vos amet, exaudiat, teneatur & defendat: iam enim non eritis hospites & aduenæ, sed per me eritis fratres, cohæredes, & membra mea, vt in communionem meorum bonorum recepti, à Patre exaudiamini. Hactenus ego solus oravi in conspectu Patris, vos tunc etiam mea corporali præsentia vobis absente exaudiemini à Patre, qui tamen si rogari amet per Filium, per quem omnia voluit hominibus largiri, tamen volens ac lubens, alioqui votis vestris annuet. Aut dici potest ad hunc sensum, E T N O N D I C O V O B I S , id est silentio prætereo meum officium, quia ego rogabo Patrem, & c. Non est opus nunc vobis declarem officium meū apud Patrem, quod tunc cognoscetis. Non desunt qui hunc locū ironice legūt iuxta vulgatum loquendi modum quo nostra lingua dicimus, Ie ne dy pas que ie feray du bien à mon amy: non negat se rogaturum, imo maximè cupit id suis esse persuasum quod apud Patrem sedebit interpellator pro omnibus. Germanus huius loci sensus est: c h r i s t v s significat nō esse opus vt Patrem pro eis roget, vt nimirum iam primum eis fauorē Patris impetret, qui iam tunc impendio illis faucebat, vt in c h r i s t v m credentibus.

Fit in communionem bonorum Dei per Christi sum recept.

**Ipse enim Pater amat vos.**

Rationem adducit c h r i s t v s cur nō sit opus vt maneat amplius in carne, & solus orat, sed & Patrem rogare poterunt discipuli: quia hoc meo abitu reconciliati eritis, imo iam propter me Pater est vobis bene affectus, & vos amat, & iam propter me vult vos defendere, & exaudire: ideo non est opus amplius vobiscum verser mortalitatis, & quod meum aperiam officium apud Patrem, qui vos amat, quia vos me amastis.

**Quia vos me amastis.**

Amat quidem vos Pater non operum vestrorum gratia, sed ob id quia me mutuo diligitis. Prior quidem dilexit vos, & quia mihi adhæstis, Pater amat vos. Obserua: Si quis desyderauerit cognoscere, vnde cognosci potest quod Pater nos diligit, Respondeo: ex dilectione nostra erga c h r i s t v m , qui nos prior dilexit, & in quo nos prior dilexit Pater, 1. Ioan. cap. 4. Imo in quo nos elegit, vt essemus sancti, & c. Ephes. cap. 1.

Argumentum quo cognoscimus nos à Patre diligi.

**Et credidistis, quia à Deo exiui.**

Reconciliaui vobis Deum, vt sit nunc Pater vester, adeoque recepi vos in communionem omnium bonorum caelestium, vt sitis filii Dei, cohæredes & fratres mei, quia C R E D I D I S T I S quod à Deo E X I V I , hoc est, certo statuistis me in hoc à Deo exiuisse siue venisse, hoc est me in hoc factum esse hominem, vt saluem & conseruem mundum.

**Exiui à Patre, & veni in mundum.**

Ab æterno Filius à Patre, non per localem motum, sed per distinctionem personalem E X I V I T , quia Filius à Patre est per æternam generationem. Alia est processio siue exitus Filii, Temporalis, quam hoc loco significat, E X I V I à Patre, & veni in mundum. Sed quando id factum est, quando exinaniuit se, formam serui accipiens.

Exitus Filii di-pler.



## Iterum relinquo mundum.

Posteaquam meam expediui functionem, ad quam missus sum à Patre, ego vestra gratia iuxta corporis præsentiam relinquo mundum, qui me continet, crucifigit & occidit, & humanitatem quam indui, per ascensionem ad inuisibilia Paternæ maiestatis eueho.

## Et vado ad Patrem.

*Aduentus Christi  
sua causa.*

*Christi officia.*

Rogabis: Cur venit in mundum **C H R I S T V S**, ubi & à quo contemnitur, crucifigitur & occiditur? Respondeo: Vt vadat ad Patrem, ut aspiciatur regnum suum nouum & spirituale, victor mortis & inferni: ut hominem in regnum Dei traducat, & cum victorem ad Dominum faciat super omnes tenebrarum principes, peccatum, mortem, & Satanam. Totus hic locus docet nostri symboli summam, Quod **C H R I S T V S** est Filius Dei, qui nostri causa à Deo exiit, & in mundum venit, ac rursus mundum deserens, ad Patrem iuit. Quod tantum est dicere, Ideo verè **C H R I S T V S** est, quod pro nobis incarnatus est, & mortuus est, resurrexit item, & caelos ascendit, curam simul & prouidentiam suorum habens: ab huiusmodi officio, **I E S V S C H R I S T V S** illi nomen est.

## Dicunt ei discipuli eius.

Euangelographus his verbis subindicare videtur discipulos breui oratione **C H R I S T I**, animatores factos fuisse: simulque quàm simplicem, quàm amicam, suauem denique cum discipulis suis vitam **C H R I S T V S** duxerit, ut illis familiarissimum cum eo commercium fuerit. Vnde ceperat & ipsi vicissim eius amore ardere, & ex eo, ut fieri solet, videbantur sibi plura capere, ac promittebant etiam plura quàm adhuc poterant vel capere vel præstare. Propterea dicunt magis ex pia quadam admiratione, quàm certa scientia. Imo id in gratiam loquuntur perinde atque interdum simplices inter sese homines, Est, & Non, dicit, alterque alteri astipulatur, se rem ita habere confirmant, ac se bene intelligere, quum longè secus sit: & id tamen absque assentatione, simplicitate pura, vsu venit.

## Ecce nunc palam loqueris, &amp; prouerbiū nullum dicis.

*Palam loquor.*

Domine (inquiunt) quod promissisti, (Venit hora quum iam non in prouerbiis loqueris nobis) nō in longū protraxisti tempus: Ecce iam id præstas, quādoquidem absque verborū inuolucro palam eloqueris: videlicet te exiisse à Patre, & te aliquando ad eum rediturum esse: quāquidem verba per se aperta sunt. Ignorāter discipuli interpretantur **P A L A M I O Q V I**, iuxta id quod dixerat, Palam de Patre meo annuntiabo vobis: putantes **P A L A M I O Q V I**, esse plana verba dicere, quum **C H R I S T V S** Palam loqui, sine prouerbiis, intelligat animo sentire prædicta de Patre per Spiritum Sanctum. Nam sapientibus mundi & hypocritis (quantum ad verba attinet) aperta sunt Biblia: at credere ea quæ Biblia in se continent, & illorum sensum intelligere, Spiritu reuelatore opus est: donum enim ipsius Spiritus est. Nondum intelligebant quid erat illud, Vadere ad Patrem: nam nondum palam illis loquutus erat Spiritus Sanctus, quo reuelante, ut intelligerent, erat opus.

## Nunc scimus, quia scis omnia.

*Dei est noscere omnia.*

Quia quod obscure dixerat (Modicum & iam non videbitis me: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.) nunc apertius proloquutus est, (Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem): quōdque illos præueniret docendo antequam interrogarent, quid hoc est, Modicum, & iam non videbitis me, & c. læti gestiunt, dicentes, **N V N C S C I M V S**, hoc est credimus & intelligimus, certōque cognoscimus, **Q V O D S C I S O M N I A**, nihil te fugit, non te latent etiam hominum cogitationes. Vnde credimus te Filium Dei, te Deum esse, cuius est cognoscere omnia, etiam occultissima. Obserua, quā imperfecti & infirmi fuerint discipuli dicentes, **N V N C** scimus: qui enim tantas audierunt doctrinas, dicunt, Nunc scimus. Dicit quidem, **N V N C**, ait Cyrillus, non quōd credere ceperint quādo hæc audientes omnia scire Dominum perspexerunt, sed quia tunc ampliores fidei radices iacere ceperunt.

## Et non opus est tibi ut quis te interroget.

Quasi dicerent: Tu antequam nos & explanas teipsum. Volebamus ex te quærere quid illud esset quod dixisti, Modicum, & iam non videbitis me, & c. tu respondendo præuenisti nos, & tu ita palam loqueris quōd non opus est nobis ut te interrogemus, nec opus est ut tu apertius nobis loquaris.

In hoc

## In hoc credimus, quia à Deo existi.

In eo quōd arcana cordium, & cogitationes illorum **C H R I S T V S** intuebatur, certōque Apostoli experiebantur rē ita se habere, fatentur ipsū à Deo in hūc mūdū missum esse, omniāque nouisse, ut non necesse sit interrogare illum, quandoquidem ipse per sese videat quid piis desit. Obserua: **EX I S T I A D E O**, hoc est Deus es cū Patre Deo, Filius Dei es, à Patre in hūc mūdū venisti: tuæ personæ & tuæ doctrinæ author est Deus Pater.

*Filius exire à Deo.*

Respondit eis **I E S V S**.

Dignatur Dominus illis aperire nondum tempus firmitatis fidei adesse (quōd nondum ad Patrem ascenderat) & quā adhuc infirmi essent, nec tam solidam & exactam habere fidem & mysteriorum cognitionem, quā existimant: vnde retundens illam arrogantiam qua putabant se intelligere quid dixisset, quum nondum verè crederent, nondum pares essent instantibus procellis, tamen interim sibi vindicarent quod precibus postulandum erat à Patre, corrigit illos, ut planè discant suis diffidere viribus, quibus nihil poterant, sed toti penderent à præsidio Dei Patris.

*Viribus propriis diffidentem.*

## Modo creditis?

Quasi dicat: quid audio? quid in vobis lego? Vos arrogatis nunc vobis ante tempus firmitatem aduentus mei Spiritus, & vos firmiores esse mea doctrina: quasi vero quicquā possitis ad illam præsidio humano & vestris viribus. Ita vobis persuasum est, & tātum viribus vestris fidentis, ut putetis vos assequutos esse eorum quæ dixi, intelligentiam. Obserua: Clarior fiet huius sententiæ sensus, si cum interrogatione legeris.

## Ecce venit hora, &amp; iā venit ut dispergamini vnusquisque in propria.

Tantum abest in fide firmi & perfecti sitis, ut iam instet tempus quo declarabitis quā ex vobis ipsis imbecilles & imperfecti sitis. **ECCE VENIT HORA, ET IAM VENIT**, id est, adest & in propinquo est, **UT DISPERGAMINI**, quasi dicat, ut quū ob oculos posita fuerit mea crux, quum capiar ab inimicis, manifestè videbitis vestram incredulitatem. Nam dispergemini: turpiter enim me partim relinquitis, partim abnegabitis, & personam meam & doctrinam meam relinquitis, & vnusquisque ingenti metu perculsus, & amore magistri posthabito, fugiet **IN PROPRIA**, hoc est vitæ suæ & salutis corporis cōsulet, quærens sibi solatia, & abhorrens à cruce & afflictionibus. Obserua: Vbi aut abnegatur aut relinquitur **C H R I S T V S**, ibi non est veritas, sed mendacium, & vanitas est. Quod si quis crucem fortiter tulerit, non humanis viribus, sed dono Spiritus ascribendum est. Aduerte: verbo **DISPERGAMINI**, alludit ad id quod scripsit Zacharias cap. 13, Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Obserua: Appellatione **PROPRIA**, intelligit latibula & habitacula ad propriam cuiusque salutem quæsitā.

*Fugere in propria.*

*Mendacii delictum.*

*Propria.*

## Et me solum relinquitis.

Non solum non fortiter feretis tempestatem imminentem, sed me in manibus satellitū derelictū, qui me ad crucem rapiet, & duriter pertrahent, alius alio fugietis, tātāque animi perturbatione percussis eritis, ut non modo non mihi adhæsuri sitis, sed ne mutuo quidem sodalicio inuicem vos consolabimini, quin potius quisque sibi timebit, ne alterius indicio prodatur, aut in periculum veniat. Hoc rei euentus probauit, quando omnes fugerunt, relicto illo inter manus satellitū, infra cap. 18.

## Et non sum solus, quia Pater mecum est.

Non prædico fugam vestram, quasi verò velim vos ad meum præsidium retinere, veluti vestro præsidio indigens: nō est mihi opus vestra opera. Ego & à vobis & ab omnibus amicis destituar, sed tamen desolatus non ero, **Q V I A P A T E R** mecum est, mei curam habens, super me inuigilans, & nunquam me deserens. Ad hæc, non solus erat, qui Deus & ex Deo, & in Deo naturaliter est. His verbis animos piis in cruce addit, ostendens se nunquā suos deserturum. Nam quemadmodum **C H R I S T V S** nunquam solus fuit (quāquā mūdus ita esse putauerit, dum cruci affixum vidit,) sed semper habuit Patrem secum, & omnē creaturā illam cælestē de qua Petro dixit, An putas quia non possum rogare Patrem meū, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Ita pius **C H R I S T O** adhærens, nunquam animo cadere debet, putant se solum esse, quoniam nunquam solus est, licet creaturarum omnium solatio destitutus videatur: **C H R I S T V M** enim habet indiuiduū comitem. Exemplo erunt Helizeus, (4. Reg. cap. 6.) & Israëlita in deserto: qui licet destituti viderentur omni humano præsidio, Deum tamen habuerunt ut comitem & ducem

*Christus humana nō indiget opera.*

*Consolatio plurimum.*

*Patorum comes, Christus.*



individuum, qui suos vndique munit, ne aduersariis cedat. Psalmo 3, Domine, vt scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.

Hac loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.

Quiescedum in Christo.

Hunc sermonem a cena texui, & haecenus sum vobis loquutus, vt vestris diffisi viribus, toti ex me pendere discatis, & in me conquiescatis, hoc est tranquillam habeatis conscientiam, sedatumque animum, & gaudio plenum, vt foris fuerint pugnae. Rom. cap. 5, Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum IESUM CHRISTUM: per quem habemus accessum per fidem in gratiam ista, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus.

In mundo pressuram habebitis.

Fortuna piorum.

Quia pii in CHRISTO Patris bonitatem vere agnoscunt, & vitam aeternam inde percipiunt, vt dum in ipsum mentis oculos coniciunt, gaudeant & latentur: & quia mundum (qui non vult corripri) perpetuo arguunt & confundunt, dum gloriam CHRISTI praedicant, ab impiis (quos Satanus contra regnum Christi semper armat) perpetuo affliguntur. Obserua piorum fortunam, quae est foris affligi, & intus sive in conscientia gaudere ex promissione & verbo. Quod est verbum? Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Osee cap. 3, Ero mors tua o mors. Ioan. cap. 5, Ego sum resurrectio & vita. Qui huic verbo adhaeret & confidit, magno perfunditur gaudio & mira in mediis etiamnum afflictionibus afficitur laetitia. Obserua: in vno CHRISTO esse verum solatium & gaudium, in mundo nihil expectandum nisi afflictionem.

Sed confidite.

Afflictio necessaria in Christi fiducia. Confidite Christo quod.

Docet CHRISTVS quam necessaria est in cruce & afflictionibus fiducia in CHRISTO: quae in cruce est veluti anchora, qua ne procellis agitati pereamus, nos seruat & custodit, munit & armat nos contra scandala crucis, ne dubitemus vel de doctrina, vel de persona CHRISTI, & ne profus desperemus. Obserua: CONFIDERE CHRISTO, est totum se CHRISTO consecrare, promissionibus eius firmiter adherere, & constanter durare etiam in cruce, donec liberationis hora (quam solus ipse nouit) venierit.

Ego vici mundum.

Piorum consolatio. Christi victoria mundum.

Confidite in me, memores quod ego vici mundum: estote bono animo, non est quod mundum timeatis, hunc abiicite vt victum, quem per me vincetis. Hac suauissimam afferunt piis consolationem, quum audiunt CHRISTVM vicisse mundum. Iam tunc coeperat vinci mundus, mox per crucem sequuta est perfecta victoria. Obserua: nomine MVNDI, intelligimus rectorem mundi, diabolum, peccatum, mortem, infernum, damnationem, & alia id genus. Proinde quemadmodum nec mundus, nec peccatum, nec mors, nec Satanus vincere potuerunt Christum: ita nec vincent pios, si in fide viuam perseverauerint. Omnia enim bona CHRISTI, sunt piorum arma. Gaudeant igitur discipuli de magistri victoria, cuius nomine victores euadent. Quemadmodum victo Adamo omnis natura condemnata est: ita vbi CHRISTVS vicit, in omnem naturam victoria transit, & virtus nostra (ait Theophylactus) in CHRISTO IESU gratiam assequuta est calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestate inimici. Per hominem enim intrauit mors, (ait Paulus) & per hominem vita & imperium contra diabolum.

Piorum arma, sunt bona Christi. Victoria per Christum ad nos transit.

CONCILIATIO.

Zelus secundum scientiam.

Quare arguuntur hoc loco piorum persecutores, quum non alio studio interficiant, quam zelo Dei & bona (vt dicitur) intentione: putantes se victimam Deo gratissimam immolare? An non bona intentione est putare se sacrificium Deo facere? Respondeo: Iudaei, pro suo liberali iudicio, bona intentione & zelo legis diuinae reiecerunt CHRISTVM, & persecuti sunt Euangelium: at hoc fecisse etiam bona intentione & ad laudem Dei, non est opus sanctum & laudabile, doctore Paulo, Zelum Dei, inquit, habent, sed non secundum scientiam. Non sufficit bonam esse intentionem, nec satis est zelum Dei habere, aut dicere se huiusmodi persecutiones exercere studio diuinae gloriae propagandae & conseruandae, nisi haec intentio, zelus, & studium Dei proficiantur ex scientia, hoc est ex verbo Domini & fide. Na quae admodum fides non est fides, sed fictitia res, nisi directa sit in verbum Dei, & ex eo pendat: ita intentio vt bona dicatur, non est recta, sed vera impietas nisi ortum habeat ex praeepto Dei: & verbo Dei pendeat, hoc est nisi verbum Dei aut praecipiat aut commendat opus intentum.

Intentio recta.

Caput 16

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Oculis suis.


Clarificatio id est glorifica, id est palam ostende Filium tuum non esse hominem impium & mendacem, & qui nihil habeat diuinitatis. Hoc ad resurrectionem refertur.

Vt omne quod, etc. id est quae admodum glorificasti Filium tuum dando ei potestatem super omnes homines, sic nunc similiter glorifica eum in hoc quod det vitam aeternam iis quos dedisti ei. Et quae missi sunt vt credant Te sum esse saluatorem, neque alium esse expectandum. Manifestati, etc. id est annuntiaui Euangelium.

In nomine id est propter te, propter famam tuam, id est ne aduersarii detraherent tibi, si desereris ipsos. Cum eis) subaudi in mundo. Nisi filius, etc. id est, nisi is qui pendendus erat. Vt habeat gaudium, id est vt eo gaudio afficiantur, quo ego afficior: quod sciam me a te per omnia seruari. Ego dedi eis) id est docui eos quae iusseras mihi.

Veritate) tua. id est per veritatem tuam. Nisi) praeteritum pro futuro, missus sum. Sanctifico me) id est resurrectione mea ostendam palam me esse illum sanctum olim promissum a te per prophetas.

\*In veritate.



AE C loquutus est IESVS: & subleuatis oculis in caelum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Hac est autem vita aeterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESUM CHRISTVM. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater, apud te ipsum, claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos. Quum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi Filius perditionis, vt Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & haec loquor in mundo, vt habeat gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti: & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Oratio Christi ad Patrem.

Vita per Christum omnibus. Vita aeterna via de consequatur.

Opus Christi.

Apostoli.

Oratio Christi pro Apostolis.

Iudas perfidus. Psal. 108. b. Gaudium Christi. Apostoli odio habiti a mundo.

\*In veritate) Hebr. per veritatem, id est per verbum tuum quod illis idem adhiberis.

Pater in me) mecum.

Claritate, etc. id est ex equo dabo eis gloriam miraculorum, vt sit maior concordia materia inter eos.

Claritate) gloriam.

Ante constitutionem, etc. ante mundum constitutum.

Vt dilectio qua etc. vt diligas eos vt me dilexisti, ego quoque in ipsis ero per spiritum meum vt te redament.



Hæc loquutus est I E S V S:

CAP. XVII.



**H**ACTENVS à decimo tertio capite, de consolationibus contra scandala crucis CHRIS TVS cum discipulis egit, & aduersus imminentē malorū procellam instruxit non solum Apostolos, sed & omnes in se credentes contra offendiculum crucis armavit, & confirmavit hac suauissima parānesi, Confidite, & bono animo estote, Ego vici mundum.

Et subleuatis oculis in cælum.

Quia CHRIS TVS paulo ante docuit non esse humanarum virium posse in cruce subsistere, sed opus esse dono Dei, in quem solum confidendum est: nunc confugit ad orationem, non tam suo nomine quàm nostro, vt hoc suo exemplo nos doceat, (quum in afflictione erimus) ad orationē, tanquam ad præsentissima arma confugiamus. Hic gestus, oculotum subleuatio, explicat inter nos CHRIS TVS affectus: similiter & orationem seriā, piā, & deuotā esse. Sunt enim externi gestus animi seu affectuum indices, non secus atque dispositio vultus exprimit qualis est animus. Non sunt gestus in oratione cōtemnendi, siquidem hoc loco clare perspicias ipsum CHRIS TVM nō tantum ore precari audientibus discipulis, sed gestibus quoque certis vt, quos orantes vsurpare consueuerunt, quorū nonnulli flexis genibus orant, nonnulli proni in faciem cadunt, alii stant, & oculos in cælū cleuant. Atque hæ tres precandi formæ seu ritus omnes, in Scriptura demonstrantur. Nam Scriptura (2. Reg. cap. 12.) ostendit Dauidem prouum in faciem cecidisse, & septies orasse pro puero. CHRIS TVS ipse in orto flexis genibus orauit, & factus est sudor veluti guttæ sanguinis decurrens in terram. Præterea Petrus cum multis aliis ad pedes Domini se proiecit. De stādo scribitur Marci cap. 11, Et quum stabitis ad orandum. Siue ergo stemus, siue procumbamus, siue in terram procidamus, siue genua flectamus, siue (vt Paulus 1. Corinth. cap. 2. adhortatur viros in omni loco orare,) leuantes puras manus, omnia in gloriam Dei, & ex fide fiant. Nam huiusmodi gestus in hypocritis tantum ludicra quædam signa sunt ad ostentationē parata, vt videre est Matthæi cap. 6. Sunt & alii à Christo & viris sanctis approbati gestus, cuiusmodi sunt, tollere oculos in cælum, complicare manus, pectus pugnis tundere, & huiusmodi. Ideo Paulus (ad Ephesios cap. 3.) de sua precatione sic loquitur, Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri I E S V CHRIS TV. Similiter 1. Timoth. 2. vt dictum est. Huiusmodi gestus orandi, canendi, loquendi, aut legendi, adhibentur ad inflammandum animum, vt voluptatem ac deuotionem animus ipse hauriat: tum sane boni sunt & vtilis, & ob id apud Christianos psalmi quotidie canendi & legendi instituti sunt, vt verbo Dei corporaliter audito & tractato, ad clamandum & ingemiscendum deuotio pareatur. Horum extāt in Scripturis exempla, vt de Propheta Eliseo, (4. Reg. 3.) cuius morem fuisse legimus, quum sentiret se nō satis deuotum & promptum ac alacrem, vt psalter sibi accersendum curaret, cuius cantu ad vaticinandum excitabatur & illustrabatur. Ita profecto piis cōtingit, vt si abfuerit verbum Dei, statim torpescat animus, & nihil sentire videatur, amissa omni deuotione, & spiritu: sed quamprimum aut aliquem ex psalmis, aut aliquam Scripturæ sententiam tibi ex animo meditandam proposueris, tum mox eius illustratione ita cor incenditur, vt statim alius animus & sensus tibi nascantur. Arbitror idem quemuis apud seipsum quotidie experiri. Cur ita? Certè apud nos inuenimus quod sensus & cogitationes nostræ ita lubricæ sunt & instabiles, vt tamen incepti mus aliquid serjō orare, aut de Deo sine verbo & Scriptura aliquid meditari, ferè sic vsu venit vt priusquam respexerimus, à prima cogitatione plusquam sexcentis miliaribus animo ferimur: vsque adeo res lacera & calamitosa est humanum cor, vt nullam aquam perinde aut ventum tam mobilem & inconstantem esse constet. Discamus ergo externæ verba & gestus seruire & prodesse, nimirum vt cor cogitationibus distractum & dissipatum colligamus, ne dispergatur, sed cogitationibus verbo adhæreat, sicut manu arborem aut parietem apprehendimus, nos tenentes ne labamur, nève propriis cōgitationibus erremus, & nimis euagemur. Proinde ita orandum est vt cor incipiat, ac deinceps es ipsa quoque verba proferat, etiam gestibus accedentibus. Eritque huiusmodi precatio ex animo proficiscens cum gestibus, laudabilis & efficax.

Dixit:

Dixit.

Non corde aut affectibus tantum, sed vocali etiam oratione vititur, vt doceat quàm impii sunt, qui sine verbis, cordis orationem virgent, fingentes nescio quam ex oratione hypocriticam & mentalem meditationem. Quia post bonam prædicationem sequi solet bona precatio, CHRIS TVS suo iam officio docendi perfunctus, & suos discipulos longo sermone consolabiliter recreatos valere iubens, vt summus & vnicus Sacerdos ac Pontifex noster orat cum pro discipulis tum omnibus Christianis, vt ingruentibus afflictionibus mundi, non aliò spectent quàm ad Patrem, vnde totos oportet pendere, qui in cruce subsistere & constanter tolerare cupiunt: atque vt nihil præmitteret quod ad ipsorum confirmationem & sustentationem necessarium esset, simulque instrueret discipulos vt posteaquam docuerint Gentes, adiuuent illas orationum suffragio.

Pater.

Orat CHRIS TVS vt homo, cuius officium est orare: ipse enim est Sacerdos & Pōtifex noster, manifestum faciens hoc decimo septimo capite sacerdotium suum: de quo Propheeta ait Psalmo centesimo decimo nono, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et Paulus ad Hebræos, cap. 5, Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Primo suæ orationis verbo captat beneuolentiam à persona Patris, qua dum similiter oramus, animus erigitur ad Deum Patrem sub certa exauditionis spe. Proinde maximè ad orandum prodest, vt Deo gratias agamus, vt honorifica prædicatione extollamus & enumeremus accepta beneficia, sicut hoc loco CHRIS TVS & obseruat & facit, dū Patrem vocat, & quæ à Patre accepit, enumerat. Vt quum dicimus, Omnipotens ac dulcissime Pater, dedisti nobis suauissimum tuum Euangelium, quo nos ineffabili gratia cumulasti. Secundo, admiscenda sunt preces & necessitas proponenda est, hoc modo: Largire nobis Pater charissime, eam gratiam vt communicatum Euangelium seruemus, & in eo maneamus. Tertio, precandum est pro aliis, vt omnibus velit esse præsidio. Ad hunc modum etiam pro necessitate temporali instituta est oratio, cum tali gratiarum actione & confessione, vt profiteamur nos nostraque omnia à Deo pendere: non ab similibus orationis typus reperitur Matthæi cap. 11. circa finem, vbi CHRIS TVS Patrem extollit & prædicat, & in media oratione præstantem habet sermonem, Confitebor tibi Pater (inquit) Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Obserua: CHRIS TVS nos docuit ab appellatione Patris orationem nostrā ordiri: sic ergo vos orabit inquit, (Matthæi cap. 6,) Pater noster qui es in cælis, Sanctificetur nomen tuum, &c.

Venit hora.

Pater (inquit) instat & tandem aduenit hora qua mihi patiendum & moriendum erit morte omnium turpissima, per quam mea claritas, vitæ ac nominis splendor & dignitas obtenebrabitur. Aut videtur eo sensu orare, ac si iam in cruce penderet, ac velit dicere, Ego iam in maxima ignominia & morte versor, & iaceo profundissimis tenebris sepultus: iam hora est vt me protrahās, vt me extollās, & honoribus exornes, posteaquam in obscurissimas tenebras me præcipitauerunt Iudæi. Obserua: VENIT HORA, supple electa & desiderata. Volens enim, pro totius mundi salutē mortem obiit CHRIS TVS.

Clarifica Filium tuum.

Hæc oratio petitoria est, quæ referri videtur ad illas petitiones in oratione Dominica, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Glorifica me: sed hoc non contentus subiicit, Ideo vt Filius tuus glorificet te, siue vt te vicissim glorificem. En vides quo in statu res meæ sint positæ, quæ necessitas generis humani vrgat ad petendum. Libera Filiū tuū ex cruce, cui inter duos scartios vt nebuloni deterrimo & sceleratissimo moriendū est: ita vt nullus latronū vnquā ignominiosius & turpius sit tractatus. Hæc mors mihi optatissima est, quādoquidē omniū verè credētium vita est: quæ tamen ignominiosissima sit, tamē tu hæc ipsa glorifica me. Est proculdubio GLORIFICA-

H. i.

Oratio, arma cōtra afflictiones. Oculorum subleuatio. Gestus externi, affectuum indices. Oratio cum gestibus corporum.

Orandi forma.

Hypocriſis.

Causa ex psalmodia in Ecclesia cōmēdatur.

Cogitationes nostræ instabiles. Cor humanum, res lacera.

Orandi modus.

Christus orat.

Orat Christus vt homo. Sacerdotium Christi.

Oratio habet gratiarum actionem.

Oratio Christi petitoria.

Glorificet.



*Pater quādo Fi-  
liū glorificauit.*

RE, laudare & extollere, magnum & famatum facere, vt eius nōmen & fama passim inclarificat, & sit apud omnes decantata & celebris. Pater Filium glorificauit, dum exaltatum ad dexteram suam, Dominum & seruatore omnium & constituit & agnosci quoque per prædicationem Euangelii fecit. Deinde Pater CHRIS TVM glorificauit, quando primum in extrema conuita, blasphemias, crucem, ignominiam & mortem ipsam conuici permisit: deinde extulit per resurrectionem in summam laudem, liberans ipsum ab omnibus malis, subiiciens diabolū ad pedes eius, conferens ipsi auctoritatem & potestatem supra omnem creaturam & omne id quod nominari potest siue in cælo, siue in terra, vt in nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum: adeoque per resurrectionem declaratus est esse Filius Dei. Rom. cap. i. & Psalmo secundo, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: deinde hæc omnia per Euangelium inuulganda & enuntianda Pater curat: vt vniuerso mundo palam fiant. Et quemadmodum hoc semel in festo Paschæ, & exaltationis CHRIS TI factum est: ita vsque ad consummationem sæculi prædicandum erit, vt natis natorum, & qui nascuntur ab illis innotescat. Hæc omnia docent CHRIS TVM hac sua oratione impetrasse suam glorificationem. Triumphum & glorificationem CHRIS TI, Paulus ad Ephesios cap. i. & Coloss. cap. i. fusius expandit.

### Vt Filius tuus clarificet te.

*Crucis scopus.*

Finalis causa crucis, est gloria Patris: vnde alacriore animo excipienda, & patienter ferenda venit crux, quum per illam multum gloria Patris promoueat. Prima voce FILIUS TVS, fatetur & gloriatur se Filium Dei esse, & omnia habere à Patre. Ab æterno Filius cum Patre est in vna maiestate, potentia, & honore: at venit in mundum factus homo, vbi in exilio, in infirmitate, in morte & ignominia vt ab omnibus derelictus videbatur. Mundus enim omnes suos neruos, omnem suum conatū & potentiam, Satanas item omnes suas thecnas, infidias & artes intendit, vt ipsum in nihilum redigant, & nulla ipsius vnquam sit memoria. Sicut in Psalmo 40, loquuntur, Quando morietur & peribit nomen eius? arbitantes actum esse de eo, si in cruce pendeat & moriatur. Propterea sic rogat: O Pater, non te latet quanta mundus cum suis asseclis mihi apparet mala: ego te auctore & te mittente veni in hunc mundum, vt glorificetur nomen tuum, ideo non patieris Filium tuum tantis malis obrutum iri. Velis itaque clarificare me, non vt mihi hoc nomine placeam, sed propter tuum honorem & glorificationem. Glorifica me apud homines per crucem meam, vt vicissim Filius tuus glorificet te apud vniuersos mortales, & vterque per alterum innotescat. Ita enim expedit ad humani generis salutem, vt mundus per te cognoscat Filium, ac vicissim per Filium cognoscat Patrem. Filius Patrem glorificauit, dū potentiam & bonitatem eius manifestauit. Potentia autem Patris manifestata est, quando mūdi neruos, thecnas, infidias & artes Satanae ad pedes CHRIS TI iecit, & victor factus est CHRIS TVS supra mundum & Satanam. Et glorificatus est Pater, id est cognoscitur & prædicatur, quomodo piis existentibus in infirmitate, & morte & ignominia, opem ferre queat, & ex prædictis, vitam, honorem seu gloriam & potentiam facere sit potens. Hæc maximè cœperunt quando CHRIS TVS à mortuis per gloriam Patris surrexit, in gloriam suam venit, ad cælos ascendit, & Spiritum Sanctum demisit, atque prædicare facit longè latèque Euangelium in mūdum vniuersum. Vnde suo Euangelio, bonum nomen, bonam famam atque adeo ingentem gloriam Deo Patri inter homines parauit, vt agnouerint cum esse, qui conseruat, & nutrit nos, qui peccata remittit. Hoc non præstabat lex, quæ Deum iratum & damnatorem mōstrabat. Vnde hæc fama de Deo citius auditores ad odium Dei quàm ad amorem inuitabat. At longè aliter hęc res habet: nimirum Filius prædicat Patrem per se placatum, mitem, misericordem, & vitæ æternæ largitorē. Vnde nomen Dei nunc per CHRIS TVM inter homines credentes bene audit. Dedit rursus suū Spiritū CHRIS TVS ad gloriam Patris. Est enim Spiritus officiū, per prædicationē Euāgelii manifestare quāta & quā magnifica Deus per Christum nobis fecerit, nimirum quod à peccato, morte, & potestate Satanae nos liberauerit, & nos in suā gratiā ac tutelā susceperit, & sese omnino nobis impertuerit. Orandū itaque est vt Pater per Filium glorificetur, hoc est vt prædicationē Euangelii cognoscatur, sicuti vult & debet honorari, vt omnes erroneæ doctrinæ, peruersi cultus Dei, & sanctitatis specie, omnes

*Filius quando à  
Patre glorifi-  
catus.*

*Lex iram ope-  
ratur.  
Christus factus  
Dei placatus.  
Spiritus officiū.*

specie, omnes idololatriæ simul & atroces in Deum blasphemias omnes quibus hic mundus scæter, aboleantur & desinant, & solum IESV CHRIS TI Euangelium luceat, & valeat. Hæc re vera indicant quali affectu CHRIS TVS orarit sui glorificationem, & quā ex intimo mentis affectu precationem suam protulerit: cui dolet sanctissimum Dei nomen tantis tenebris obscuratū esse, idēque ita crudeliter & nefariè blasphemari, ac totum mundum in incredulitate & cæcitate mentis iacere, ita vt cito mori cupiat, malens omne contumeliarū & pœnarum genus sustinere, tantūmodo vt Pater glorificetur, & eius gloria in lucē proferatur. Iam, vt diximus, non glorificatur Pater, nisi & Filio glorificato mittatur Spiritus Sanctus, sine quo neque verè prædicatur, neque creditur Euangelio. Oportet igitur CHRIS TVM vadere ad Patrem, non alia via quàm per crucem. Quare CHRIS TVS rogat hoc loco per crucem clarificari: ac si diceret, VT FILIUS TVS CLARIFICET TE, id est vt per crucem meam propagetur gloria tua, adueniat regnum tuū, aufpicer regnum nouum, & sanctificetur nomen tuum. Obserua: CHRIS TVS non tantum pro se orat, sed vt in omnibus & per omnes qui in ipsum credunt, clarificetur, & Patrem clarificet, dum nos ab iniuriis mundi nomine ipsius liberamur, cognoscentes nos id beneficii (quo victores mundi & Satanae euadimus) confectos esse à Patre per IESVM CHRIS TVM.

*Euangelium sine  
Spiritu nō ve-  
rè prædicatur.  
Christus rogat  
per crucem glo-  
rificari.*

### Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omnē quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

Diffusus modum clarificationis quo Filius à Patre, & Pater à Filio glorificabitur, CHRIS TVS explicat. Ingens gloria est CHRIS TVM esse mediatorem ad Patrem, esse auctorem vitæ æternæ, victorem & triumphatorem de Satana, de peccato, de morte, de condemnatione, de inferno: similiter gloriosum est ipsum meruisse vt det vitam æternam credentibus. Patris gloria est quum electi & vocati à Patre ad æternam vitam, per Filii victoriam saluantur. Non opus erat Patri cuncta scienti, modum hunc subaperire, sed quia CHRIS TVS Pontifex est inquantum homo (quauis Deus etiam natura sit) ipse vt Pontifex pro nobis Patrem alloquitur & orat, vt credamus eum & nunc propitiatorem esse pro peccatis nostris. Ostendit CHRIS TVS se non Iudæorum solum, sed & omnium Gētiū saluatorem, dum aperit quid sibi Pater dederit, quare preces suas in vniuersum mundum extendit. Hic enim clarè videmus, ipsum sui gratia non precari, vt claritatem penes se retineat, sed nobis prosit & seruiat ad æternam vitam consequendam. Rogans dixit, Pater glorifica Filium tuum, vt Filius tuus glorificet te: sed quomodo id fiet? Rogo (inquit) vt SICVT DEDISTI mihi potestatem omnis carnis, id est quemadmodum constituisti me non Iudæorum aut Gētiū solum, sed communem totius generis humani saluatorem: sic omnē quod dedisti mihi, habeat vitam æternam, nihil ex grege mihi cōmisso pereat. Alludit hoc loco ad electionem seu vocationem eorum quos Pater ante mundi constitutionem in CHRIS TO elegit, qui per CHRIS TVM sanctificandi & saluandi essent. Obserua: quum dicitur DEDISTI EI potestatem aut aliquid huiusmodi, tenaci memoria tenere debemus incarnationis dispensationem, vt non turbemur ista audientes quæ iuxta CHRIS TI humanitatem dicuntur. Accepit igitur potestatem omnis carnis (qua omnes homines hic significantur) quando vt homo princeps noster constitutus est. Humilia enim de se propter serui formam assumptam dicit, qui tamen vere Deus est: sicut & his verbis aperuit dicens, VT DET illis vitam æternam. Humile prius dixit, DEDISTI EI, vt homini: postea sublime addidit, diuinitatem suam exprimendo, VT DET illis vitam æternam. Solius enim Dei est dare vitam, eamque æternam. Aut DEDISTI EI (ait Hilarius) per æternam generationem, naturam diuinam, per quam habet potestatem omnia continendi. Aduerte: Hic locus suauissimam nobis affert consolationem, quum audimus quod nos, qui in CHRIS TVM credimus, & ipsius verbo adhæremus, illi ipsi sumus, quos CHRIS TO Pater propriæ possessionis instar dedit: & iam CHRIS TVS curam nostri suscipit, vt nos tueatur & defendat, qui quō impensus atque profundius nos à mundo oppressos viderit, eō vehemētius & fortius adiuuabit, & ad vitam æternam nos promouebit. Vnde citra intermissionem laudandus venit, & ei gratias agere debemus.

*Christi gloria.*

*Gloria Patris  
est salus electo-  
rum.*

*Christus vt Pō-  
ntifex orat.*

*Christus quid  
sua oratione pe-  
tit.*

*Carnis nomine  
homines designat.*

*Vita æterna  
Christo à Pa-  
tre data.  
Deo curæ sumus.*

H. ii.



Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

Occupatio est: Quia testatus est CHRIS TVS, sibi potestatem esse dandi suis vitam æternam, posset quispiam quærere, Quia tandem in re sita est vita æterna, aut quomodo illam consequimur? Præoccupat CHRIS TVS, & respondens explicat quid & quæ ratio sit vitæ æternæ. Hic locus est summus & maximus articulus, imo potius fundamentum & petra in qua omnes reliqui nostræ fidei articuli stare debent. Ideo Satanas illum impugnatum non sinit, sed omnes suas artes & astutias conuocat, omnimoda offendicula & sectas concitat, vt illum quouis modo labefactatum subuertat. Quod & molitius est impius ille Arrius, suum errorem ex hoc loco fouens. Dicebat enim, Si Filius alloquens Patrem fatetur cognoscendum Patrem solum verum Deum: & Pater solus est verus Deus, non est igitur Filius, verus Deus. Sed huic paucis satisfacemus, si huius loci sensum in primis dixerimus, deinde particulas, & dictionis exclusivæ naturam explicuerimus. Ego do his, quos mihi dedisti, vitam æternam, quæ sita est in hoc, quo per fidem viuam cognoscunt TE solum verum Deum. Quem TE? Qui misisti IESVM CHRISTVM. Vna viuâ cognitione cognoscendus est Pater & Filius. Non sufficit ad vitam æternâ cognoscere solum Deum, sed etiam oportet cognoscere Deum hominem. Missus enim IESVS CHRIS TVS, Deus homo est. COGNOSCERE, hoc loco est fide viuâ statuere & credere. Hæc vita æterna, quæ est viuâ cognitio Patris & Filii, incipit in hac vita, sub spe certa, & manifestabitur clarius post hanc vitam, nimirum à facie ad faciem in omni perfectione sine cruce & afflictione, cui in hac vita etiam habentes vitam æternam, subiecti sumus. Iudæi & alii multi vnum Deum, vt putant, tantum habent: sed Deum non verè & perfectè cognoscunt, quum IESVM CHRISTVM à Deo missum non cognoscant. Ante Euâgelicam lucem, cognitionem quidem de Deo, sed nondum perfectam habebant: ad quam modo Saluatoris doctrina conuocantur: vt discant non modò vnum esse verum Deum creatorem, verum etiam quia pariter & Filius creator est: in quo veluti in caractere incommutabili primitiuum, id est Pater inspicitur, necessarium est ad vitam æternam etiam Filium à Patre missum cognoscere, hoc est non sufficit cognoscere quia vnus solus verus Deus est: sed quia & Pater est. Cuius autem Pater est, exposuit, eius videlicet qui propter nos caro factus est, qui ad saluandum genus humanum à Patre missus est. Qui ergo vult verè Deum cognoscere & synccerè cognoscat. Qui enim in Deum per CHRIS TVM credit, is verè Deum agnoscit: qui verò sic Deum cognoscit, habet vitam æternam. Proinde Deum nemo vidit vnquam, Vnigenitus ipse enarrauit nobis. Nam Vnigenitus Filius, est splendor lucis Paternæ: lux autem in splendore agnoscitur. Fundanda est igitur vera cognitio in CHRIS TO misso: hoc enim cognito, cognoscitur solus verus Deus Pater & Filius, simul & salutis nostræ mysteriû. Similiter habetur & Spiritus Sancti cognitio, de quo licet non fiat mentio, tamen quoties meminimus Patris & Filii, maxime in his quæ ad diuinitatis maiestatem pertinent, cointelligitur Spiritus Sanctus, qui est nexus amborum. Præterea quum CHRIS TVS solum Deum verum, Patrem appellauerit, ab hac gloria seipsum non separauit: Filius enim in Patre est, & ex Patre: Est igitur Filius, verus & secundum naturam Deus, & solus in solo est. Nullus enim Deus verus est præter Trinitatem: quid dii Gentium sint dæmonia. Vnus solus verus Deus est Pater, & qui in ipso & ex ipso secundum naturam est. Sunt indubiè Pater, Filius & Spiritus Sanctus, vnus verus Deus, vni natura: Pater à Filio non substantia, sed subsistètia siue persona distinguitur, similiter & Spiritus Sanctus. Pater solus est verus Deus, Filius solus est verus Deus, Spiritus Sanctus solus est verus Deus, quia non sunt tres dii. Noluerunt impij Arriani intelligere quòd dictio exclusiua siue exceptiua iuncta dictioni personali (cuiusmodi est Pater, Filius, Spiritus Sanctus) respectu essentialium (cuiusmodi sunt, Esse Deum, Esse sapientem, Esse omnipotentem, & cætera.) tantummodo excludit ab eo quòd aliud & diuersum est, vt docent Doctores catholici. Iam quum ex fide constet, quòd nec Pater est diuersum siue aliud à Filio, nec à Spiritu Sancto, consequens est vt constanter & catholicè confiteamur has propositiones verissimas esse: Solus Pater est Deus, solus Filius est Deus, solus Spiritus Sanctus est Deus. Ad hæc vt Arrianorum cauillum reiciamus, dicentium quòd sophistica & logica est hæc nostra glossa, & interpretatio de dictione exclusiua,

Articulus summa.

Arriana heresis occasio.

Cognitione viuâ cognoscendus Pater & Filius cognoscere. Vita æterna.

Christus cognoscendus Deus & homo.

Cognitionis vera fundamentum in Christo. Cognitio Christi factundis.

Regula theologica.

Deus vnus.

Exclusivæ dictionis natura.

ne exclusiua, aut hinc facessant, aut conuictos se fateantur ex Matthæi capite II, Nemo nouit Filium, nisi Pater. Si ex hoc quòd solus Pater nouit Filium, excludere oporteat quænis alium, etiam non diuersum, operæpretium fuerit concedere, quòd Filius non nouit seipsum. Ad hæc illic subiungitur, Neque Patrem quis nouit nisi Filius: similiter inferretur, Ergo nec Pater nouit seipsum. Quare ab Arriana perfidia recedentes, constanter asseruerimus dictionem exclusiuam siue exceptiuam iunctam nomini personali respectu essentialis, non excludere ab alia persona, sed ab eo quod est aliud & diuersum. Quo fit vt sensus huius assertionis, Solus Pater est Deus, sit, Pater est verus Deus, & nihil diuersum siue aliud à Patre est Deus: Similiter solus Filius est Deus. Sensus est, Filius est Deus, & nihil aliud à Filio est Deus. Rursus ad hunc modum dicatur de Spiritu Sancto. Ad hæc Diuus Hilarius locum hunc interpretatus, ait, Non dixit absolute, Te solum Deum verum, sed mox addidit, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Quasi diceret: Vt cognoscant te, & quem misisti IESVM CHRISTVM, esse vnum, solum, & verum Deum. Obserua, VERVM DEVM vocat, natura bonum, iustum & veracem; vt opponat contra falsos & mendaces Gentilium deos. Rogabit quispiam: Quomodo viuâ cognitio Patris & CHRIS TI, est vita æterna? Respondeo: quia hæc sola æternam salutem, iustitiam & gaudium affert ijs qui eius participes facti sunt. Nam quum Deus vt omnis boni fons & author verè agnoscitur, dumque per CHRIS TVM certum suum similes reddat, plene iustos & beatos, haud dubie corda nostra viuunt ea fiducia & spe in Deû, adeò vt quicquid orbis habet huic collatum, fumus & vmbra sit: eòque amore Dei perfunduntur, vt nihil non molestum sit, nisi quum ipsius gratia te id habere intelligas. Hæc fiducia confundi non potest. Vnde dum pii per Spiritum Sanctum, quò donati sunt, indubitatò se filios Dei sciunt, vt futuræ & beatæ vitæ arram, ita & gustum aliquem habent, tenuem quidem, si plenæ beatitudini (quæ nos manet) confèras: sed tamen tam magnum, vt præ eo leue sit omnia vitæ præsentis, imò ipsam quòque vitam, morte & quibusvis eruciatiibus commutare. Hæc vita æterna dum hic peregrinamur, imperfecta est sicuti & cognitio: quam quum Dominus dederit, tandem perficiet consummabitque. AETERNAM igitur iure dicimus, quæ hic coepta, tandem perficienda est, & finis nescia. Porro hic incipere oportet id, & per fidem cognoscendum & comprehendendum est, quod in futura vita nobis hæreditandum & possidendum est. Hæc cognitio nihil aliud est quàm nosse quid de Patre & CHRIS TO sentiendum sit. De qua 2. Petri cap. 3. scribitur, Et crescite in gratia & cognitione Domini nostri & saluatoris IESV CHRIS TI: hoc est, Datè operam, vt hoc vnicum vestrum sit studium, vna vestra cura & cogitatio, vt vnum CHRIS TVM probe noscere discatis, nec quisquam vestrum quærat aliquid præstantius. Hæc enim est solâ nostra sapientia, quæ Christiana scientia dicitur. Quare si quis rogauerit quid Christiani sciant aut doceant, nihil aliud respondendû est quàm vt CHRIS TVS verè cognoscatur à Patre missus. Hoc qui neque norit neque didicerit, aut exercuerit, is cauteat se Christianum profiteri, etiam si ad vnguem omnium poetarum, oratorum & philosophorum doctrinas nouerit. Totum id parabitur tibi in hoc verbo, QVEM MISISTI: quod qui verè intelligit, credit, & eam vitam æternam habet. Hoc (te rogo) expande & meditare, quare CHRIS TVS venerit, & quid hic in terris egerit: descendit de cælis, factus est homo vt consummaret opus quod ipse Pater mandauerat, nimirum vt peccata mundi in se trãferret, & pro eis abolendis mortem obiret, Patris iram placaret, & vt per se in propria persona mortem & diabolus superaret, & nos sibi vendicaret. Hos thesauros in hoc verbo, QVEM MISISTI, absconditos, qui ex animo & fide viuâ amplectatur, vitam habet æternam. Porro hic locus planè conuenit cum illo qui supra cap. II. scribitur, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuat: & omnis qui viuat, & credit in me, non morietur in æternum.

Ego te clarificaui super terram.

Dum hic ageret IESVS CHRIS TVS, & cum hominibus familiariter versaretur, glorificauit Patrem, ipsius laudem & gloriam magnificè prædicando & extollendo: cuius rei testimonia passim habemus in Euangelij. Illustre profectò nomen Patris reddidit, propagauit, illustrauit, & bonam de ipso famam sparit verbo Euangelij. Vnde credentibus H. iiii.

Deus cur verus dicitur. Cognitio viuâ quomodo dicitur vita æterna.

Vita æterna hic cepit.

Hæreditas hic cepta, cognitio secunda. Christiana scientia. Cognitio viuâ quàm necessãria.

Vitam æternam habere.

Pater quando à Filio glorificatus.



Christiani vita  
quasi esse debet  
Christus per  
mortem glori-  
ficatus.  
Gloria Patris  
& Filii nexu.

tes inuocant nunc. Deum vt Patrem, vt fautorem, vt redemptorem & saluatorem. His nominibus ac titulis pii homines laudem Patris nunc decantant, hunc solum amat, colunt & adorant, ad hunc gemitibus inenarrabilibus spirant, hunc solum commendant, & glorificant. Obserua: quemadmodum CHRIS TVS in terris toto suae vitae curriculo docebat, & glorificabatur se à Patre missum esse, & omnia sua facta ac dicta, omnem vitam suam, praeterea quicquid habet & potest, sursum ad Patrem retulit, & Patri assignauit: ita & Christiani vita esse debet sicut & CHRIS TI conuersationem hoc loco fuisse videmus, vt Deum vnice laudet, illius gratiam & beneficia grato animo agnoscat & imploret. Rursum aduerte: Pater CHRIS TVM per mortem & ignominiam glorificauit, qui si morte & cruce extinctus & inglorificatus mansisset, neque Patris gloria latius propagata fuisset; sed cum CHRIS TO interisset. Quare Patris & Filii gloria inter se conexa sunt, ita vt in quo Pater Filium glorificat, se ipsum glorificat; & qui CHRIS TVS glorificatus fuerit, tu Pater quoque glorificatur. Est profecto vtraque comunicabilis glorificatio, & claritas vna Pater per Filium, & Filius per Patrem glorificandus est. Non abs re addidit S V E R T E R A M: in caelis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur. Non ergo de gloria substantiae eius coniuncta dicit, Ego te clarificauit: quam etiam à nemine laudetur, ple-nissimam habet: sed quae humano cultu exhibetur.

Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.

Quasi dicat: Meae functioni & vocationi satisfeci: ministerium enim praedicationis Euangelii fideliter & constanter absolui: nec solum praedicaui, verum etiam praedicationem miraculis confirmaui. Ad mandatum mihi erat, vt me omnibus probis & contumelias in gratiam salutis hominum, onerarem, diros cruciatus paterer, & mortem lubens oppeterem in Patris gloriam: & haec omnia, vt homines à morte, peccato, & Satana eriperentur, & vitam aeternam haberent. Haec omnia iuxta Patris beneplacitum absolui. Loquitur CHRIS TVS veluti in cruce morti proximus, & futurum tanquam iam factum, more Prophetarum pronuntiat.

Et nunc clarifica me tu Pater, apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret, apud te.

Tam apertis verbis suam diuinitatem CHRIS TVS declarat, vt nullus relin- quatur Arrianis locus. Nam manifestè & significanter dicit se habuisse claritatem, & gloriosum fuisse apud Patrem, priusquam mundus fieret. Iam nihil potuit esse antequam mundus fieret, nisi Deus solus, quum inter Deum & mundum nullum sit medium: aut ipsum creatorem aut creaturam esse oportet: ergo quum clarus esset apud Patrem, hoc est cum Patre antequam mundus esset conditus, necessario concludendum ipsum esse Deum, & non excellentissimam quandam creaturam, quam isti impii fingunt. Ego quidem opus quod dedisti mihi, o chare Pater, consummaui: occumbo & opprimor, atque vt omnium hominum sceleratissimus (quem terra post hominum memoriam portauit) damnor. Ideo Pater declara & reuela gloriam meam, vt mundus audiat & dicat me tuum fuisse Filium ab aeterno, intelligatque omnium rerum creatorem & administratorem, adeoque semper sedisse ab aeterno ad Patris dexteram. Hanc notitiam nisi dedisset Pater, nullus mortalium vnquam CHRIS TI claritatem cognouisset aut explorauisset. Nam quis vnquam sibi persuasisset CHRIS TVM crucifixum, & pra omnibus hominibus humiliatum, verum & omnipotentem Deum esse, nisi reuelatore Spiritu Patris? Iam vero exaudita est haec oratio, eiusque virtus viget. Creditur enim & colitur CHRIS TVS pro vero homine ex Virgine nato, & pro vero Filio Dei. Rogabis: Si CHRIS TVS antequam mundus fieret, clarus erat apud Patrem: cur igitur rogat vt glorificetur? Respondeo: Rogat vt claritas & bona omnia ab aeterno habita, quae tempore suae exinanitionis dissimulauit, declarentur & manifestentur hominibus. Et quia nondum glorificata erat carnis natura, neque incorruptibilitate fruebatur, neque regium thronum acceperat, rogans ait, CLARIFICA ME, hoc est humanam meam naturam: & subuehe eam in gloriam quam habebam antequam mundus conderetur. Non solum propter se vt hominem homo rogat, sed etiam propter omnes in se credentes, vt ipsi vna glorificentur, & fiant Filii Dei. Eo enim huc venit & aliquantisper se exinaniuit forma serui accepta, vt ex seruo Dominum, & ex homine Deum faceret: aut dici potest ad hunc modum,

Inter Deum & mundum nullus est medium. Arrianorum con- fusio.

Claritas Christi vnde cognita Oratoris Christi exaudito. Christus etiam ante mundi gloriosus, cur rogat clarificari.

Christus quare huc venit.

CLARI-

CLARIFICA ME, id est fac notum hominibus, quod tu me misisti in mundum, vt per me mundus habeat vitam aeternam: atque ostende hominibus me rediturum ad gloriam meam, & sessurum ad dexteram tuam, intercessorem, interpellatorem, aduocatum, sacerdotem, regem & pastorem in aeternum apud te ipsum. Quasi dicat: per te glorificer, qui solus potes me glorificare claritate, quam habui, &c. dum ostenderis quod sum tecum Deus, Filius tuus naturalis, tibi aequalis per omnia. Hac CLARITATEM, id est omnia quae semper cum Patre communia habuit, ad tempus dissimulauit, sed per resurrectionem manifestauit, dum humanitas ad dexteram Patris conscendit.

Christum clarificari.

Manifestaui nomen tuum hominibus.

Clarius interpretatur CHRIS TVS quod dixerit se clarificasse Patrem, & opus suum consummasse, exponens quomodo & quomobrem hoc factum sit. MANIFESTAUI NOMEN TUUM HOMINIBVS, id est homines per me & meam praedicationem cognouerunt & intellexerunt NOMEN TVVM, scilicet quo verè nominaris Pater meus, quod antea ignorabatur: idque feci manifestans gloriam tuam, voluntatem tuam, misericordiam, remissionem peccatorum, bonitatem, iustitiam, redemptionem & saluationem, quam sis clemens, quod in gratiam illos per me receperis, omnia peccata illis condonans, à morte & Satana illos liberans, in omnibus periculis & angustiis defendens, & opem ferens: idque nulla ratione operum aut meritorum praehabita, sed tantum tua paterna bonitate per me Filium tuum, quem in mundum misisti. Ad Rom. cap. 5, Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius. & ad Titum, Non ex operibus quae fecimus nos, sed secundum misericordiam saluos nos fecit. Proinde quisquis est qui haec laudat & iactat, praedicat, credit & confitetur, is profecto Patrem gloriosum facit, atque eius nomen clarificat, & manifestum facit, vt sciatur iuxta eius beneficentiam quomodo nominandus, & quis habendus, & quo pacto colendus sit. Manifestus quidem erat Deus Iudaeis: at praedicatione Euangelii vniuerso orbi declaratus est. Ante CHRIS TI aduentum cognouerunt Deum, non vt Patrem, sed vt opificem solum, què Filius missus cum praedicatione tum miraculis notum fecit esse Patrem. Nam qui se Filium Dei esse declarauit, manifestum est quod simul demonstrauit Deum fuisse sibi Patrem.

Christus quid hominibus manifestauit. Pater per Filium mundo cognitus.

Quos dedisti mihi de mundo.

Iam coepit CHRIS TVS discernere inter haedos & agnos, inter vocatos seu electos (qui pauci sunt) & non electos. Quantum ad me attinet, omnibus manifestaui nomen tuum, sed illam gloriam & nominis tui manifestationem nemo intelligere aut arripere potest, nisi hi quos afflatu tuo exemptos non de caelo, sed AMVND O (cui impuris affectibus seruiebant) tradidisti MIHI, homini & mediatori: non enim poterat mihi inferi, nisi tua gratuita bonitas afflasset illorum animos, vt me audirent, & mihi obedirent. Supra cap. 6, Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit illum. Alii autè contemnunt, aut etiam offenduntur tuo nomine, & qua sunt impietate praediti, etiam persequuntur & blasphemant: nam gloria tua & nomen tuum pugnat cum illorum prudentia & sanctitate, & cum omnibus quae illi magnificiunt. Obserua: nostrae salutis quendam ordinem: Deus Pater elegit & vocauit nos in CHRIS TO, vt essemus sancti & salui. Deus Filius litatione sui corporis saluos nos fecit: Deus Spiritus Sanctus illuminat nos ad salutem nostram, certisque nos facit de illa, & ad illam nos conseruat. Rursum aduerte, signum quo quis se electum esse à Patre cognoscat, est fides in CHRIS TVM. Nam haec est voluntas Patris, vt qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam.

Electi Patrem per Christum agnouerunt.

Salutis nostrae ordo.

Electiois signum.

Tui erant.

Hos electos condidisti, quos huic negotio fidei (qua credunt in me) destinaras.

Et mihi eos dedisti.

Tu eos MIHI, mediatori, docendos, perficiendos & saluandos tradidisti: hi mei sunt. Nam qui verbum audit, cor & aures aperit, & manifestationem de Patre suscipit, ille amplius ad mundum non pertinet, sed meus est: Iam quum certum sit quod mei sint, & ego illorum Dominus, magister & Saluator sum, tum illud quoque certum est, quod etiam tui sint: nec tantum iam tui sunt, sed fuere tui ante mundi constitutionem, & per te ad me venerunt. Haec amplissimam piis afferunt consolationem, & nostras infirmas ac trepidas leuant conscientias, animumque nostrum, (qui alioqui semper est in metu ac Deum exhorrescit) fidenti audacia implet, quo gaudenter & audacter Deum aspiciamus, & cum omni fiducia

Christo donati sunt electi.

Pietatem consolatio.

H. iiii.



*Prædicationis  
in reatio quo-  
modo tollenda.*

*Reperire se in  
Christo.*

*Christianorum  
tutela.*

*Christi verbi  
Patris est.*

*Electorum di-  
stia à Patre per  
Christum.*

*Verbum Patris*

*Christum verè  
cognoscere.*

*Cognitio viua  
Patris & Filii.  
Vita æterna.*

ad illum cursitemus, atque in conspectu eius stare queamus. Nam his verbis omnis ira su-  
blata esse ostenditur, & quicquid horrendum aut terribile in cælo & terra excogitari po-  
test, deturbatur: apprehenditurque hoc verbo, cælum apertum esse plenum omni gratiâ  
& benedictione super nos. Vnde tollitur curiositas illa & periculosa illa tentatio de præde-  
stinacione, qua non pauci semet discruciant, & excarnificant in tantum, vt parum absint ab  
insania. Tu autem scito & intelligito maiorem in terris non esse consolationem, quam eâ  
quæ ex hoc loco habetur, nimirum quod Dei es, & ad Deum spectas, si te in CHRISTO  
esse repereris. Reperis autem te in CHRISTO, si in CHRISTUM credis, si verbum  
Dei tibi placet, tuumque cor erga ipsum suauiter effusum est. Nam si CHRIS TVS tibi  
amicus & dulcis est, teque consolatur, tum ipse Deus Pater te consolatur. Ideo electus Dei  
es, & Deum iratum non habes, sed tantum paternam charitatem & gratiam per hæc opera  
testatam. In his persevera tanquam murus ab æneus, nihil aliud inculcare tibi sinens, quam  
verbum Dei, quo semper ipsius Dei voluntatem intelliges, & illi obtemperabis.

**Et sermonem tuum seruauerunt.**

Neque tua in illis benignitas (ait CHRIS TVS) neque mea opera inanis fuit: nam  
crediderunt doctrinæ meæ, qua tuam voluntatem docui: & in hoc quod discipuli mei sunt,  
& me audiunt, audiunt & seruant non meum, sed tuum verbum. Electi receperunt verbū  
CHRISTI (quod humilitatis gratia, propter formam serui acceptam, dicit esse Patris)  
id est Euangelium, & in eo, siue in fide permanserunt: reliqui verò excæcati sunt. Ad hunc  
modum dictum est, Actorum cap. 13, Audientes autem Gentes, gauisi sunt, & glorificabant  
verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Obser-  
ua: magna est hæc cõsolatio, quum audimus nullum ex ore CHRISTI verbum prodiisse  
quod non sit Patris nostri cælestis, & tale quidem quod suauissimè & amantissimè nos  
ad se vocat, & allicit.

**Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt.**

Exceperunt Euangelium, & in eo permanserunt: hoc enim cognitum & persuasum ha-  
bent quod Iudæi credere noluerunt: quod quicquid docui, quicquid gessi, non est humanū  
commentum, sed ex te authore profectum, & tua virtute gestum. Sciunt omnia abs te esse  
quæcunque ego habeo & facio, ago, & largior. Hoc est accipiunt vt à te data & donata, nec  
dubitāt se abs te electos esse, & ad me perductos. Nam quotquot mihi viua fide adhærent,  
& me audiunt, certi sunt se sibi Patrem & Deum esse clemētē & propitiū: nam neque  
me audire possent, neque sermonem meum seruare, nisi ipse illis hoc cõcessisset, & ad hoc  
elegisset. Ex his planè intelligimus hanc cognitionem esse rectam illam & claram lucem  
atque gloriam, qua detecta facie Deū intuemur, sine omni velamine seu tectorio, sicut scri-  
bit Paulus 2. Corinth. cap. 3, Vsq̄ in hodiernū diem, id ipsum velamen in lectione veteris  
Testamenti manet non reuelatum, quoniam in CHRISTO euacuatur: sed vsque in ho-  
diernum diem, quum legitur Moyles, velamen positum est super cor eorum: quum autem  
conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.

**Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis.**

Interpretatur quid illud sit quod Pater ipsi dederit, nimirum Euangelium, quod Filio  
à Patre demandatum est, vt vniuerso orbi annuntiet. Hæc docent verbum externum, esse  
medium necessarium (vt ne quis id contemnat, dicens se solum à Spiritu siue Scriptura &  
verbo pendere) ad fidem. Hoc verbum quod CHRIS TVS pronuntiabat, & auribus  
percipiebatur, CHRIS TVS nominat Patris verbum quod cælitus ab ipso accepit, &  
nobis attulit. Ac dicit illi eam inesse virtutem, & id fructus præstare, vt per illud, Patris vo-  
luntatem & animum cognoscant, & omnia quæ ad ipsorum salutem sunt necessaria, in eo  
comprehensa habeant: vt quæ sequitur, fusius & clarius declarabunt. QVIA VERBA,  
& c: Quasi dicat: Ideo pii & credentes cognouerunt omnia mea à te esse, quia ego sic  
illos docui, & institui, vt crederent & cognoscerent omnia mea abs te esse, te esse authorem  
& personam & doctrinæ & operum meorum, Nec aliud tradidi illis, quam abs te tradidit  
acceperam. Quisquis ergo fide verbum CHRISTI, id est Euangelium excepit, is verè  
cognoscit CHRIS TVM, quo cognito verè cognoscitur Deus. Viua autem cognitio Pa-  
tris & Filii per Spiritum Sanctum, est vita æterna: Obserua: VERBA QVÆ DE-  
D. I. S. T. I. M. I. H. I., id est quæ à te accepi dicenda & docenda, dedi eis. Non enim  
CHRIS TVS omnem noticiam animæ suæ infusam transfudit in discipulos, sed eam  
solum quæ eò data erat, vt prædicaretur.

Et ipsi

**Et ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui.**

Super vna re multa verba infumit, vt infirmas recreet cõscientias, & Patris animum ac  
charitatem nobis demonstret, & nos ipsi per omnia fidentes faciat. Idem sensus horum ver-  
borum, qui & priorum. Verbum Dei serid & ex animo acceptum, efficit vt cognoscamus  
CHRIS TVM à Deo exiisse: id est, Omnia quæcunque loquitur & facit CHRIS TVS, ea  
sunt Patris: eaque omnia ideo facit, vt nobis opè ferat. ET IPSI ACCEPERVNT  
& cognouerunt, id est crediderunt, certaque cognitione statuerunt omnia mea à te esse, te esse  
authorem & personam & doctrinæ & operum meorum. Proculdubio hic locus à causa efficiēte  
(quæ Deus Pater est) cõmendat personam, doctrinam & opera CHRISTI, docētque quàm nõ  
fuerit aduersarius Dei, sed implet voluntatē Patris à quo exiit. QVIA A TE EXIUI, id  
est genuisti me, & tecū sum Deus. Aut, A TE EXIUI, in mundū, sumendo formam serui.

**Et crediderunt quia tu me misisti.**

Clarius seipsum interpretatur CHRIS TVS, & rhetorica expolitione declarat quod  
dixit, ET IPSI acceperunt, & c. Sermoni meo (quem Pharisei spreuerunt) hi crediderunt, ni-  
mirum quod à te exiui, id est QVOD TVM EMISISTI, hoc est, quod abs te missus ve-  
nerim in hunc mundum. Quasi dicat: Hactenus tantū in doctrina mea promouerunt, quod  
persuasum habent me Messiam esse, tot seculis expectatum, quem tu ad salutem omnium cre-  
dentium misisti in mundum. Obserua: Exitus & missio hæc, temporalis est, iuxta naturam  
humanam quam in tempore assumpsit Filius. Altero tamen verbo, EXIUI, ostenditur  
exeuntis Filii authoritas, qui volēs & iubens exiit, & in mundum venit, factus homo: Alte-  
ro, MISISTI, authoritas Patris mittentis. Hactenus verbis vsus est præteritis, quasi iam  
contigissent quæ pronuntiabat, quod iam inchoata essent, & mox dum mitteretur Spiritus  
Sanctus, perficienda forent. Aut (vt diximus) tam certa erant, vt quod cõceptum & futurum  
erat, factum esse dicatur. Qui loquendi modus apud Prophetas non est infrequens.

**Ego pro eis rogo.**

Posteaquam CHRIS TVS Patrem precatus est vt Pater ipsum glorificet, & multis ver-  
bis aperuit quomodo Patrem glorificauerit suis prædicationibus & operibus apud suos,  
ita vt verbum exceperint, & in eo multum promouerint, iam illos Patri commendat, ro-  
gans ne permittat eos in tentationem incidere, sed liberet eos à malo, vt munus suum felici-  
ter obeant. Quia (inquit) iuxta corporis familiarem conuictum eos relinquo, vicissim  
illos tuæ bonitati commendo seruandos, ne deficiant, sed semper in melius proficiant. Cui  
acceptum ferre debeant suam salutem, & cuius præsidis niti debent, sciunt. Ex te pendet;  
propterea, EGO, magister, ROGO EIS, discipulis meis, quos è mundo subductos,  
tuos esse voluisti: vt quod in illis tua bonitate cõceptum est, feliciter & perpetuum succedat.  
Obserua: Hanc in terris CHRIS TVS orationem pro nobis fudit, vt declararet se fore æ-  
ternum apud Patrem pro nobis Pontificem & interpellatorem. Vnde CHRIS TVM ro-  
gare pro nobis, est vnum de præcipuis CHRISTI officiis. Ipse enim hostia est, ipse sacer-  
dos, ipse mediator, ipse agnus verus qui tollit peccata mundi. Rursus aduerte decorū per-  
sonæ CHRISTI, qui præceptor orat pro discipulis, simul & ipsius fidelitatem, qui quum  
ipse tentatus est, nouit aliis succurrere: Hebræo, cap. 2, In eo enim in quo passus est ipse &  
tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Item obseruandum: CHRIS TVS, qui  
Pontifex & mediator est, rogat quidem pro nobis vt homo, liberaliter autem vnà cum Deo  
Patre dona dignis distribuit: quod Paulus aperte docuit, dicens Rom. cap. 1, & 1. Corinth. 1,  
Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino IESV CHRISTO. Qui ergo vt  
homo rogat, is vt Deus distribuit.

**Non pro mundo.**

Horrendum auditu est, quod CHRIS TVS non pro mundo roget: vnde mundus  
quotidie in extrema facinora, in mortem, infernum, adeoque æternam damnationem præ-  
ceps ruit. Hic verò supplices rogemus, ne in hac turba reperiamur, pro qua CHRIS TVS  
precarì dedignatur. Ad huius loci cognitionem obseruare debemus duas turbas, vnã, &  
illam pusillam, quæ verbum Dei habet, idemque exercere debet: alteram, magnam & nu-  
merosam, quæ seruit peccato & iniustitia, persequitur Euangelium, mactat CHRIS TVM,  
explodit innocentes, est mancipium diaboli, statuit priorem turbam opprimere, ac manibus  
pedibusque studet, quibus consiliis quibusve technis & insidiis Euangelium delere queat,  
ac prorsus abolere. Hæc nobis aperte demonstrant quid sit MUNDVS, aut quis DE MUNDVS

*Verbi recepti  
fructus.*

*Christum exiisse  
à Patre.*

*Christi exitus  
sive missio tem-  
poralis.*

*Idiotismi Pro-  
phetarum.*

*Orationis Chri-  
sti scriptura.*

*Christi officii.*

*Christi decori.*

*Christus vt ho-  
mo rogat, vt  
Deus donat.*

*Mundus ab oratione  
Christi  
exclusus.*

*Turba hominū  
in mundo dua.*

*Mundus, & quis  
de mundo.*



Rogandum pro mundo.

Rogandum non pro mundo.

Christus pro omnibus rogavit & satisfecit. Mundus damnatus.

Diaboli mancipium. Mundi genus.

Pater ad Patrem & Christum spectant.

fit, seu quis Non de mundo vocetur. Quum priore turba reponendos duxerit eos (qui tamen adhuc in mundo sunt) tamen ad fidem conuertentur: priusquam enim fidē excipiant, illos de mundo esse oportet: mox enim in sequentibus dicitur, Non pro eis autem rogo tantum, sed pro iis qui credituri sunt per sermonem eorum, in me. Pro mundo itaque orare licet propter eos qui adhuc conuertendi sunt. Sanctus enim Paulus re vera de mundo erat, quum Ecclesiam persequeretur, & Christianos viuos Hierosolymam perduceret, attamen Sanctus Stephanus rogabat pro eo, vt conuerteretur. Ita quoque CHRISTVS rogabat in cruce, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Verum itaque est quod orat pro mundo, & non pro mundo. Quomodo hæc quadrant? Pro Christianis & omnibus qui conuertendi sunt rogat, vt in recta fide maneant, in ea proficiant ac pergant, neque ab ea deficiant, & qui nondum in ea sunt, relicta priori vita, accedant. Hæc forma atque ratio rogandi pro mundo, nobis omnibus imitanda est. Quum Dominus etiam (Matthæi cap. 5.) pro inimicis nos orare docuerit, qui nos persequuntur, & maledictis incesant. Sed vt erat mundi status & omnes eius actiones & consilia, quibus contra Euangelium turbulenter & furiose tumultuari solet, nullo modo rogandum est vt talis infania (quæ verè mundus dicitur) Deo placeat, aut tantam tyrannidem sciens & prudens dissimulet & permittat. Sed contrarium potius rogandum est, vt ipse mundi furiosos conatus reprimat, & eius impia consilia discutiat. Hæc oratio proprie non est contra personam instituta, sed contra ipsius nefarios conatus & machinas, quibus verbum Dei auersatur, & persequitur. Exemplo erit Moses, qui hoc contra Core, & eius factionem fecisse legitur (Numeri cap. 16.) dum iracundia inflammatus, clamauit ad Dominum, Ne respicias sacrificia eorum. Non est absimile quod de Davide legimus (2. Reg. cap. 15.) qui quum à filio suo è regno exterminatus esset, & consiliarius eius ab eo ad filium desciuisset, rogabat Dominum vt consilium ipsius Achitofel infatuaret, & irritum faceret. Frequentissima fuit huiusmodi precatio Dauidis, in Psalterio, contra persecutores suos & inimicos. Colligamus ex his, CHRISTVM pro omnibus personis orasse quidem, similiter & passum esse, ac quantum ad se atinebat, pro omnibus satisfecisse, adeo vt pro omnibus suffecerit ex ipsius munere & officio cum oratione tum satisfecit, licet ingratis & gratiam recusantibus efficacem non fuerit. Vnde mundus iusto iudicio Dei in reprobam sensum traditus est, & suæ libidini ac manui derelictus. Vnde vt sceleratè & præfractè viuunt, ita horribili iudicio condemnatur. Quantum igitur ad personam attinet, rogabimus pro omnibus cum bonis & amicis, tum malis & inimicis: vt qui nos auersantur & sunt nobis inimici, conuertantur & amici fiant: sin minus, vt illorum impia consilia, technæ, machinæ & tyrannis nemini noceant, & citius persona pessum eat, quam Euangelium & regnum CHRISTI. Proinde mundus Satanæ regnum recipit non CHRISTI, cuius verbo non credit: sed totus dicitur esse diabolo, cuius mancipium est. Mundi genus est vt vbiunque aliquid comminisci potest aut excitare, contumeliosè & probrosissimè laceret verbum, inclementissimè & virulentissimè criminetur, crudelissimè persequatur: vt omnibus CHRISTVM reddat exosum. Et vbi tyrannide sua nihil potest efficere, ibi tantæ est malitiæ, vt fugiat potius quam audiat, nihil prorsus prætermittens quo acerbam & plusquam seuientem iram suam in verbum & eius studiosos effundat.

Sed pro his quos dedisti mihi.

Peruenusta est hæc quedam verborum repetitio, qua vtitur, vt indiuisius hæc animis nostris adhæreant: Quia pro mundo & omnibus eius impiis conatibus & affectibus rogare non possum: tui enim non sunt, qui odio & insectatione persequuntur eos QVOS DEUS TIBI MIHI, id est pios, seruandos, & retinendos. Rogo PATER, id est omnibus piis, vt à malo serues & liberes eos. Alludit ad id quod scribitur Psalmo 2, Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem & possessionem terminos terræ.

Quia tui sunt.

Ætiologica occupatio, ne quis putaret pios solū ad CHRISTVM pertinere, ait, Tradidisti quidem mihi illos, & meos esse voluisti: tibi illos commendo vt tuos, quia tu vocasti & elegisti illos ad salutem, & vt perpetuo tuos esse velis. Rogo quemadmodum ego perpetuo tuus sum, & aduersus Satanæ dolos & insidias tui esse non possunt nisi tuo perpetuo præsidio, rogo igitur pro eis, quia tua sunt hæreditas & possessio, quam postulauit à te, & dedisti mihi: illi sunt mihi cura, & me sollicitant vt illos liberem, & me tibi pro ipsis offeram. Obserua: Pios cum ad Patrem tum ad CHRISTVM spectare: ad Patrem quidem pertinent, nomine vocationis & electionis ad salutem: ad CHRISTVM verò, quia eos saluo

saluos fecit ac redemit: ad Spiritum Sanctum attinent, quia ipsos illuminauit, & donis suis afflauit. Rursum aduerte: verbo DEUS TIBI, significat pios quoque esse Patris. Nam qui est CHRISTI, ille quoque Patris est, illi autem sunt CHRISTI, sicut ipse testatur, qui verbum ab ipso accipiunt & seruant, hoc est qui fide viuam ipsum amplectantur. Et hoc est certissimum signum quo agnoscamus nos à Patre ipsi CHRISTO donatos, Spiritu CHRISTI afflatos, & esse filios Dei: siquidem nemo verbum Dei ex animo excipit & seruat illud, quin Filius Dei siue natus ex Deo fuerit.

Et mea omnia tua sunt: & tua mea sunt.

Apertè docet omnia Patris & Filii communia esse, nihilque proprium & priuatum esse Patris, quod non sit Filii. Quia inquit, rerum omnium communio est inter nos, ideo omnes pii sunt mei, quia sunt tui: Quicquid enim meū est, idē & tuum est: quicquid tuum est, idem est & meum. Ingens est hæc piorum consolatio audientium se ad Patrem & Filium pertinere: vnde se ipsos consolantes, argumentantur ad hunc modum: Pii, & qui fide viuam CHRISTO adherent, ad Patrem & Filium simul spectant: ergo piorum curam Pater & Filius simul agunt. Obserua. Hanc sententiam non intelligamus solū de eo quod Pater ipse in terris dedit, sed de vna quoque illa diuina essentia, quæ ipsi cum Patre communis est. Et hoc verbo, OMNIA, complectitur quæcunque Pater possidet, æternam & omnipotentem essentiam, vitam, veritatem, iustitiam, &c. Hoc est apertè declarat & fatetur CHRISTVS se Deum verum esse: Verbo enim OMNIA, nihil excludit. Vnde videtur mihi CHRISTVS esse Patris Θεός, id est repositorium pecuniarum Domini, & gazophylacium in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, Colossen. cap. 2. Nam vt Pater omnipotens est, ita & Filius: vt Pater in semetipso vitam habet, ita & Filio dedit in semetipso vitam habere. Quare hæc dum audimus, nos commonefaciunt vt apud CHRISTVM & in CHRISTO maneamus (manebimus autem si fide viuam illi indiuisè adhæserimus) atque credamus Deum omnia per ipsum loqui, operari & largiri: & in CHRISTO cum omnia verba tum opera Dei esse querenda. Quo vis pacto CHRISTVS erga te se gerit ac tecum agit promittendo, pelliciendo, consolando, portando, donando, ea certè omnia Pater facit. Nam vt supra cap. 15. scriptum est, Quæcunque enim Pater fecerit, hæc & Filius similiter facit. Et vt vno & altero verbo dicam, nihil videre, nihil audire in CHRISTO potes, nisi vna quoque Patrem audias & videas. Hæc proculdubio nos docent non esse querendum Deum in sua maiestate extra CHRISTVM: in CHRISTO enim est Deus vbi vbi fuerit CHRISTVS. Siue ergo se ipsum suo verbo nobis ostenderit CHRISTVS, siue iacere in embris, siue in gremio Virginis, siue in templo, siue in cruce pendere, siue alibi ibi, id est in CHRISTO, vult esse Deus. Quicquid ex Deo desiderauerimus, id in CHRISTO queramus. Ad hunc modum fecit diuus Paulus 1. Corinth. cap. 2. dicens, Et ego quum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium CHRISTI. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum.

Et clarificatus sum in eis.

Quasi dicat: Quia ex hoc mundo (in quo ignominiosissime obscuror, nec sum in aliquo respectu: oculis enim rationis & carnalibus me mundus intuetur: ideo ille me tantum ærumnosum & miserum hominem videt, & vt summè contemptum & maledictum abicit) ad te transeo, ô Pater, & hi, pro quibus rogo, & quos tibi commendo, manebunt in mundo: clarificabunt me, hoc est clarum & perspicuum mei habebunt cognitionem: & triumphum meum super mortem, peccatum, infernum & Satanam toto orbi annuntiabunt: quorum prædicatione cognoscat saluator mundi & redemptor. Prædicabunt me (qui hic triginta tres annos inglorius & blasphemius impetitus vixi, & ignominiosissima tandem morte condemnor) huc à te missum esse, & omnia mea tua esse: vnde apud homines celebris erit fama mea: & quemadmodum tu mea doctrina glorificatus es, ita ego per horum credulitatem & prædicationem glorificabor. Hi enim quodammodo succedent in vices meas, ac me subducto è terris, nomen vtriusque nostrum per vniuersum orbem celebrabunt. Functus sum prædicationis meæ munere, in quod isti succedent, proponentes me pro vero Filio tuo, proque æterno & vero Deo ac domino totius mundi & triumphatore supra mortem, infernum, ac Satanam. Et quotquot in me credent, vitam consequentur æternam. Magna & ingens est hæc piorum consolatio & honor non modicus, dum audiunt CHRISTVM velle glorificari in nobis, re vera non est hic honor nobis cum totius orbis terrarum opibus atque dignitate permutandus, quod per imbecillitatem carnis & sanguis

Signum quo agnoscamus nos esse filios Dei.

Consolatio piorum.

Christus est thesauri Patris repositorium.

Deus omnia per Christum operatur.

Deus querendus per Christum.

Christus in apostolis clarificatus.



Hebraica phra-  
si. nis nostri glorificari velit CHRIS TVS. Obserua; Phrafi Hebraica dictum est CLARI-  
FICATVS SVM, pro Clarificabor.

Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt.

Causas adducit CHRIS TVS propter quas roget Patrem pro suis discipulis: nempe propter necessitatē & imminentiā pericula. Quum ait, ET IAM non sum in mundo, loquitur ut is cui iam emigrandum est, & moriendum, qui que iam totus à mundo segregatus est. *Esse in mundo.* ESSE IN MUNDO dicitur, in hoc externo & sensibili statu esse, hoc est hac vita frui, qua mundus fruitor, quæ vita naturalis dicitur, in qua edimus, bibimus, dormimus, laboramus, procurationem familiæ subimus: breuiter in qua mudo vtimur, & omnibus huius vitæ necessitatibus. Contrà verò, illi dicuntur NON ESSE IN MUNDO, qui ab his omnibus iam enumeratis substracti sunt & separati, ita ut nō opus habeant, nec fruuntur corporali vita, quæ cibo & potu, & cæteris necessariis sustentanda est. Et iam quum infert hora mortis meæ, & iam tollar de mundo, & ferar à meis discipulis, & interim manent discipuli mei in mundo, hac corporali vita viuentes, necessarium est pro eis rogem, ut solatia habeant. Obserua: IAM non sum de mundo. Quasi diceret: Hora nunc imminet ut per mortem tollar de mundo: ET HI sunt in mundo. Quasi dicat: Hi manent multis mundi periculis expositi, manent peripsema mundi.

Peripsema mundi.

Ego ad te venio.

Ego per crucem & mortem in bonum mihi & discipulis meis ad te venio, & subducor: ego substraho & alieno me ab omni corporalium rerum usu, ad te auspiciaturus regnum nouum, in quod omnes in me credentes subducam: tibi conregnaturus, ad cælos ascendam. His verbis explicat potentiam suam, qua seipsum à mortuis excitauit: non enim permanfit in inferno, qui ad dexteram Patris conscendit. Hæc valde pios consolantur, quum certò stantuant CHRIS TVM ad Patrem abiisse, & cum nunc sedere ad dexteram Dei Patris, intercessorem & interpellatorem, imo defensorem & protectorem ipsorum.

Pater sancte, serua eos.

Orationis Christi  
scriptura.

Explicat his verbis quid precetur, nempe pro discipulis suis, & sic in genere pro omnibus piis, ut confirmetur contra scandala crucis, & ne magnitudine crucis succubant, & ab Euangelio deficiant. Quia mox (inquit) relinquo mundum, & hi loco meo manent, adhuc in mundo sparsuri per vniuersas orbis nationes quod à me didicerunt: persequutionem patientur à mundo propter Euangelium. O PATER: captat beneuolentiam à persona Patris. SANCTE, qui natura sanctus ac purus es, & alios sanctos facis. SERVA EOS, id est ne finas eos incidere in tentationē, sed libera eos à malo. Hæc vox, PATER SANCTE, è maximis flammis ardentissimi peccatoris proficiscitur. Quasi dicat: O Pater charissime, quia ego præuideo varias sectas, errores & seductiones: multos itē Neronis & Phalarides, tyrannos cruentissimos, qui conabuntur extinguere Euangelium, interficere, delere, & profus in nihilū reddere, quos in mundo loco meo relinquo, SERVA eos, ut in tuo sancto verbo, & puro Euangelio perseuerent, quo & ipsi sancti fiunt, nec ab eo desciscant: nisi enim eos seruaeris, de illorū salute actum est. Et quemadmodum à tuis præscriptis nusquam discessi, sed per omnia tibi obsequutus sum & obediui, ita & horū doctrina, nusquam à mea dissentiar. Sic enim glorificabitur nomen nostrū per illos. Hæc nūquam ex animis nostris excidat, ut vel in mediis ipsis periculis subsistamus, innixi precibus CHRIS TI, quo cum licebit ex animo rogare Patrem, dicentes, Sancte Pater, largire quæsumus, & præsta ut in verbo tuo constantè perseueremus, ne aduersarius & eius affectus nos obruant, sed constantè perseueremus in verbo tuo, nihil dubitantes de Euangelio, persona & doctrina Filii tui, quem huc nostræ salutis gratia misisti. Hæc oratione glorificamus & Patrem & Filium.

Afflictionē anti-  
dotum.  
Oratio qua Pa-  
trem & Filium  
glorificamus.

In nomine tuo.

Nomen Dei, pro-  
pugnaculū ad-  
uersus Satanā.  
Nomen à re co-  
gnitum.

Christi nomen.

Fortissimum propugnaculum aduersus omnia mundi & Satanæ iacula, est NOMEN DEI, quod hoc loco dicitur verbū, potētia, misericordia, salus. Quemadmodum à proprio suo nomine res sese indicat & cognoscitur, ita & Deus verbo cognoscitur, ideo verbum est nomē Dei, supra cap. 1. Nemo Deū vidit vnquā. Vnigenitus qui est in sinu Patris (est enim verbum Patris) ipse enarrauit vobis. Potentia eius ex visibilibus cognoscitur. Rom. cap. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Est misericordia & salus qui se nobis ut talē cognobilē exhibuit. Iam IESVS CHRIS TVS est Dei verbū, potētia, misericordia, & salus. Est igitur IESVS CHRIS TVS nomen illud Dei in quo seruatur Apo-  
stoli;

stoli, imo per quod omnes credētes seruantur. Act. cap. 4. Notū sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri IESVS CHRIS TI Nazaræni quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomē est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Petit itaque CHRIS TVS, ut Pater Apostolos suo nomine seruet: & dicit se illos quoque ipsius nomine seruasse. Eandem ergo videmus Patris & Filii esse virtutem: quod enim dicit NOMINE TVO, perinde est atque tua virtute, tua potentia.

Quos dedisti mihi.

Antè citata verba hic iterum repetit, pro incredibili omnium consolatione, qui ipsius verbum libenter & cupide audiunt & suscipiunt. A Patre donati sumus erudiendi CHRIS TO, adeo ut ipse solus magister, & caput nostrum sit. Maneamus igitur discipuli tati præceptoris qui est IESVS CHRIS TVS Filius Dei, à Patre in mundū missus, ut cognoscamus ab ipso Deo eodē nos esse perductos, ut CHRIS TVM audiamus: & nostram salutem in manu eius sitam esse, & in ipso solo quærendam sciamus. Videtur itaque ad hunc modum dicere Dominus, Quum illos eodē mihi tradideris, ut mei discipuli fierent, & ad veritatem ac sanctimoniam vitæque puritatē vocarētur, præsta quoque Pater, ut in mea doctrina cōseruetur, ne aliqua labefactentur erronea labe, aut à quoquam Antichristiano prophanentur.

Vt sint vnum sicut & nos.

IESVS CHRIS TVS præuidens eos qui verbum suum audire cœperint, in tāta discrimina & pericula vëturos per quæ à verbo excepto abripi possint (Nam vbicūque Satanas videt aliquos ad CHRIS TI scholas & auditorium accedere, mox percitus indicibili modo furit, bacchatūque, omnes irarū effundens habenas, omnibus viribus resistens & repugnans, nullū ante oppugnādū finem faciēs, quàm illos à CHRIS TO ad se defecisse fecerit, & in suam partē retraxerit) precatur Patrem ut defendat & cōseruet eos per nomē suum, ne dispergantur, & alijs alio diripiātur, sed mancant vnū indiuisi. Quum audis SIC VT ET NOS, non intelligas Christianos vnū esse debere, sicut ipse & Pater vnū sunt, quorū vna est substantia & eadē natura. Siquidem inter nos nō possumus habere vnam & eandem naturā & essentia: cuique enim nostrū sua peculiaris natura est, hoc est corpus & anima pro seipso. Sed his verbis, VT SINT VNVM, significari voluit, ut cōcordes simus, eadē mēte & sententia, omnesque simus eiusedē & vnius fidei, charitatis, intellectus & sensus. Ut qui vnū CHRIS TVM, vnū Spiritū, & vnā fidē habeamus, et si in vno quoque discrimen sit pro ratione cuiusque officii & externi operis. Aut ut expressius proferā, hoc loco CHRIS TVS rogat, ut Christiani & pii omnes SINT VNVM, id est vna res, quam neque videmus, neque palpamus, sed quam credimus. Et, SINT VNVM, hoc est vna res siue vna quædam essentialis gratia & communio. Hoc est quod Paulus 1. Corinth. cap. 10. & 12. scribit: & alijs item locis dicit, nos Christianos vnū corpus esse: ut quemadmodū corpus vna res est & dicitur, ita omnes Christiani vnū corpus esse dicuntur. Atque sicut omnia mēbra pariter vna res, hoc est vnū corpus sunt, ita ut quum vnū aliquod mēbrum extra corpus fuerit, illud amplius nō est vnū cum corpore, nec vnus cum illo essentia, sed propriū corpus dicitur: quandiu autē simul manserint, vnū corpus esse dicuntur, nec vllum discrimen est aut separatio aliqua essentia: siquidē pes, si de corpore fuerit abscissus, nō est vnū amplius cum corpore, sed os quod abicitur: sin autē in corpore manserit, tum verum est dicere quod est vnū cum corpore. Ad hunc modū intelligendus est hic locus, Pios omnes & Christianos ita conglutinatos esse oportere, ut prorsus sint vna res, & quædam volūtaria vnio in charitate, quæ naturalis quædam imago vnitatis in Patre & Filio videatur esse. Ab hac vnitatis, Christianitas dicta est cōmunio sanctorū, in qua omnes sancti seu Christiani sunt vna multitudo & vnū corpus, cuius caput CHRIS TVS. Ut cōseruaretur hæc vnitatis & Christianitas in pietatis atque sanctificationis integritate, rogat hoc loco CHRIS TVS: quod & factum esse legimus Act. cap. 4. Multitudinis autē credentiū erat cor vnū & anima vna: nec quisquam eorū quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Hoc est quod etiā Paulus scripsit 1. Corinth. cap. 12. Corpus vnū & Spiritus vnus. Nam et si multi simus, vnū tamē corpus in CHRIS TO sumus. Omnes enim vno pane participamus & omnes vno CHRIS TO Spiritu perunū sumus. Proinde pijs & in CHRIS TVM credētibus suauissimā hæc adferit cōsolationē, nimirū quod nos omnes qui verbo cōstanti fiducia innitimus, membra vnius corporis sumus, vnū sumus in CHRIS TO, de corpore, costa, & sanguine eius formati, longe perfectius quàm Eua ex Adamo. Vnde hæc est fiducia

Christiani quo-  
modo vnum in  
Deo.

Simile.

Vnitatis Christi-  
anorum.

Christiani mē-  
bra vnum corpo-  
rū.



Christiana unitas proprietatis.

Christus sui copatur.

Christus suos pupillam oculi seruat.

Caput sensus omnium origo.

Pii in afflictione soli non patiuntur.

Christianorum unitas.

Vinculum Christianorum.

Orationis Christi summa.

Christianorum unitas inextinguibilis.

Unitas Christiana descriptio.

Patris tutela pro ecclesia. Christi constantis studii erga suam ecclesiam.

Christus suos commendat Patri. Praesentia Christi vivit.

& impediō suavis cōsolatio, quam habet Christianus: quod si à Satana impugnetur, certus est se non solum impugnari vt digitū aut aliud aliquod membrū, sed totū corpus, hoc est omnes Christianos in mūdo vniuerso, atque adeo ipsū Deum & CHRIS TV M nō aliter atque in corpore nostro, in quo si minimus pedis digitus laesus fuerit, ilico totū corpus exilit, facies cōtrahitur, oculi toruē vident, nāsus plicatur, manus appropērāt, nec vllum membrum est quod cum laeso nō afficiatur. Siquidē iste est huius vnitatis genius, ne qua pars sibi soli viuat nec ceterarū omnīū. Omnes mutuo sibi inseruiunt. Ad hunc modū vbi vel leuissimum membrū Christianorū affligitur, mox totum corpus sentit, & cōmouetur omnibus mēbris accuriētibus, condolētibus, & clamātibus: quorū voces & clamorē deinceps audit & sentit etiā CHRIS TV S, caput nostrū. Dissimulabit quidē fortē aliquantisper dolorē, semet reprimens: sed vbi frontē semel cōtraxerit & corrugauerit, profecto nō iocabitur. Nam vt ferre non possumus iocos & contrectationem cum vel modica pupillae oculi laesione: sic nec sustinere potest CHRIS TV S vnius nostrū laesionem (quā singularis est cōtra aduersarios cōsolatio) quin dicat nobis laesis, pupillam oculi sui esse tactam, eamque sibi iniuriā illatam esse. Hoc promisit, & idē exemplo docuit. Promisit quidē per Zachariā Prophetam cap. 2. Qui tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei. Exemplū autem huius rei elegātissimum historia de diuo Paulo nobis exhibet, quum Christianos persequeretur, & in necem beati Stephani cōsensisset, putans se digitū auulsiisse. Ad hęc CHRIS TV S de caelo clamās non dixit, Saule, cur digitū meū pressisti? aut, cur meos persequeris? sed ita: Saule Saule, quid me persequeris? Durū est tibi contra stimulū calcitrare. En clamat CHRIS TV S, tanquam ipsius personā persequeretur Saulus. Cur ita? ideo quod nullū membrū corporis tāgi potest non sentiēte capite, imo omnium primū sentiente. Nam à capite omnis vis (qua corpus sentit) oritur, venit & manat. Hoc habeant Christiani pro singulari cōsolatione contra ipsorū aduersarios, qua certō statuere possunt, quod quum à Satana impugnātur, aut à mundo torquentur & affliguntur, soli non patiātur, sed omnes Christiani in terris: adhęc etiā omnes angeli in caelis: atque adeo ipse CHRIS TV S & Pater caelestis vnā cum illis compatiuntur & cōdolent tolerātes. Hęc est illa vnitās Christianorū, pro qua hoc loco rogat CHRIS TV S, vt sint vnū: ad quam non venit, & in eam non cōseruiamur, nisi per nomen suum nos seruet, & in verbo quod à CHRIS TV S accepimus, māserimus: quo veluti vno vinculo cōstringimur, vt omnes sub vno capite maneamus, & illi soli adhærescamus, nihilque querāmus sanctitatis & iustitiā, nisi in solo IESV CHRIS TV S. Sūma horū: Rogat CHRIS TV S vt omnes quos sibi dedit Pater, sint vna res, & permaneant in charitatis vnitatē. Nos autem ita per verbum & fidem viam ad hęc CHRIS TV S, vt simus vnū cum illo, & quicquid habuerit, nostrū sit: eoque nobis est affectus, vt quicquid nobis acciderit, sibi quoque accidisse putet: de nobis ita sollicitus, ac curā nostri sedulo agēs, vt neque mūdus neque Satanas nobis incōmodare possint. Quā enim potētia vlla in terris esse potest, quā contra hanc Christianorū vnitatē valeat? Nulla. Quāquam interim diabolus omnes neruos & impios conatus, sed frustra tendat, vt hoc charitatis vinculū dirūpat, ac nequitia & astutia sua nos à verbo auellat. In verbo igitur fortissima turris, & singularis illa vnitās subsistit, extra quod nihil prāter scismata, diffidia, & sectas reperias. Hęc vnitās graphicē à Paulo depicta est, Rom. cap. 12. & 2. Corinth. 12. & Ephes. cap. 4. In eo vtiq; sita, vt idem Spiritus omnes huc agat, vt quisque pro sua portione & virili gloriā Dei in electis pmoueat, donec omnes perueniāt in vnitatē fidei, & agnitionis Filii Dei, in virū pfectū aetatis plenitudinis Christi.

Quum essem cum eis, seruabam eos in nomine tuo.

Ostendit CHRIS TV S necessitatē tutelae Patris pro suis discipulis à suo abitu, & absentia ab hoc mūdo. Hactenus (inquit) & quādiu cum illis egi, & me audierūt, viderūt, & mecum corporaliter cōuersati sunt. Ego eos SERVAVI, virtute nō humana, sed INNOMINATE VO. id est potentia verbi tui studui illos seruare docendo, monendo, instando, cōsolando, adhortando & modis omnibus instituendo, nequa ratione à puritate & cognitione verbi seducerentur. Iam verò quum discipuli mei priuentur mea praesentia & conuersatione corporali (nam ego ad te vado) superest vt tu illorum seruandorum curam in te recipias, quoin verbo perseuerent, sicut incepserunt. Obserua: Praesentiam CHRIS TV S causam gaudii & cōsolationis: absentiam verò eius, esse causam crucis & tristitiā.

Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex his perit, nisi filius perditionis.

Mihi abs te cōcreditos hactenus verbo Euāgelii cōfirmaui & seruauī, ne falsa doctrina & sanctimonia

& sanctimonia quaterentur & deciperentur. Hos traditos bona fide custodiui, neque quifquam ex hoc contubernio perit, nisi Iudas Iscariotes, ille filius perditionis: de cuius defecatione antea Scriptura testata est. Qui licet mecum viueret, meus tamen non erat, sed ad perditionem pertinebat, quam ipse sibi suoapte vitio, volens accersuit. Nam nunquam ex animo mihi adhæsit, nec serio verbū meum amplexus est: sed ideo se stabatur me, quod apud me & sub nominis mei praetextu diuitias sibi cumularet, ea tamen sanctitatis simulatione & fiducia, vt eius nequitiam & dolos nullus discipulorū senserit. Iam verò quum hinc subducturus sim praesentiam meam corporalem, & ad te vadam, tuā fidei ipsos cōmitto, & eosdem resigno in manū tuam, vt ab omnibus malis protegantur. Non quod abeam vt relinquam ipsos in aeternū, sed vt meo abitu impleam ipsorum gaudium ac desyderiū. Obserua: Si CHRIS TV S te antequam ad Patrē abisset & Spiritū suum misisset, suos custodiuit: quanto magis nunc ipsos per mortem & resurrectionem suam iustificatos custodit? Nunc enim propius adest nobis salus, quā tū quum credebamus, & quum adhuc essemus peccatores: CHRIS TV S pro nobis mortuus est, & resurrexit: multo igitur magis nunc iustificati sanguine eius, protegemur & seruabimur ab ira Dei. Rursus obserua: dictum est Hebraica phrasi FILIUS PERDITIONIS, pro Filio perditus.

Vt Scriptura impleatur.

CHRISTO etiam in cōtubernio & familia sua ferendus fuit filius ille diabolicus, vt Scriptura impleatur, quā praedixit vt amicus & domesticus conuictor, pecunia proderet in mortem dominum ac magistrū suum. Psalmo 41, Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Nulla necessitate, sed proprio iudicio tantum facinus commisit. Quare merito filius perditionis nuncupatur, qui perditionem elegit. Non enim (ait Cyrillus) quia scriptum de illo est, quod periturus esset, propterea eō nequitiae processit, vt paucis argenteis pretiosum CHRIS TV S sanguinem traderet: verum quoniam malignitate sua periturus omnino erat, idcirco id omnino futurū Scriptura praedixit: quam falso quicquam dicere, impossibile est. Deus enim ipse per Scripturam loquitur: qui quum praesentia, praeterita, & futura omnia nouerit, per Scripturam etiam illa prout vult nobis significat.

Nunc autem ad te venio.

Repetit quod abiturus sit, & quis fructus sui abitus, ea de causa quod discipulos suos impensius cōsolatur, vt sciant in quo ipsorū fiducia & tutela stare & quiescere (dum in mūdo sunt) debeat. Qui quia Christi praesentia corporali deserēdi erāt, & in diuersas orbis partes dispergēdi, equidē forti tutela & custodia opus habebāt, quibus muniti stare possent aduersus omnes mūdi impetus, technas, & dolos. Ideo Christus exprimit illis munitissimū locū, vbi lōgē tutius & custoditius est illos defensus, nepe apud Patrē, ad quem ipse migrat, vt omnia accipiat in suā potestātē. Tēpus instat vt ad te subuehar o Pater, regnū nouum auspiciaturus, quod inuulgaturū sunt mei discipuli per vniuersum orbē: ideo tibi illos cōmendo, eiuſque gratia ad te venio, vt ipse eos Spiritu Sācto, & diuina virtute fortifices & custodias.

Et hęc loquor in mundo.

Dum adhuc praesens sum discipulis meis, dico illis hęc, quod ego ad te veniam: non quod dubitem de voluntate tua, sed vt hac oratione cōsoler ac confirmem eos, audiantque quomodo pro eis rogem, & intelligant se certō futuros sub protectione & custodia tua, poſteaquam mei corporis fuerint orbati conspectu, etiam si vniuersus mundus cum omnibus diabolis atrocissimē contra ipsos fuerit debacchatus.

Vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Quasi diceret: Hęc viua voce verbisque vocalibus loquor. Cur ita? VT HABEANT GAUDIUM meum impletum in semetipsis: Id est, hęc dixi propter ipsorū quietem & cōsolationem ac gaudium, vt respirent & curas deponant, tāquam te recipiente illos saluos & eos custodiendos: vt confirmentur in conscientia suis, & de veritate verbi & de cura tua, & Spiritu Sancti erga seipsos certi sint. Siue hęc loquor, vt per verbum quod auribus perceperunt, & animo retinuerunt, cōsolationem accipiant, & alacriores facti, confidenter dicant, Ecce, Dominus meus IESVS CHRIS TV S hęc dixit, & ita fideliter pro me Patrem rogauit, vt ex ipsius ore audiri, aut ex his qui praesentes praesentē audierūt, & ab eo missi sunt ad mihi praedicandum quod nolit me deserere: qui tamen ad caelos se subduxerit, tamen virtute Patris me defensus est, & seruaturus. Obserua: Vocat CHRIS TV S gaudium suum, confirmationem & cōsolationem suorum discipulorum, curam itē ac tutelam quam suo abitu ad Patrē, illis parat.

Iudas non ad Christū, sed perditionem pertinebat.

Inde Christus sequētis Iudii, Christus suos reſignat in manū Patris.

Christus morte & resurrectione patē suos seruat perditionis filius.

Iudas tolerā suū in Christi familia propter scripturas.

Perditionis filius Iudas, quod perditionem elegit. Futurū aliquid praedicitur, quia futurum. Scriptura reuocatur.

Patri locus munitissimus est apud Patrē propter Christum. Custodia patri.

Quare Christus suos praemouet de abitu suo ad Patrē.

Abitus Christi cognitus, offert prius gaudium.

Gaudium Christi, dicitur prius tutela & cōsolatio.



Ego dedi eis sermonem tuum.

Aperit CHRISTVS causas cur mundus persequiturus erat discipulos. Crucē & affli-  
ctiōnes ferēt mei discipuli, nō vt homicidā & latrones, sed ppter verbū & SERMONEM  
Patris, id est propter voluntatē Patris quam illis reuelauit, & me reuelatam susceperunt, &  
subditos illi se fecerunt, gaudentes gaudio, quod illis suggerit semper Spiritus noster, inha-  
bitans eorū pectora vt iam non pendeant aliunde quā à fiducia nostri, & recti cōscientia.

Et mundus eos odio habuit.

Custodiendi sunt à te, o Pater, & seruandi, propterea quod mundus (qui neque habet  
neque recipit verbum tuum) illos persequitur, & occidit. Ego annūtiaui illis Euangelium,  
quod & ipsi toti orbi annūtiaturi sunt. At quia Euangelium mundo non conuenit, ILLI OS,  
velut sui desertores & ad nos transfugas, ODI O persequitur, non ob aliud, nisi quod nobis  
adhærent, mundo renuntiantes. Rogabit quispiam: Quid illi fecerunt vnde persequutio-  
nem patiuntur? Nihil quidem furati sunt, nihil latrocinio consequntur, neminem defrauda-  
uerunt. Quid autem aliud? Omnibus gratuito seruiuerunt, & cum multo sudore ac variis la-  
boribus pressi, salutem æternam nūtiauerunt, & gratis accipiendam obtulerunt. Quid  
mercedis habent ab his quibus salutem prædicant? morte contumeliosissima à mundo af-  
ficiuntur, & vt fures ac homicidæ cruci apponuntur. Quare iustum est, vt qui à mundo  
(inquit CHRISTVS) ad nos defecerunt, seque totos nobis crediderunt, totique pendet  
à nobis, o Pater, sint tibi curæ, illos custodiendos excipias: vt mundus intelligat tutiores  
esse qui se nostris præsidii committunt, quā qui mundi auxiliis nituntur. Cælestem fa-  
uorem meretur simplex illorum fiducia erga nos: & odium mundi in eos nostra causa ex-  
ortum, prouocat nostram erga illos benevolentiam. Non enim sunt inuisi mundo quia fu-  
res & homicidæ, sed quia à vitiis mundi immunes sunt: ab ambitione & avaritia Pharisæo-  
rum, & aliis vitiis, quibus passim laborat mundus.

Quia non sunt de mundo.

Hæc est causa propter quam mundus pios persequitur, QVIA NON SVNT DE  
MUNDO, id est contraria mundo docent: vbi enim mundus iustitiam ponit & pietatem,  
prædicant ibi esse impietate & iniustitiam. Obserua: ESSE DE MUNDO, est placere  
hominibus & mundo. Si adhuc hominibus placere (ait Paulus Galat. cap. i.) CHRIS-  
TI seruus non essem. NON ESSE DE MUNDO, est non approbare impietatem mundi, est illius  
stultam sapientiam & fucam sanctimoniam reprehendere, vt quæ apud Deum pro nihi-  
lo ducitur. Hoc dum faciunt pii, non eo ducuntur animo, quod mundo incommodare stu-  
deant, sed quod succurrere cupiant, dum miseris & captiuas animas à faucibus diaboli co-  
nantur eripere, & ad Deum perducere. Quod videns diabolus, id ferre nequit, ideo tanto-  
père tumultuat & insanit, nullum non mouens lapidem, quo animos illorum à verbo  
CHRISTI auocet ac retrahat. Adhæc mundus neque vult neque sustinet à sua præsum-  
ptione & cæcitate decedere: nunquam vult argui aut damnari, vnde oritur contentio qua  
pii discordes sunt à mundo.

Sicut & ego non sum de mundo.

Non assentior mundo, mea doctrina prorsus contraria est mundo: igitur sicut odit me  
mundus propter verbū, & quia testimoniū fero de illo, quod opera eius mala sint: ita quo-  
que odit meos discipulos, quibus verbū dedi, quo eos ex mūdo exemi & segregavi. Obser-  
ua decorū ac honestū esse, discipulos non esse de mūdo, quum præceptor de mūdo non sit.

Non rogo vt tollas eos de mundo.

Per occupationē CHRISTVS seipsum clarius exponit, quid roget Patrē, & cur pro  
discipulis oret: quis vsus, finis, & fructus orationis sit. NON ROGO, inquit, VT TOL-  
LAS eos de mūdo. Quasi diceret: nō est mihi animus o Pater, migrēt discipuli mei è mū-  
do, neque volo illos adhuc esse mihi comites: multa enim mihi restāt per eos agēda, nimirū  
vt in omnē terrā exeat sonus eorū, abeant in omnes orbis partes, regnū meū propagaturi, &  
gregē meū numerosiorē ac copiosiorē facturi. Multi adhuc sunt per eos conuertendi & ad-  
ducēdi, qui per illorū prædicationem credituri sunt. Illorū igitur gratia te rogo, o Pater, ne  
eos tollas è mūdo, quanquam illorū præsentiam mūdo agrē patiat, & illi vicissim mūdi,  
ad nauicā vsque saturati. Obserua: Pios oportet in mūdo viuere, quāquam nō sint de mū-  
do, quippe nō applaudūt mūdo. Paulus i. Cor. cap. 5. eadē ferē dicit, vbi non vult pios cōmi-  
sceri mūdo, quāquā interim in mūdo viuāt. Alioqui, inquit, debueratis de hoc mūdo exisse.

Nunc

Pii affliguntur  
nō vt homicidæ.  
Spiritus Christi  
piis semper gau-  
dium suggerit.

Pii quare affli-  
guntur.

Quare Christus  
voce cōmenda-  
uit pios Patrē.

Fiducia in Chri-  
stum fauorem  
meretur.

Pii quare mun-  
do inuisi.

Mundus quare  
pios persequatur.  
Esse de mundo.

Mundus non su-  
scinet lucem.

Non esse de mū-  
do.  
Discipulorum  
Christi decorū.

Christus quare  
pro discipulis ro-  
gat.

Pii in mūdo, sed  
non de mūdo  
sunt.

Nunc autē scripsi vobis non commiseri. Ex his omnibus colligamus CHRIS-  
TIONEM non cō tendere vt Apostoli eius primas cathedras & primos locos in mundo ha-  
beant, videanturque magni & clari viri: imo potius exilium, paupertatem, sui abiectionem,  
crucem, & mortem patientur, adeoque omnibus afflictionibus afficiantur, quandoquidem  
schola & eruditio pietatis, est crux: sed CHRISTVS petit, vt in his afflictionibus Apo-  
stoli & pii omnes non succumbant, vt peccatum non dominetur ipsis, & nō intrent in ten-  
tationem. Tenta quidem eos, sed sic vt probentur, non perdantur. i. Corinth. cap. 10. Fidelis  
autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cū ten-  
tatione prouentum, vt possitis sustinere. Et Iob cap. 5, In sex tribulationibus liberabit te,  
& in septima non tanget te malum.

Sed vt serues eos à malo.

Finis orationis CHRIS-  
TIONEM pro discipulis est, ne in tentationē ducantur, qua succum-  
bant, sed constantes maneant in carne, cōtra omnia crucis scandala. Vnde non accipias hoc  
loco, MALVM, pro afflictione & cruce, sed pro peccato, impietate, infidelitate & defectio-  
ne ab Euangelio. Quod CHRISTVS abstulerit peccatum manentibus peccati effectis,  
stipendiis & pœnis tēporalibus, manifestatur eius magnificus magistratus, & mirabilis po-  
tentia, qui nigra in candida mutat, dum hoc malum pœnæ, siue hanc crucem & afflictiones  
facit bona, vertitque illa in gaudium & animi hilaritatem. Quare nobis afflictiones & an-  
gustia in mundo ferendæ sunt propter verbū, quum à tyrannis, tum à sectis omni ex parte  
nos oppugnantibus, & nullum non mouētibus lapidem vt verbum nobis eripiat. Ad hæc  
facit, quod veluti misera ouicula, in medio luporum cincti sumus densissimo diabolorum  
agmine: imo (vt Petrus ait) in medio efferacissimorum leonū, qui omnes dētes suos exacuit  
vt nos dilaniatos & dentibus frustulatim comminutos deuorent. Age verò, dic sodes, quæ  
arma nobis fumenda veniunt, vt possimus in tanta capitalium & crudelissimorum inimi-  
corum multitudine subsistere, ne omnibus momentis, abiecto animo desperemus? Non est  
profecto confugiendum ad humanas vires aut humanam sapientiam, sed ad custodem no-  
strum quem audimus ex hoc loco rogasse, ne in tantis malis succumbamus. Varia quidem  
inierunt contra nos consilia, multas technas clancularias contra nostram salutem molun-  
tur: sunt potentes ad nocendum, & nos extrēmē imbecilli, quibus neque voluntas neque  
studium nocendi deest. Sunt satis amarulento ac inflammato animo contra nos accensi,  
aded vt si nos queant submergere, & viuos deuorare, libenter sint facturi. Sed hæc nihil ad  
custodiam: confidamus in Christum: ille vicit mundum, quem in CHRISTO quoque  
victore vincemus. Obserua. Voculā SERVES, exaggeratur potentia crucis, ad quam si-  
ne scandalo ferendam requiritur auxilium Dei Patris, quem hoc loco CHRISTVS pro  
nobis rogat, vt non succumbamus, sed victoriam è cruce referamus.

De mundo non sum, sicut & ego non sum de mundo.

Epanaphora est, qua causam crucis piorum repetens, expandit quā necessaria est  
pios potentia Patris à malo seruari. Nam tot insultibus impetuntur, vt in aduersis subsiste-  
re non possint sine Patris præsidio. Mihi, inquit CHRISTVS, adhærent mei palmites,  
& mea membra sunt. Quod sit, vt quemadmodum purus sum & ab omni peccato immunis  
atque à mundo alienus, quia tibi adhæreo o Pater: ita & hi sint à mundo alieni, nihilque cū  
illo commune habeant, quia mihi insiti sunt, & veluti palmites indiuisè adhærent. Serua  
igitur illos, o Pater, ab omni mundi contagio puros, vt me purum à mundi face & tabe ser-  
uauit. Hanc rationem superius adducens, docuit cur mundus pios oderit: nunc eadem ra-  
tione aperit, vt quum adhuc non tollantur de mundo, interim seruentur à malo, vt in me-  
diis etiam periculis & crudelissima cruce subsistere possint.

Sanctifica eos in veritate.

Apertius declarat finem suæ orationis, discipulos seruari à malo. Nā quod prius dix-  
rat, SERVARIA MALO, nūc appellat SANCTIFICARI IN VERITATE:  
O PATER, SANCTIFICA, id est effice sanctos siue confirma illos IN VERITATE,  
id est verbo tuo cōtra scādala crucis, ne in mediis afflictionibus de mea persona & doctrina  
mea dubitēt, succubāt, animū despōdeāt, à veritate deficiāt, sed in cruce & afflictiones pro-  
iecti, in veritate subsistāt. Sanctifica illos, ne sub sapientatis specie à mūdo prophanēt. Hoc  
enim studiosissimè cōtēdit & nititur diabolus, vt per suæ sectæ magistrōs prurientes, eā do-  
ctrinā proferat, quæ maximā præ se ferat opinionē & titulū ipsissimæ veritatis & sanctita-  
tis, quum tamē nihil minus habet. Tāto in hac re vititur fucō, illā vsque adeo nouit ornare,  
I. i.

Orationis Christi  
sibi scriptum.

Cruce est schola  
pietatis.  
Tentat Deus vt  
probet, non vt  
perdat.

Orat Christus  
vt discipuli ten-  
tationibus non  
credant.  
Seruari à malo,  
id est infideli-  
tate.

Pii in mundo  
vt ouicula inter  
leones.

Pii quales esse  
debent.

Sanctificati in  
veritate.

Hypocritica &  
fucata veritate  
mūdo insitit.



Babylonica meretrix.

vt reliquas omnes suo splendore & nitore antecedit, & omnium pulcherrima esse videatur: non secus atque insignis meretrix, quae saepe honestis matronis & foeminis primariis antefertur. Haec est illa pulchra & rubea meretrix Babylon (Apocalyp. cap. 17.) circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, cum qua scortati sunt Reges terrae. Tanto itaque splendore sua hanc Babylonicam sanctitatem illustrat & commendat Satanas, vt non sit humanarum virium ea vincere, qui frequentius honesta facie decepti, illam excipiunt. Quare ad hunc modum interpretari possumus hunc locum: Quia totus mundus summo opere studet sanctissimus apparere sanctitate in specie, quae umbratilis est, fucus solummodo micans: tu, o charissime Pater, sanctifica illos, & serua ab omni fucata sanctorum. Cauendum est igitur ne illi fucatae veritati (vt Scripturis sanctis adornata fuerit) adhaereamus. Est enim formosa illa meretrix Babylon cum auro calice, quae pulcherrimis verbis & Scripturis vitur, sed nihil est intus nisi extrema abominatio. Aut dici potest, SERVA EOS IN VERITATE, id est in me, qui secundum naturam sum tua veritas consubstantialis, viuens atque subsistens. Vt enim omnia per ipsum, id est per hanc veritatem facta sunt: ita vult & illos in hac veritate, id est per hanc veritatem seruari, & vt huius veritatis splendore fideles ad cognitionem ipsissimae veritatis deducatur. Nemo enim absque illuminatione Spiritus veritatem cognoscere potest, nec diuina dogmata, ratione & virtute humana assequitur: nam CHRISTI MYSTERIA excedit mentem hominis. Operae pretium fuerit te in geniti Spiritus dono illustratum esse, antequam Christum cognoueris. Vnde Petrus posteaquam confessus est (Matt. ca. 16) Tu es Christus Filius Dei viui: mox audiuit, Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in caelis. Reuelat ergo Sanctus Pater Filium, qui ueritas sit, non sicut Satanam impellere fidelium mentes ad adulterini sensus persuasionem.

Mysteria Christi sine Spiritu illuminatione non agnoscuntur.

Veritatis virtus.

Sermo Christi est veritas. Lex ueritatis inuoluta erat.

Euangelium pro Lydio lapide habens ad explorandam doctrinam. Sanctificare quid est.

Sanguis Christi est nostri sanctificatio. Sanguis Christi non hyssopo, sed uerbo aspergitur, & fide excipitur.

Verbum quo aspergitur sanguis est, Christus pro nobis mortuus. Tentatio omnis uerbo Christi abigenda. Verbi efficacia.

Verbi quae ratione dicitur. Veritas.

Sermo tuus ueritas est.

Occupatio est. Rogabit quispiam, Quid uocat CHRISTVS ueritatem? Respondet, SERMO tuus, o Pater, est ueritas. Verbum Patris est ueritas. Lex Mosaiica umbram inuoluta est: ut sermo tuus, o Pater, quod docui, pura ueritas est, non habet fucos, nec sit umbratum fumos. Qui desiderauerit fucatae ueritatis & sanctimoniae rebus non capi, qui uolet fucatam agnoscere doctrinam, sumat uerbum Dei, accipiat Euangelium. Hoc uere illi erit Lydius lapis, quo uera sanctitas dignoscitur ac exploratur: imo ea ipsa res est, quae ueraciter sanctificat. Est enim sanctificare, ab usu prophano ad cultum diuinum separare, & traducere. Ad hunc modum sanctificata sunt in lege ueteri, hoc est a communi & prophano usu separata, & solis sacrificiis accommodata. Similiter per uerbum & Euangelium sanctificatur omnes credentes, hoc est separatur ab huius mundi malis moribus, ut uiuat Deo, & a sermone ueteris Adami in nouitate Spiritus traducuntur. Ad Rom. cap. 6. Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae. Sanctificabatur quidem Aaron & filii eius immolatione uittuli, & asperzione sanguinis eius, sed haec non lauabatur conscientiam. (Heb. cap. 9.) nec poterat illa perfectum reddere cultorem. Relinquitur ergo solus sanguis CHRISTI, qui nos sanctificat & purgat asperione ipsius: non per hyssopum & lanam, ut in lege consuetum erat aspergi. Quandoquidem sanguis CHRISTI in caelum subuectus est, sed aspergitur per uerbum & Euangelium (quod est ueritas) supra conscientias nostras, & per fide uiuam asperio accipitur. Fide enim uiua uerbum acceptum, sanctificat. Ephes. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundas eam lauacro aquae in uerbo uita. i. Petr. ca. 1. Animas uestras sanctificates in obedientia charitatis, ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanentis in aeternum. Est profecto hoc uerbum, CHRISTVS mortuus pro nobis. Animam meam pono pro uobis, dicebat ille supra cap. 10. Aspergamur igitur uerbo Dei in quauis tentatione constituti, ut abigatur tentator. Si affigeris & tataris paupertate, exilio, bonorum proscriptione, & huiusmodi, accipe uerbum, & ab hac tentatione eripieris, audiendo per uerbum, Deum esse nutritorem, defensorem & liberatorem tuum, atque de te curam habere. Si te mors molestauerit, accipe uerbum, dicens, Ero mors tua, o mors: aut, Ego sum resurrectio & uita. Colligamus ex his uerbis esse ueritatem, idque esse nobis pro Lydio lapide, quo omnis simulatio & fucus indicatur & condemnatur, ipsumque uerbum esse quo sanctificamur & purificamur. Proinde CHRISTVS hoc loco rogat Patrem ut uerbo, quod est ueritas, confirmet suos discipulos. Obserua: Verbum ueritas est, non solum quia suapte natura ueritas est, sed etiam ab effectu, quod & alios ueraces faciat. Vox TRVS, commendat uerbum a persona Patris, tanquam a causa efficiente. Est enim uerbum a Patre.

Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.

Argumento

Argumento a necessitate demonstrat CHRISTVS quam necessarium est discipulos confirmari & sanctificari in uerbo: quandoquidem missi sunt IN MUNDUM, id est ad bonos & malos, ad gratos & ingratos, &c. Quoadmodum, inquit, TU ME MISISTI, id est ego tuus Apostolus factus Praefex professionis Christianae (Hebr. cap. 12.) bona fide gestu tuu negotium, nulla ex parte mundi fucis & corruptioni adhaerens, sed mundum potius ad uitae puritatem attrahens: ITA ET EGO MISI EOS IN MUNDUM, id est hos mei uice in mundum mitto, orbis doctores & praedicatores, ut quod illos docui, & a me didicerunt & acceperunt, pure & sincere doceant, cetero quatuor, neglecta populari aura & propria gloria, sed tuae uoluntati uicem studeant, ut ipsorum testimonio plurimi ad Euangelium conuertantur, & a mundo (qui totus uitiis madet) ad nos deficiant ac pertrahantur. Obserua: His uerbis aperitur & manifestatur CHRISTVM creasse Apostolos in doctores & praedicatores: quod munus apertius declaratum est hoc sermone. Ite, praedicate Euangelium omni creaturae. Marc. ult. & in Matthaeo, Ite, docete omnes gentes, baptizantes, &c. Quo fit ut nos omnes ipsorum discipulos faciat, & eorum ori, quod est Spiritus Sancti os, subiciat tam doctos quam indoctos, ut quique se humiliet, & quatacunque tandem sapientia, eruditione ac ingenio fuerit praeditus, ac simplices illos piscatores suos magistros & doctores esse patiat: & sic non alio animo audiat, atque si CHRISTVM Dominum audiret. Quod alibi testificatur Dominus, dicens, Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Haec dum audis, mirabiliter te consolantur, quandoquidem tua conscientia certus esse potes, & indubitater credere omnia uerba CHRISTI ore prodeuntia, non secus audire te, quam si Pater ipse tecum de caelo esset loquutus: & Apostolorum uerba te audire, atque si CHRISTVM ipsum audires. Proinde non uulgariter dictum est, SICUT TU ME MISISTI, &c. Obseruanda enim est haec auctoritas Apostolorum, qui tamen homines essent & simplices piscatores, non tamen ut homines & a seipsis missi, sed ut legati & Apostoli Dei: cuius iussu, uiribus & sapientia sunt loquuti. Homines igitur de rebus sacris tractantes & praedicantes audiendi sunt, sed non ut homines proprio animi proposito & opinione atque intellectu loquentes. Hoc ad uiuam explicuit Beatus Petrus, i. Epist. ca. 4. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex uirtute quae administrat Deum, ut in omnibus honorificetur Deus per IESVM CHRISTVM. Mittit itaque eos CHRISTVS ad imitationem suae missionis: ut quoadmodum missus est ex charitate ad praedicandum mundo ueritatem: ita quoque & illos ex charitate mittit in mundum ad annuntiandam ueritatem, hoc est ordinat illos praedicatores & Apostolos orbis, cuius ipse solus & summus est ordinatus Pontifex. Vt CHRISTVS missus est ad annuntiandam Patris uoluntatem, hoc est Euangelium, & ut sit exemplar uiuam, & ut crucem ferat: ita & Apostoli missi sunt, non ut doctrinam a se inuentam, sed Euangelium annuntient, & uitam doctrinae conuenientem agant, ut lux eorum luceat coram hominibus: non ut primas cum mundo habeant, sed ut crucem uicem cum CHRISTO ferant. At quia hoc humanis uiribus nemo assequi potuit, ideo subiunxit CHRISTVS,

Et pro eis sanctifico me ipsum.

Hic textus perelegans est & admodum locuples, multa Prophetarum testimonia & dicta complectens: cuius summa est, CHRISTVM esse Sacerdotem & Pontificem nostrum, qui pro nobis intercedit & se in cruce offert Deo Patri, ut hoc sacrificio & morte eius Deo placati, etiam sanctificemur. Vnde haec est nostra praecipua consolatio, & thesaurus ille quem nos omnes Christiani cognoscere, & in quem animam nostram reponere debemus. His enim uerbis disertè significatur unde uera nostra sanctitas ueniat, tum quomodo & quo medio sit parata, & quoadmodum illa nobis sit consequenda. Proinde CHRISTVS hac sententia alludit uerbo ueteris Testamenti, quo Moyses de suo cultu subinde ueritur, & omnia sacra oblata pro populo, Sancta appellat. Quare hoc ipso textu significare uoluit, ueteres omnes illas ceremonias & sacrificia, uicem cum toto illo cultu ueteris Testamenti, antiquata ac sublata esse: ut potest quae coram Deo sanctificare non poterant. Quasi diceret CHRISTVS, Sancti quidem sub Moysa vocabantur, dum sacrificia sua afferrent, oues, boues, aut farinam, frumentum, uinum, atque id genus alia immolantes. Quae quum in manus sacerdotis incidissent, non amplius res communis, sed res sacra & Deo dicata vocabatur: ita creaturae pro filiis Israel oblatae sanctificabatur, ut & ipsi per eas sanctificarentur. At haec erat tantum externa sanctitas: Christianis autem & credentibus est opus alio sacrificio, quo re uera sanctificantur. Id quod factum est, dum Christus pro ipsis seipsum sanctificauit. Vbi obserua haec uerba, EGO PRO EIS SANCTIFICO MEIPSUM, non ita accipienda esse tanquam Christus adhuc sanctus fieri debeat, & antea sanctus non fuerit: nam ab utero Virginis Mariae sanctus fuit, testante Gabriele, Luc. cap. 2.

Apostoli in orbem missi diuini co firmandi erant. Vt Christus a Patre hinc missus, ita & a Christo Apostoli in mundum missi. Apostoli a Christo creati in doctores & praedicatores. Christiani Apostolorum discipuli. Apostolorum or, est os Spiritus Sancti. Apostoli Christi sunt omnes subiecti.

Apostolorum auctoritas.

Qui sacra ministrant, non ut homines, sed ut Dei praecones excipiendi.

Apostoli ordinati praedicatores & doctores orbis. Scopus missionis discipulorum.

Christum Pontifex & sacerdos nostrum. Thesaurum Christianorum. Sanctitas nostra unde uenit. Sancta quae dicuntur. Umbra legis omnes antiquata.

Communis res. Sacra res. Sanctitas externa. Christum sanctificare se quomodo intelligendum.



*Sanctificare, pro  
fungi munere  
sacerdotali.*

*Christus factus  
sacrificium pro  
nobis.*

*Sola Christi scti-  
tatis coram Deo  
accepta.*

*Opera bona.*

*Sacrificii Christi  
signum.*

*Iona signum.*

*Mundo placens  
non putabitur  
habere verbum.*

*Sacrificia Mo-  
saica, ymbra.  
Anima in san-  
guine Christi  
oblata, sancti-  
ficantur.*

*Oratio Christi  
pro tota Eccle-  
sia est.*

*Testimonium vo-  
cationis gentium  
in Scriptura, est  
presens oratio.*

*Methodus per-  
ueniendi ad  
Christum.*

*Media ad finem  
non cetermeda.*

*Verbum vocale,  
est medium ad  
fidem.*

*Fidei obiectum  
est, Deus.*

Quod ex te nascetur, sanctum, vocabitur Filius Dei. Est igitur hoc loco SANCTIFICI-  
CARE accipiendum pro sacerdotali munere aut fungi aut id exequi. Ac si diceret, Ego semel  
missam celebros, aut sanctum sacrificium offero, dum SANCTIFICOMEIPSVM, id est  
meipsum pro sancto sacrificio offero. Addit P R O - E I S, quia pro seipso non est factus sacri-  
ficio, nec pro suis peccatis seipsum obtulit, quæ nulla fuerunt, sed pro nobis miserimis  
seipsum obtulit, & sacrificium factus est. Aut, SANCTIFICOMEIPSVM P R O  
E I S, id est ego pro ipsis morior, ut ipsi per mortem meam spiritu sanctitatis impleantur,  
& fiant sancta Dei vasa per reuelatum Euangelii Spiritum.

**Vt sint & ipsi sanctificati in veritate.**

Rogat CHRISTVS ut pii omnes obsequantur confirmeturque in ea litatione sui  
corporis, & certi fiant de fructu illius, certo apud se statuentes solam IESV CHRISTI  
sanctitatem coram Deo valere, & ipsam esse nostri sanctitatem, quæ totam vitam & omnia  
opera nostra sanctificat per fidem viam, ex qua opera bona fluunt, & sine qua nulla opera  
& vita Deo placent: adeo ut hac præcipua sanctitate etiam omnia quæ sunt in nobis, tum  
quicquid operamur & exercemus sanctum dicitur, sicut persona sancta est. Ex his quendam  
vsum seu finem sacrificii CHRISTI, quo seipsum in cruce Patri obtulit colligimus esse,  
ut sanctificemur, & de ipsius voluntate certi simus, obsequemurque ac confirmemur de ve-  
ritate verbi. Non absurdum finem obseruamus Matthæi cap. 12. ubi CHRISTVS ait,  
Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Pro-  
phetæ. Hoc est, quàm mors & resurrectio CHRISTI. Proinde rogat CHRISTVS ut  
sanctificentur sui discipuli, quo purgati à peccatis, perseverent in prædicatione veritatis  
Euangelicæ. Non enim qui mundanis affectibus est consecratus, prædicare poterit purè do-  
ctrinam Euangelicam. Obserua: Quæ in veteri lege sacrificia erant, sancta omnia in figura  
fuerunt, aliud spirituale & sanctum adumbrantia, ut agnus, columbæ, turtures, & huiusmodi.  
Animæ verò quæ Deo offeruntur in sanguine CHRISTI, in veritate sunt sanctificatæ  
& consecratæ Deo. Sicut & Paulus Roma. cap. 12. ait, Obsecro itaque vos, fratres, per mise-  
ricordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.  
Rogat igitur CHRISTVS, O Pater, sanctifica & conserva discipulorum animos, & fac  
eos veras oblationes, & corrobora eos ut pro veritate se sanctificent.

**Non pro eis autem rogo tantum.**

Occupatio est. Nequis ex leuitate aut malitia putaret orationem CHRISTI pro so-  
lis Apostolis factam esse, ac nihil de nobis, qui post illos sumus, à Pontifice CHRISTO  
dictum esse, huic obiectioni occupatione occurrit, declarans suam orationem communem  
esse pro tota Ecclesia.

**Sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.**

Hæc sententia literis aureis nobis scribenda, & animis nostris indiuulsi ac tenacissimè  
inculpenda venit, quippe quæ ad nos peculiariter pertineat. Nam non solum Apostolos &  
Iudæos, sed etiã nos, qui gentiles eramus, ac totã Christianitatẽ usque ad nouissimum diẽ hac  
oratione cõprehendit, ut eò sua virtute tendat & valeat, quo Apostolorum verbum perueniturum  
est, & ubicumque per fidẽ viam susceptum ipsorum verbum fuerit absque personarum acceptione,  
proficiat ac promoueat. Et hæc est nostra spes, fiducia & thesaurus presentissimus: nec est  
in tota Scriptura pro nobis (qui Gẽtiles eramus) præstatius testimonium quàm hoc præfens.  
Obseruadus est diligẽter hic textus, quomodo Apostolorum animos erigit & solatur, dum cõ-  
mẽdat & extollit ipsorum prædicationẽ, per quã ad eum venimus & credimus: Dixit P E T R U S  
V E R B U M, tum quia fides ex auditu est, auditus autẽ per verbum: tum ut ostendatur quàm  
væfani sunt, qui neque lectionẽ aliquã legere, neque verbum vllum quod doceantur audire vo-  
lunt, dicẽtes se solum ex spiritali meditatione pẽdere, adeo contẽnunt verbum, ut certo affir-  
ment res externas, signa, viam vocẽ prædicationis, nihil prodesse ad fidẽ in corde. His male  
feriatis hominibus obiciendus est hic textus, Q V I C R E D I T V R I sunt per verbum eorum  
in me: quo apertè ostẽditur audibile & vocale verbum prædicatorum esse causam seu occasio-  
nẽ ad fidẽ: id quod non paucis Scripturæ testimoniis & exẽplis planè facere possemus. Ideo  
cõcludendum est verbum esse vtile & necessarium, non tantum auribus, sed etiam cordi &  
interno homini. Quod autem aliqui non credat, tamen verbum audiant, id proculdubio ni-  
hil autoritatis, æstimationis aut virtutis verbo adimit, imo nihil fecius manet verum,  
ipsum verbum esse medium per quod fides in animum venit. Vox, I N M E, dicit, obic-  
tum fidei, quod est Deus: Ergo CHRISTVS verè est Deus.

**Vt omnes**

**Vt omnes vnum sint.**

Declarat CHRISTVS quare pro nobis roget, & quid utilitatis sua oratio sit opera-  
tura. Sanctifica illos O Pater, V T S I N T O M N E S V N V M, charitatis vinculo, indi-  
uifam erga nos seruantes fidem, ut vnus sint Spiritus, vnus fidei, vnum habeant bap-  
tisma, vnum verè agnoscant Dominum. In hoc verbo V T S I N T omnes vnum, legere  
possumus omnem defensionem nostram & redemptionem à peccatis, & morte, & mundo,  
& potestate diaboli sitam esse & comprehensam. Nam qui per verbum Apostolorum cred-  
it & sanctificatur, iam permixtum est illi gratia CHRISTI, & virtute huius orationis,  
quod cum tota Christianitate vnum corpus sit in CHRISTO: ita ut quicquid ipsi sicut  
membro, dolori fuerit aut bono, id toti Christianitati siue corpori dolorem aut bonum ap-  
portet, tanta est huius corporis vnitas: nec vnus aut alter solum dolet, sed omnes Prophe-  
tæ, Martyres, Apostoli, omnes denique Christiani in terris pariter & apud Deum cum hoc  
affligo patiuntur & vincunt, pro eo pugnant, ipsi auxiliantur, eum defendunt ac propu-  
gnant. Subsistunt enim in tam amica communione, qua omnes huius afflictæ passiones &  
aduersitates ferant, & hic vicissim omnium bonorum huius corporis fit particeps. Conso-  
latorium est tantam vnitatem ac bonorum communionem audire, nihil felicius nobis con-  
tingere potest, quàm quod sentiamus fide & Christi Spiritu nos in hanc communionem  
ac fraternitatem aggregatos, atque membra huius corporis nos esse, quod Christianitas di-  
citur: quæ eiusmodi corpus est, cui se Deus cum omnibus suis bonis proprium addicauit.  
Obserua suauissimam ex hoc loco consolationem, qua agnoscis homini habenti hanc fidu-  
ciam, nihil sibi incommodari posse, quum intelligat vel minimum dolorem se patiente &  
cælum & terram clamare & compati cum omnibus sanctis. Verbi gratia: Si peccatum vo-  
luerit conscientiam tuam impugnare, terrere, mordere & premere, subinde minari volue-  
rit te morte, inferno, aliisque suis hirsutis furiis, statim Deus suo Spiritu in tua conscientia  
respondet, O peccatum, non mordebis hunc mihi fide viuam adhaerentem, nec tu mors iu-  
gulabis, nec tu inferne deuorabis, meus enim est: ego vos vici, fugite hinc in malam vestram  
crucem, cui vos addixi. Hæc humana ratione non intelliguntur: longè enim aliter eorum  
rationis & mundi oculis apparent, & planè contraria videntur: sed ad hæc fide opus est, &  
magnam inde tum percipimus consolationem.

**Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint.**

Se & Patrem pro exemplo & similitudine CHRISTVS proponit, ut declarat vnitate  
qua nos vnitos esse cupit. Vbi aduertendum est, vocẽ, S I C V T, non importare æqualitatẽ:  
non enim vnus in essentia & natura esse possunt fideles: sed similitudinẽ aliquã iuxta huma-  
nã facultatẽ: quæadmodum dictum est, Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis mi-  
sericors est. Quæadmodum Pater & Filius vnus sunt in vna diuinitate & maiestate: ita hoc exẽ-  
plo vnitatis oportet Christianos omnes esse vnũ, hoc est per fidẽ viam Patri & Filio inuitos  
& incorporatos esse: & ita esse vnum corpus in ipsis, ut omnia habeant quæcumque Pater  
& Filius possident, hoc est diuinæ naturæ reddantur participes, sicut abunde docuit Pe-  
trus, 2. Pet. cap. 1, Per cognitionẽ eius qui vocauit nos propria gloria & virtute: per quẽ ma-  
xima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ.  
Nam tamen Pater & CHRISTVS aliquo sublimiore modo qui à nobis minus com-  
prehendi possit, sint vnum essentia & maiestate, hoc tamen beneficium consequuntur ele-  
cti, ut illa maiestate fruantur, & illi indiuulsi adherentes, sint vnum, hoc est vnus fidei,  
spei, & charitatis. Hæc erit piis omnibus ingens consolatio, dum fide concipient, quod si  
aliquod membrum Christiani corporis Satanas impetierit, statim intelliget non solum  
ipsum membrum impetiturum & adortum esse solum, sed etiam CHRISTVM ipsum,  
imo & Patrem, hoc est, omnipotentem & æternam maiestatem, coram qua Satanas con-  
tremiscit & concidit. Cur ita? quia ita vnus sumus CHRISTO, ut qui vnum tetigerit,  
is cælum & terram & omnes creaturas tetigit. Atque ut paucis absolua, nullum Christia-  
norum potes habere contemptui, nullum cõtumelia afficere, nullum persequi, nulli esse iniri-  
rius: & contrã, nullum honore afficere, nulli benignè facere, quin ipsi Deo feceris. Vnde  
CHRISTVS in sua maiestate & gloria, adueniente nouissimo die, sententiã iudicii sui pa-  
riter super iustos & impios pronuntiabit, Quicquid fecistis, vni ex minimis meis fratribus,  
mibi fecistis. Etenim omnia sua Deus in CHRISTVM contulit, & Christus in sponsam  
suã Ecclesiam, quæ spõso suo indiuulsi adheret ceu corpus capiti, & omnia mēbra perinde  
ut catena cõglutinata sunt in ipso Christo, qui Patri cõsubstantialis & verè cõ Patre vnus est.

I. iii.

*Vnitatis Christi  
frane vis &  
defensio.*

*Christiano vno  
dolente, reliqui  
omnes pii dolent.*

*Communio San-  
ctorum.*

*Christianitas.*

*Videtur Christi-  
tum nihil in-  
commodatur.*

*Verbum Christi  
est pro afflictio  
ad Satanam.*

*Sicut particula  
similitudinis.*

*Christiani vnũ  
sunt in Deo per  
Christum.*

*Christianorum  
afflictiones sunt  
Christi.*

*Deus omnia sua  
in Christum &  
Christus in suã  
Ecclesiam con-  
tulit.*



Vt mundus credat, quia tu me misisti.

Orationis Christi fructus. Fides est fructus orationis Christi.

Virtus Spiritus & Apostolis cognita miraculis.

Gloria nomine quid intelligit Scriptura. Salomonis gloria.

Gloria quam Christus dedit Ecclesie. Theauri christi credentibus communicati.

Ecclesia vultus, thesaurus christi.

Illius est unum cum Patre. Christus homo factus, accepit claritatem. Christus quomodo unitatem cum Deo accepisse dicitur. Caro in Christo sanctificata.

Vnio qua Deo unimur. Vnionis nostre ad Deum nexus est Christus.

Iste est fructus quem ex sua oratione cupit CHRIS TVS. O Pater, precor vt in vno spiritu credentes confirmes, vt coram mundo manifestu fiat QVIA TV ME MISISTI, hoc est quod meus Pater es, quod me huc misisti, quod me doctrinae author es. Dum enim mundus horu concordē doctrinā, miracula, & vitā sanctimoniam ac puritatē viderit, commoveatur, & commotus credat me profectum abs te, & me diuina autoritate in hunc mundum missum esse, vt quicquid per te gessi, redeat in gloria nominis tui. Cognoscat itē mundus in his esse Spiritu nostrum miraculis, aliisque variis argumentis exerentē vim suam. Hoc ceptum est fieri, quando missus est Spiritus Sanctus die Pentecoste: factum enim est cor credentium vnum, & anima vna. Vnde coram mundo res stupenda & admirabilis erat, adeo vt impii coacti fuerint exclamare, Digitus Dei hic est, & dextera excelsi.

Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis.

Gloriam Scriptura vocat non modo famam celebrem & aspectum illum magnificentum & splendorem, sed eas res quae ingenti laude dignae sunt & magno pretio aestimandae, quae admodum CHRIS TVS (Matth. cap. 6.) Salomonis gloria vocat omnes regios thesauros, opes, diuitias, potentiam, dignitatem, & huiusmodi. Nominat igitur hoc loco CLARITATEM siue gloriam Christus, omnia bona quae habet, & à Patre accepit, quorum participes facit omnes in ipsum credentes. Dedi ipsis claritatem quam dedisti mihi, eam ipsam de qua paulo antè dictum est, Vt omnes vnum sint, sicut ego & tu sumus vnum. Feci meos discipulos, & sic alios credentes, participes cognitionis tui, quam ego ipse abs te habeo: feci eos participes doctrinae, (quam à te habeo) verbi, luminis, & honorum omnium: communicavi illis vim & potentiam ad eundem miracula. Atque, quem admodum non vindicavi mihi gloriam quam mihi peperere aedita apud homines miracula, sed in gloriam tuam retuli à Patre: ita gloria quam isti magnis miraculis sibi in posterum comparabunt, quoniam nihil suo nomine operabuntur, sed id totum in gloriam nominis nostri transcribent, tota nobis ascribetur. Aut GLORIAM dicere possumus Euageliu ipsum, quod est virtus Dei in salutem omni credenti: quod & CHRIS TVS dedit credentibus. Nā vt Paulus (2. Corin. 3.) ait, Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. Obserua hoc loco, vnitatem illā Ecclesiae, eximiu & pretiosum illum esse thesauru & fontē, atque adeo inexhaustam illā fodinam omnium diuinorum bonorum, vitae, consolationis, & beatitudinis. Huius concordiae & vnitatis gloria maior & amplior mihi videtur esse, quam ampla illa Spiritus potētia, qua primi credentes ampliora quam Dominus fecerunt miracula, quum vniuersum occuparit orbem, & numerosius ac longius protensa fuerit. Haec vnitatis gloria nobis per Christum est adducta, data, & donata.

Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Est re vera Filius vnum cum Patre identitate substantiae, quanuis in propria substantia sit. Qui quoniam propter nostrā salutē exinaniuit seipsum, formā serui accipiens, accepisse videtur cū carne claritatē ac gloriā, qua claritatē semper vt Deus habet. Quia igitur tēplū quod à Virgine accepit, quanuis Patri consubstantiale nō sit, vnitū tamē ita cū verbo est, vt sua persona cū eo sit (vnus enim CHRIS TVS, & vnus Filius est, etiā homo factus) ideo vnitatē cū Deo accepisse dicitur, quum tēplum suum quod à se Deus nō est, vnū cum Deo verbo factum sit. Hoc est quod tēplo suo siue corpori suo datū est, sibi datum esse Vnigenitus ait, datū scilicet à Patre per ipsum in Spiritu. Haec Cyrillus. Haec vnitatem ineffabili caro sanctificata esse in CHRIS TO intelligitur. Atque vt haec gloriā vnitatis à Patre accepit, eam quoque nobis spiritalem largitur & communicat, dum nos vnus Spiritus, vnus fidei, & vnus concordiae esse donat, & per ipsum nos veluti membra capiti Deo vnimur.

Ego in eis, & tu in me.

Modum aperit CHRIS TVS quo nos Deo vnimur. Filius (ait Cyrillus) corporaliter per benedictionē mysticam nobis vt homo vnitur, spiritualiter autē vt Deus sui Spiritus gratia nostrū spiritū ad nouā vitam & diuinā naturae participationē redintegrans. CHRIS TVS igitur est nexus nostrae vnionis ad Deum Patrem, nobis quidem vt homo, Deo autē Patri vt Deus naturaliter vnitus. Qui fieri enim poterat vt natura hominis corruptioni maximē subiecta ad incorruptionem & immortalitatem conscenderet, nisi natura immortalis atque incommutabilis ad eam descēderet, ac communionē sui à mortalitate ad immortalitatem nos transformaret & eleuaret? Quum itaque dicit, EGO IN EIS, ostēdit vnitatem inter ipsum & electos: quum vero TV IN ME, declarat vnitatem inter IES VM hominem,

hominem & Deum Patrem, vt doceat vnitatem qua Deo vnimur, pendere ex vnitatem IES V hominis ad Deū. Similiter hoc loco aperit CHRIS TVS quod Apostoli & Patrem in se receperūt. Ego enim (inquit) in ipsis sum, & te quoque habeo in me, & ita etiā tu in eis es.

Vt sint consummati in vnum.

Explicat perfectam vnitatem CHRIS TVS. Non satis est ipsos esse vnum, sed & consummatos in vnum esse oportet: Quasi diceret, Rogo te Pater, vt mei proficiant, & in coepta fide fortiores euadant, atque ita vnum perfectē in me fiant. Ad hunc modum Paulus (ad Colos. cap. 2.) loquitur, Vos estis in illo repleti, id est omnem exuberantiam in CHRIS TO habetis, nec opus est quicquam vltra querere. Quocirca qui CHRIS TVM habet, consummatus dicitur: nimirum habet thesaurum illum, in quo sunt omnes diuitiae caelestes. Colos. cap. 2. Habenti igitur CHRIS TVM, quum nihil desit, is det operam vt in his retinendis constanter perseueret. Et quia habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus, vt ait Paulus (2. Corin. 4.) quotidie indefinentibus precibus, assiduis praedicationibus, multa admonitione nitendum est, ne tam pretiosi thesauri iacturam faciamus, nec diabolo vllam suppeditemus occasionem & copiam tam diuitem & abundantē eripiendi thesaurum. Obserua: haec consummata vnitatem tum fit, quando perueniunt omnes in virum perfectum & mensuram aetatis plenitudinis CHRIS TI, Ephes. cap. 4. Hoc est quum abolito omni peccato, fuerint consummati in iustitia, ac in CHRIS TO vera & iam pura euaserint membra, & eodem vegetata spiritu, mutua concordia inter sese cohæreant, vt vndique sit absoluta, perfectaque concordia in caelis & in terra.

Et cognoscat mundus quia tu me misisti.

Seipsum interpretatur CHRIS TVS, & docet quid per claritatem quam Apostolis suis dedit, intelligat: nimirum vt hac vnitatem mundo innotescat, doctrinam Euangelicam non esse humanam, sed perfectam ab ipso quem Pater misit in mundum. Duo enim hoc toto capite perstringit: Alterum, vt nos, qui Apostolorum praedicatione ad fidem peruenimus, & qui quotidie ad eam venturi sumus, omnes per fidem viuam vnum sumus. Alterum, vt hac vnitatem mundus cognoscat quomodo Christus à Patre missus sit, & nos ab eo amamur. In his duobus tota vis auxilii, consilii, & consolationis nostrae sita est: sublata enim hac vnitatem, sublatus est CHRIS TVS, imo neque Verbum praestitum est, neque Patris cognitio.

Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

Christiana professio est non solum cognoscere CHRIS TVM à Patre esse missum: sed etiam cognoscere Patre diligere nos in CHRIS TO, sicut & diligit CHRIS TVM. Haec est insignis illa & ineffabilis gloria in CHRIS TO nobis donata, sed tantum in verbo & fide, donec eadem in futuro seculo re ipsa fruituri sumus, vt sequentia docent. Breuiter, huius textus sensus est: Mundus cognoscat quod Deus diligit Christianos, quum dederit illis dona spiritualia, ad imitationem donorum spiritualium quae data sunt CHRIS TO homini. Videbit enim mundus ipsos (quod voluntati diuinæ obtemperent) charos esse Deo Patri, quae admodum CHRIS TVS ipse charus est Patri, quod nunquam à voluntate Patris deflexerit. Obserua ex hoc loco conformitatē amoris in CHRIS TO nos accepisse. Ante secula quidem à Patre amatur CHRIS TVS, qui vt homo amari cepit, sed nobis eum Patris amorem in nos acquisiuit.

Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum.

Haecenus CHRIS TVS pro constantia cū Apostolorū tum reliquorū omnium piorū in cruce & afflictionibus orauit: nunc clausurus orationē, Patre rogat pro omnibus ab ipso pendentibus: qua oratione certi & securi reddimur eius, quod nobis expectandū est, vbi requiescimus inuēturi, & certas ac tranquillas sedes & mansiones habituri: quum hic in terris exules & vbiq; exterminati viuamus, nusquā certam habentes mansionē. Ideo literis aureis scribēda venit haec sententia, & animis nostris insculpēda, qua proculdubio pro ceruicali & puluinis vti debemus vt quiescamus & perpetuo gaudeamus: atque huius fiducia ex hoc mundo laeti migremus, vbi hora illa venerit, qua à peccatis & omnibus incommōdis, maxime à diaboli tyrannide liberādi sumus, & ad aeternam tranquillitatem traducendi. Haec certissima sunt, & huius beneficii ac huius orationis efficaciae certissimi esse debemus. Nam quis haec loquitur? Veritas. Quis haec vult? Omnipotentia. Quare vt hoc verbum non potest esse mendaciu: ita haec voluntas, qua CHRIS TVS vult vt omnes eferentes secum sint, non potest esse inefficax. Voce, PATER, captat CHRIS TVS benivolentiā à persona Patris. QVOS DEDISTI MIHI, id est qui mihi per illuminationem fidei à te dati sunt

Vnitatis consummatio necessaria in Ecclesia.

Christi habetis, est consummatio in bonis.

Christiana vnitatem consummata.

Euangelica doctrina à Deo profecta. Consolationis piorum summa.

Christiana professio.

Christus vt homo amari cepit.

Promissio Christi si pax est, & fiducia nostra.

Qui dicuntur Christo à Patre dati.



*Volo, verbum, ostēdit in Christo omnipotentiam.*

redimendi & saluandi: nimirum nos, qui verbum eius retinemus. Orat. CHRISTVS vt homo Patrem, vt piis omnibus & in verbo perseuerantibus det vitam æternam, & immarcescibilem futuræ vitæ gloriam, vt recompensatricem crucis & afflictionum in hac vita. Verbo, Volo, ostendit suam omnipotentiam & æqualitatem cum Patre, vt hac loquendi autoritate certitudinem ac stabilitatem promissionis ostendat, tanquã eius qui mentiri nescit. Quorsum istud? Horum, vt nos ignauos & ad credendum cunctabundos impellat & excitet, ne in aliquam hæsitacionem aut dubium veniamus: sed horum omnium ita certi sumus, tanquam propalam oculis videremus. Vult dicere CHRISTVS: Constanti & bono animo estote, & nolite esse solliciti, vbi mæsuri, aut quo migraturi sitis: vos qui mei estis, finite mundum & diabolum furere & sæuire, ego vestri attentissimam curam habeo, vt tunc veniatis vbi magnopere esse cupitis, & vbi securi ac turti cum à mundo tum ab omnibus diabolis in summa tranquillitate quietissimè viueris. VT VBI SVM EGO, ET ILLI SINT MECVM. Hoc est, eiusdem æternæ vitæ & gloriæ fiant mecum participes. Aut, Volo, id est cupio, idque ex animo: vt quemadmodum quos dedisti mihi futuri sunt imitatores afflictionum & crucis meæ, ita sint & gloriæ confortes: atque vt spectatores fuerint humilitatis meæ, testèque fiant mei supplicii, ita sint & gloriæ spectatores, quam mihi resurgenti daturus es: vt dicant per varias tribulationes ad felicitatem tendere, & per ignominiam ad gloriam perennem proficisci. Verbo, VBI SVM, significat felicitatem in qua est. Erat enim IESVS vt Deus & vt homo, iuxta partem superiorem beatus. Hic locus beatitudinis neque finit se aut digito demonstrari aut penicillo exprimi, sed verbo per fidem intelligendus est.

*Beatitudinis locus fide cognoscendus.*

**Vt videant claritatem meam quam dedisti mihi.**

*Christi gloria verbo & fide hic intelligitur.*

Quasi dicat: Non solum meis Christianis dabitur vt sint mecum, sed etiam vt in clarum aspectum gloriæ meæ traducantur. I. Ioan. cap. 3. Quum apparerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Hanc gloriam CHRISTI in terris videmus siue cognoscimus iam fide: sed hæc visio ænigmatica est, teste Paulo, 1. Corinth. 13. Nempe quantum pro concionibus de ea re doceri audimus & animo amplectimur CHRISTVM surrexisse à mortuis, cælos ascendisse, & sedere in gloria & maiestate Patris, vnicum & potetem dominum omnium creaturarum. Adhuc densa est huius gloriæ cognitio: at vt Paulus 2. Corinth. 3. ait, Nos reuelata facie gloriam Dei contemplabimur. Hæc est illa inæstimabilis ac inaudita cõsolatio, quam si quis certissimam tenuerit, omnes mundi diuitias non plus faciet quam stercorea, huius gloriæ videndæ studio raptus. Hoc loco CHRISTVS docet quod nõ sit (quemadmodum videtur nunc eis) in vili habitu inueniendus tunc, sed in gloria quam habuit antequam in mundum venisset. Præcipuum ergo suis dare gratiam voluit, vt secum sint, vt gloriam eius videant. Hæc gloria siue claritas dici potest secundum humanitatem, qua illustratus est in resurrectione, Philip. 3. Conformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Est & claritas eius secundum diuinitatē: est enim splendor gloriæ & figura paternæ substantiæ. Heb. cap. 1. Sapient. 7. Candor est lucis æternæ. Vtranque hanc claritatem Sancti & pii omnes in gloria videbunt. Huius claritatis Pater est origo: quod significatur hoc verbo, QVAM DEDISTI MIHI, claritatem quidem corporis in resurrectione, sed diuinam claritatem ab æterno per æternam generationem.

*Mundi gloriam contemnimus, cognita Christi gloria.*

*Christi claritas duplex.*

**Quia dilexisti me ante constitutionem mundi.**

*Christus claritatem à Patre habet, naturam vt Deus, dilectionem vt homo.*

*Mundus respuit doctrinam Christi.*

*Christus appellat ad Patrem quod mundus contempserit Evangelii.*

*Mundi nomine quid Scriptura intelligit.*

Videbunt hanc gloriam, me tuum esse Filium vt tibi consubstantialem, quem ab æterno dilexisti. Hoc est videbunt quomodo æqualis & vnus Deus tecum sim, ante mundi constitutionem & ab æterno natus. Obserua: Hæc claritas diuinitatis nõ est data Filio à Patre, quia dilexit eum Pater, siue dilectione: sed natura & æterna generatione. Nam quia genuit eum, necessariò etiam author gloriæ fuit, & suppeditator: claritatem autem animæ habuit à Patre Filius, quia dilexit Pater Filium.

**Pater iuste, mundus te non cognouit.**

Diuertens oculos ad mundum tanta pertinacia omnem admonitionem & prædicationem respicientem, nec dignatum verbum Euangelii cognoscere, appellat ad Patrem iustum, qui mundum maledicentissimè blasphemantem, & contumeliosissimè verbum Christi lacerantem, iusto suo iudicio condemnaturus sit: simulque Patri gratias agit pro nobis: quoniam per iustitiam suam, salutem cupiditate lapsis attulit, & diabolum condemnauit. MVNDVS, id est qui Euangelicæ prædicationi aduersantur, non cognouerunt Patrem esse iustum, aut non cognouerunt te Patrem, quia non cognouerunt Filium: quem qui

noa

non cognoscit, nec Patrem cognoscere potest. Matth. cap. 11, Nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Cur non cognouerunt? Excæcauit enim (vt Paulus ait 2. Corinth. cap. 4.) Deus, seculi huius infidelium mentes, vt non fulgeat illuminatio Euangelii gloriæ. CHRISTI. Videtur igitur vocare hoc loco Patrem IESVM, à iudicio, quo Deus Pater verè cognoscentes eum, donat vitam æternam, non cognoscentes priuat æterna vita. Aduersus mundum hæc dicebat CHRISTVS, in hunc (vt mihi videtur) sensum: Iustus es o Pater, iuste & rectè faciens, inter mundum & eos quos dedisti mihi, hoc seruato discrimine, nempe quod hos segregas, & ad me perducis, vt sint & maneat vbi ego sum: & alios missos facis, sicut digni sunt, permittens eos rueri in exitium, quippe qui omnem fauorem, omne consilium & auxilium contemnunt. Ego certè omni diligentia declarati Euangelium, nec quicquam prætermisi prædicando, monendo, exhortando, amando, feruendo, tolerando, terendo, minitendo, adhuc omnia patiendo, ignoscendo, pro eis rogando, breuiter omnia tentando quæ ad illorum conuersionem vtilia esse existimaui, nihil non feci vt illos lucrarer, nulla impensarum & periculorum ratione habita, neque labori, neque operæ, imo ne proprii quidem sanguinis fusioni peperci, vt illos tibi conciliarem: & iam nihil ab istis aliud præmii consequor, quam ingratitude, contempum, ignominiam, persecutionem aperta & confessæ veritatis. Appello igitur ad te iustum, cuius vero ac iusto iudicio damnantur, permittens illos tanta cæcitate induratos ad Patrem diabolum cateruatim volitare, vt nihil profus de mea gloria neque in verbo & cognitione fidei, neque futuro neque presentis intuitu cognoscant & videant.

*Pater Deus carissimus à Christo vocatur.*

*Mundi ingrati-tudo pro beneficiis Christi.*

**Ego autem te cognoui.**

Ego purus à mundo cognoui & compertum habeo me esse tuum verbum, quæ tua sit bonitas, misericordia & voluntas tua, quomodo affectus sis erga homines, & quid credentibus præstare possis.

**Et hi cognouerunt quia tu me misisti.**

Magnas laudes discipulis attribuit, qui caduca omnia contempserunt, vt iustum Patrem cognoscerent: quo cognito, Filium quoque certè cognouerunt. Non omnino, inquit, frustra fuit mea prædicatio: nam discipuli per me cognouerunt quod me misisti, & à te profectus sum, vt vt Pharisei clamitauerint me profectum à Beelzebub dæmoniorum principe. Cognouerunt, inquam, te doctrinæ, personæ, & operum meorum authorem, & in hoc me à te missum esse vt reuelarem mundo voluntatem tuam, & saluum facerem eum à peccatis.

*Prædicationis Christi fructus.*

**Et notum feci eis nomen tuum.**

Adducit modum quo discipuli & reliqui credentes ad Patris cognitionem peruenierint, & adhuc perueniant. Tradidi eis verbum per quod nomen tuum, o Pater, eis innotuit, quo vocaris, quid sis, quomodo coli ac honorari cupias. Obserua: Nolle Patrem, non est tantum nolle quomodo cælum & terram condiderit, quomodo bonos inuet, malos supplicio afficiat: sed quod Filium suum in mundum miserit, & morte, inferno, & Satana ab eo victis Patris gratiam nobis conciliarit. Hoc est verum DEI NOMEN, quod ipsius animum & voluntatem nobis demõstrat, & paternum animum nobis referat. Qui Patrem ita non nouit, ille Patrem rite non nouit, neque quomodo colendus sit compertum habet. Nouerunt quidem Iudæi & Gentiles vnum Deum esse, cæli & terræ conditorem, quin etiam solum Deum iactant se colere: sed neque credunt neque noscunt hanc vnicam esse voluntatem & beneficium Dei, vt cognoscamus CHRISTVM ab ipso missum, & ad liberationem nostri à Patre traditum & concessum. Quare non verè Patrem Deum cognoscunt.

*Methodus cognoscendi Dei, Patrem Deum nolle.*

*Gentes & Iudæi nõ verè cognoscunt Patrem Deum.*

**Et notum faciam.**

Quasi dicat: Non sum contentus hoc principio manifestati tui nominis, nisi pergam id etiam amplius illustrare, idemque indefinenter vrgere, vt mei Christiani hoc vnico occupentur studio: vt subinde quum per meum Spiritum nomen tuum factum illustrius fuerit, illud animis suis tenacius infigat. Obserua duplicem nominis Dei manifestationem. Prior fit per verbum Euangelii: altera per Spiritum Sanctum Euangelii reuelatorem & doctorem. Rursus aduerte: Nequis putaret CHRISTVM amplius non curare suam Ecclesiam, postquam ascendit ad Patrem, addidit, ET NOTVM FACIAM: quasi diceret, Sollicitus ero de meis, ego curabo per Spiritum meum, vt semper illustretur inter meos nomen Patris, quo mei conseruentur. Docet igitur CHRISTVS, gubernat, defendit & tue-

*Nominis Dei duplex manifestatio.*

*Christi cura de sua Ecclesia.*



tur suam Ecclesiam, etiam adhuc hodie & semper. Psal. 109, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit.

Dilectio, pro fru-ctu dilectionis accepta.

Phrasi Hebraica DILECTIO pro bonis è dilectione collatis accipitur. Sensus igitur est, Vt omnia bona tua, ð Pater, quæ mihi mediatori paterna charitate communicasti, possideant: quum enim te cognouerint per me, diliges illos sicut & me dilexisti. Siue, Quemadmodum per me consequuti sunt notitiam tui nominis, sic quoque per me à te dilectum extendetur dilectio tua ad ipsos, vt ipsos diligas, & ipsi vicissim te diligant.


Et ego in ipsis.

Diligis nos deum in Christo & propter Christum. Christum esse in electis.

Dilectio qua Pater Filium dilexit, est in nobis, quia membra CHRISTI sumus, & in illo diligimur, quum ille totus, id est & caput & corpus diligatur. Ideo verè dixit, ET EGO IN IPSIS, supple electis & Christianis, dilectus in diligentibus sum, & vt perpetuus doctor, proclamator, & confirmator illius dilectionis & fauoris tui, ð Pater.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Christus in orto. Matth. 26. c. Marc. 14. c. Luc. 22. d. 1. Reg. 15. e.



Iudas proditor Christum. Matth. 26. c. Marc. 14. c. Luc. 22. e.

HAEC quum dixisset IESVS, egressus est cum discipulis suis trans Torrente Cedron, vbi erat ortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter IESVS conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Phariseis ministros: venit illuc cum laternis & facibus & armis. IESVS itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis, Quem quæritis? Responderunt ei, IESVM Nazaranum. Dixit eis IESVS, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, IESVM Nazaranum. Respondit IESVS, Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quæritis, finite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit, ergo IESVS Petro: Mitte gladium tuum in vaginam: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorū comprehenderunt IESVM, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim focer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ qui cõsiliu dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem IESVM Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille, erat notus Pontifici, & introiuit cum IESV in atriu Pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo

Supra 17. e. Auricula Malcho abscissa. Christus ducitur ad Annam deinde ad Caipham.

Luc. 22. f.

Caiphæ. Supr. 11. f. Petrus Ioannem sequitur ad domum Caiphæ. Matth. 26. f. Marc. 14. f. Luc. 22. f.

Vbi) sub. in la-cum. vbi, &c. Tradebat) prodebat, & infra. Cohortē) id est mille milites Romanos. Pontificibus) id est principibus sacerdotum. Laternis) lucernis.

Dixit) dixerat. Pontificis) summi sacerdotis, & infra. Tribunus) id est prefectus cohortis.

Adduxerunt) adduxerunt. Primum) subintelligi debet, deinde ad Caipham: est enim concisus hic locus.

Quia expedit) quod expediret.

Mori) perire.

Introiuit) &c. hic per reuerentiam ostendunt ad Caiphæ adductus: dicit enim paulo post: Miserat enim Annas, &c.

Dixit) &c. Heb. pro Iustitiam rogavit ostentiam. Ad prunas) qui prunas cõgestant. Calefaciebant) calefaciebant.

Misit) miserat enim.

Abscidit) absciderat. Ad Caipham) à Caipha. Ver. Vt) &c. sub. dicitur est hoc à Iudæis.

Dixit) dixerat. Significans) quod significaret. Tu es, &c. legi potest sine interrogazione, quasi diceret, Tu igitur es rex Iudæorum. Ita enim dicere solent Iudæi, vt eliciat veritatē.

Nunquid) &c. Sub. vt eorum vestros prophetas.

Regnum meum, &c. quasi dicit, Sum certe rex Iudæorum: sed regni &c. De hoc) vel in. Decertare) praesens pro praeterito: decertauissent, vt nō tradidissent.

Tu dicis) sub. quod res est. Quia) certe: Elebrat.

Ve testimoniu, &c. id est vt palam & libere dicat que veritas sunt. Ergo.

ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Stabat autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit eum de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei IESVS: Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo quod omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loquutus sum ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem quum dixisset, vnus assitens ministrorum dedit alapam IESV, dicens, Sic respondes Pontifici? Respondit ei IESVS, Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Dixit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculā, Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cætavit. Adducunt ergo IESVM ad Caipham in prætorium, vt non cõtaminarentur, sed vt māducarēt Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem afferis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo IESV impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit IESVM, & dixit ei, Tu es Rex Iudæorum? Respondit IESVS, A remetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices, tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit IESVS, Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Respondit IESVS, Tu dicis: quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meā. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt \* rursus omnes, dicens, Non hunc, sed Barabbam: erat autem Barabbas latro.

Caiphæ interrogat Christum.

Alapa cæsus Christus quid responderet.

Matth. 26. f. Marc. 14. f. Luc. 22. f.

Petrus negat Christum. Matth. 26. g. Marc. 14. g. Luc. 22. f. g.

Christus coram Pilato. Matth. 27. a. Marc. 15. a. Luc. 22. g. Act. 11. b. 10. c.

Matth. 26. c.

Christus rex Iudæorum. Matth. 27. b. Marc. 14. a. Luc. 23. a.

Regnu Christii.

Rex Christi.

Veritas.


Barabbam petunt Iudæi. Matth. 27. c. Marc. 15. b. Luc. 23. b.



Hæc quum dixisset IESVS.

CAP. XVIII.

Orationis Christi epitologus.



RATIO CHRISTI in vltima coena hætenus habita est, qua CHRISTVS suorum animos erexit, gregem suum Patri commendavit, & seipsum totum, quantum quantum est, exposuit, declaravit, & manifestavit. Nunc sequitur historia passionis eius, opportunum & commodum sortita locum: nimirum post tam fructuosam orationem, & confirmatos discipulos contra scadala crucis, inuocato in hoc Patris auxilio & præsidio.

Mors impis nõ autẽ piis horribilis. Passio Christi, quo affectu loquenda est.

Horribilis quidem & formidolosa est mors: sed non iis qui ad virtutem & rectam viuendi disciplinam sunt instituti, & spiritali sapientia imbuti. Priusquã ad historiam enarrationem pergamus, meditanda nobis veniunt duo potissimũ circa passionem CHRISTI: in qua multo aliter nos affectos esse oportet, quã si legeremus Ethnicorũ historias, aut etiamnum supplicia Prophetarum & Martyrum. Compertum habemus ex historiis etiam inter Gentiles quosdã in fontes periisse, Prophetas similiter & Apostolos innocentes tyrannide impiorum occubuisse: at passio Domini longẽ aliam habet rationem. Alii enim suam duntaxat innocentiam ad crucem attulerunt, non item aliorum culpã aut noxam: CHRISTVS autem innocentissimus, in quo dolus non est repertus, non solum sua comitatus innocentia, voluntarius ad crucem accessit, verum etiam totius mundi nocentiam, & omniũ hominum peccata in humeros suos transtulit, deditque nobis morte sua, vt in calamitatibus non succumbamus: sed vires nobis sua morte largitur ne pereamus, sed resurgamus, & vitam consequamur æternam. Prius igitur a nobis meditandum est, quod nos & peccata nostra causamur passionis & mortis CHRISTI. Alterum est: quæ comoda quive fructus ex ipsa passione sequantur: nempe liberatio a peccato, morte, inferno, & Satana. Resurrectio item & vita æterna, fructus est passionis CHRISTI. Proinde si quis pacem in afflictione, iustitiam in peccatis, vitam in morte desyderat, e CHRISTI supplicio afferat, necessum est. QVVM dixisset hæc IESVS, id est quum finem precandi fecisset Dominus, pro vita æterna discipulis & credentibus danda.

Christus omniũ peccata in suos transtulit humeros. Passio Christi fructus. Peccatores sunt causa passionis Christi.

Egressus est.

Hora passionis Christi.

Christi omnis ad mortẽ animus.

Media nocte iter facit IESVS, hora crucis a Patre destinata & sic poscente, libenter egressus est, & progredi cœpit ab eo loco in quo orauit, ad montem Oliueti, heque horam & tempus passionis fugiens, neque mortem pro omnibus reformidans. Nam cur formidaret, qui sua passione impassibilitatem & immortalitatem omnibus redimebat? qui huc eo venit, vt vniuersum mundum suo sanguine Patri acquireret? vt vt aliã Iudæorum insaniam fugerit, quod nondum passionis & mortis hora aduentasset.

Quum discipulis suis.

Piorum presentia afflictos solatur.

Torrẽs Cedron.

Cedron.

Christus de torrente in via bibit.

Quibus inter eundem ad montem Oliuarum multa recessit CHRISTVS, quale est id quod Petro dixit, Ecce expetuit vos Satanas vt cribraret, &c. Et inter quos fuit disputatio, quisnam inter eos deberet esse maior, & velut Domino in magisterio succedere. Neque enim adhuc intelligebant ad quid muneris essent destinati, Luc. cap. 22. Rursus dixerunt hymnum, &c. & pleraque alia quæ a nostro Euangelista consulto omissa sunt, quod ab aliis recensita esse viderit, Matth. 26. & Marc. 14. Obserua. Non egreditur solus, sed discipulis comitatus, vt hoc exemplo doceat piorum hominum cõsolationes non esse contemnendas, dum afflictamur, & in cruce sumus, quod piorum presentia & suaue colloquium non mediocriter leniat crucẽ & afflictiones, imo animos addat vt in cruce cõstãter subsistamus.

Trans torrentem Cedron.

A circumstantia loci confirmatur historia. Græcis legitur Κεδρων, id est Cedronum, vbi articulus additus indicat Cedron non esse nomẽ Hebraicum. Opinor torrentem ita dictum, quod hinc & hinc cedros haberet, quemadmodũ dictus est mons Oliuarum. Quidam tamen multæ lectionis vir, & linguæ Hebraicæ peritissimus opinatur Cedron nomen esse Hebraicum, quod interpretatur denigratus aut tristis. Nomen est vallis & torrẽtis in eadem valle inter Hierosolymã & montem Oliuarũ, 2. Reg. 15. Cedri, altæ arbores, sed in Libano altifimæ. Esaias cap. 2. superbos, & qui maxime potetẽs videtur, vocat Cedros. Proinde CHRISTVS transiente torrentem, aduetauit tempus de quo prædixerat Dauid. Psal. 109. De torrente in via bibit. In via huius vitæ, de torrente passionis bibit, propterea exaltauit caput. Quod ad hunc modum Paulus (ad Philipp. cap. 2.) est interpretatus, CHRISTVS factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum,

illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Adhæc CHRISTVS discipulos secum assumptos trans torrentem duxit, non solum vt testes haberet certissimos quod voluntarius ibat ad crucem, sed etiam vt significaret ipsos ex eodem passionis fonte bibituros. Ipse enim, vt author salutis omnium, mortem pro omnibus gustauit, (Hebr. cap. 2.) & omnibus propinavit, ne mortem formidarent, quam sua morte destruxit. Illi accepto præceptoris poculo biberunt, & pro gloria CHRISTI & Euangelio cõstanter occubuerunt.

Transitus Iesu cum discipulis, præfagebat ipsos ex passionis eodem fonte bibituros.

OBSERVA EX ALIIS EVANGELISTIS.

Et hymno, &c. id est quum cecidisset laudes.

Omnes vos &c. Hebr. id est, quum me hodie ad supplicium rapi videritis: offendes hoc vos, & hac de causa desicatis a me. Scandalizati) vel offensi fuerint propter e.

Hæc parabola significat Christum impendero magnum periculum, vt si quis præsidio humanis vti voluisset, in hoc cõsulius facere voluisset, quam sibi parare gladium, vel vendita pallio, si aliunde nõ possit.

M. Et hymno dicto. I. Egressus est IESVS cum discipulis suis tras torrentem Cedron. L. secundum consuetudinem in montem Oliuarum. M. Tunc dicit illis IESVS, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor. Ait illi IESVS, Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. L. Et dixit IESVS, Quando misi vos sine sacco & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet saccum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cũ iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine, Ecce duo gladii hinc. At ille dixit eis, Satis est. M. Tunc venit IESVS cum illis in villam Gethsemani.

Apostoli scandalizati. Zachar. 13. c.

Marc. 16. b.

Patri negatio. Ioan. 13. d.

Apostolis nihil defuit. Matth. 10. b. \*

Sacculus. Pera.

Marc. 14. d. Luc. 22. d.

Vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.

Circumstantia loci certam reddit historiam. In horto redemptionis opus incipit, quia in horto perdit eramus. Conueniens igitur erat, conferret se CHRISTVS in hortum, vt sua captiuitate in horto, nos e captiuitate liberaret. Vetus enim ille Adamus in horto sua verè licentia nos captiuos Satanæ tradiderat, adeoque omnibus malis nos exposuerat. Cui enim malo non expositus est homo? Cõferamus hoc loco CHRISTI benignitatem ingredientis in hortum, & hominis malitiã. CHRISTVS captiuitate libertatẽ vindicauit: Adam vero sua licentia libertatem abiiciens, captiuitatem meruit. O quàm magnum inter hunc, & illum discrimen. Obserua: INTROIUIT voluntarius hortum, locum proditori non incognitum, oraturus, & proditorẽ Iudam expectaturus, discipulis comitatus, quos tanti mysterii testes oculatissimos esse voluit.

Hortus in quem Iesus abiit. Hortus Adami. Collatio Christi & Adæ.

Sciebat autem Iudas qui tradebat eum, locum: quia IESVS frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis.

Hæc exaggerant peccatum proditoris in domestico, simulque credibilem indicat proditionem. Cognouerat sanè locum Iudas proditor, in quem pro more etiã sub mediam noctem Dominus sese subduceret orandi gratia, cum discipulis suis. Si quando enim tradenda essent mystica, Christus solitaria loca & silentii officinas quærere solebat. Addit Euangelista, discipulos viros re vera infirmos & inermes Christum illuc fuisse comitatos: vt aperiat quàm magna formidine & ignauia proditor laboraret, qui aduersus imbelles homines cohortem pararet.

Proditoris Iudæ granitas. Silentii officina mysterii meditando cõmoda.



M. Tunc venit IESVS in villam. R. & ait illis. M. Sedete hîc. R. orate, ne intretis in tentationem. M. Donec vadam illuc & orem. Et assumpto secum Petro, & Iacobo, & Ioanne, duobus filiis Zebedæi. R. cœpit pauere & tædere. M. contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hîc & vigilate mecum. L. & orate ne intretis in tentationem. M. Et progressus pusillum ab eis. L. quantum iactus est lapidis, positisque genibus. R. proci- dit super terram, & orabat, vt si fieri posset, transfret ab eo hora: & dixit, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt. L. Si vis transfer calicem hunc à me. M. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. L. Non mea volûtas, sed tua fiat. M. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. L. præ tristitia. M. Et dicit Petro. R. Simon dormis. M. Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilare & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma. Iterum secundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix trãfire à me nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit illos dormiètes. Erant enim oculi eorum grauati. R. Et igno- rabât quid responderent. M. Et relictis illis iterum abiit, & orauit ter- tiò eundem sermonem dicēs, Pater, si vis transfer calicem hunc à me: veruntamen nò mea voluntas, sed tua fiat. L. Et factus in agonia, pro- lixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurren- tis in terram. Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. Et quum surrexisset ab oratione, venissetque ad discipulos suos. R. tertio. L. Inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? M. Dormite & requiescite. R. Sufficit. M. Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce ap- propinquauit, qui me tradet. Orate autem ne intretis in tentationem.

Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontifi-  
cibus & Phariseis ministros.

Pecuniis impetrata prætoria cohorte ( solet enim militaris ordo esse mancipium auri) curant Pontifices & Pharisei contra Veritatem subordinare ministros tantum, nolentes ipsi proficisci, vt tametsi omnia aduersus I E S V M facerent, sua tamen hypocriti se sanctulos, & sanguinis C H R I S T I innocentes simulent: hoc suo exemplo docetes hypocritam num- quã timore carere. Iudas igitur ex discipulo I E S V factus proditor, & ex comite Redempto- ris, factus latronum dux, captata occasione noctis, ne quis tumultus oriretur à populo, & accepta cohorte præsidis, & latronum manu à Pontificibus assumpta, quibus pactus erat se traditurum ipsis in manus I E S V M, venit in hortum. Obserua: per COHORTEM, præsidia intelligimus.

Venit illuc cum laternis, facibus & armis.

Fortassis timebant isti ne (quod in tenebris frequenter cõtingit) aut in foveas caderent, aut pedes lapidibus offenderent, quum tamen suis etiam lucentissimis tædis & facibus illu- minati, non viderent se in lapidem illidere, de quo passim in Scripturis scriptum est, Ecce ponam in Sion lapidem offensionis & petram scandali. At vitantes Scyllam, ceciderunt in Charybdim, & paruam formidantes foueam, in profundum abyssi sese præcipites dederunt.

Proinde

Oratio Christi.

Oratio Christi.

Sudat sangui- nem Christus. Angelus Chri- stum confortans.

Apostoli dor- miunt.

Milites sunt mancipii auri.

Hypocritas co- munitur. Iudas proditor & latronum dux. Cohors præpre- sidis.

Iudeorum est in- uentissimas tædas ca- ciat.

Petro, & Iacobo, & Ioanne, duobus filiis Zebedæi. R. cœpit pauere & tædere. M. contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hîc & vigilate mecum. L. & orate ne intretis in tentationem. M. Et progressus pusillum ab eis. L. quantum iactus est lapidis, positisque genibus. R. proci- dit super terram, & orabat, vt si fieri posset, transfret ab eo hora: & dixit, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt. L. Si vis transfer calicem hunc à me. M. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. L. Non mea volûtas, sed tua fiat. M. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. L. præ tristitia. M. Et dicit Petro. R. Simon dormis. M. Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilare & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma. Iterum secundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix trãfire à me nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit illos dormiètes. Erant enim oculi eorum grauati. R. Et igno- rabât quid responderent. M. Et relictis illis iterum abiit, & orauit ter- tiò eundem sermonem dicēs, Pater, si vis transfer calicem hunc à me: veruntamen nò mea voluntas, sed tua fiat. L. Et factus in agonia, pro- lixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurren- tis in terram. Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. Et quum surrexisset ab oratione, venissetque ad discipulos suos. R. tertio. L. Inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? M. Dormite & requiescite. R. Sufficit. M. Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce ap- propinquauit, qui me tradet. Orate autem ne intretis in tentationem.

Proinde putantes se illius noctis tenebras facibus depellere, perpetuis sese offuderunt te- nebris. Quæ enim fieri potest vt naturali lumini, id est C H R I S T O infidiatus, nò sibi per- petuas pareat tenebras? Ad hæc prodiit munitus armis, fustibus & lignis aduersus discipulo- rum vim, si quis fortè conatus fuisset defendere Dominum suum. Hæc sunt inuicti arma qui- bus oppugnat verbi doctores, & Euangelium persequitur, non Scripturarum ratione, nisi de- torta, non verbo Domini, nisi pro sua ipsius libidine exposito, non argumentis vel proba- bilibus, sed gladio corporali, machinis & id genus tormentis. Quod si hoc est verè vince- re, & Euangelium defendere, quis maiore victoria potiretur, quàm tyrannus crudelitate pu- gnans? Et si hoc est se præstare fortem virum, quis latronibus fortior est?

Mundi arma.

M. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quencun- que osculatus fuero, ipse est, tenete eum. R. & ducite eum caute.

I E S V S itaque sciens omnia quæ ventura erant  
super eum, processit.

I E S V S, quem nihil fugiebat eorum quæ gerebantur, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. (Heb. cap. 4.) vt declaret se sua sponte ad mortem vsque crucis humilitatum (quan- quam semper in forma Dei fuerit), non expectato illorum aduentu processit aduersariis obuiam, qui prius fuga & secessionibus suis, (quas frequens antea recessit Euangelista, quod nondum venisset hora) docuit non esse tentandum Deum: at hoc factò docet, vt nos promptos voluntati Dei offeramus. Hæc planè imitatus est Paulus, qui (Act. cap. 9.) in porta demissus per murum, effugit manum aduersariorum. Deinde (Act. cap. 21.) Agabò prophete de captiuitate eius, dixit, Ego non solum ligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini I E S V. Hic multa animi libentia voluntati Dei obsequitur. Paulus, illic non ten- tauit Deum: & hoc & illud ex fide est, & auxilium Domini postulat. Est profecto immi- nens periculum fugiendū, nisi presentissimus adfit Dei fauor, & ipsius cognita manus quæ defendat. Id reuelabit Dominus pro bona sua voluntate.

Et dixit eis, Quem quæritis?

Magna C H R I S T I philanthropia, qui ne oppressoribus quidem suis indignatur, sed blandè alloquitur, & vltro percontatur quem quærent, ne per errorem manus iniicerent in aliquem discipulorum. Interrogat C H R I S T V S non vt doceatur, qui nouit omnia, sed vt doceat quod qui iam orbi cognitus erat (tã ineffabilis est eius virtus) etiã præfens neque visus, neque cognitus esset si voluisset, accēsis etiã in Iudæ facibus & laternis: & ita illum nisi volentem & capere & crucifigere potuissent: interrogantē, neque de facie neque à vo- ce inter accēsas & illuminatas faces ac laternas agnoscut, adeò profunda erat ipsorum cæ- citas. Hæc valde magnam piis afferunt consolationem, quos vt maximè aduersarii de facie nouerint, tamen nihil mali aduersus pios & verbi defensores intētare possunt citra bonam Dei voluntatem. Exemplo est Helizæus, cui hæc contigerunt, 4. Reg. cap. 6.

Responderunt ei, I E S V M Nazarenum.

In C H R I S T V M interrogantem non insiliunt cohors Præsidis & ministri Ponti- ficum, sed inquirunt, se quære I E S V M Nazarenum, quem & loquentem audiunt & inter medias accēsas faces vident, sed non agnoscut. Cur ita? Potestas diuina Christi eluxit, dum se quærentibus offerret, minime tamē cognoscatur. Non absimili affectu (quò He- rodes se I E S V M Nazarenum quære Magis respondit) hi respondent se quære. Non; inquirunt, te ipsum volumus, te quæsitum aduenimus, quia nec voce illum norat nec specie. Vides igitur (ait Chrysostomus) vim insuperabilem, quomodo in medio existens, eos cæca- uit. Obserua: N A Z A R A E N V M dicebant, quod putarent ipsum natū in Nazareth, vbi solum educatus & nutritus fuit. Vt adimpleretur propheta, Quoniã Nazareus vocabitur.

Dicit eis I E S V S, Ego sum.

Quum respondissent se I E S V M Nazarenū quære, voce intrepida respondit, E G O sum ille quem quæritis. Hoc exemplo docet neque personam C H R I S T I, neque verita- tem in cruce negandam esse, cuius verbum, inexpugnabile est potentia. Non enim hæc vo- cem, E G O S V M, ferre potuerunt cohors Prætoria, Iudas, & ministri Pontificum.

Mors Christi spontanea.

Christus cur ad- uersariis obuius venit quos ali- quando fugit. Paulus Christi imitatus animo ad mortem pa- rato.

Periculum im- minens fugien- dum, nisi adfit fauor Dei cer- titudo.

Christus orbi co- gnitus, etiã in- ter accēsas la- ternas, Iudæis inco- gnitus.

Iudæi Christum non agnoscut, quem tamē vi- dent, & loquen- tem audiunt.

Nazarenus Christus.

Veritas etiã in cruce cõstendat. Verbum Chri- sti, potens.



Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis.

Vt intelligamus Iudam ad vocem IESV concidisse in terram cum reliquis, nominatim præmisit Evangelista quod aderat simul & Iudas Iscariotes vna cum cohorte, in quem, sicut neque in conductitiam militum cohortem CHRIS TVS verbis sauit, vt ad extremum vsque, mansuetudinis exemplum suis præberet discipulis.

Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Potentia vocis diuina.

Maxima verbi & vocis diuinæ potentia, quæ tantam turbam odiis ferocem armisque terribilem sine vilo telo percussit, repulit, strauit. En vidēs CHRIS TVM verbo & spiritu oris sui armatam & ferocientem cohortem prostrauisse. Ad vocem enim IESV, EGOSVM, territa cohors, repulsa est in tergum, & concidit in terram, nõ ferens Dominicæ vocis vim. Eadem profecto verbi potētia prostrauit Saulum, (Act. cap. 9.) dicens, Saule Saule, quid me persequeris? Et Adamũ è loco voluptatis profligauit, dicens, Adam, vbi es? Qui ait, Vocem tuam audiui in paradyso, & timui, eò quòd nudus essem, & abscondi me. Magna piorum consolatio est, quum audiunt vocem (Matth. cap. 14.) Confidite, ego sum, nolite timere: quam Evangelii persequutores ferre nequeunt. Est igitur manifestum idem Dei verbum impiis esse iudicium, pijs verò cõsolationē. Nam Lucæ cap. 24. territos discipulos hac voce solatur, EGOSVM. In hoc autem loco, hoc idem verbum, EGOSVM, terret aduersarios, quo sentiunt in corde potentiam CHRIS TI, cui omnes obedire debent, simul & iudicium cum sua impietate: vnde subsistere nequeunt. Dat enim illis Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, Deuterò. cap. 28. Obserua: Hic casus in terram, apertè declarat inimicos veritatis, imò & vires humanas nihil posse aduersus veritatem, vtvt aliquando efficaces diuina permissione appareant: commendatque veritatis potentiam contra impotentiam osorum eius.

Vocem Dei ferunt pijs, nõ item impijs.

Verbi Dei impijs iudicium, pijs consolatio.

Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, IESVM Nazarenum.

Immensa CHRIS TI bonitas, qui ex charitate interrogationem repetit, vt hostes hoc modo à proposito reflectat: qui vbi animos receperunt, ac rursus pararent adoriri IESVM, iterum percontatur Dominus quem quærent, qui, vt paulò antè responderant, aiunt se quærere IESVM Nazarenum.

Respondit IESVS: Dixi vobis, quia Ego sum.

Christus con- stans in obitu- da morte.

Verbo, DIXI, declaratur constantia CHRIS TI in cruce: nam quòd dixerat, idem dicit, EGOSVM. Hoc igitur exēplo constāter in cruce cõfitebā est & persona & veritas. Si ergo me quæritis, sinite hos abire.

Christus volens permisit se capi, non autem discipulos. Verbum Dei nõ est alligatum.

Intelligens Dominus ad se solum, tantum certamen & opus salutis pertinere, semouit à periculo discipulos, nec cohorti potestatem fecit capiendi illos, qualem in se vnum. HOS, inquit, SINITE ABIRE, in quos vobis in præsentia non est ius. Quibus verbis declarat se nulla vi capi potuisse, nisi permisisset. Interim optimi pastoris exemplar ostendens, qui sui gregis incolumitatem dispendio suæ vitæ redemit. En vidēs verbum Dei non esse alligatum, (2. Timoth. cap. 2.) potētiā item verbi non ligari, quum etiam Dominus captus retineat suā auctoritatem & potentiam: nam inter medios hostes iubet, sinant illæfos discipulos abire: quòd & factũ est: non enim illæsi abiissent Apostoli, nisi huius mādati Christi, (Sinite hos abire, &c.) virtus & efficacia, cohortis furorem cohibuisset. Eadem virtus & potentia Domini ab aduersariis capti & ligati postea restituit Malcho aurem abscissam. Hæc nos docent pios experiri potentiam & virtutem verbi etiam in media impotentia.

Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdi ex eis quenquam.

Orationis Christi effecacia. Perditio duplex.

Causam adducit Evangelista ex oratione CHRIS TI, vt ostendat ipsam esse efficacem. Nisi enim CHRIS TI oratio efficax fuisset, quomodo discipuli, in primis Petrus (qui etiamnum gladio dimicabat) tam capitalem hostium ferociam declinare potuissent? Impetrauit igitur Christus sua oratione, vt discipuli tantum periculum euaserint. EX HIS QVOS DEDISTI, supple electione & vocatione mihi redimendos & saluandos, NON PERDIDI QUENQUAM. Perditionem animæ Dominus intelligit, licet quidā hunc locum

locum ad corporalem perditionem trahant, quòd nullum discipulorum hætenus perdidisset. Videtur mihi locus ad perditionem animæ referendus, vt & de Apostolis & reliquis omnibus electis intelligatur, quos CHRIS TVS à Patre redimendos & saluandos accepit. EX HIS, inquit, QVOS DEDISTI, supple electione & vocatione mihi redimendos & saluandos, non perdi quenquam. Omnes enim in me credentes saluos facio, quos nemo de manu mea rapiet. Suprà, cap. 10.

Rabbi id est magister mi.

Vsque huc) sub- res ipsa peruenire debuit.

L. Et antecedebat eos: & appropinquauit IESV Iudas, vt oscularetur eum. M. Confestimque accedens dixit, Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi IESVS, Amice, ad quid venisti? L. Iuda, osculo Filium hominis tradis? M. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in IESVM, & tenuerunt eum. L. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quòd futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus gladio? Respondens IESVS ait, Sinite, vsque huc. M. Et ecce vnus ex his qui erant cum IESV.

Osculum.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum: & abscidit eius auriculam dextram.

O egregiũ militē, qui aperto Marte tantam armatorum cohortem putat aggrediendam, vt magistrum suum IESVM (cui, vt dixerat, paratus erat cõmori) defenderet. Carnali adhuc & non spiritali confidentia ductatur Petrus, putans regnum CHRIS TI non aliis defendi, quàm externis armis & præfidijs. Cyrillus opinatur Petrum habuisse gladium, quòd quũ ad hortos & loca condēsa nocte concubia diuenterent Apostoli, credendum est illos prouidisse, ne à feris bestiis læderentur, quæ variæ in Iudæa reperiuntur: ad quas repellendas licet sufficeret virtus CHRIS TI, tamē inuenimus Apostolos hominum more vixisse, & humana curauisse. Aut portauit gladium in vsum agni Paschalis etiã post cenam. Vel quòd timens insidias, olim in hoc, id est in sui præceptoris defensionem præparauerit. Petrus itaque sui Domini amore quodam peculiari flagrans, vidensque cohortem violentas manus in Dominum suum iniicere, subito calore percitus, eduxit gladium: nec satis expectato Domini iussu, percussit Pontificis Caiphæ seruum, & abscidit auriculam eius dexteram, Domino nimirum Petri manum moderante, vt leue vulnus esset.

Petrus gladio percussit cohortem.

Cur gladius portabat Petrus.

Apostoli humani.

Erat autem seruo nomen Malchus.

Nomen serui apponit Evangelista ad historiæ certitudinem, vt si legentes tantum de restituta auricula miraculum discrepant, ab illo quærant num ita factum sit.

Dixit ergo IESVS Petro.

Monet CHRIS TVS Petrum suæ infirmitatis, vt cognoscat quale sit regnum suum. Et proculdubio regnum CHRIS TI non de hoc mundo (cui in tibijs viri, & in fortitudine equi beneplacitũ est) sed spirituale spiritualibus, vt Apostolus meminit. (2. Corint. 10. & Ephesi. cap. 6.) armis defendendum, Pertinent igitur arma carnalia ad regnum mundi.

Arma regni mundi.

Mitte gladium tuum in vaginam.

Passus est CHRIS TVS Petrum futurum Ecclesiæ suæ principem, in hanc digladiationem pio quodam affectu motam cadere, vt illius reprehensione doceremur qua via liceat iniuriam illatam, & violentiam aduersariorum ferre. Reprehenditur quòd præter legitimum magistratus ordinationem gladium arripuerit, & eodem etiamnum hostem petierit. Quid agis, ó Petre? Exciditne tibi, quòd pridem, quum me à morte dehortarēris, dictus sis Satanas, & retrò sequi iussus es? Quorsum hęc gladius euaginat? Vtne impedire mortē, quã volēs & ex Patris auctoritate subeo? Immitte gladium tuum in vaginã: non huimodi præfidijs oblectatur negotiũ Euagelicũ, alio pugnandũ est gladio his qui in meas vices succedere volent, nimirũ gladio sermonis & verbi, qui vitia amputat, & homines seruat. Obserua. Non prohibet Dominus Christianis, vt publicis personis, in publico magi-

Inimica qua via repellenda est.

Petrus gladio feriens eum reprehensus.

Præfidijs Euagelicis.

Gladius pastoris Ecclesiæ.

Gladius primatis non publicis personis interdicitus.



Gladium accipere quid est.

Euangelium talione non vitur.

stratus officio constitutus vsu gladii, sed vt priuatis. Quisquis enim gladiu accipit, citra magistratus legitimi autoritate, etia pro CHRISTO, gladio peribit. Gene. cap. 9, Qui- cunque effuderit humanu sanguine, fundetur sanguis illius. Accipere gladium dicitur, qui- bus non est commissa vindicandi potestas. Quod autem dicitur, Qui acceperint gladium, gladio peribit, intelligitur de iure non de facto. Proinde verboru CHRISTI sensus esse videtur: Non est opus modo defensione, sed patientia: ego enim sum is doctor qui docui beneficiendum esse iis qui oderunt vos, orandum pro persequutoribus & calumniantibus vos. Lex Moisaica retaliat, tantum vero abest retaliationem, & doctrina mea talione vtatur, vt si quis semel in maxillam caesus altera petatur, altera quoque vertenda sit, si humani animi prauitatem superare, & Christianam mansuetudinem exercere defyderauerit.

M. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quod non possum nuc rogare Patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?

Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?

Calice, mortem designat.

Oppressis qua via succurre dicit.

Repreheffio vases conuulsia.

Magistratus quale se agnoscere debet.

Priuate persona etiam magistratus tacente no accipiat gladium.

Petre, non obseruasti qua superiore sermone te docui. Rogau omnes fieri vnum, sicut & ego ac Pater sumus vnum, vt quemadmodum ego volis Patri vsque ad mortem obtempero: ita & vos obteperetis preceptis meis. Patris voluntas est vt ego hunc calicem (quem ebibendum tradidit) bibam. Hoc ex animo facio & adimpleo. Quis tu es, qui Patris voluntatem prohibere conaris? Obserua: quum dicit CALICEM siue poculum, insinuat mortem dulcem & defyderabilem in salutem hominum. Respondebunt quispiam, Cur Petrus hoc loco reprehensus est? Si videro alterum alteri iniuriam inferre, no mihi licebit oppresso opeem ferre: Licebit, sed quatenus vocatio tua permiserit. Si priuatus fueris, & nullo insignitus magistratu, admone, doce, argue, idque citra cotumelia. Omnis enim reprehensio contumelia vacare debet. Matth. cap. 18, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illu inter te, &c. Sed si aliquo fungaris magistratu, agnosce in hac functione te esse Dei ministrum, vltorem ad iram Dei, vt innocentem serues, & malos ac Reipub. perturbatores castiges. Quod si magistratus, tyrannide & non suo defungatur munere, potius inferens iniuriam, vt in causa CHRISTI hic contingit, quid agendum erit? An priuata persona ius gladii accipiet? Absit. Arguitur enim hoc loco Petrus priuata persona, quod acceperit gladiu in magistratum tyrannidem exercentem aduersus innocetissimum. Cui preceptor ait, An putas quod non possum nunc rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Adhortandus itaque & monedus venit magistratus, si negligat officium. Obserua: Per speciem metonymiae vocat CALICEM, crucem, QVEM DEDIT mihi, &c. Crux est ordinatio Dei Patris, ergo libenter ferenda est.

Scriptura implenda. Esa. 8. c. d.

Euangelium Apostoli. Thron. 4. d.

M. Quomodo ergo implebuntur Scripturae, quia sic oportet fieri? L. Et quum tetigisset auriculam serui, sanauit eum. M. In illa autem hora dixit IESVS L. ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, M. Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus ad comprehendendum me: quotidie apud vos sedebam docens in templo. L. & non extendistis manus in me, M. & non me tenuistis. L. Sed haec est hora illa vestra & potestas tenebrarum. M. Hoc autem totum factum est, vt impleantur Scripturae Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt: R. adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudum, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus effugit ab illis.

Gladium, &c. sub. vt interfectans.

Scripturae, sub. que tradunt quod talia oportet obseruare.

Hoc autem, &c. omnia ita sunt vt impleantur, &c.

Cohors

Cohors autem, & Tribunus, & ministri Iudaeorum comprehenderunt IESVM, & ligauerunt eum.

Suauissimo sermone discipulis a pugna coerecitis secluso omni impedimento, & nemine defendente, imo ipso Christo (quum posset aufugere) vltro se offerente, inflata nimium cohors militum, & horum Tribunus vna cum ministris, quos addiderat auari Pontificis & ambitiosi Pharisaei, comprehenderunt IESVM, impias manus iniicientes, & in morem facinorosorum ligauerunt, ligatum & vinctum adduxerunt, &c. Obserua incrementum vocum: Prima est Comprehendere: secunda Ligare, tertia Sistere coram iudice.

Vocum incrementa.

Et adduxerunt eum ad Annam primum.

Quod ad Annam Caiphae socerum, primo ductus est IESVS, id nobis subindicat ipsum Annam artificem insidiarum fuisse, pactamque proditori mercedem promississe. Aut in gratiam Caiphae id factum est, qui primas Annae socero deferre voluit. Aut ad ipsos ductus est, vt autores tanti scelus, quibus cum proditor tum ministri congratularerentur, quod voti compotes suo ministerio facti essent, & ab ipsis frustra non accepissent pecuniam, simulque ostentarent suum triumphum: perinde ac si dixissent, En iam captus est, euadere nequit: gloriatur nunc de Deo Patre, vinctum habetis, fugiat si possit. Simulque vt intelligamus veritate non habere crudeliores hostes, atque sunt fucatae religionis capita. Aut primo ad illos ductus est, ne fortassis tumultus feret in populo: quia vulgus magnorum hominum autoritate admiratur & suspicit, & illa autoritate etiam ad quatuor pessima rapitur.

Anna primo sistitur Christus.

Erat autem socer Caiphae, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphae qui consiliu dederat Iudaeis, quia expedit vnu hominem mori pro populo.

Vulgus ad quatuor rapitur auctoritate, magnum.

Quod Annas fuerit socer Caiphae, argumeto est, quod inter primates clarissimus fuerit. Anni illius summus Pontifex erat Caiphae, de quo prius dictum est, quod dum in consilio ambigeretur quidnam faciendum esset de IESU, propter Pontificis munus quod gerebat, Spiritu afflatus dixit, suadetque quod sic expediret, vt salus totius populi vnus hominis morte redimeretur. Perspicuum est id quod Sapiens ait, (Impius quod timet, accidit ei) locum apud Caiphae habuisse. Quod enim verebatur Caiphae propter doctrina CHRISTI, deturbari scilicet a suo Pontificatu, quem impiis & iniustus mediis mordicus retinere conabatur, accidit. Nam Vitellius Syriae praefes ipsum a Pontificatu & sacerdotali munere sustulit, suffecto & surrogato Ionatha, vt auctor est Iosephus, lib. Antiquit. 18. cap. 4. & 8. Emerat Caiphae (qui non erat de tribu Leui) Pontificium a Romanis (vt auctor est Iosephus) & annuū munus reddidit, quod tamen Lex (Exod. cap. 29.) & factu (Numer. 20.) ostendit perpetuum, nec quempiam ad eum debere suffici honorem, ante alterius obitum. Vide in quam profundum malorum demergat avaritia. Trastulit sacerdotium ad aliam tribum, & quod perpetuum ac liberale erat, annuum & vanae fecit. Refert tamē Eusebius (in Historia lib. 1. cap. 12. ex Iosepho,) quod a Pontifice Anna vsque ad Caipham quatuor Pontifices fuerint, & singulis annis administrauerint Pontificatum, in quibus praedicatio Christi completa est. Vide (si iuuat) locum illum. Est re vera Episcopatus bona & sancta res: & qui Episcopatum defyderat (ait Paulus) opus bonum defyderat: sed malum est impietate, sola ambitione, armis, & huiusmodi malis, mediis ad bonum penetrare. Cur ita? Quia non sunt facienda mala, vt eueniat bona, Roma. cap. 3. Diuus Cyrillus hunc textu ad hunc modum conuertit, Miserunt autem eum ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Caiphae qui consiliu dedit Iudaeis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Petrus. Vnde iuxta huius viri sancti sententiam, Ioannes nihil horu qua in domo Annae acta sunt, scripsisse dicitur. Et quod postea dicitur, Et misit eu Annas ligatu, &c. id per repetitionem propter enarratam Petri negationem dictum putat.

Annas socer Caiphae. Caiphae propheta.

Vitellius Caipham a magistratu deturbauit.

Avaritia radice malorum. Avaritia sacerdotu annuū & vanae fecit. Praedicatio Christi sub quatuor Pontificibus completa. Episcopatus, res bona.

Sequebatur autem Simon Petrus IESVM.

Quod duo tantum discipuli CHRISTVM sequantur, significat paucos in cruce manere constantes. Petrus adhuc non nihil fidens virtuti suae, quanquam a pugna prohibitus esset, sequebatur IESVM vinctum.

Crux paucos habet constantes.

Et alius discipulus.

Exemplum est modestiae in Euangelista nostro, qui hoc Euangelium diuinitus scripsit, dum nomen suum tacet. Perspicuum est quam longe fuerit ab ostentationis animo, docens quam turpe sit non alioru voce, sed lingua propria comedari. Vnde in Prouerbiis, cap. 27. legitur, Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua.

Ioannis Euangelista modestus.

K. ii.



Discipulus autem ille erat notus Pontifici: & introuit cum IESV in atrium Pontificis.

Deiuturus arrogantiam, per singularem quādam extenuationem Ioannes dixit, NOTVS ERAT Pontifici: quasi diceret: Nolite putare me tanta cōstantia fuisse ornatū, qua ego sequutus CHRIS TVM, ingressus sim atrium Pontificis vt defenderem aut excusarem CHRIS TVM: verūm notus Pontifici, ausus sum ingredi ad atrium vsque cum IESV. Hunc introeundi animum non meae fortitudini aut constantiæ, sed notitiæ quam cū Pontifice & domesticis eius habebam, adscribitote. Obserua: Dicit se in atrium Pontificis introiisse, vt certiores nos faciat eorum quæ in atrio fieri oculatus testis perspexit.

Ioannis modestia & humilitas.

Imbecillitas vsq̄ ad humanarū in Petro cognitā.

Petrus autem stabat ad ostium foris.

Feruore illo magno iam destitutus Petrus, frigidus ac timidulus, & ignotus ostiariæ mulierculæ, non est ausus intrō CHRIS TVM consequi, qui tamen multum degeneraret ab illa promissione, Ego animam meam pono pro te: & Si oportuerit me tibi commorari, non te negabo: tamen illius sui primi animi masculi aliquid restabat, quoniam ausus est ad ostium vsque sequi, quum cæteri alius aliō fugissent. Obserua infirmitatis exēplum in Petro, qui ex metu stat foris ad ostium. Hic metus est præludiu mox sequentis negationis.

Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.

Charitatem & constantiam hic Ioannis exitus ostendit, qui non timet ingredi & egredi liberē: dum enim videt Petrum non cōsequi magistrum, ancillam ostiariam admonuit, vt eum qui staret ante ostium, introduceret, cui paruit ancilla, & Petrum introduxit.

Dixit ergo Petro ancilla ostiaria.

Ancillam dicit, & eam per quendam cōtemptum ostiariam nuncupat, vt infirmitatem nostram & labendi facilitatem in cruce ob oculos Euangelista ponat. Hæc interrogat Petrum, non contumeliosē, non præfractē, sed valde mansuetē: quod ancilla in gratiam Ioannis (quem cognoscebat sciebatque esse IESV discipulum) introduxisset Petrum, coniecit Petrum esse ex discipulis IESV.

Recidit facilitas in nobis.

Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?

Hæc quæstio est de confessione fidei. Hæc mulier intuita Petrum, & coniectura quadam noscens illum esse Christi discipulum, ait, Num tu quoque discipulus es istius hominis, qui modo captus adducebatur?

Dicit ille, Non sum.

Quis eodementia Petrum compulit? Vbi nunc eius est pristina constantia? Num miles, num aliquis eorum qui IESV ceperrant, illum interrogabat? vilis erat, & mulierum abiectissima, interrogatrix illa. Primo verbo Petrus negat se Christianum & CHRIS TVM discipulum. Hæc proculdubio perspicue ostendunt ipsum carnali non autem spiritali affectu arripuisse gladium pro CHRIS TO: nam si eximius iustæ causæ propugnator & defensor fuisset, quæso cur tunc corā ancilla, non dicā gladio pugnauit, sed verbo nō defendit Christū? Iam si infirmitatē suā coram ancilla imbecillissima, nihil læuum aut formidabile præferente, prōdidit, & nulla vi impetitus, CHRIS TVM negauit, quid coram regibus & tyrannis egisset? Non hæc à me scripta velim (pie lector) ad Petri contemptum & accusationem: sed vt cognoscamus nos omnes esse quod Petrus erat, hoc est nostras vires nihil, non posse in cruce subsistere quouis modo, nisi adsit Dei fauor. Si stas, caue cadas. Qui se existimat stare, videat ne cadat, & ad vocem mulierculæ deiiciatur. Adeo superbit hæc caro, vt frequenter dum adhuc nostræ imbecillitatis ignari sumus, nostris viribus feruamus, superbiamus, & zelo quodam diuino ducti, vt putamus, cristas attollamus. Sed coram Deo & eius iudicio dilabimur & pereffuimus, velut cera à facie ignis, & sicut puluis quem proicit ventus à facie terræ. Obserua exēplum negatæ fidei in cruce, ad leuem saltem occasionem.

Verè Christianus agnosces se imbecillum. Humanarū virium imposita in Petro explorata.

Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.

Hæc sunt veluti parasceue ad alteram Petri negationem: vbi obseruanda venit Euangelistæ diligentia, qui in conscribenda historia nihil omittit eorum quæ ad omnes circumstantias

circumstantias pertinent: diligenter omnia tractans vt certam faciat historiam, & illi fidem maiorem conciliet. Ministri Pontificis, inquit, in medio aulae stabant ad prunas, & ob frigus intempestæ noctis calefaciebant se, quibus se miscuit Petrus, sperans se ita posse latere, expectans interim quem videret de magistro capto exitum & finem: nōdum enim omnem defugiendæ mortis spem abiecerat, quanquam eo percussus erat metu, vt exciderit: quod Dominus ei futurum prædixerat, vt egregius ille & fortis scilicet pollicitor, Dominum suum abnegaret. Hoc primò est consequutus, dum se alicam aulicorum ministris miscere voluit, veritatem abnegauit.

Petrus aulicus factus, veritatē negauit.

Pontifex ergo interrogauit IESVM de discipulis suis, & de doctrina eius.

Duobus nominibus CHRIS TVS à Pontificibus, Sacerdotibus & Phariseis accusatus est. Primo, hæreticos & falsæ doctrinæ coram Pontificibus. Secundo, seditionis coram Pilato & magistratu ciuili: nullo enim capitaliore crimine illum Pilato exorsum reddere poterant. Quia igitur prima accusatio est de hæresi, Annas Pontifex, non illius anni, sed quia annuis vicibus Pontificatū gerebat, interrogat de doctrina & discipulis, fortasse in hunc modum: Hæreticus es: nam doctrinam affers longè aliam quàm Moyses & Propheta, quos scimus à Deo missos: adhuc discipulos abiectos quosdam & viles piscatores tibi delegisti, qui nostra etiā autoritate contempta, & non impetrata à Pontifice & Phariseis nostris facultate prædicandi, tuam hæresim in vniuersam Iudæorum regionem spargunt: imo & noua quædam à te instituta de baptismo, citra Pontificiam nostram autoritatem prædicant. Quales nos putas, imo quanti nos facis? æstimas nos fortassis truncos & cæcos homines, qui nihil in hac stultitia tua & tā infana hæresi videamus. Quasi verò toleraturi simus tam impiam morum & doctrinæ insolentiam, aduersus veterum patrum Moysi & Prophetarum instituta. Quis es? qualem te dicis & facis? quales habes discipulos? vnde illos nactus es? in quem vsū illos collegisti? quid clanculum illos docuisti? Hæc & huiusmodi Pontifex percōtatur, vt aliquam speciem legitimi iudicii præberet: sed re vera id agit, vt ex variis IESV responsis aliquid exciperet, quod illi criminis vice posset impingi.

Christus hæreticos & seditionis à Pontificibus accusatus.

Annas contumeliose manifestare Christū esse hæreticum.

Respondit ei IESVS, Ego palam loquutus sum mundo: ego docui in Synagoga & in templo, quod omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil.

Quia doctrina discipulis præferenda est, de auditoribus tacet, doctrinā defendens: quā ferè inauditam, quum facinorosus ille Pontifex damnaret & hæreticam pronuntiaret, ne illam proprio ore (quod tamen iure poterat) commendans, priuatam gloriā venari videretur, & ne suspectā illam redderet, appellat ad auditores, eosque etiam nū inimicissimos, & ipsum Annam à suo suorumque testimonio relegat ad testimonium publicum, & testimonium etiam inimicorum, quo nullum certius esse potest innocenti. Quasi diceret: Hæresim nō docui, sed veritatem: Iudæos omnes auditores testor: non fuit clancularia doctrina mea: nimirum ego palam loquutus sum mundo: ego docui in Synagogis vestris, in templo, diebus festis, loco & tempore celeberrimo, quo ex omnibus Syriæ partibus Iudæi vndique conueniunt. Obserua: hic locus nobis expandit doctrinā Euāgelicam esse publicam & apertam doctrinam, quæ publicè & apertè prædicari debet, & nō in angulo aut sub camino: simulque docet vt eam doctrinam doceamus, de qua non metiamus auditorum testimonium. Euāgelium, lucem & non tenebras ac diuertacula amat: vnde publica loca, qualia sunt Synagoga, templum, & huiusmodi, certam doctrinam commédant. Tam certa firmaque est Euāgelii doctrina, vt propter veritatem etiam aduersarii in conscientis vigili, de illa syncerè (licet inuiti) testificentur. Huiusmodi est veritatis Euāgelii virtus, vt si vel mille vinculis cōstringatur, crumpat, & in medium prodeat. Verbum enim Dei (vt Paulus, 2. ad Timoth. cap. 2. ait,) non est alligatum. Obserua: EGO PALAM, &c. quasi diceret: Hactenus vester Moyses figuris & obscuris sermonibus est vobis loquutus: ego verò Moysi vclamē aufero, reuelas omnia quæ lex tegebatur. Quæ per ænigmata vobis lex annuntiabat, hæc vobis reuelo, & aperta ac perspicua esse & doceo & facio. Respondit aliquis: Multa Christus in secreto docuit, vt in monte Thabor, die trāsfigurationis: rursus quum in cubiculo Nicodemum docuit. Respondet: Quæ priuatis locis & apud paucos docuit, eadem publicè docuit, nisi ea quæ supra multitudinis captum erāt: simulque his verbis, EGO PALAM, &c. significare voluit non solum se eum esse de quo prædixit Dauid, Psal. 39, Annuntiabo veritatem.

Doctrina discipulis præferenda.

Christus de doctrina damnata ab Annâ appellat ad publicum testimonium.

Christi doctrina clancularia non fuit.

Euāgelium est doctrina publica.

Doctrina certitudo argumēto à publico loco.

Euāgelii virtus.

Christus quæ Moyses obscurè tradidit, aperta facit & docet.



tatem tuam in Ecclesia magna: verumetiam se nihil quod seditionem pareret (vbivbi loquutus est) aut fecisse aut dixisse.

Quid me interrogas?

Quasi dicat: Quum doctrina mea neque suspecta neque incerta esse possit, quid me nunc tanquam de clancularia & seditionis plena doctrina interrogas?

Interroga eos qui audierunt, quid loquutus sum ipsis: ecce hi sciunt quid dixerim ego.

Quum doctrina mea publica fuerit, non timet illa publicum testimonium. Quum igitur me suspectum habes, cur non interrogas doctrinam meam auditores etiam inimicos? aut cur damnas verbum non auditum? Quod si tuam ipsis aliorumque (qui mihi nulla familiaritate iuncti sunt, plerique etiam oderunt) conscientiam rogaueris, proculdubio conuinceturis fateri certam & veram esse doctrinam meam. Ita enim est veritatis indubitata demonstratio ratio, quando quis habet inimicos testes eorum quae dicit. Hoc praestiterunt testimonium ministri a magistratibus missi, supra, cap. 7. Nunquam (inquiunt) loquutus est homo sicut ille. Idem expanditur Matthaei cap. 22. Miserunt ad eum Pharisei ut eum caperet in sermone, &c.

Veritatis certa demonstratio.

Haec quum dixisset, vnus assitens ministrorum, dedit alampam IESV, dicens, Sic respondes Pontifici?

Anna minister impetit alampam Christo.

Quidam e ministris Pontificis simillimus suo Domino, ne in suspicionem veniret, quod esset ex his qui doctrinam IESV admirati sunt, a magistratibus missi, & redites visi sunt doctrinam CHRISTI assentiri, dicentes, Nunquam sic loquutus est homo sicut ille, dum audiret CHRISTVM dicentem, Ecce hi ministri qui missi sunt ut me in sermone caperent, sciunt quid dixerim ego: non inquam non expectat sui praecceptoris iussum, sed ut ei gratificaretur, impetit alampam in faciem IESV, addens conuitium & Pontifici & se famulo dignum, Sicne respondes Pontifici? O quale serui & iniquissimi Pontificis impudentiam! Exhorrescat caelum, contremiscat terra de CHRISTI patientia, & serui impudentia. Haec praemonuerunt sancti Prophetae de Christo dicta esse: Esa. cap. 5, Corpus dedi percussibus, & genas meas vellentibus. Thren. cap. 3, Dabit percussio me, maxilla: saturabit opprobriis, &c. Iob. 16, Exprobrantes percusserunt maxilla meam. Michae. 5, Percutient maxilla regis Israel.

Respondit ei IESVS, Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me caedis?

Christus iniuriarum patientissimus.

Rationibus non alapis coram iudice conuersa non agendum.

Christus facta doctrinam confirmat.

Defenso modestissima.

Christus cur alampam incutit, respondit. Vindicta a nobis profus abigenda.

Quum Dominus iure optimo cum seruum tum dominum in exitum & praecipuum dare, ipseque de medio tollere potuisset, nihil tamen horum egit, sed mansuetissime se gessit aduersus omnes iniurias: maxime hoc loco ea verba protulit quae vel ferocissimarum bestiarum sauitiam demulcere poterant. Quia apud iudicem ago, & ei rogatus respondeo: rationibus, etiam apud Ethnicos, non autem alapis agendum est. Siquid male edocui, ostende: si autem bene docui, & me admirati estis etiam vos ministri, cur tu iudicis minister, qui me prius admirabar, in iudicio, tacente iudice, nihil resellentem me caedis & verberas? Facto non aduersatur quod monuit Dominus (Matth. cap. 5,) Si quis percusserit in dexteram maxillam, praebere ei & alteram. Nam hic locus hunc sensum fidelibus praestat: Siquis contumeliam, iniuria aut damno quopiam ab altero affectus fuerit, tantum abest, ut liceat vlcisci & iniuriam iniuria repellere, ut citius & promptius grauiora ac molestiora tibi ferenda sint. Hoc loco CHRISTVS maledictum maledicto non regegit, quum alapis caesus est: non retulit, sed ut Petrus scribit (1. Epist. cap. 3,) tradidit vindictam ei qui iudicat iuste. Ibi legis non accusationem, sed modestissimam defensionem, non contumeliam, sed exhortationem ut respiscat. Ait enim, si bene dixi, cur me caedis? quasi dicat: Percutis, non repercutio: conuitiaris, non conuitior: non meipsum vindico, verum te hortor ut respiscas, & mea patientia non abutaris: ne is cuius est vindicta, te in peiora praecipite faciat. Proinde haec respondit CHRISTVS, ut innocentiam suam manifestam faciat, & seruo suam iniustitiam ad salutem detegat. Discamus ex his vindictam a nobis profus abigendam, & iniurias patienter esse ferendas: ita tamen ut iustam nostram causam simul virgeamus. Ad hunc modum David iniurias patienter tulit, interim tamen manifestam vbique faciens suam iustam causam. Tamen enim iniuria patienter ferendae sunt, iniuriosi tamen neque iustificandi neque laudandi veniunt propter suas iniurias. Praeterea in CHRISTO magna charitatis exemplum legimus, qui admonet seruum suae iniuriae, ut eum Deo lucretur. Huc pertinet quod scribitur Prouerb. cap. 26, Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.

Et misit

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.

A paricida ad paricidam CHRISTVS mittitur. Animos enim paricidales habebat Annas & Caiphas, qui metu populi & praesidis Pilati, suae impietati aliqua iustitiae speciem praetexebant: sistunt enim Dominum, dicam ei impingunt, eandemque scribunt, interrogant, testes produciunt, circumferuntur & circunducuntur a religiosis Phariseis. At impia Anna, Caipha, & Phariseorum astutiam diuina prudentia vertit in IESV CHRISTI gloriam. Nam dum sic capitur, captus ducitur ad Annam, ab Anna ad Caipham, a Caipha ad Pilatum, a Pilato ad Herodem, & rursus ab Herode ad Pilatum. Dumque a multis examinatur & accusatur, sunt omnes etiam inimici eius locupletissimi testes innocentiae ac puritatis eius: adeoque ut cuiusque dicat: Pilatus, non inuenio in eo causam mortis: alii vero, Verum Filius Dei hic erat: quorum testimonium verissimum est. Nullum enim certius innocentiae testimonium, quam quum veritas etiam ab inimico extorquetur. Annas qui pro sua nequitia gestiebat quod IESVS captus esset, quum vidit se nihil ex eo venari potuisse quo probabiliter conuinceretur, misit eum (ut erat vincens) ad Caipham Pontificem generum suum. En nostra causa & nomine IESVS CHRISTVS fit hic ludibrium & spectaculum. Obserua: vox IEGATVM, indicat ipsos hypocritas, Annam & Caipham, non caruisse metu & timore.

Christus a paricida ad paricidam mittitur.

Deus impiorum conatus in bonum conuertit.

Testimonium innocentiae certissimum.

Christus nostro nomine ludibrium factus.

Conuenerunt conuenit. Praetium pro praesenti.

Arripit. Anna erat non secunda.

R. Et conuenerunt omnes Sacerdotes & Scribae, M. & Pharisei, R. & seniores. M. Petrus autem sequebatur eum a longe vsque in atrium Pontificis Sacerdotum: & ingressus intro, sedebat cum ministris ut videret finem. L. Accenso autem igne in medio atrii, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum, R. & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. M. Exeunte autem illo ianuam, R. rursus M. vidit eum alia ancilla: R. quae quum vidisset illum, coepit dicere circumstantibus, Hic ex illis est, M. & hic erat cum IESV Nazarano.

Petrus sequitur.

Matth. 26. 6. Marc. 14. 5.

Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se.

Redit Euangelista ad negationem Petri, non libidine aliqua inuicendi aut studio detrahandi. Hic enim & alii Euangelistae tam diligenter meminerunt abnegationis Petri, partim ut cognoscamus veritatem verborum CHRISTI, qui hanc negationem praedixit, partim ut discamus nequid nostris viribus praesumamus, si Euangelici & Christiani esse velimus: sed semper e manu Domini pendeamus, & in timore ac tremore Domini ambulemus. Nam si Petrus non tam a Christo defecit quam etiam detestationibus abnegauit, qui tamen donum caeleste in monte Thabor gustauit: & non solum miracula CHRISTI vidit, verumetiam multa signa nomine CHRISTI fecit, & tamen cecidit: quid nos pusilli putamus facere? Cademus certe, si cadere non metuamus. Noli itaque altum sapere, sed time. Et qui stat, videat ne cadat. Quod si cadere, ut frequenter fit, contigerit (septies enim in die cadit iustus) caue animum despondeas, sed exemplo Petri fle: certo te CHRISTVS excipiet. Haec enim scripta sunt infirmis, non ut sua crimina excusent, sed ut in maximis etiam peccatis non desperent cum Iuda, verum discant cum Petro flere & respiscere.

Petri negatio nos infirmitatem nostrae admoneat.

In peccatis eius gravissimis cum Petro stentum, non cum Iuda desperandum. Respiscit Petrus, fleat.

Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es?

Admixta turbae ministrorum, ad ignem stabat Petrus, quem quidam utcumque nosciantes interrogauerunt, dicentes, Num & tu ex huius discipulis es, qui sic tractatur a Pontifice? Hi typum gerunt eorum qui incutiunt timorem piis propter veritatem, ut foris veritatem negent, de qua conuicti sunt in conscientia. Hi Petro maiorem occasionem negandi praebent, quam illa superior ancilla: quia magnorum hominum serui & ministri sunt, qui piis praedicatoribus timorem frequentius incutiunt, ut ex timore veritatem negent, dum verba placentia narrabunt, applaudent, palpabunt, & adulabuntur.

Negauit ille, & dixit, Non sum.

Vehementer exterritus Petrus viso tam immani spectaculo, quod tam duriter & impie tractaretur magister suus, negauit se discipulum IESV. Fortassis pensabat Petrus de discipulis IESV comprehendendis, ex tam acri Pontificis interrogatione de doctrina & discipulis IESV. Arbitrabatur Petrus hac negatione se futurum a periculo liberum: quem admodum sese explicuerat ab ancilla ostiaria.

K. iiii.



L. Et post pusillū, alius videns eum, dixit, Et tu de illis es? M. Petrus vero iterū negavit cū iuramento, & dixit, L. O homo, non sum: M. sed neque noui eū. L. Et interuallo facto quasi horæ, alius quidā affirmabat cum his qui astabant, dicens, Verè & hic cū illo erat. R. Verè & tu ex illis es: nam & Galilæus es: M. & loquela tua manifestum te facit.

Et loquela tua, etc. Loquela tua similis, vel conuenis.

Dicit vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nōne ego te vidi in orto cum illo?

Quidam in reliqua ministrorum turba aderat, qui sanguinis propinquitate iunctus erat ei, qui (quum cæteris audacior manus violentas in IESVM paulò antè in orto iniecerat) à Petro percussus, & auriculæ damno multatus erat. Is volens cognati sui iniuriam vlcisci, cuius subiit memoria dum obuiū habet Petri, durioribus verbis ipsum compellat. Quid audio? proculdubio mendacem hominem. Quid tu? negas te esse de numero discipulorum istius? An non hi mei ocelli te in orto cum IESV viderunt?

Iterum ergo negavit Petrus.

Audito Malchi cōsanguineo, penitus exanimatus est Petrus, & seipsum deuouit si nosset hominem. Quid, rogo, fecisset Petrus, si verberibus cæsus fuisset, quum solo verbo paulò duriore tractatus, seipsum deuouerit, cæperitque execrari ac deicere quod non nouisset IESVM: proculdubio nihil prorsus boni reperitur in homine: imò nihil penitus homo habet quo subsistat, si Dominus ipsum deseruerit, & cupiditatibus sui cordis tradiderit.

Cruci cedunt omnes, nisi ad fuerit Dominus. Homo derelictus à Deo, qualis.

R. Tunc iterum negavit Petrus, & ait, L. Homo, nescio quid dicis. M. & cœpit detestari, R. & anathematizare, M. & iurare, R. quia nescio hominem quem dicitis. L. Et continuo adhuc illo loquente, R. statim gallus iterum cantauit.

Detestari deuere vel execrari.

Et statim gallus cantauit.

Hic cantus confirmatio est vaticinii CHRIS TI de futura Petri præsumptuosi negatione: qui nec hoc solo signo prædicto à Domino monitus ad se rediisset, nec rediturus erat, nisi Dominus efficaci intuitu illum conspexisset, & tacito quodā sui Spiritus afflatu ad resipiscenciam & pœnitentiæ lachrymas excitasset. Multis variisque modis (qui futurus erat Ecclesiæ princeps) doctus est, vt ipse, imò & nos ipse exemplo, discamus in omnibus nobis ipsis diffidere, & ex vnus Domini nostri IESV præsidio pendere. Proinde inuitat nos Petri exemplum ad timorem & humilitatem, vt nihil de nobis præsumamus, nihilque temerè de nobis persuadeamus de constantia in cruce & afflictionibus.

Gallus cantus.

Petrus futurus Ecclesiæ princeps, variis modis probatus. Rendendum est ex solo Christi præsidio.

Petri negatio inuitat nos nihil de nobis præsumamus.

Respicit Petri Christum. Controuersia de negatione Petri diluitur.

L. Et conuersus Dominus, respexit Petri: & recordatus est Petrus verbi, M. quod dixerat ei IESVS: L. Quia priusquam gallus cantet, R. bis: ter me negabis. M. Et egressus foras, fleuit amarè.

Controuertitur inter multos de locis vbi Petrus negavit Dominū: rursus, quoties negauerit: sed parū refert ista quærere, quum nihil pugnantia inter Euāgelistas afferat. Nihil enim certius habetur, quàm quod Petrus & ante galli cantū in domo Annæ, & ante secundum, in domo Caiphæ Dominū negauerit, nō solum semel & iterū, sed & tertio & quarto: imò toties ab ancillis & ministris impetitus, ex historia Euāgelistæ videtur plusquā sexies Dominum abnegasse. Solum id Petri negatio te adhortetur, vt si stes, videas ne cadas.

M. Princeps autem sacerdotum, R. & summi Sacerdotes, & omne concilium quærebant, M. falsum testimonium aduersus IESVM, vt eum morti traderent, R. & non inueniebāt, etiam M. quū multi testes accessissent: R. & testimonia conuenientia non erant. M. Nouissimè autem

autem venerunt duo falsi testes, & falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes, M. Hic dixit, R. quoniam nos audiimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium eorum. Exurgens autem summus Sacerdos in medium, interrogauit IESVM, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his, M. & quæ isti aduersum te testificantur? IESVS autem tacebat, R. & nihil respondit. M. Et princeps Sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es CHRIS TVS Filius Dei. R. benedicti. M. Dicit illi IESVS: Tu dixisti, R. Ego sum. M. Veruntamen dico vobis, à modo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt, Reus est mortis: R. & omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. M. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: L. & viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes, & velauerunt faciem eius, M. & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza nobis CHRIS TE, quis est qui te percussit: alii autē palmas in facie eius dederunt: R. & ministri alapis eum cædebant: L. & alia multa blasphemantes dicebant in eum. M. Manè autē facto consilium inierunt omnes principes Sacerdotum & seniores populi aduersus IESVM, vt eum morti traderent, L. & duxerunt eum in concilium suum dicentes, Si tu es CHRIS TVS, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixerò, nō credetis mihi: si autem & interrogauerò, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desyderamus testimonium? ipsi enim audiimus ex ore eius. Et surgens omnis multitudo, vincientes IESVM adduxerunt eum ad Pilatum. M. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & senioribus, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis argenteis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille Ascheldemach, hoc est ager sanguinis vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem,

Non respondes, etc. quasi dicat quid respondere in testimonio illorum?

Adiuro te per Deum, etc. Tu dixisti sum id quod dixisti. Veritatem etc. de se Christum in terra persona loquitur, videretis me resurrexisse, etc. ad dextram Dei, etc. iudicaturum orbem.

Christus fatetur se Messiam esse.

Confutur, & alapis ceditur Christus.

Pilato vincens Christus traditur.

Singuli argentei singuli dinachmii æstimari possunt, id est septem solidi nostri. Vet. Corban. id est in saxophylaciū quod erat in atrio. 4. reg. ca. 12. Corbana vox Chaldaica: Corban. Hebraica. Pretiū sanguinis id est pretiū quo fuit exēpta cædes hominis innocens.



Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretati, quem appretiauerunt à filiis Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

Adducunt ergo I E S V M à Caipha in prætorium.

Quia lex iustum conseruadum, & innocentē nō condēnandū iubet: Annas & Caiphas inuiti (quia nihil criminis in CHRISTO inuenērūt) & miseri erubescētes quōd innocentē cōprehenderūt, quōdque Paschæ celebritas iam immineret, ne hominis innocentis cæde macularētur, & sanguinis innocentis inuidiā in Pilatū & brachiū seculare deriuarēt, per cohortē cōductam deducūt CHRISTVM (qui per totā fere noctem examinatus fuit vsque ad diluculum, in quo nihil repertū est sceleris, ob quod capitis accersi posset) ab ædibus Caiphæ IN PRÆTORIUM, id est domum Præsidis Pilati: putantes se mundos à sanguine iusti, si iustum non ipsi, sed per alium interficerent. O ridiculosos homines, cæcitate & nequitia plenos! putant id vitii, si per alium innocentem interfecerint, & eum quasi sceleratissimum acufauerint, non redundare in sua capita. Hi profecto impurissimi Pōtiffices tyrum eorum gerunt, qui quum verbis veritatem impugnare nō possunt, confugiunt ad verbera. Rursus, quum agnoscunt sese victos & impares, qui neque Scriptura à seipfis detorta, neque sua eloquentia veritati resistere possunt, statim currunt ad brachium seculare, vt tamē veritas ipsa extingatur. Obserua: Hæc adductio, cōfirmatio est illius quod dixit Christus (Matth. cap. 20.) Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotū & Scribis, & condēnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendū, & flagellandū, & crucifigendū, & tertia die resurget. Obserua: Ioannes sciens omittit quæ domi Caiphæ acta sunt: quōd intelligeret illa ab alijs Euāgelistis amplissimē descripta.

Erat autem mané.

Hæc circumstantia temporis subindicat tum hypocritarū timorem (qui lucē fugiunt dñi operatū aliquid) tū quod per dimidiū noctis à Caipha interrogatus fuerit CHRIS TV S.

Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.

O fucatam sanctitatem, quæ fere semper iustorum sanguine polluitur! Putant, vt opinor, animas suas lapidibus & hominum corporibus contaminandas, non autem cæde innocentis, & veritatis iniuria. Propter suas traditiones irritum faciunt mandatum Dei, finguntque sibi sanctitatem sine charitate, quum omnis sanctitatis subsistentia sit charitas. Humana cōstitutio erat, Ne Iudæus domum incircuncisi ingrediatur, vt ab immundo & incircunciso non contaminetur. Lex vero diuina dicitur, Non inuideas, Non occidas, Non falsum testimonium dicas. Hanc legem diuinam perfrecta fronte negligunt Iudæi, in primis Annas & Caiphas, seruantes constitutiunculas suas humanas, quas mera iniquitatis opercula faciunt. Ipsi enim obseruatione illa de non tangendo corpore incircuncisi hominis, de non ingrediendo domum incircuncisi, mentis suæ impietatem (qua CHRIS TV M Pilato tradunt crucifigendū) obtexunt, quandoquidē vt dicunt, sanctorum Patrū instituta & constitutiones obseruant. Quæ ratio humana vnquam horum sanctorum scilicet Iudæorum religionē damnet? Si enim sancti cuiuspiā non audent constitutionem transgredi, quāto minus legē Dei? Tanta horum est dementia, vt putent se nullam contracturos culpam, si ad innocentis cædem, ministerio Pilati vtantur, dummodo propriis manibus non interficiant. Obserua: Solenne Iudæis erat Pascha celebraturis, non intrare domum gentilis, qualis erat Pilatus præses à Romanis constitutus. Ideo VT PASCHA, id est panes azymos, & agnū, iuxta ritū legis manducaret sub noctem illius ferie sextæ, non intrauerunt domū Pilati, hominis gentilis. Præmonuimus superius neque CHRIS TV M Pascha anticipasse, neque Iudæos propter mortem CHRIS TI, Pascha distulisse. Quādoquidem, vt ex Paulo Burgensi viro docto, negotium aperiā, duas Iudæi obtinuerunt obseruationes, vnde nonnūquā festa de die in diem translata sunt. Prior est, quōd si Lunatio siue Neomenia primi mensis Abih, (qui aliās Nisan vocatur, respondens quandoque Martio, quandoque Aprili nostro) vernali æquinoctio proxima (à qua lunatione festa reliqua numerantur) acciderit post decimam octauam horam illius diei, hoc est post duodecimā apud nos; tunc illa Neomenia siue

Annas & Caipha simulabare ligio.

Prætorium.

Impiū nō valent verbis veritate expugnare, fugiunt ad verbera.

Hypocritæ lucē fugiunt.

Sanctitas fucata.

Charitas est omnis sanctitatis subsistentia. Iudæi legē Dei suis traditionibus postponunt.

Iudæi domum gentilis insecranda.

Pascha. Pasche obseruationes due apud Iudæos fuerunt. Festa Iudæorum de die in diem translata. Lunatio. Neomenia. Abih, vel Nisan mensis Martium.

siue Lunatio, non incipiebat supputari ab eo die, sed transferebatur in sequētem diem, & ordinabatur, eō quōd contingerit Lunatio siue luminarium coniunctio in sexta & vltima parte diei. Tunc enim magis declinat talis coniunctio ad diem sequētem, quā ad illum in qua est, quum iam tranferit tres quartas partes illius diei, & quartā vltimam atigerit: Hebræis enim dies incipit ab hora sexta apud nos vespertina. Hæc autem obseruatio videtur fuisse legitima: nam habebant nonnullam celebritatem Neomeniæ, in qua admandatum erat sacrificia quædā peculiaria fieri. Numer. cap. 28. Idem & ex Esaia cap. 1. notatur. Quare æquū fuit, vt vel quartam diei partem integram haberēt. Altera obseruatio est ex traditione patrum: Ne Pascha atque adeo Lunatio mensis Nisan, secūda, quarta, vel sexta septimanæ feria celebraretur. Affirmantque hæc constitutum esse per Rabbi A Eliezer, consummata & perfecta secūda domo Dei, postquam à Babyloniis in terram suam rediissent. De secūda septimanæ, hanc causam assignant: quōd si in ea, Lunatio, secūda feria fixa fuisset, euenisset festum expiationis in sexta septimanæ: atque quum æquē feriari in ipso atque in sabbatho ex legis præscripto oporteat, duo quieti sacri dies contigissent cōtinui, in quibus nullo modo licuisset parare cibaria: quod nimis molestum & onerosum fuisset toti populo. De sexta septimanæ aliam affert rationem Burgensis: sed parum aut nihil refert huc illam transferre. Præter hæc, Burgensis addit supputatione temporum diligenti habita (quam & peritissimi Hebræorum, cum quibus illam contulit, comprobauerunt) se deprehendisse anno quo CHRIS TV S passus fuit, coniunctionem luminarium proximam æquinoctio vernali, secundum medium motum solis & lunæ euenisse feria quinta, hora decima nona, adiectis aliquot minutis. Ergo quia euenit vltima parte diei, non potuit iuxta priorem obseruationem statui eō die Neomenia, quia non habebat quartam eius diei partem integram. Operæpretium igitur erat illum in sextam feriam transferre, incipientem hora sexta vespertina ferie quintæ apud nos. Sed quum ex traditione patrum à Iudæis obseruata, non liceret: ne duo festi dies cōtinui incidissent, in quibus nefas erat quicquam operis facere, transtulerunt in secundum diem, nimirum in Sabbathum, idque ob traditionem patrum quæ ab omnibus receptissima erat. Christus tamen, qui legi Patris quā patrum traditionibus obtemperare maluit, & quia omnium eiusmodi sollempnitatū instabat antiquatio, restituito nouo & spiritali Dei cultu, celebravit cum suis discipulis suum Pascha die Iouis sero, hoc est tempore ex lege Patris legitimo. Iudæi verò suum agnum comederūt die Veneris sero, tempore ex patrum traditione legitimo. Quare neque CHRIS TV S Pascha suā anticipauit, neque Iudæi illo specialiter anno ipsum propter necē Domini patranda distulerūt: sed vtri que legitimo tempore, quod eis iam pridē legitimum erat, illud obseruarunt: Dominus enim, ex lege Dei: Iudæi autē, ex traditione patrum. Hæc omnia fusus tractauit Burgensis, in caput 26. Matthæi.

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit,

De præfectura Pilati præsidis Iudææ legito Iosephū lib. 18. Antiquit. cap. 4. qui tamen Ethnicus incircuncisus fuerit, collatus tamē Iudæis, lōgè ciuilior ac iustior inuenietur. Pro sua sapiētia & prudētia, sapiētē & prudētē in omnibus egit: verum tadē propter priuatā vtilitatē perdit innocentē, honestati priuatā vtilitatē præponēs. Quū itaque videret non & inauditā iudicii formā, captū scilicet & vincum antequā esset auditus à iudice: armatā itē hominum manum aduersus eum, cuius fama celeberrima esset, & quem tāto honore Iudæi paulō antē cum ramorum palmis excepissent, prōdiit foras, vt si fieri posset, placata Iudæorum vāsanā, liberaret innocentem. Hoc est magnæ prudentiæ & iustitiæ in Pilato signum. Ciuilitatis erat pertinaciæ populi celsisse, & moribus se accommodasse: agnoscens enim Iudæos abhorrere ab ingressu prætōrii (qui poterat tyrannide illos contra consuetudinē ad ingrediendum cogere) iure suo postposito, exiuit foras. Est profecto optimi magistratus sese aliquantisper populi moribus accommodare, non pertinaciter illius duritiæ resistere: quod & aliās (teste Iosepho, lib. 2. de bello Iudaico, cap. 8.) fecit Pilatus, post erectas in templo Cæsaris statuas. Has quū nollet populus in templo Dei permittere, eligens potius mortē oppetere, quā illas in templo pati, prudēs cessit populo, & è templo statuas deposuit, quāquam non obtēperantes poterat armato exercitu ad hanc rem instructo, omnes ad vñū occidere.

Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?

Quia, inquit, iure optimo fit, vt cognitio causæ sententiā præcedat, & accusatio dānationem: atque nō est in more apud Romanos quenquā afficere supplicio, nisi cōuictum crimine capitali: vos hunc vincum veluti plectēdū capite adduxistis. Quid criminis admittit quōdve crimē huic intenditis? Hæc vincula nō sunt sufficiens causa quā damnādus veniāt.

Dies Hebræis incipit hora vespertina sexta vespertina.

Pasche obseruatio ex traditione Patrum.

Pascha secūda feria non celebratur.

Pascha Christi ex lege Dei, Iudæi ex Patrum traditione celebrant.

Pilatus Iudæi ciuilior.

Populi moribus quandoque cædendum.

Magistratus est aliquantisper se populi moribus accommodare.

Romanorum mos in iudiciis ferendus.



Responderunt & dixerunt, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.

*Pharisæorum superbis animus.*  
 Quid nos rogas, ô Pilate, satis tibi sit nostra autoritas: nos enim sumus venerabiles Pontifices & Sacerdotes, Scribæ, & religiosissimi Pharisei, quorum concilium errare non potest. An ne tibi laico & gentili factorum nostrorum reddenda est ratio? Satis est hunc tibi vincum ceu nebulonem adduxerimus. O quales mores hodiernos! sicine Principes Sacerdotum & religionem ipsam Phariseorum, imo ipsum summum Pontificem veneraris? Ita apud nos decretum est, vt hic moriatur. Volumus igitur vt hunc condemnes. Satis sit tibi nostra voluntas pro ratione. Nam si non esset hic maleficus, non tibi tradidissimus eum. Prudentiores certè & iustiores sumus, quàm vt innocentem condemnemus. Obserua istos sycophantas prorsus declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil criminis inueniens, ipsum ad Caipham misit, qui repertum infonem, ad Pilatum remisit. Deinde Pilato interroganti quid **C H R I S T O** criminis intentarent, nihil criminis afferre possunt. Vnde quia nihil dicunt, respondet Pilatus,

Dixit ergo eis Pilatus.

Videns Pilatus istorum ferrox supercilium, & suspicans id quod res erat, aliquid odii priuati esse, propter legis superstitionem, eodem supercilio respondet, idque prudētissima mordacitate:

Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.

*Iudæi Romanæ gladii ademerunt. Pilati sapiens responsum.*

Ironice loquitur Pilatus: hoc enim responso Iudæos iridet, quibus per Romanos adempta erat gladii potestas. Si tam gnari, inquit, & conscii estis flagitiorum de hoc homine, occidite. Cur non iuxta legem vestram hominem iudicatis siquid commisit quod nihil ad meum tribunal pertineat, sed ad vestra legis obseruationem spectet? quam (quum sit Iudæus) si contempserit, & illius fuerit transgressor, veluti si violarit Sabbathum, si gustarit carnem suillam, siquid liberius in Moysen, Prophetas, templum, aut Deum vestrum dixerit, aut siquid aliud commissum est, quod vestra lex punire iusserit, quum non sit alioqui Romanis legibus veritum, Accipite hunc vos hominem, & secundum legis vestrae præscripta iudicate: Ego non legis Mosaicæ, sed Cæsaris nomine præsidem ago. Siquid hic aduersus leges Cæsaris commisit supplicio capitali dignum, legitimis testibus conuictum proferte: & quod ad meum tribunal spectat, exequar. Ego superstitionibus & ceremoniis quæ ad vestram legem attinent, me ipsum non admisceo: nihil huiusmodi curat Cæsar.

Dixerunt ergo ei Iudæi.

Quum nihil magis in votis haberet Iudæi, quàm Christum extinguere, idque nouo supplicii genere, quod apud se omnium probrosissimum erat: & metuentes ne mox darent poenas iudici, si innocentem & innoxium interficerent, prætexunt religionem, dicentes,

Nobis non licet interficere quenquam.

*Iudæorum Pö- nificum sacra religio.*

Pilate, hoc tibi notissimum est, nos religiosos & spiritales esse, quibus vetitus est gladii usus. Non est fas nobis quenquam interficere. Impudentissimæ nationis verba obserua, quæ Prophetas ad se missos lapidauit, vt Hieremiã: ferrauit, vt Esaiã: interfecit, vt Zachariam & alios plerosque: tamen adeo sibi blanditur, vt ab homicidio & innocentium cæde sese immunem iactet, quum interim **C H R I S T V M** omnium innocentissimum mille modis in crucem suffigat. Homicidam habent animum, linguas paricidas: proditorum enim, cohortem, & falsos testes isti maleuoli pecunia conduxerant: falsa crimina confingentes, prætextu summæ religionis vrgēt, & terrore afficiunt præsidem, interim volentes videri à necesse Christi immunes, & digni qui Paschalem agnum comedant, ob id solum quod prætorium non essent ingressi. Obserua quàm nihil sceleratius sit hypocritica religione & veritatis persecutoribus, qui veritate destituti, ad mendacia confugiunt: pleno enim ore mentiebatur, dicentes, non licere sibi interficere quenquam, quum prætextu suæ religionis Stephanum postea interfecerint, & legem de tollendis blasphemis habuerint. At quia optatissimum illis erat, vt cruci

*Hypocriti nihil sceleratius.*

*Crucis supplicium à solo præside dandum.*

**C H R I S T V S** affigeretur (quo genere supplicii solus præses animaduertebat in rebelles) & eius mors inuulgaretur, eius gratia prætexunt, quod non liceat sibi occidere.

Vt sermo Iesu impleretur, quæ dixit, significas qua morte esset moriturus.

Hæc facta sunt, vt perspicuum fiat quàm verax sit Deus, qui se à Iudæis tradendum Gëtibus prædixerat, (Matt. ca. 20.) significas qua morte esset moriturus, nimirum morte crucis, à Gëtibus crucifigendus. Obserua: Non solum mortem ipsam, sed & ipsum mortis delectum genus prædixit.

M. Iesus

M. IESVS autem stetit ante præsidem, R. & accusabat eum summi Sacerdotes in multis, L. dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se **C H R I S T V M** Regem esse. M. Et quum accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, R. Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. M. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? IESVS autem non respondebat ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer.

*Christus stetit ante præsidem.*

*Tacet Christus.*

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit IESVM.

Prudentis & iusti iudicis officium est, non festinare iudicium: quod intelligens Pilatus, non est sequutus populi & Sacerdotum clamorem: sed auditis Iudæorum vocibus, postea quàm de regno affectato in specie IESVS perspicue nihil apparere vidit quod huic crimini fidem faceret, relicta turba & accersito ad se priuatim IESVS, vt ex homine (quem ex vultu probum ac pium coniciebat) expiscaretur quid esset, (malitiose enim calumniabantur, dicentes IESVS molitum esse aduersus Cæsarem, nimirum principatum Iudææ ab illo rapere, & regni gloriam in se transferre voluisse:) dixit ei,

*Iudicium iusti est matrem & non festinanter iudicare.*

Et dixit ei.

Scorsim vocato IESVS (quia magna quædam de eo erat opinio) vt iustam causam eliceret, & sibi iustam accusationem ex rumore pararet, quam prodere nolebant Iudæi, præses ait,

Tu es rex Iudæorum?

Exquirat diligenter præses, Tunc Rex ille Iudæorum, quem Iudæi expectare dicuntur? hoc inquam, diligenter inquirat, quod hoc vnicum crimen ad Cæsaream maiestatem & publicam tranquillitatem maximè pertinere videatur: cætera crimina parum admodum curabat: sed vehementer attentus erat, nequa suboriretur seditio aduersus Cæsarem, qualis circa **C H R I S T I** tempora frequens suborta est, authoribus Iuda Galilæo, AEGYPTIO pseudopropheta, Teuda & Caphedone, vt Iosephus scribit lib. Antiquit. 18. cap. 1. Eusebius in Historia lib. 1. cap. 3. & Acto. cap. 5. Ideo quia acclamauerat Iudæi, Ne putes ô Pilate, nos nihil accusationis habere aduersus hunc hominem, audi, hunc deprehendimus euentem gentem, dicentem se Regem esse, & prohibentem tributa dari Cæsari. Hic homo est gentis seductor, & seditionis author, dum auertit homines à Cæsare. Hoc crimen est læsæ maiestatis imperatoris. An non habes nunc accusationum & pessimorum criminum miriadas? Inquirat Pilatus de hoc crimine, vindicare volens hæc quæstione gloriam Cæsaris & publicam tranquillitatem.

*Publica tranquillitas maximè studendum. Seditio à Iuda Galilæo orta.*

Respondit IESVS.

Admiracione plenum est **C H R I S T I** responsum super quæstione Pilati rogantis **C H R I S T V M**, num Iudæorum Rex sit, & vendicet sibi regnum Iudaicum: quum tamè facile cognoscere possit Pilatus, quod Christus nullo signo regnum Iudaicum & carnale affectarit.

A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?

Fingisne, & vtrum coniectas ex teipso quod regni sum affectator, an hoc nomine Iudæi detulerunt me tibi? Si à teipso hoc habes, ridiculum est te prudentem iudicem, non esse prudentiorem: non enim æquum ageres iudicem, cuius partes sunt non è proprio arbitrio, sed è causæ ratione iudicare. Quod si ex aliis acceperis, falsum est: & illis assentiri, magnam in te argueret leuitatem, qui vulgo crederes ignorabili & mendaci. Nemo enim me hoc crimine vnquam vocauit in iudicium, vnde hic sermo ad te peruenit: quod autem audisti, hoc finxit Iudæorum malitia.

*Iudicium iustum.*

Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum?

Pilati excusatio, quod à seipso non dixerit, quod **C H R I S T V S** sit Rex Iudæorum, & quod Iudaicum regnum affectet. Non ex meipso (inquit Pilatus) hoc coniecto, neque quicquam in te huic crimini congruens video. Ad Iudæos, non autem ad me Gen-



Pilatus fabulā putabat de venturo Rege (quem Messiam dicunt) fabula. Vanum putabat Pilatus, quod de Messia prædicabant Iudæi.

**Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi.**

Magnorum hominum autoritate ducitur Pilatus. Oportet te aliquod magnum crimen commississe, quum GENS TVA, hoc est Iudæi, inter quos natus & enutritus es: ET TVI Pontifices, penes quos tuæ religionis est summa, tradiderunt te mihi, modis omnibus agentes vt occidaris. Aiunt te Messia honorem vsurpare, & propter hoc Iudæorum regnum affectare. Agnosce hanc accusationem? Si hoc affectati regni crimen falsum est, dic igitur, Quid fecisti?

**Quid fecisti?**

Si quod tibi intendunt tui Pontifices crimen, falsum est, quid igitur commisisti, propter quod te huc vinctum accusantes adduxerunt? Hæc quæstio est de causa traditionis à Gente & Pontificibus facta.

**Respondit IESVS.**

Quum bono & simplici animo Pilatus hæc sciscitaretur, vt innocentem ab inimicorum faucibus eriperet, dignatus est IESVS illi suo responso, & per ænigma docuit aliud regni genus esse, de quo vaticinati essent sancti Dei Prophetæ, multo excellentius regno hoc mundiali, quod humanis rebus & præfidiis solum subsistit: cuius vis esset solum in corpora & res terrenas: verum quod prædixerant Prophetæ regnum, esse cæleste: quod licet terreste contemneret, nihilque cū ipso cōmune haberet, ipse tamē exitū nō curaret, sed in melius prouheret. Proinde CHRIS TVS hoc responso aperuit talē suā esse doctrinā, qualis ipse est Rex, & quale regnū habeat. Spiritalis est Rex, Spiritalis doctrina, Spiritale regnū. Ideo vt neque est Rex carnalis: ita neque regnum Iudæorum carnale affectauit.

**Regnum meum non est de hoc mundo.**

Audio Pilate, Iudæorum clamores & falsam accusationem: agnoscoque me affectare regnum, sed non tale, quale carnales isti somniant, nec quale calumniatores isti me affectare criminantur. Nam REGNUM MEVM NON EST DE HOC MUNDO, hoc est regnum meum non est Cæsareum & terreste, sed cæleste & Spiritale. Nihil ergo, quod affecto, Cæsarem lædere potest: nam huius mundi regnum subsistit manu militari, ferro gladio, seruis ac subditis corporalibus, castris, oppidis, propugnaculis, arcibus, vicis, villis & prædiis: at Spiritale regnum, subsistit stultis huius mundi, carnis impotentia, afflictionibus, iustitia, æquitate, bonitate, gaudio, Spiritu, & vita æterna. Regnum mundi exercitu instructo & gladiis defenditur: cæleste verò defenditur verbo, veritate, & sanguinis effusione. Milites enim cælestis regni, suo sanguine veritatem ipsam obsignant, pro qua mortē oppetunt. Et quo plures sanguinem effundunt, eò illustrius & amplius redditur regnum Spiritale. Huius regni cælestis Rex pro oppidis & habitaculis corda credentium habet, quæ non armorum machinis, sed verbo Dei, remissione peccatorum, viua fide, iustitia, bonitate, atque adeo vita æterna reguntur & defenduntur.

**Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei**

**vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.**

Argumento à signis petito, Pilatum (cuius erat in Iudæa Cæsaris dignitatem seruire) à rebellionis formidine liberat. SI REGNUM MEVM esset de hoc mundo, id est terreste ac temporale: & si affectarem Cæsaris regnum, id tibi argumento esset, si mundiales ministros meo nomine armatos videres, qui impedirent modis omnibus ne tam duriter à Iudæis tractarer, & inter illorum manus veluti scelerosissimus nebulo tenerer. Quum igitur videas me neque armatum satellitium, neque laterones ac stipatores aut instructas copias, more caterorum Regum habere, sed paucos discipulos, & eos imbelles ac tenues, certo cognosceis & perspicue intelligis me nihil aduersus Cæsarem intendisse.

**Nunc autem regnum meum non est hinc.**

Hæc auris literis scribenda veniunt, & suauissimam piis afferunt consolationem aduersus tumultum mundi, & persecutionem ac tyrannidem magnatum, Satanæ, & afflictionem eius. Qui, quod cum Christo ex hoc mundo non sunt (in quo solas pressuras & afflictiones tolerant) aliud expectant regnum, in quo pax & tranquillitas est perpetua. Vnde in magnis tribulationibus, imo in media ipsa morte consolationem accipiunt, meditates ac fide

Regnum temporale à Christo non affectatum.

Christi regnum non mundiale. Euangelium non dedit quæ sunt Cæsaris. Regni temporalis munia. Regni cælestis subsistentia.

Christiani regni oppida & arces.

Pi aliud à mundo expectant regnum.

ac fide viua dicentes, Regnū nostrum non est hinc: non est hinc solatio & quieti locus. Aliquantisper durabit afflictio, at mox euanesceat, & vertetur in gaudium. NVN C, inquit, id est tempore passibilis carnis, REGNUM MEVM, quo ego, & qui in me credunt, regnamus, NON EST HINC, id est non est in potentia carnali. Nam quantum ad eternam laruam & iudicium mundi attinet, vincuntur qui sunt de regno meo, & videntur impotentes & imbelles, sed hac impotentia victores sunt. Occiduntur quidem cruce & variis tormentis, sed mortem vincunt, quia per crucem, varias afflictiones, & mortem ingrediuntur regnum à me affectatū, nimirū cæleste, & vitam æternam. Obserua: Quum Dominus dicit REGNUM suum non esse hinc, nō intelligas quod mundum prouidentia & protectione sua priuet, sed vt demonstret regnum suum neque humanum neque caducum esse: nam Domini est terra & plenitudo eius: & omnia per ipsum facta sunt. Ipse est portans, id est gubernans omnia verbo virtutis suæ, Hebr. cap. 1. Breuiter vbique regnat, vbique dominatur CHRIS TVS, siue in hoc siue in alio mundo: non tamen dominatur & regnat iuxta mundi rationem. Nam mundus rebus caducis nititur, & carnali potentia dominatur: at verbo & virtute cælesti ac Spirituali, succumbit & perit in æternum. CHRIS TVS rebus æternū duraturus nititur, & Spirituali ac cælesti potentia dominatur, vt vt succumbere videtur carnali. Tyrannide mundus dominatur, CHRIS TVS Euangelio. Corporibus & terrenis rebus, dominatur mundus, CHRIS TVS cordibus & rebus Spiritualibus. Huc pertinet quod dicebat CHRIS TVS, Lucæ cap. 21, Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra (non autem in exercitū carnali & gladio) possidebitis animas vestras.

**Dixit itaque ei Pilatus.**

Quum Pilatus homo prophanus verbum CHRIS TI (quod obscurum esset) non satis intelligeret, subodorassetque tamen ex verbis IESV ipsum non prorsus abiisse Regis nomē, sed regni distinctionē descripsisset, cum admiratione quadam & stupore (quia ipse intererat vt Cæsaris gloriam vindicaret) loquutus est seriōque dixit,

**Ergo Rex es tu?**

Quum regnū habeas, quodcumque sit istud regni genus quod neque ad nos neque ad mundum pertinet, operæpretium est asseuerare, te Regem esse alicubi.

**Respondit IESVS.**

Seriō rogatus IESVS à Pilato an aliquo modo Rex esset, cum modestia respondet, & clarius explicat quale sit regnum suum, nempe regnum veritatis.

**Tu dicis, quia Rex sum ego.**

Pilate præses, neque erras neque mentiris in hoc, quia dicis me Regem: etenim ego verè Rex sum.

**Ego in hoc natus sum.**

Regnum meum non est temporale aut vanum, sed Spirituale & verax. Ego mendacii nescius, natiuitate æterna natus sum, ex Rege Rex & verax. Hoc ipsum de Rege natum esse, testatur me Regem esse. Aut natiuitate temporali natus sum Rex. Hebr. cap. 1, Quem constituit hæredem vniuersorum. Non vt dominet super vrbes & oppida huius mundi, carnali pompa.

**Et ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeā veritati.**

NON veni in mundum, id est non factus sum homo, vt regnem temporaliter, & quempiam mendacio fallam, sed vt testificer veritatem, & annuntiem Euangelium, quod est virtus Dei ad salutem omni credenti. Hoc dum facio, dominor & regno in cordibus credentium, super crucem, peccatum, mortem, infernum & Satanam: vt qui credunt in me, pro peccato & impietate iustitiam, pro tristitia gaudium, pro cruce consolationem, pro morte vitam æternam, & pro inferno cælum accipiant. Hæc sunt regni mei feuda, vt dicunt, hæc sunt prædia, vrbes & oppida quibus præsum, & quæ diligenter seruo. Colligimus ex his ad CHRIS TVM pertinere, cum ex natura, tum ex officio dicere veritatem, & è mundo falsitatem tollere, annuntiare se Regem, qui solus regnum cæleste credentibus largitur: qualis sit rex, & quale habeat regnum. Quum igitur regnum eius sit regnum veritatis, non indiget armato exercitū, carnalibus armis & externa potentia vt ab insultu aduersariorum defendatur. Conteta est veritas sua ipsius luce. Et quæadmodum sol nube obtectus

Mundus non est locus quietis & solatii.

Mundus quibus regitur. Christus quibus dominatur.

Pi non in gladio, sed in patientia suas animas possident.

Christus natus Rex ex Rege.

Finis & fructus aduentus Christi. Euangelium.

Feuda regni Christi.

Veritate dicere ad solam Christum pertinet.



lucem suam non perdit, & aduentio lumine vt illuminetur non indiget: ita veritas, licet multis impetatur & obfcuretur mendacijs à mundo, nunquam tamen extinguitur, nulliusque externo propugnaculo eget, satis superque seipfa contenta.

Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

Acclamatio Christi qua inuitatur Pilatus ad Euangelium.

Fructus vocis Dei audit. Electiois diuinae signum est auditio Euangelii. Audire vocem Dei quid est? Christus animis, Cæsaris vrbibus dominatur.

Elegans est hoc epiphonema, quo Christus inuitat Pilatum ad amplectendum Euangelium, & vt cognoscat Christum esse Spiritalem Regem pro conscientijs, quas in pace tranquillitas facit, regit ac moderatur: item agnoscat ipsum mundi saluatorem. Omnis qui est non ex mendacio, rem quæ cõputrescit pariente, aut ex Adamo veterè terrenos & steriles filios generante, sed EX VERITATE, hoc est, qui veritatem, rem constantissimam & æternam permanentè diligit ambítque bona æterna: qui diligit inquã, iustitiã, & desyderat hereditatè ac vitã æternam, IS AUDIT VOCEM MEAM, id est me Regè excipit, & habet vt saluatorem mundi, meoque imperio sese tradit. Hunc ego voce mea, verbo meo veluti sceptro regio, non gladio aut tyrannide rego. Proinde Cæsaris maiestati nõ læsi, ô Pilate, quandoquidem longè aliam administrationè in regno meo habeo, quàm ille in suo. Habeat ille suas vrbes, oppida, leges ciuiles, armã & gladios: ego solùm animis hominũ dominari quæro, non illis qui spirant opes, ambitione inrgent, seditiones mouent, honores & mundi dignitates ambiunt: sed qui simplices sunt, qui seipfos abnegant, & iustitiam sitientes iocundè veritatem audiunt, & illã oblectantur.

Dicit ei Pilatus, Quid est veritas?

Quum præses quæ dicebantur non planè intelligeret, opinareturque illa neque ad suã pertinere cognitionem, neque quæstis & interrogationi satisfacere, quibus vel placare vel abigere Iudæos posset, obiter quærit, Quid est veritas? Quasi diceret: Tu dicis te huc venisse vt testimonium perhibeas veritati: aliãmne prædicas veritatè, quàm vel nostri Sacrifici inter Gẽtiles, vel Pharisæi & Scribæ inter suos? Quum arbitraretur huius quæstionis solutionè parum ad se pertinere, nõ expectato responso (quod tamè nobis omnibus summa sollicitudine expectandũ & exquirendum est) rursum prodiit foras ad Iudæos. Heus tu Pilate, quo abis? Rogas, & vocem eius quum non audias, nõ es ex veritate. Proinde quod domi habes, foris quæritas. Qui astat tibi, veritas est. Ille enim dixit, Ego sum via, veritas & vita. Et quæ tui idolorum sacrifici nugantur, & Pharisæi de carnali iustitia profitentur, vana sunt & profus mendacia. Habeto igitur vnicum CHRIS TV M tibi ad stantem pro veritate, is solus est veritas.

Veritas.

Et quum hæc dixisset, iterum exiuit ad eos, & dicit eis.

Non est Pilatus temerarius iudex, fortassis nõ expectauit quæstionis solutionem, quod tempus postularet illius nodi solutio, & vrgeret hora, vt IESVM à furore Iudæorum liberaret siqua via id posset. Idcirco exiuit ad Iudæos.

Ego nullam inuenio in eo causam.

Innocenti patrociniandum.

Examinatus testatur Christum innocentem.

Diligenter examinaui hunc hominẽ (inquit præses) nec vllum inuenio crimẽ in homine capitis supplicio dignũ. Partibus iusti iudicis Pilatus fungitur, cuius est innocenti patrociniari. Contèdit enim, quum nullã in IESVM causam inueniat, cõdendũ non esse. Quasi diceret: Nõ ideo Cæsar huic tribunali me præfecit, vt pro vestra libidine hominẽ innocentem peragam reum. Prorsus illum absoluedum censebat, quod innoxium probasset. 1. Pet. cap. 2, Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Obserua testimonium innocentie Christo latum ab extraneo ethnico, interim à sua gente accusatum.

Christus ad Herodem missus.

Herodes vult signa videre.

L. Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes, Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat iis diebus. Herodes autè viso IESV, gauisus est valdè: erat enim cupiens ex multo tempore eũ videre, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod ex eo fieri.

eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus, & ipse nihil illi respondebat. Stabãt autem principes Sacerdotum & Scribæ cõstanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illufit, indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea erant inimici adinuitem. Pilatus autem conuocatis principibus Sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis: sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo dimittam illum. M. Per diem autem R. festũ. M. solennem. L. necesse habebat præses R. dimittere illis vnum ex vincis, M. quencunque voluissent, R. quencunque petuissent. M. Habebat autem tũc vincitum insignem, qui dicebatur Barabbas latro. R. qui cum seditionis erat vincitum. L. propter seditionem quandam factã in ciuitate, R. & in seditione fecerat homicidium. Et quum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. M. Itaque congregatis illis, respondit Pilatus.

Constantiter id est, intente & acriter.

Emendatum est cor reatum & castigatum, id est causa sum flagris.

Tacet Christus.

Herodes & Pilatus facti amici.

Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam in Pascha: Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?

Vt est iusti iudicis, Pilatus quærit media liberandi innocentem. Nam quum violentia præ multitudine populi & Pontificum potentia, IESVM liberare non posset, liberationem prudenti consilio & sagaci iudicio aggreditur. Consuetudinem liberandi vnum è captiuis festo Paschæ proponit, simul confert innocentissimo CHRIS TV, nocentissimũ latronem, sperans fore vt animos Iudæorum sibi hæc parte obediens, & promptos faceret ad dimittendum IESVM. Tameñ, inquit, vt dicitis, hic homo sit noxius, (quod ego non comperio) tamen iustum est vt si huic velut innoxio non velitis parcere, tamen ob Paschæ solennitatem & religionem veluti nocentem absoluaris, & vitam condonetis. Vobis solenne est & inoleuit laudabilis consuetudo, vt in hoc festo Paschæ (quod religiosissime obseruatis) ex captiuis vnus aliquis, vobis hoc flagitantibus, liber dimittatur. Liberum igitur vobis erit vnum è duobus eligere, Barabbam seditionis authorem, publicæ tranquillitatis conturbatorem, insignem latronem & homicidam egregium: an IESVM, virum mea sententia pium & innocentem, quem quidam dicunt Regem scilicet Iudæorũ. Obserua præsidis prudentiam: Non dixit, si errauit & dignus est morte, condonate illum solennitati: sed in primis illum excusauit, Non inuenio (inquit) in eo causam: deinde vehementer vrget & rogat, si nolint aliter innocentem dimittere, saltẽ illum condonent festo & tãtæ solennitati. Proinde quum nominat IESVM Regem Iudæorum, contendit mitigare risu rabiẽ Iudæorum, & simul prudẽter ostendit falsũ ipsum hoc crimine accusari. Nunquam enim præses Pilatus IESVM innoxium pronuntiaffet, si aliquod signum affectati regni in IESV deprehendisset: propterea vt rem risu dignam arbitratus est accusationem illam, qua dicebant ipsum affectasse Cæsaris regnũ. Porro cõsuetudo liberandi vnũ è captiuis in festo Paschæ orta est è liberatione ex AEGYPTO: in cuius memoriã, & ob tãtũ à Domino receptum beneficium, institutũ est Pascha, Exod. 12, Habebitis, inquit, hunc diẽ in monumentũ, & celebrabitis eum solennè Domino, in generationibus vestris cultu semper piterno. Addiderũt ipsi quod lógõ vsu in consuetudinẽ abiit: vt quæadmodũ ex AEGYPTO

Solenni festo Paschæ liberabatur vnus è captiuis.

Barabba insignis coloris. Pilati prudentia ad liberandum Christum.

Pilatus non persuasit sibi Christum affectasse regnum Cæsaris. Consuetudo liberandi captiuũ, yndæ orta.

L. i.



gratia Domini Dei fuerant liberati, & senserant misericordiam superasse iudicium: ita pro gratiarum actione, & in memoriam tanti beneficii ordinarunt simili die captiuum liberatum iri. Aut fortassis id privilegii concesserunt Pilatus & alii praesides in fauorem populi, cui praerant. Aut ex loco Numerorum cap. 35, Quod si fortuito & absque odio & inimicitiiis, quicumque horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quaestio ventilata, liberabitur innocens de victoris manu, & reducet per sententiam in urbem ad quam confugerat. Haecenus Moyses. Verisimile est (ait Theophylactus) huiusmodi condemnatorum absolutiones esse profectas à lege inuenta in Scriptura, quam iuxta sua capita Iudaei frequenter protulerunt.

M. Quem vultis dimittam vobis: Barabbam an Iesum, R. Regem Iudaeorum, M. qui dicitur CHRISTVS? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum, R. summi Sacerdotes. M. Principes autem Sacerdotum & seniores, R. concitauerunt turbas, M. & persuaserunt populis vt peterent Barabbam, IESVM verò perderent. R. & vt magis Barabbam dimitteret eis. M. Respondens autem praeses, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti?

Clamauerunt rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barabbam.

Impietatis genus.

Munus proprietas. Christus infra Barabbam excusatus.

Haereditas Christi. Synagoga leoni collata.

Agnosce, lector, genium impietatis, quae ad quaevis vitia potius inclinat, quam vt CHRISTVM seu verbum & veritate viuere & regere patiatur. Nullus ex Iudaeis CHRISTO patrocinabatur, sed omnes magno vocum consensu palam facinorosum notaque audaciae latronem IESVM innocenti & mansueti praeponebant, iniquissimum homicidam dimitti postulantes. Obseruemus hoc loco mundi genium, qui nocentibus benignus esse solet, innocentibus verò maxime aduersarius. Agnoscamus eum qui ab aequalitate Patris ad paupertatem nostram descendit, extenuatum aestimatumque esse infra Barabbam, nouissimum virorum: & in hunc contemptum descendisse, vt nos ab homicidarum principe, id est diabolo, liberaret, & in gloriam suam traduceret. Hanc vocum insaniam Hieremias in persona CHRISTI (cap. 12.) praedixit, Reliqui domum meam, dimisi haereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius: facta est mihi haereditas quasi leo in sylua, dedit contra me vocem. Haec haereditas, Iudaei sunt, teste Dauid. Psal. 46, Elegit nobis haereditatem suam, speciem Iacob quam dilexit. Hoc in iudicio coram Pilato praeside, haec haereditas dedit vocem suam, non secus atque leo suos rugitus, dum feras venatur. Nam hic feras capere volens, horribiliter rugit: huius rugitu feras perterritae cadunt, & solo leonis clamore superantur ac rapiuntur. Vnde Oseas cap. II, dixit, Leo eructauit, & quis non timebit? Non absimili modo Synagoga quasi leo in sylua aduersus CHRISTVM facta est. Nam (vt Cyrillus ait) quauis CHRISTVS nullo terrore percussus sit (expers enim formidinis Deus est) clamoribus tamen suis CHRISTVM Synagoga interfecit.

Erat autem Barabbas latro.

Barabbas.


Signanter ista adiecit noster Euangelista, vt ob oculos iniustitiam & impietatem Iudaeorum ponat atque exaggeret, BARABBAS interpretatur Filius confusionis vel ignominiae. Huius insignis latronis vita nomini correspondet.

L. Et exclamauit simul vniuersa turba, dicēs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere IESVM, R. & ait, Quid igitur vultis faciam Regi Iudaeorum, M. qui dicitur CHRISTVS? R. At illi rursus clamauerunt omnes, dicentes, L. Crucifige, crucifige eum, R. Pilatus verò, M. praeses, L. tertio

L. tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi, M. magis clamabant, dicentes, Crucifigatur, L. & instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualecebant voces eorum.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Romanorum more factum, qui agendum in cruce, flagris prius cadebant. Circūde derisus. Induerunt eum.



TUNC ergo apprehedit Pilatus IESVM, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circūdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant, Ave Rex Iudaeorum, & dabant ei alapas. Exiit iterum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce adduco vobis eum foras vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiit ergo IESVS portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis, Ecce homo. Quum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit. Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit, & ingressus est praetorium iterum: & dicit ad IESVM, Vnde es tu? IESVS autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit IESVS, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se Regem facit, contradicit Caesari. Pilatus autem quum audisset hos sermones, adduxit foras IESVM, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur, Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschae, hora quasi sexta: & dicit Iudaeis, Ecce Rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices, Non habemus Regem, nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem IESVM, & eduxerunt, & baiulas sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluariae locum, Hebraice autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, mediu autem IESVM. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat

Flagellatur Christus & coronatur spinis. Matth. 27. c. Marc. 15. b.

Iudaei petunt Christum crucifigendum.

Pilatus timens interrogat Christum.

Potestas à Deo. Rom. 12. a. Peccatum Iudaei.

Christus crucifigendus traditur Iudaeis. Matth. 27. d. Marc. 15. b. Luc. 23. e.

Titulus crucis.

L. ii.

Quasi sexta id est instabat meridies.

Et hoc loco Caesar significat impetorem Romanum.



autem scriptum, IESVS NAZARAENVS REX IVDÆORVM. Hunc ergo titulum multi Iudæorū legerunt, quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus est IESVS. Et erat scriptum Hebraicē, Græcē & Latinē. Dicebat ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Milites ergo quum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Vt Scriptura impleteretur dicēs, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem IESVS, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Quum vidisset ergo IESVS matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciens IESVS quia omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dicit, Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum: illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponētes, obtulerunt ori eius. Quum ergo accepisset IESVS acetum, dixit, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo (quoniam parasceue erat) vt non remaneret in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frugerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad IESVM autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa (eod quod esset discipulus IESVS, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus IESVS. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus IESVS. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad IESVM nocte primū, ferens mixturā myrrhæ & aloës, quasi libras centū. Acceperunt autem corpus IESVS, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, ortus: & in orto monumentum nouum, in quo nondū quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceue Iudæorum, quia iuxta erat monumentū, posuerūt IESVM.

Tunc ergo

Vestimenta Christi diuisantur.  
Matth. 27. d  
Marc. 15. b  
Luc. 23. c  
Psal. 21. e

Matrem cōmendat Iohāni, Christi suus.

Psal. 68. e  
Potatus aceto Christi, ministratur.

Crura latronibus franguntur.

Exod. 12. g  
Nume. 9. b  
Zachar. 12. c

Nicodemus.


Sepelitur Christus.

In quem, &c.)  
q. d. conuictiē oculos in eum eius latus lancea perforabunt.

Propter, &c.)  
id est quod parasceue iam videret ad vesperam.

Tunc ergo apprehendit Pilatus IESVM, & flagellauit.

CAP. XIX.



IN C, scilicet post clamorem Iudæorum, & vbi tentatis omnibus inteligeret Pilatus se nihil proficere apud furētem Iudæorum populum: nam diligentissimam nauauit operam, & nullum non mouit lapidem vt semet à reo explicaret: apprehendit IESVM, vt quod supra dixit (emendatum siue castigatum dimittam) exequatur: sed nihil proficit, dum impietate, qua flagellat innocentem, impietati Iudæorum studet mederi: nos tamen eius liuore sanati sumus. Pilatus in gratiam vulgi, & vt auram popularem captaret, putans se saltem hac occasione liberaturum innocentem, per ministros apprehendit IESVM, & pro more Gentium, apprehensum flagellauit. Nam Iudæorum mos non fuit flagellare homines. Hanc flagellationē futuram per Gétes Dominus ipse prædixit Matth. cap. 20, Tradetur enim Gentibus ad illudendum & flagellandum. Conducti pecunia ministri in orto apprehenderunt Dominum, cuius sanguine nunc non saturantur, quod illum Iudæorum persuasione summo persequeretur odio. Ecclesiastici cap. 12, Inimicus si inuenerit tempus, non saturabitur sanguine. Proinde Pilatus quum hanc flagellationē, bona, vt dicit, intentione fieri iusserit, electo hoc minore malo vt maius vitaret, nimirum innocētis homicidium, veniēne excusandus? Nequaquam: nam non sunt faciēda mala, vt eueniant bona. Quodque malum per se est, quale est innocentem cognitum talem affligere, non potest bonum esse. Iniuste igitur IESVM flagellauit. Obserua: Hæc est prima iudicis Pilati sententiā, qua CHRISVS flagellis adiudicatur, quæ iniusta est, vt vt prudentissima à sapientibus huius seculi videatur. In Pilato legitur captatæ auræ popularis exemplum, qui in gratiam furentis & insani vulgi flagellat innocentē CHRISVM. Tameſi gratissima fuit Deo Patri hæc oblatio flagellationis, qua se Filius pro nobis flagellatum obtulit: peccauit tamen Pilatus, huius flagelli minister. Interim dum mundus sua opera in flagellando CHRISTO exercet & agit, Dominus nec sua negligit, qui pro more habet, vt sub impiorum operibus (quibus pii afficiuntur) suum opus exequatur, & fructum producat copiosissimum. Exemplo erit venditio Iosephi, qui quum à fratribus infons pro ipsorum libidine, multis expositus esset periculis, & tandem impiē venditus, Dominus Deus suum opus sub hac venditione est exequutus, dum Iosephum tandem ad dominium super fratres euexit. Ad hunc modum, dum Iudæi sua opera inique flagellando CHRISVM, agunt, Deus non negligit sua: flagellis enim sui Filii innocentis, piorum afflictiones & flagella sanctificat, & omnibus pio contingentibus flagellis fauet. Præterea his flagellis Dominus declarauit qua conditione adoptiuū filii in hoc mundo tractabūtur: nam si proprio Filio Pater non peperit, sed illum flagellari passus est: proculdubio patietur & filios adoptiuos varia cruce & flagellis affligi. Quem enim Dominus diligit (ait Sapiēs) corripit: & flagellat omnem filium quem recipit.

M. Milites autem præsidis suscipiētes IESVM, R. duxerūt eum in atrium prætorii, M. & congregauerūt ad eum vniuersam cohortem,

Et milites plectentes coronā de spinis, imposuerunt capiti eius.

Milites præsidis qui in atrio aderant (quorum plerosque Iudæi pecunia conduxerant ad sauitiam grauissimam exercendam) tam sanguinario spectaculo multam de suo ad malum prono ingenio addiderunt crudelitatem: nam flagellatum, & à planta pedis ad verticem vsque cæsum, contemptu quodam corona de spinis contorta coronant. Audi pie lector sponsam in Canticis cap. 3, dicentem, Egredimini filiæ Hierusalem, & videte regem Salomonis in diademate quo coronauit eum mater sua: non vtique virgo illa incorrupta Maria, sed ferox illa nouerca synagoga: quæ huic non auream, sed spinis instructam coronam capiti eius imposuit.

Et veste purpurea circumdederunt eum.

Ludibrii causa exutum induunt purpuream siue coccineam chlamydem, vt quem die ramorum siue palmarum exceperat honorem ab his qui clamabant Osanna, Benedictus qui venit, euerterent.

Pilatus seruans vulgo, sit iniquus.

Christus flagellatus caesus.  
Flagellatio ex more Gentium est.

Pilatus excusans dicitur esse flagellans Christum vt à morte ipsam liberet.

Malū per se non potest rectū fieri.

Flagellatio Christi iniustissima licet oblata Deo fuerit gratissima.

Sub impiorum operibus, Deus suum opus exequitur.

Iosephus venditus, relictum ad gloriam.

Christus suis flagellatus, piorum flagella sanctificauit.

Flagellatio Christi fructu.

Militem Pilati crudelitatem.

Christus à synagoga coronatus.



M. Et posuerunt arundinem in dextera eius, & veniebant ad eum, & genu flexo ante eum, R. adorabant eum, M. & illudebant ei, R. & cœperunt salutare eum,

Et dicebant, Aue Rex Iudæorum.

Christus stultitia factus mundo. Mundus illudit Christo spinis coronatu. Euangelium est mundo stultitia. Christiani mundo stulti. Regnum Christi spinosum & purpureum.

Hoc loco CHRIS TVS fit stultitia, inter spinas enim ridetur & subfannatur à mundo. Cur ita? Mundus coronas habet aureas, interdum ferreas, quibus significatur regnum & imperium mundi subsistere potentia, splendore & nobilitate carnali. Iam quum videt CHRIS TVM inter spinas spinis coronatum, humilem & abiectum, ironice dicit, Aue Rex Iudæorum, illudit, contemnit: est illi Euangelium stultitia. Nam audiens Euangelium polliceri liberationem ab omnibus afflictionibus, & interim videns CHRIS TVM Euangelii authorem, inter spinas afflictum, simul & credentes in ipsum infirmos esse, & in afflictionibus mori, irridet, & vocat Christianos stultos & amentes. Porro sub hac coronatione non nihil mysterii latet: adumbratur enim his ceremoniis, CHRIS TVI regnum non esse de hoc mundo, hoc est non splendescere potentia & pompa carnali, sed esse spinosum & purpureum, id est afflictionibus & passionibus obnoxium, quandiu pii hic agunt. Sub pressuris tamen ex fide certi sunt de fauore Dei Patris per CHRIS TVM: consistuntur se esse reges & victores mortis, diaboli & peccati.

Et dabant ei alapas.

Veritatis illusores non solum verbis agebant, sed & verberibus: nempe alapas impingebant. Obserua: Hæc omnia mala Dominus mansuetissime tolerauit, vt eius liuore à peccatis nostris liberar emur & sanaremur: simulque nos, qui nihil sumus, superbos tamen & feroces animos gerimus, doceret lenitatem, & in aduersis tolerantiam.

M. Et expuètes in eum, acceperunt arundinē, & percutiebāt caput eius: R. & ponentes genua, adorabant illū. Et postquam illuserunt ei,

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis.

Pilatus adhuc flagellato patrocinator.

Obserua adhuc pii & vtr reo patrocinantis iudicis exemplum: qui quanquam in gratiam Iudæorum CHRIS TVM innocentem flagellari, ei que permiserit illudi, tamen illum peragere reum, & morte perdere nõ vult sine legitime causæ cognitione. Prodiit itaque foras Præses, experturus an populi furorem lenire posset. Porro si leges ciuiles spectauerimus, iure nunc CHRIS TVS liber esse debet: nam vni causæ vnã duntaxat pœnam decernunt. Quum igitur CHRIS TVS latæ sententiæ pœnam persoluerit, impium fuit rursus in ipsum animaduerrisse.

Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam.

Testimoniū innocentie Christi.

En memorabile testimoniū innocentie CHRIS TVI, quam verè testatur Pilatus, dicēs, ECCE adduco vobis hominem foras, vt oculos vestros satietis tam miserando spectaculo: vt cognoscatis quã miserè (idque in vestram gratiam) sit flagellis dilaceratus, consputus, & spinis coronatus: vt quum nullã causam mortis in eo repperim, hoc tam miserabili spectaculo cõquiescatis, & tam vehemēter accensos in eum animos vestros mitigetis. Obserua. Non veretur Pilatus peccatū suum profiteri: nam Christū iniuriã flagellatū palã prædicat: cõ enim IESVS foras à prætorio abducit, vt rem ita se habere omnes cognoscant.

Pilatus fatetur peccatum suum, dicens, Ecce adduco, &c.

Exiuit ergo IESVS portās spineam coronã: & purpureū vestimentū. A præside CHRIS TVS foras producit sicut erat ornatus, vincus, flagellatus, consputus, & spinis coronatus, gestans pallium purpureum.

Et dicit eis, Ecce homo.

Pilati oratio ad commiserandum.

Pilatus, qui æquitatis studio ad cõmiserandum cõmouetur, hæc cum magna cõmiseratione pronuntiauit, exhibens CHRIS TVM populo. En hominum nouissimū, abiectum, consputum, flagellis cæsum, dilaceratū, corona spinea ornatū, & ab omnibus illusum. En virum habetis de quo vester Esaias cap. 53. præmonuit, Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desyderauimus eum despectū & nouissimum virorum, virū dolorū. Hæc vos moueant, oro, ad pietatē & misericordiã. Huic tam misero condonate & ignoscite,

& ignoscite: iam vt abiectus est, non potest se Regem fateri. Si huic inuidetis, iam parcite, quia modis omnibus cæsum videtis. Siquid deliquit, satis superque examinatus est, & suapte sanguine expiatus. Obserua: Tamen Pilatus hæc ad mitigandos Iudæorum animos diceret, sub iis tamen latebat magnum mysterium: nimirum, ECCE HOMO, in quo omnes homines iustificandi & saluandi: hæc sunt plagæ propter peccata non huius hominis innocentis, sed omnium qui peccauerunt in Adam. Psal. 128. Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. Esa. cap. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ecce verè agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ecce qui totus traditus est in salutem hominis, vnus pro omnibus, qui solus omnium expiare peccata potest.

Mysterium sub his verbis, Ecce homo.

Quum ergo vidissent eum Põtifices & ministri, clamabāt dicētes,

O magnam cæcitate & duritiem in Pontificibus, qui non satiati sanguine, totum necare ac maciare volunt! Neque enim innocentia, neque studio æquitatis, neque CHRIS TVI miseria, & eius tam miserabili spectaculo (quo quantavis barbarum feritas mitescere poterat) ad commiserandum commouentur, qui magis accensi sunt vt quod cœperat, perficeretur: nam metuebant Pontifices sanguinis sitibundi, ne si CHRIS TVS tam immania passus dimitteretur, subinde versis populi (vt facillè fit) sententiis & studiis, tantæ immanitatis inuidia in sua ipsorum capita recideret. Quare Pontifices cum ministris plusquam immani vociferatione, & tumultu infano clamabant. Obserua in hoc clamore studium Pontificum pro interitu veritatis: Rursus agnosce hoc loco Pontifices hostes & inimicos CHRIS TVI atque veritatis, qui in falsa religione præpollent, esse capita & incendia furoris in populo & fæce plebis.

Pontificum cæcitas & durities.

Crucifigē, crucifige eum.

Hæc est tumultuosa mundi & impiorum aduersus CHRIS TVM & veritatē vociferatio, qua non ab simili postea vsi sunt Ethnici aduersus Christianos, Ad bestias, ad bestias, Tollantur sacrilegi. Obserua hoc loco veritatem non inuenisse gratiam apud suos ofores.

Clamores aduersus pio.

Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite:

ego enim non inuenio in eo causam.

Pilatus prudentia & æquitatis studio Iudæos excellens, contendit transferre culpam à se in Iudæos. Arbitramini vos Iudæi, me impiæ cædis ministrum fore? Egone contra ius ipsam tatum nefas committam, vt innocentem occidam? Egone propter improbos vestros clamores, ero innocentie carnifex tam insignis? Putatis me vestra vociferatione territum, designare impium homicidium? Hactenus seruitū est vestro odio, non vltra sciam aduersus innocentem. Ego iuris administrator sum, non alienæ inuidiæ vindex & vltor: nõ sum innocentie carnifex. Proinde quum ego hunc innocentem comperiam, non inuenio inter meos iuris peritos legem quæ innocentem occidat. Quod si legem apud vos habetis, quæ talem cruci affigendum dicat, vos hunc hominem abducite, & si videtur, crucifigite. Nolo hoc meum tribunal & prætorium innocentis hominis sanguine impiari: ego legum auctoritate solum nocēs punio, & facinorosos cruci addico. Nihil in hoc homine dignum cruce reperio, vos solo clamore & tumultu in illum agitis, nullo argumento probatis illum quicquam aduersus Cæsarem commisisse. Non satis est reo crimen obiiicere, nisi & sufficienti argumento conuincatur. Quare quum solis clamoribus & odio, non autem legitimo iure, hæc tota res agatur, non addicam illum cruci. Obserua memorabile testimonium innocentie CHRIS TVI iam roties à Pilato pronuntiatū. Ego non inuenio in eo causam. Et vt ait Petrus Act. cap. 3. Quem vos tradidistis & negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti. Exemplo CHRIS TVI docemur sic crucem feramus, vt etiam qui nos insectantur, cogantur nostram profiteri innocentiam. Huc pertinet quod scribitur 1. Petr. cap. 3. Vt confundantur qui calumniantur vestram bonam in CHRIS TVO conuersationem.

Pilatus contentus est culpam à se in Iudæos transferre.

Tribunalū est innocentie carnifex.

Reus aut absolutus non debet testibus conuincendus.

Responderunt Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

Quum Iudæi præsidem audiunt destituti causã, ipsamque veluti appellantem ad ipsorum legem: ne aliquo pacto IESVS elaboretur è manibus, cõmentum sunt crimen (quod apud iudicem legis imperitum, graue videri posset) & legem suã producūt, aduersus quam IESVS (licet nihil aduersus Cæsareas leges) cõmississet. Nam, inquit, habemus legē, Leuit. cap. 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Et Deuter. cap. 13. Si surrexerit in

Iudæi accusant Iesum blasphemum.



*Iudæorum malitia & commentum.*

*Christus non se fecit Filium Dei. Christus declaratus Filius Dei.*

*Gentilibus vanitas de diis.*

*Imperatibus autem constituebantur.*

medio tui Propheta falsus, occidetur. Hic autem non solum pseudopropheta est, verum etiam nominis Dei blasphemator, quoniam se fecit Filium Dei, & sibi diuinitatem arrogans, in Deum sicut blasphemus. Obserua Iudæorum malitiam: præmittunt legem causam, vt Pilatum legum autoritate terreat, quod eo facilius causam postea recipiat. Rursus aduerte commentum ipsorum: falsam adducunt causam: quia IESVS non se fecerat Filium Dei, sed re vera erat, æternum genitus à Patre, multisque portetis talis declaratus est, vt Paulus docet Rom. cap. 1. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum IESVS CHRISTI Domini nostri. Rursus ad Philipp. cap. 2. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Et apertissimis verbis Dauid Psal. 2. docuit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et vox illa cælestis, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Obserua: Iudæi miracula & opera stupenda, quæ præter Deum alius nemo facere potest, tacent.

**Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.**

Quum ad manum & in promptu non haberet Pilatus quod responderet, audiens hunc sermonem, scilicet IESVM se Filium Dei facere, magis timuit: ne si esset CHRISTVS Dei Filius, aliquando lueret contemptus & irreuerentiæ pœnas. Gentilibus erat Pilatus pro more Gentium ac Ethnicorum fidem habens: apud quos tum fabulis poetarum erat proditum, & vulgo credebatur deos à cælo descendere, & rursus ascendere: quosdam item ex Deo & homine natos, semideos haberi. Adhæc Romani etiam imperatoribus suis Dei nomen donabant, & aras eis constituebant.

**Et ingressus est prætorium iterum.**

Errone itaque gentili timens ne forte IESVS vnus esset ex filiis deorum, seorsim abducit IESVM à turba in prætorium, certitudinè exploraturus, ne impius in deos suos videretur.

**Et dicit ad IESVM, Vnde es tu?**

In primis rogat Pilatus vnde esset IESVS: non adeo vt pietatem disceret, quam quod deorum supplicium timeret, & se ex ancipiti discrimine liberaret: aut vt cognita gentis origine, reselleret quod Filius Dei videri affectasset.

**IESVS autem responsum non dedit ei.**

Curiosus Pilato roganti vnde & quis esset, IESVS nihil respondit: Rogabit quispiam, Cur docendi occasionem negligit CHRISTVS: quum ad salutem Pilati pertineret scire, vnde & quis esset CHRISTVS? Cur igitur salutem eius non consuluit? Hoc suo silentio docuit CHRISTVS vanam & frustraneam esse eruditionem, quæ non pietatis amore, sed supplicii timore auditur. Non enim rogabat Pilatus vt pietatis auditor esset, & pietatem disceret: sed timore percussus, ne deorum supplicium sentiret. Rogat non ex fide, sed potius honestate quadam ciuili. Similiter Herodi roganti non studio discendæ pietatis, & veritatis cognoscendæ, sed desyderio rerum nouarum cognoscendarum, nihil respondit.

**Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te?**

Pilatus hominis etiã in capitis periculo existens silentiũ admiratus, dixit, Qualẽ te cõperio? hominẽ proculdubio suæ salutis negligẽtissimũ. Siles? dum tẽpus maximẽ vrget vt loquaris: negligis tuã ipsius salutẽ? An nõ vides te in capitis periculo cõstitutũ? quum me iudicẽ habeas tãto studio tibi fauentẽ & patrocinantẽ, nihilque magis habentẽ in votis, quàm vt tibi vitã lucrificiã, cur mihi non loqueris, vt te absolua? An necis me huius regionis Præsidi, & ob id mihi ius vitæ & necis in te esse? Si hoc necis, intelligito ex mea volũtate pendere, vtrũ in crucẽ suffigaris, an à causã libereris. Hoc loco Pilatus typum gerit omniũ illorum, qui quum etiã innocentiam accusatorũ cognoscunt, tamen vel vno verbo, vel quacunque saltẽ leui occasione offensi, pro imperio & animi fastu minãtur innocentibus mortẽ. Obserua: **NESCIS QVIA POTES TATE M,** & c. verba sunt fastuosi, inflati & tumidi animi. Præsumptionis est, sibi de potestate in pios cognitos tales, præsumere. Quis nesciat potestatem absoluedi & puniendi traditã esse magistratibus? Quis tam cæcus, qui nõ videat Christũ inter manus Pilati positũ? Poterat igitur Pilatus illũ absoluerẽ: quum Iudæis nõ esset fas (vt dicũt) quẽquam occidere, & suo exercitu potẽtior esset Pilatus, quàm vt aliquis Christũ violẽtia præter suã sententiã, opprimere potuisset. Vt vt prudẽs videretur Pilatus, hac tamẽ voce vnus est impius. Legitimẽ Christũ à causã liberare & absoluerẽ poterat.

**Respondit**

**Respondit IESVS:**

Nihil eorum quæ præses expectabat, respondit IESVS: sed id quod pios in cruce & variis afflictionibus valde consolatur pronuntiauit: mundum scilicet nihil potestatis habere in pios, nisi dispositione ac permissione diuina.

**Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.**

Ne suo silentio CHRISTVS, crimen sibi impositum agnosceret, & se ob aliquod demeritum Pilato subiectum esse, respondit, Sum quidem inter manus tuas, & tuo tribunali sistor: sed quod habeas potestatem, à Deo est: quod verò abutaris, est à Satana. Tu quidem iuxta leges ciuiles potestatem habes: sed in me nullam haberes potestatem, nisi permisum esset ab eo, cuius potestas omnem humanam potestatem superat. Data quidem tibi est potestas: at ea lege, vt legitimè illa vtaris, nimirum in laudem Dei, bonorum scilicet protectionem ac laudem: iram verò & vltionem malorum. Non est data, vt illa abutaris, & innocentem affligas & perdas. Est tua potestas in paricidas, sicarios, & publicæ tràquillitatis perturbatores. Vt nõ est lex iusto posita, ita magistratus non habet ius gladii nisi aduersus inuitos. Quod si te in me (quem agnoscis innocentem) necis potestatem habere dixeris, quid amplius habes, quàm quod quiuis homicida efficere potest? Quẽadmodum enim nihil iuris in hominem latro aut insidiator habet, qui tamen interim insidiari & occidere potest: ita nec tu legitima potestate in me quicquam iuris habes: nimirum neque Cæsarem, neque leges eius, tuo ipsius testimonio læsi. Quod verò potes me interficere, id non fit nisi Patre permittente, cui ita placitum est, vt crucifigat & moriar. Hæc dum facit & permittit, vtitur malo ministro ad sui glorificationem.

**Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.**

Non absoluit CHRISTVS Pilatum à peccato, sed illius peccatum cum peccato Iudæorum confert. Nam tamen si faueret Pilatus innocentie CHRISTI, peccauit tamen quod permisit se Iudæorum improbitate rapi. Eoque grauius est Iudæorum quàm Pilati & magistratus ciuili peccatum, propterea quod Scripturarũ Moyfi ignarus erat Pilatus, publicam solùm tranquillitatem prospiciens. Iudæi verò docti ac legis scientes erant, solo aduersus veritatem odio moti. Peccat quidem Pilatus, damnans innocentem: grauius tamẽ peccat Iudæi, tradentes CHRISTVM innocentem Pilato præfidi damnandum.

**Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.**

Quum Pilatus audito CHRISTO agnouisset ipsius modestiam & innocentiam, nullamque potestatem se habere, nisi à Deo Patre: Iudæorum verò malitiam, & sanguinis sitibundum animum: CHRISTVM item nihil mortis periculo commotum, quod non nisi voluntarius potestatis eius seipsum dedisset, & mortem subiret: nullum non mouit lapidem vt CHRISTVM à causã liberaret, & absolutum dimitteret. Obserua hoc loco fauorem Pilati & iustitiam.

**Iudæi autem clamabant, dicentes,**

Hic clamor non amore Cæsaris fiebat, quem pessimè oderant Iudæi, aduersus quem tam frequentes excitant seditiones: sed vt sanguine & odio CHRISTI, suos expleant animos, prætexunt nomen Cæsaris. Hi re vera typum gerunt eorum qui minis magistratus superioris adigunt inferiorem magistratum ad persequendam veritatem.

**Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.**

Autoritate superioris magistratus comminantur Pilato, redeuntes ad primam calumniam & crimen falsè impositum, quod non est ipsi tutum negligere: Si hunc absolueris à Pilate, non quæris gloriam Cæsaris: vnde & Cæsaris inimicitias tibi parabis. Si nihil curas, & ad te non pertinet, quod in Deum nostrum peccauerit, hoc te moueat & ad te pertineat, quod in Cæsarem peccauit.

**Omnis enim qui se Regem facit, contradicit Cæsari.**

Rationem à neglecta Cæsaris gloria sumptam adducit, cur non sit absoluedus & dimittedus CHRISTVS: Quia faciendo se Regem, dehonoraui Cæsarem. Quisquis (inquiunt) iniussu Cæsaris, regnum sibi vendicat, Cæsaris maiestatem lædit. At iste facit se Regem: quem si dimiseris, non es amicus Cæsaris, qui Cæsaris hosti faucas.

*Mundus sola permissione in pios potestatem habet.*

*Magistratum vsu à Deo, abusus à Satana. Potestatis vsu, non abusus est à Deo.*

*Gladius est huius impius.*

*Iudæi grauius peccauerunt quàm Pilatus, adigendo Christum crucem.*

*Pilati fauorega Christum.*



Pilatus autem quum audisset hos sermones.

Audiens Pilatus coniuratos Pontifices ac Phariseos, reliquamque multitudinem, occla- mantes hos sermones, Scilicet se non fore amicum Cesaris si CHRIS TVM dimiserit: perspicientique Sacerdotum & Phariseorum odium in CHRIS TVM implacabile, & mirabilem Principum ac populi consensum in vnus hominis necem, interim IES V innocentiam ( qui pre humilitate ac tenuitate sibi ipsi deesset) obseruans: nec ignorans ple- rosq; falsi criminis accusatos apud Cesares, inuidia fuisse periclitatos, & se modis omni- bus nauasse operam vt innocentiam CHRIS TI apud primos Iudaeorum tueretur: sed quod magis quaerebat eum absolueret, eo maior seditio oriebatur, decreuit apud se consultius esse illorum odio seruire, ne si absolueret eum, occasionem se traducendi praeretur calum- niatoribus apud Caesarem, taquam fauisset Cesaris hosti, vnde a magistratus sui functione deiceretur. Obserua Pilatum iudicem, & prouinciae Praesidem priuata vtilitate victum, vt CHRIS TVM cognitum innocentem condemnet.

Pilatus timore seruiti occupatus

Pilatus priuata vtilitati consu- lere, si iniquum.

Adduxit foras IES VM.

Pilatus inconstans & populi acclamatione fractus, produxit IES VM foras, veluti reu- licet haecenus nullius legitimi iudicii forma esset obseruata ad IES VM peragendum. Pilatus producens IES VM foras, sua impietatis sit locupletissimus testis. Nam qui frequenter publicè professus est se nihil causae in IES V reperisse, nunc ad inimicorum IES V voluntatem defertur, & pro ipsorum libidine seruit.

Et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Litho- strotos, Hebraicè autem Gabatha.

Vt apertius CHRIS TVM danaret, & omnibus esset conspicuus, in habitu iudicis sedit Pilatus pro TRIBVNALI (Est tribunal locus eminentior in quo residebat qui ius tribu- bus reddebat) in aedulo loco qui Graecis dicitur λιθόστρωτος, quasi dicas, lapide stratum. Hic locus eminentis, lapidibus stratus erat Hierosolymis, iudicio accommodatus: λιθος enim, Lithos, non Lichos, Graecis lapis est, & στρωμα, sterno: inde στρωμα dicitur, quod quocumque modo stratum est, & στρωμα quod insternitur. ΓΑΒΑΘΑ autem, Hebraea quidem vox est, sed habet Syriacam aut Chaldaeam terminationem, interpretatur collis seu eminentis locus.

Tribunal. Λιθόστρωτος. Λιθος. Στρωμα. Στρωμα. Στρωμα.

Erat autem parasceue Paschae.

Erat dies Veneris feria sexta, praecedens Pascha, id est dies qui proximè diem Paschae antecedebat, quo sanctificabant se Iudaei, & parabant quae ad festum requirebantur. ΠΑ- ΡΑΣΚΕΥΗ, preparationem significat.

Parasceue.

Hora quasi sexta.

Id est instabat meridies. Marcus ait, Erat hora tertia & crucifixerunt eum. Nihil pu- gnantiae est inter hunc Euangelistam dicentem, Erat hora quasi sexta, & Marcum, Erat ho- ra tertia, si obseruaueris diem distributum fuisse in horam matutinam, quam primam di- citur, siue matutinam siue mane, quae apud nos decurrit ab hora sexta matutina, siue a primo diluculo ad nonam exclusiue: horam tertiam, quae intercidit ab hora nona vsque ad meri- diem: horam sextam, a meridie ad tertiam vsque: & horam nonam, quae vespertinam inclu- dit, id est quartam pomeridianam horam, quam Euangelium vndecimam, id est vesperti- num tempus vocat. Quum itaque a Ioane dicitur, ΕΚΑΤΗΡΑ quasi sexta, id est circa fine secundae portionis diei, quae portio vocatur hora tertia. Quicquid igitur inter tertiam & sextam factum est, hora tertia factum esse dicitur, propterea quod nondum sexta aduenit. Vnde Ioannes non ait, Erat sexta, sed QUASI sexta, significans adhuc esse tertiam horam, vt Marcus ait. Has diei portiones speciatim obseruatas indicat vel parabola conducentis ope- rarios in vineam suam, Matthaei cap. 20. Nec mirari debes quod Lucas post verbum CHRIS TI, Hodie mecum eris in Paradyso, adhuc scribat, Erat autem ferè hora sexta: nam mul- ta tunc post condemnatum IES VM festinantibus impiis ad CHRIS TI crucem, & illic conuitia super conuitia iacientibus, simul facta sunt pauco tempore, quae simul scribi non potuerunt.

Christus quoad diei hora cruci- fixus. Dies in vna di- stribuitur portio. Hora prima. Hora tertia. Hora sexta. Hora nona. Hora vndeci- ma.

Quasi dicat, Ne quid rei tibi sit eum iusto illo, id est nihil agas aduersus iustum illum.

M. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, di- cens, Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum, propter eum.

Et dicit

Et dicit Iudaeis Pilatus, Ecce Rex vester.

Latenter illis exprobrat quod egregii & insignes sint impostores, dum Regem accusant qui diuitiis careat, seruis constipatus non sit, qui nullam pra se ferat magnificentiam, nul- lum ornatum, & insignia nulla Regis habeat, non auream coronam, non sceptrum, non pur- puram aut id genus aliud quicquam: vnde videri facile poterat illorum impostura. Quasi dice- ret, Vos contenditis hunc se Regem vestrum fecisse: videte eum, vt nihil tale pra se ferat. Obserua Pilatum adhuc commiserentem super CHRIS TVM innocentem, vt nullam habeat excusationem, quod eum fugerit CHRIS TI innocentia. Rursus aduerte quam animo inuito Pilatus obsequatur furori Iudaeorum, qui tametsi Pilato minati fuerint indi- gnatione Cesaris, omnè tamen nauat operam, si quo pacto fieri posset vt innocens liberetur.

Christus non prodit ad crucem regali scepro insignitus.

Pilatus non igno- rans innocentiam Chr- sti.

Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum.

Repetunt eadem: Sunt enim impiorum voces aduersus pios quas ingeminant, vt iudicis animum alioqui in CHRIS TI innocentiam satis propensum, eo que ad absoluendum procliuem, in suam sententiam trahant. Obserua istos in furore persistere, & veritatem ac aequitatem, nullam commiserationem mereri. Placebat profecto Iudaeis haec mors ignomi- niosa. Sperant enim fore vt crucis ignominiam prorsus reddant abominabilem CHRIS TI memoriam, adeo vt nemo illius doctrinam postea profiteri auderet.

Impii suos cla- mores ingemi- nant aduersus pios.

Crucem putant Iu- dai extinguen- dam Christi do- ctrinam.

Dicit eis Pilatus.

Adhuc seipsam exerit in Pilato aequitas, qui contendit superare terrorem (quem illi de Cesare iniecerant) & sua ipsorum ignominia eos frangere.

Regem vestrum crucifigam?

Ironice ista profert, illorum pertinacem insaniam irridens, vt ab innocentis caede re- uocet. Hoc in Gentis Iudaicae contemptum & ignominiam recidet, quae Regem suum ad crucem adegerit. ΡΕΓΕΜ (inquit) VESTRVM, id est hominem tantae apud vos autho- ritatis, in crucem suffigam?

Responderunt Pontifices.

Applaudunt Pontifices Cesari, quem tamen, quod regni Iudae occupator esset, per- ditum vellent.

Non habemus Regem nisi Caesarem.

Cesarem appellant Pontifices, si Pilatus CHRIS TVM dimiserit. NON habemus, in- quunt, Regem, nisi Caesare, cui tributa pendimus, cuius imperium agnoscimus & suspici- mus, a quo toti pendemus, ob cuius nomen nolumus hunc seditiosum, & nominis regii affectatorem, inter nos regnare. Quod nisi in nostram veneris sententiam, qua hunc cruci addixeris, Caesarem appellamus, apud quem te accusabimus, vt hostium Cesaris fauorem, & tibi rebellionis crimen contra Caesarem impingemus. Senties profecto, senties tuo qui- dem malo, quam perperam & male tuis rebus sit consultum, nisi istum hominem a nobis viris multa religione & aequitate claris, & quibus totius religionis Iudaicae & legis Mosai- cae cardo penderet, quorumque consilium errare non potest, tot modis damnatum e medio sustuleris, & cruci suffigendum tua sententia pronuntiaueris. Haec a Dauide praenuntiata sunt Psalmo 2, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, & reliqua in hoc Psalmo, quae Petrus Actorum cap. 4, Iudaeis exprobrauit. Rursus Psalmo 34, Surgentes testes iniqui, quae ignorabam interrogabant me. Dissipati sunt, nec compuncti corde, sequitur, Frenuerunt super me dentibus suis, paulo post dicitur, Dilata- uerunt super me os suum, dixerunt, Euge euge, viderunt oculi nostri: paucis vero interie- ctis, est, Deuorabimus eum: nimirum CHRIS TVM, non contenti supplicis, flagris, con- uitiiis & id genus. Obserua: Tanta fuit vlciscendi libido, vt sese vltro in perpetuam addice- rent seruitutem, vt IES VM libertatis authorem & assertorem extinguerent.

Cesar Rex Iu- daeorum.

Iudaei a Pilato ad Caesarem ap- pellant.

Vindicta ani- mus in Iudaeis.

Innocens, etc. Hest iusto huc non interficio, Vos videtis, quasi dicat, Vi- dete, expendite apud vos te ex- actum.

M. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumul- tus fieret, accepta aqua lauit manus suas coram populo, dicens, Inno- cens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vni- uersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. R. Tunc Pilatus volens satisfacere populo, adiudicauit fieri petitionem

Pilatus lauat manus taquam innocens. Pilatus querit hominibus pla- cere.



Super nos, &c. quafidat, impo- tetur nobis mors eius. Vel, si que pena danda e- runt ob eius mor- tem, illas dabi- mus & filii no- stri.

eorum : L. Dimisit autem illis Barabbam , qui propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerē, quem petebant: R. IESVM verò flagellis cæsum L. tradidit voluntati eorum,R. vt crucifigeretur.

Tunc ergo.

TUNC, id est postquam audiuit appellantes Cæsarem, nisi CHRISTVM morti adiudicaret, Iudæorum clamoribus victus, & priuatam vtilitatem honesto præferens, dum suæ famæ apud Cæsarem, vnius innocentis capite, putat consulere, pronuntiat sententiam, IESVM esse crucifigendum.

Tradidit eis illum, vt crucifigeretur,

Pilatus iniquus dicitur Christi.

Sua sententia Pilatus instabilis & iniquus iudex, Dominum IESVM supplicio eruci- cis adiudicauit, iuxta voluntatem Iudæorum, ita sine iure & ratione fieri postulantium. Nō quidem vt Iudæi illum crucifigerent, quia potestatem eius rei nullam habebant, sed vt ad eorum nutum à suis seruis crucifigeretur. Pronuntiauit sententiam Pilatus, qui potestatem habebat innocentem liberandi, & non fecit: quod timuit, ne scilicet suo magistratu destitueretur, vt solet (teste Salomone) impiis contingere, accidit illi. Nam Pilatus postea à sua præfectura eiectus est, vt author est Iosephus, lib. Antiquit. 18. cap. 7. ac tantis malorum cladi- bus cruciatus est, vt propria se manu transfuerberans, nefariam vitam vi abiecit referatur, autore Eusebio in Ecclesiastica historia, lib. 2. cap. 7. Adeo certū est Domini iudiciū, vt tamen si bonitate & longanimitate ipsius tardet, & sero veniat, non tamen aufertur. Non defunt qui formam sententiæ huc transcribant: quam quia ex Scripturis Sacris, vt non ha- beo, ita parū probo, præter eā, quæ titulo crucis significare videbatur, nimirū, IESVM Na- zarænum Regem Iudæorum, nostro iussu flagris cæsum, iubemus crucis subire supplicium.

Pilati mors & vltio.

M. Tunc milites præsidis suscipientes IESVM in prætorio, & postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.

Susceperunt autem IESVM, & eduxerunt eum.

Christus flagel- latus vincitur catenis.

Milites & apparitores præsidis eum gaudio (quo gratificari Iudæis videbantur, à qui- bus pecuniam acceperant, vt tanti facinoris ministri essent) susceperunt IESVM suis ve- stibus consuets ornatum, quem funibus & catenis vinciunt, nequid ignominie deesset, & vincum abduxerunt foras vt crucifigerent. Hæc erat hora & potestas tenebrarum, non quod impii CHRISTO præualeant, sed quod exinaniuerit se, forma serui accepta, & fa- ctus sit obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Atque in hæc horam venit CHRISTVS, vt te & omnes pios vnà secum per mortem ad vitam ducat. Danda nobis opera est, vt nos ipsos per fidem reperiamus in hac CHRISTI abductione, quā nostræ salutis causā peregit: vbi nostram desleamus infirmitatem, quæ tanta est, vt CHRISTVM (qui Filius Dei est, in cuius ore non est inuentus dolus) adegerit in crucem.

Hora tenebra- rum.

L. Ducebantur autem & alii duo nequam cū eo, vt interficerentur.

Et baiulans sibi crucem.

Christus solus crucē nobis de- bisam portat.

Exaggeratio est crucis CHRISTI, qui adiudicatus ignominiosissimæ neci, solus li- gnum, cui suffigendus erat, suis humeris ferendum imposuit: vt præcedat, & nos sequamur, nostram in ipso ferentes crucem. Nam si quis (inquit ille) vult post me venire, tollat crucē suam, & sequatur me. Et omnis qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me di- gnus. Quod nihil aliud significat quàm mundo propter Deum renūtiare, & huic corpo- rali vitæ, bona quæ per fidem speramus, antepone- re. Neque solum exemplo, verum etiam ministerio crucem nobis prætulit. Illam ferre debebamus nostro peccato debitā crucem: cui ferendæ quum impares essemus, illam ab humeris nostris accepit, & in suos transfudit: quam quum sequeretur maledictio (iuxta id quod Deuteronomii cap. 21. scribitur, Maledi- ctus omnis qui pender in ligno) suscepit in se, & nostram maledictionē in benedictionem mutauit, testificante Paulo ad Galat. cap. 3, CHRISTVS nos redemit de maledictio le- gis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in CHRISTO IESU.

Maledictionem nostrā Christus in benedictionē mutauit. Christus factus maledictum.

ii. Exeuntes

M. Exeuntes autem inuenerunt hominem quendam Cyrenæum nomine Simonem, R. patrem Alexandri & Rufi prætereuntem, L. & venientem de villa: M. hunc apprehenderunt & angariauerunt vt tolleret crucem eius: L. & imposuerunt illi crucem portare post IESVM. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas dixit IESVS, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient dies in quibus dicet, Beatæ steriles, & ventres qui nō genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus operite nos: quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Simon Cyre- næus. Angariauerunt, &c. adgerunt.

Mulieres Hiero- solymitanæ.

Viridi, &c. id est succulentā arbore.

Exiit in eum qui dicitur Caluarie locum, Hebraicè autem Golgotha.

Ventum est ad eum locum delectū (in quo ex more facinorosi capitali supplicio ple- tæbantur) funestum & execrabilem ad Septentrionalem partem montis Sion: quod in eo iacerent capita hominum damnatorum. Nam quod nonnulli dicunt illic sepultum Adam, vnde loco inditum sit vocabulum, id reicit Hieronymus: quum Adam, (lib. Iosue, cap. 14.) legatur sepultus in Arba iuxta Hebron, qui locus distat ab Hierusalem, octo miliaribus. Induit hoc nomen ita vulgari more Syriacam linguam Golgotha, pro quo nos legimus Golgotha, abiecto altero I: atque ex re, cui locus dicitur erat, hoc nominis accepit: nam Hebraicè dicebatur Golgotha: Græcè, κεραυνοτόμος, Latine, Caluarie locus. Calua- ria totum caput carne nudum tam de brutis quàm de hominibus dicitur. Tamen si Hiero- nymus reiciat quod hoc loco sepultus fuerit Adam, obiter tamen referam verba Chryso- stomi in hunc locum scribentis, Exiit in eum qui dicitur Caluarie locus: vbi quidam di- cunt Adam & mortuum & sepultum esse, & IESVM vbi mors dominata est, ibidem tro- phæum erexisse, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyrānidem. Hactenus ille. Quid si aliquando sepultus ibi fuerit Adam, & ideo Caluarie locum dictum esse, quia caput hu- mani generis sepultum fuit, hoc profecto piū est, & congruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus: & dignum erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se de- mitteret & inclinaret diuina misericordia. Pia est hæc meditatio.

Caluarie.

Ad sepulchrum.

R. Et dabant bibere myrrhatum vinum, M. cum felle mixtum: & quum gustasset, noluit bibere.

Vbi crucifixerunt eum.

Hucusque arma suis humeris, vt miles optimus, CHRISTVS tulit: quibus, hoc est cruce, hostem strauit, victor aduersus peccatum, mortem, mundum, & Satanam manens. Si pius huc prospexerit, græde obseruabit mysterium: impius verò magnum ludibrium, nimi- rum hominē cruci, ignominiosissimo & maxime maledicto supplicio suffixum. Hæc pius vt suam salutem cum gratiarum actione excipit, impius verò ridet, & pro stultitia ducit. Lo- cum elegerunt maxime ignominiosum, nimirum cadaverum receptaculum. At ad hæc in- fima Dominus volens seipsum demisit, vt ex infimis & ipsa, loricæ nos ad mundiciem ac puritatem erigeret. Longè enim aliam habet scalam CHRISTVS quàm mun- dus. Vult enim mundus gloria ad gloriam, dititias ad dititias, & honore ad honorem conscendere: at CHRISTVS nos euehit ignominia ad honorem, cruce ad quietem, pau- pertate ad dititias, stultitia ad sapientiam, abiectione ad gloriam. Mundus alta petit: CHRIS- TVS verò humilia quarit. Obserua: paucis admodum verbis Euangelista tam horrendū spectaculum absoluit. Rursus exiit CHRISTVS, vestibus, quas violenter trahit: vn- de refricato vulnere sanguis ebullit, stillat, & abunde in terram labitur. Cicatrices, plagæ, ac omnia vulnera, flagris, baiulatione crucis, spinis ac vepribus renouatur. Cuius nomine hæc

In Christo con- spicuo & crucifi- xo magno obser- uatur mysterium.

Mundus altis ad gloriam scalis vitatur quàm Christus.

Christi vulne- rum refectio ad crucem.



*Pioris medicina de cruce.*

passus est non suo, sed meo. Parce IESV CHRISTE: has penas commeri. Tu tua gratia hæc volens pro me passus es, & meum in te transfuisti peccatum. Da mihi IESV CHRISTE, vt hoc in me semper sentiam beneficii, & æternum gratias agam. Hos tam acerbos dolores præsentit Hieremias Threno. cap. 1. Multi sunt gemitus mei, & cor meum mœrens. & cap. 2. Effusum est in terra iecur meum super contritione filii populi mei. Rursum Dauid Psalmo 68, Quoniam quæ tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Et Psalmo 87, Vt intinguatur pes tuus in sanguine. Hæc indicant adeo sanguinem CHRISTI effusum, vt totus sanguine maduerit, dum nudatur, & myrrhatum datur vinum, crux, clauis, locus figendæ crucis; & alia id genus immania tormenta apparantur. Alii interim rident, illudunt capto, alius dentibus frendet, alius intentat minas, alius euaginato ense dura verba & opprobria pronuntiat. Tandem violentis manibus apprehendunt CHRISTVM, cruci suffigunt, & in altam crucem erigunt, nequid opprobrio deesset.

*Sanguis Christi per effusum. Christus totus sanguine madidus. Christi illufores*

Et cum eo alios duos hinc & hinc: mediū autem IESVM.

*Latronibus eorum fertur Christus.*

Non satis erat Iudæis crucifigere CHRISTVM in loco immundissimo, nisi conferrent eum cum latronibus, quasi inter alios facinorosissimum, & vt nocens ex flagitiosorum consortio æstimaretur, videreturque crimen esse commune quibus commune erat supplicium. Sed ita prædixerat Propheta Esaias cap. 23, Et vidimus eum nouissimum viorum. Et cap. 53, & cum sceleratis reputatus est.

R. Et impleta est Scriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. L. IESVS autem dicebat, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

Scriptit autem titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, IESVS Nazarenus, Rex Iudæorum.

*Titulus sententia Christi.*

*Pilatus titulo Christi se visisset voluit de iudæis.*

*Dei providentia abiectionis instrumentum vult ad opus suum complendum.*

*Mundo opera Dei stulta sunt.*

Quo testatam Iudæorum malitiam, & CHRISTI pendens innocentiam Pilatus faceret, apposuit titulum, id est literas quæ summam facinororum condemnati comprehenderent. Quæ enim reliquis duobus suis pro meritis titulos Pilatus addidisset, parti crucis prominenti supra caput CHRISTI, titulum hunc iussit affigi, IESVS NAZARENUS REX IUDÆORVM. Hoc titulo voluit se visisset de Iudæis, partim vt ipsorum dementiam manifestaret, qui suum Messiam crucifixerat, partim vt gloriam CHRISTI defenderet: ordinarant enim Iudæi cruce ad hunc modum, vt quum medius esset IESVS, hinc atque hinc septus latronibus, ab omnibus putaretur latro: sed hoc titulo manifestauit, non vna & altera, verum triplici lingua, ipsum esse non latronem, sed Regem Iudæorum. Nequit enim fons omnis puritatis, humanis sordibus inquinari. Obseruandum proculdubio venit diuinitum consilium, & admiranda sapiens Dei providentia, qui abiectionis instrumentum ad sua opera complenda. Nam quoniam mors CHRISTI omnibus Hebræis, Græcis, & Latinis prædicanda erat, quod CHRISTVS pro omnibus hominibus venisset saluator, Pilatus veluti primus CHRISTI Apostolus factus, hoc tam admirabile mysterium descripsit: quemadmodum & eodem die latro ille ad quem dictum est, Hodie mecum eris in Paradiso, primus visus est Martyr: & miles, qui dicebat, Verè hinc Filius Dei erat, primus Confessor factus est. Vtique adeo stulta videntur Dei opera, vt huius mundi sapientes confundatur.

Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia propè ciuitatem erat locus vbi crucifixus est IESVS. Et erat scriptum Hebraicè Græcè, & Latinè.

*Quare tribus linguis conscriptus titulus Christi crucifixi.*

Diuinitus, vt opinor, appositus est titulus, tribus præcipuis linguis scriptus, vt omnium Gentium & linguarum Dominum ac principem CHRISTVM esse prædicaret. Ipsi enim (inquit Daniel cap. 7.) honor & regnum datur est, & omnes tribus & linguæ ipsi seruiet. Et (vt Paulus ait ad Philipp. cap. 2.) In nomine IESV, omne genu flectitur, cælestium, terrestrium & inferiorum: & omnis lingua confitetur, quia Dominus noster IESVS CHRISTVS in gloria est Dei Patris. Hæc epigrapha Phariseis inuidiosa, quod locus, qui Caluaria dicitur, vicinus esset vrbi, & vel casu prætereuntibus esset conspicuus, à multis Iudæis legebatur, quibus IESVS Nazarenus in nomen hac lectione innotuit.

Dicebant

Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum.

Quum ignominiosissimè hætenus Iudæi cum CHRISTO egissent, pessimè habuit illos titulus ille, quod honorificentior esset quam vellent: adeo impium & vehemens erat studium abrogandæ gloriæ CHRISTI, cui vni omnis gloria & honor debetur. Contendunt itaque cum præside de mutando titulo, ne scriberetur, Rex Iudæorum. Nunquam enim (inquiunt) Rex iste fuit, quem nos in Regem nunquam suscepimus: sed quia sibi regnum Iudæorum & nomē Regis vsurpasset. Cōscii profecto erāt de morte CHRISTI, & agnoscētes se suū Messiam præter meritū crucifixisse, volunt hanc ignominiam corā posteris, mutatione tituli delere. Obserua. Hic titulus, REX Iudæorū, vergebat eis in ignominiam.

*Titulus Christi Iudæis ingratus vergens in ipsorum ignominiam.*

Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

Pilatus diuina ordinatione adductus (non enim fuit in omnibus Pilato diuinitus permissum aduerfus Saluatoris gloriam furere) non vult mutare titulum, qui sanè verum Euangelium CHRISTI continebat: quo scilicet prædicabatur verus ille esse & indubitatus Messias, Rex Iudæis missus. En pie & Christiane lector, vide IESVM CHRISTVM etiam in media morte cœpisse ad gloriam exaltari, & regnum suum auspiciari. Iam præses illud futurū, hæc Scriptura præludebat, vt Christiani nominis professio, quam extinguerent conabantur Iudæi, ad Gentes credulas (hoc est quæ oliuæ, siue Iudæis inferrentur, & veri essent Iudæi, id est confessores nominis salutiferi) demigraret. Vt stabile & gloriosum, velint nolint Iudæi, manet regnum CHRISTI: ita inuitis Iudæis manet immutatus titulus.

*Euangelium titulo crucifixi contentum. Christi exaltatio etiam in media morte. Iudæis confessor*

Milites ergo quum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem: ) & tunicam.

Postquam Dominus IESVS in crucem suffixus est, nudo corpore, quemadmodum mos erat, milites præsidis qui CHRISTVM crucifixerant, pro more partiebantur inter sese vestimenta IESV (nam hoc velut in operarum præmium illis cedebat) feceruntque quatuor ex illis partes, vt vnicuique militi pars vna cederet. Aut vestitum exteriorem ex variis partibus confutum sic dissuerunt, vt suam portionem quisque ferret. Aut quatuor fortassis erant vestimentorum partes, quemadmodum nos ferè quatuor partibus præter tunicam vestimur, scilicet indusio, tibiali, pectorali & pallio. Magis mihi placet reliquum vestitum à tunica partitū esse in quatuor partes, vt vt diffusus fuerit. Obserua: Quatuor illæ partes ostendunt quatuor fuisse apparitores qui CHRISTVM in crucem suffixerunt.

*Vestimentorum Christi diuisio.*

Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum.

Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed fortiamur de illa, cuius sit.

Supererat TVNICA, nō illa cōsuta & exterior, sed interior & corpori vicinior. Hæc quia inconsutilis erat, id est ita à summo vsque ad imū cōtexta, vt diffusa inutilis esset, visum est illam non dilacerare, sed fortiri de illa, quæ cui fors fauisset, tota contingeret. INCONSUTILIS. Hæc tunica vnitatem Ecclesiæ representat.

*Tunica inconsutilis.*

Vt Scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi: & super vestem meam miserunt sortem.

Vestimentorum diuisionem, & pro vestimentis sortilegium confirmat Euangelista, auctoritate Prophetæ, nequis illa temerè euenisse putaret. Malo quidem & imprudenti animo hæc à militibus gesta sunt: qui licet mysterium & Dei in hac re cōsiliū non intellexerent, subseruebant tamen vaticinio Prophetarum, vt rerum euentibus ipsum esse qui venturus erat, crederemus. Non poterat CHRISTVS mentiri de seipso, apud Dauidem (Psalmo 21.) dicens, Partiti sunt vestimēta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Ad hunc modum impleta est Scriptura, quæ nō ardua & magna solū, sed parua quoque prædixit, vt ab omnibus certè ad veritatem deducti non erraremus.

*Prophetarū Scriptura certitudo.*

Et milites quidem hæc fecerunt.

His verbis Euangelista docet certissima esse quæ prædixit Propheta: imò ne inimum



quidem Iota prætereuntem, quod non impleatur. Matthæi cap. 5, Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Luc. cap. 16, Facilius est autem cælum & terram prætereire, quàm de lege vnum apicem cadere. Adhuc viuo pendente Domino, hanc vestimentorum partitionem & de illis fortilegium fecerunt milites.

M. Sedentesque seruant Dominum ibi. R. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouètes capita sua, & dicentes, M. Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua temetipsum: Si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum deridebant eum, illudentes eum, R. ad alterutrum cum Scribis & Phariseis dicebant, L. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. R. Si CHRISTVS Rex Israel est, L. Dei electus, R. descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus ei. M. Confidit in Deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enim, quia Filius Dei sum. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperebant, R. & conuitiabantur ei. L. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, atque dicentes, Si tu es Rex ille Iudæorum, saluum te fac. Vnus autem de his qui pèdebant latronibus blasphemabat eum, dicens, Si tu es CHRISTVS, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad IESVM, Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi IESVS, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso.

Latro blasphemant. Latro fidelis saluatur.

Qui in eadem, etc. Quasi dicat, quum sitis mihi genere supplicii daturus, ostendit tamen se Deum non timere, quum supplicii socio detrahatur.

Stabat autem iuxta crucem IESV, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

Virgo cum suis Christum in cruce contemplantur Patientia scibola.

Domesticorum habenda cura.

Quum neque cruce neque morte CHRISTI scandalizentur hæ sanctæ mulieres, signum est magnæ constantiæ in ipsis. Nò longè & procul, sed iuxta crucem adsunt, rei exitum expectantes, interim meditantes. In schola patientiæ, veluti optimæ discipulæ mirabilem CHRISTI patientiam contemplantur, & suauissimam excipiebant doctrinam. Obserua: facit CHRISTVS quod faciendum admonet, & exemplo suo ministros suos instruit præceptor bonus, vt à filiis piis impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam fuerit cathedra magistri doctis. Ex his didicerat Paulus, quod 1. Timothæi cap. 5, scripsit, Siquis suorum & maximè domesticorum curam nò habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum quam parentes filii, aut filii parentibus?

Quum vidisset ergo IESVS matrem, & discipulum stantem, quem diligebat.

Honorandi parentes exemplo Christi. Simeonis propheta completa.

CHRISTVS reipsa honorandos docet parentes, volens nos suo exemplo vsque ad extremum spiritum omnem habere debere curam eorum, qui nos genuerunt. Obserua: Quum & aliæ astarent mulieres, ad solam matrem oculos deflexit, & illius curam egit. Quum IESVS matrem gladio doloris in animo tactam vidisset, filiali pietate motus, mœstam consolat, eamque matrem moriturus agnoscit: qui aquam in vinum mutaturus, eam non agnouit, illud sanè ex ea suscepit, non hoc. Hic videmus impletum esse verbum Simeonis Lucæ cap. 2, Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Et discipulum quem diligebat, id est cuius consortio & familiaritate præ cæteris utebatur, Pro more suo Ioannes seipsum speciali dilectionis signo nominavit.

Dicit

Dicit matri suæ, Mulier ecce filius tuus.

De cruce IESVS matrem suam conspiciens, in genere ait, MULIER, vt constantiam Virginis Mariæ commendaret: quæ tamen mulier sit vas infirmum, & multo angatur dolore, tamè desperabile nò cõcutitur cruce & morte filii sui. HOC (huius vocis significatio capitis & oculorù nutu explicatur) FILIVS TVVS: Hic Ioannes tibi loco filii erit. Charitatis profecto est, quæ Christus matrè suã Ioanni cõmèdat. Vnde tanti præceptoris exëplo parentes morituri filios suos adhuc impuberes sic cõmendare debet cognatis & amicis superstitibus: nam quæ mandantur in extrema vitæ hora, altius & tenacius animo hærent. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua.

Ioanni Virgo commendatur. Quæ instante morte committitur, tenacius hærent.

Exëplum sollicitudinis in CHRISTO pro externa matris Virginis sustentatione. HOC (inquit) MATER TVA. Quasi diceret: Ioannes, (quem præ cæteris dilexi,) ego commendo tibi matrem meam ea fide curandam, ac si esset mater tua.

Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Græcis legitur eis *ἡ Ἰδα*, id est in sua, id est in suum ius siue ad se, vt Ioannes eius curam haberet. Suscepit eam in sua (ait Augustinus) nò prædia, quæ nulla possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat. Suscepit itaque ex eo tempore Ioannes erga IESV matrem affectum filii, per omnia curam illius agens.

Ioannis cura erga Virginem Mariam.

L. Erat autem fere hora sexta, R. & facta hora sexta, L. obscuratus est sol, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam: M. Et circa horam nonam clamauit IESVS voce magna, dicens, Eli, eli, lama sabachthani, R. quod est interpretatum, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me! Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant, Ecce, Eliam vocat: M. cæteri vero dicebant, Sine videamus an veniat Elias liberans eum.

Synædoche: nã de tota Iudæa Iam intelligitur.

Postea sciens IESVS quia omnia consummata sunt: vt consummaretur Scriptura dixit, Sitio.

Quum CHRISTVS intelligeret omnia quæ sibi admandauerat Pater peracta esse, & nihil superesse quod ad legitimam victimam pertineret: vt hoc quoque perficeretur quod præ nuntiauerat Scriptura, Dederit in escam meam fel, & in siti mea potauerit me aceto: de cruce clamauit, SITIO. Quo verbo humanæ naturæ supplicii que non simulati veritate declarauit: nã qui hoc supplicii genere cruciantur, propter exhausti per vulnera sanguinem, ardentissima discruciantur siti. Cõtempertus hoc loco diuus Bernardus ait, Domine, quid est quod sitis? Nõne sitis magis quàm crux ipsa exerceat? De cruce taces, ex siti clamas: Quæ igitur sitis illa? Nõne sitis bas salutem animarum nostrarum, gaudium nostrum?

Sitis in Christo veritatem inmanitatis ostendit.

Vas autem positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius.

Circumstantias non omisit Euangelista quæ ingratitude & malitiam Iudæorum exaggerant. Aderat illie vas vino acido plenum, quod pro more ad mortem accelerandam morituris datur. Milites igitur admoerunt ori CHRISTI spongiã aceto plenã & ligno hyssopi appositam, vt biberet. Hic locus nobis aperit quomodo mundus pius tractet in extrema eorù necessitate: Vt hoc loco potat CHRISTVM, ita & omnes pios CHRISTO adherentes & auxilium petentes. Adhuc enim hodie in pauperibus omni auxilio destitutis, vox CHRISTI auditur, SITIO: sed vinum acidum mundus largitur, afflictos contemnit, ridet, atque adeo cõuitatur. Obserua: Tamen apud Marcum legas illos accepisse vinum, hęc vero acetum, Matthæum item & Marcum meminisse arundinis, Ioannem vero hyssopi tantum, nihil tamen pugnantia est inter Euangelistas, quum illa omnia facta sint, licet non ab vno scripta sint Euangelista.

Vinum acidum mortem accelerat.

Vni sitientibus, mundus acetum porrigit.

Quum ergo accepisset IESVS acetum.

Accipit acetum, sicut prædixit Psalmus, Potauerunt me aceto, &c.

Dixit, Consummatum est.

Iam Iudæorum potestas sauiendi in me, finem accipit. Et nihil amplius poenarum exoluendù restat. Non expectent Iudæi alium qui plura faciat. Quicquid officii mihi Patet.

Christus omnia consummat.

M. i.



Peccatorum  
ablutio.

ter imposuit, plenissime ac perfectissime exequutum est. Obicit quispiam: Quomodo consummatum est, quum nondum mortuus fuerit, & maxime necessaria fuerit mors Christi pro peccati nostri expiatione, & resurrectione, pro nostri iustificatione? Rom. cap. 4, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Quum igitur mors sit peccatorum ablutio, & inter cetera Pater iniunxit vt satisficeret pro peccatis totius mundi, quomodo dicuntur omnia esse consummata? Respondeo, dixit, C O N S U M M A T V M E S T, quod proximus morti esset in opere consummationis. Supererat solum animam exhalare: & omnia iam parata erant, vt ad caelestes thesauros hauriedos inuitemur, & audiremus vocem hanc, Consummatum est. Venite & videte, absorpta est mors in victoria.

M. Et clamans iterum voce magna I E S V S, L. ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens,

Inclinato capite, tradidit spiritum.

Christus apud  
inferos praedica-  
uit.

Inclinatio capi-  
tis, signum vere  
morientis.

Tradere spiritus,  
est mori.

Solutio debiti  
A. d. e.

Mors mortem  
vorant.

Caro non potest  
credere Christi  
mortuum, & esse  
Filium Dei.

Mors Christi  
initium vite ca-  
lestis & perse-  
rae.

Divina opera  
sub alieno opere  
promouent.

Vita sub morte.

Quum tempus iam esset (inquit Cyrillus) vt etiam Spiritibus apud inferos praedica- ret (venit enim vt tam viuorum quam mortuorum dominaretur) mortem pro nobis suscepit, & hanc naturam nostram propriam passionem sponte subiit secundum carnem) quauis vt Deus, vita naturaliter sit, vt spoliatis inferis primitiae dormitium & primogenitus (vt Scripturae dicunt) mortuorum factus, recursum ad vitam naturam nostram largiretur. Obserua, capitis inclinationem signum esse instantis mortis, & vere morientis: nam abeunte calore naturali, absumptoque carnis vigore, & anima, quae corpus sustinet, abeunte, naturaliter fit capitis inclinatio. T R A D I D I T S P I R I T V M, id est mortuus est, tradens animam Patri. Quare & verus non putatius fuit homo: vere passus est, non putatiue. Hic solutum est Adae debitum, & mors mortem vorauit. Haec non intelligit caro, non capit humana ratio, nihil horum credit. Quis quaeuo vnquam sapiens huius seculi in animum suum inducere & sibi persuadere posset, Deum vsque adeo conuiuere impiis, quibus permiserit C H R I S T V M tantum virum, praedicatum Filium Dei, & tam magna patrantem miracula, tam miserè trucidasse? Quis in hoc tam turpiter morienti, & tam ignominiose animam exhalanti, persuaderet sibi vitam caelestem eamque perpetuam, initium habuisse? In his omnibus caeca est caro, & prorsus horum omnium ignara est humana ratio. Dominus Deus pro more habet, vt sub alieno & diuerso opere sua proficiant opera. Mors est alienum opus a vita: sub hac morte C H R I S T I, opus Dei, quod est viuificatio Ecclesiae, initium habuit, multumque promouit dum ex hac veluti radice siue arbore crucis, tam ingentes ac patulos produxerit ramos, sparsos quidem antrorsum vsque ad Adam, & retrorsum spargendos vsque ad consummationem seculi. Haec significauit C H R I S T V S, Ioan. cap. 12, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Quum adhuc C H R I S T V S penderet in cruce, nondum apparebat aedificium Ecclesiae, solum huc videbatur mors, sepultura, crux, & alia mortis signa. Non secus atque principio iacti grani in terram, nihil fructus futuri, sed solum granum mortuum, & id abiectum conspicitur: sed vt adueniente aetate vides fructum sementis erumpere: ita & posteaquam resurrexit C H R I S T V S, ex C H R I S T O cospicuo arido & abiecto in cruce, erupit viuua Ecclesia. Haec mors C H R I S T I, vita est: nam hac morte C H R I S T I satisfactum est pro peccato, siue aufertur peccatum. Iam quum mors ipsa nihil iuris habeat in nobis, nisi ob solum nostrum peccatum, operapretium est quod cum hac morte Christi deletum sit peccatum, abolita sit mors, & concessa vita, impletumque sit quod praenuntiauit Prophetia, Absorpta est mors in victoria: Ero mors tua, o mors.

M. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem suam venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant, custodientes I E S V M, viso terramotu, & his quae fiebant, R. & quod sic clamans, expirasset, M. timuerunt valde, dicentes, Vere Filius Dei erat iste, L. vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul

Ecclesia viuua  
e Christo conspe-  
cto arido in cruce.

Mors Christi, est  
vita nostra.

qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe haec videntes, M. Erant autem ibi mulieres multae a longe quae sequuntur erant I E S V M a Galilaea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi R. minoris, M. & Ioseph mater, R. & Salome, M. mater filiorum Zebedaei: R. quae, quum esset in Galilaea, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliae multae, quae simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Mulieres quae  
Christo ministrabant  
frangerunt vitas.

Iudaei ergo quonia paraesce erat, vt non remanent in cruce corpora Sabbatho, (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

Pro more suo hypocritico & simulata sanctitate, Iudaei excolabant culicem, & camelum glutiebant. Nam minimum praecipuum, nimirum praecipuum ciuilitatis scriptum Deuteronomii cap. 21, Quando peccauerit homo, quod morte plendum est, & ad iudicium morti appensus fuerit patibulo, non permancebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: curiosius obseruari contendebant, interim maxima praecipua contemnent, imo totam alioqui legem praeuaricantes. Simulata igitur religione propter Sabbathum, & quia paraesceue Paschae erat, ad eum Pilatum, vt ipse iussu crura frangerentur pendentibus, quo mors acceleraretur, deinde corpora sepulturae mandarentur: ne sui spectaculo diem illum festum magnum Sabbathi funestarent. Legem seruare fingentes, legis authorem interemerunt: Sabbathum honorare studentes, magnae diei Dominum occidunt: Magnum profecto simulatae sanctimoniae in Iudaeis exemplum, qui conscientia mala, & pollutis manibus in sanguine innocentis, sanctitatem simulant.

Iudaei minima  
obstantes praeci-  
pta, maiora con-  
temnunt.

Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.

Annuente Pilato, vt impietati Iudaeorum obtemperarent milites, venerunt Caluaria, vbi vtriusque latronis crura frangerant, quos adhuc viuentes repererant, vt citius mortem oppeterent, & propter diem festum ligno tollerentur.

Ad I E S V M autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura.

Quum ventum est ad I E S V M, non frangerunt eius crura, putantes id superuacuum esse, quod iam illi viderent exanimem. Eo enim frangebatur, vt qui pedebat, citius animam exhalaret.

Cruris fractio,  
mors accelerat.

Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiit sanguis & aqua.

Vnus militum (Loginus nomine, vt refert Augustinus in manuali cap. 23.) nequid dedit quin C H R I S T V S fieret omnium iouissimus, Iudaeis gratificaturus, mortuo insultat, & C H R I S T I mortui latus lancea aperuit. Hic miles eorum typum gerit, qui ne mortuis quidem piis parcunt. Protinus ex vulnere profluxit sanguis & aqua, mysterium sane redemptionis pretio sanguinis, & regenerationis lauacro aquae. Obserua. Non dictum est percussit, aut vulneravit (ait Augustinus) sed A P E R V I T, vt illic quodammodo vitae ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiae manauerunt, sine quibus ad vitam (quae vere vita est,) non intratur. Idque iam olim praefiguratum erat, in eo quod Dominus (Genes. cap. 6.) praecipit Noe, vt in latere arcae foramen pararet patentius: quo animalia quae diluuii interitum effugere deberent, ingrederentur. Et sicut Eua viuentium mater e dormientis Adae latere est desumpta: ita plane soporato iam Adamo illo caelesti in ara crucis capite inclinato, sponsa illius Ecclesia, mater fidelium, sumpta est ex eius latere. Praeter naturam est, vt e corpore vulnerato fluat aqua: sed in his fide videmus benedictionis mysticae ac sancti baptismatis originem quaedam atque primitias. Declarant sane quod C H R I S T I mors nos abluat a peccatis, & quod eadem vitam erudentibus largiatur aeternam: Baptismus enim aqua constat: in sanguine vita est hominis. E C H R I S T O igitur mortuo vita & consolatio manant: nam sanguini inest vita, & aqua interdum consolationem significat.

Longinua.  
Iudaei etiam in  
mortuum insulta-  
erunt.  
Redemptionis  
mysterium in  
Christi latere  
aperto.  
Sacramenta Ec-  
clesiae ex aperto  
Christi latere  
manauerunt.  
Sacramentum  
Ecclesiae, metho-  
dus ad vitam.  
Ecclesia de la-  
tere Christi, vt  
Eua de costis  
Adae.  
Baptismus vis  
& energia.

M. ii.



Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est eius testimonium. Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis.

*Certitudo passionis Christi. Historiographorum lex.*

*Euangelii à Ioanne scripti finis est vt credamus.*

*Ossa Christi in cruce non comminuta.*

*Vulneris Christi vestigium incredulis videndum exponitur in iudicio.*

*Ioseph Arimathensis petiit à Pilato corpus Iesu. Arimathæa clauis.*

Occupatio est: Ne quis dubitaret de historia passionis **CHRISTI** quam hæcenus Ioannes enarravit: aut ambigeret hunc effluxum aquæ & sanguinis contigisse, legem historiographorum (quæ est scribere visa) Ioannes affert, dicens se oculatū testē. **QVI VIDI T**, id est oculatus testis huius mysterii, **TESTIMONIUM PERHIBUIT**, de passione Christi, quæ literis mādauit: **ET VERVM EST EIVS TESTIMONIUM**, quia de visis & auditis testimonium perhibuit: **ET ILLE SCIT QVIA VERA DICIT**: videndo & audiendo expertus est. Non dixit, vt sciatis, sed, **VT CREDATIS**: scit enim qui vidit: cuius testimonio credat qui nō vidit. Finis huius enarratæ & scriptæ passionis **CHRISTI** à Ioanne est, vt credamus. Huc pertinet quod scribitur in 1. sua Epist. cap. 5, Hic est qui venit per aquam & sanguinem **IESVS CHRISTVS**. Sequitur, Et Spiritus est qui testificatur quia **CHRISTVS** est veritas: & tres sunt qui testimoniū dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis: & hitres vnum sunt.

Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleteretur, Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia Scriptura dicit, Videbunt in quē transfixerunt.

Posteaquā suū produxit Ioānes testimonium, ne videretur solus testis, Moysen adducit: ne quis temerè, sed iuxta Scripturæ vaticinia crederet cōtigisse. **HÆC**, scilicet, quod latus perforatum sit, & crura Christi non fregissent. Mandauit Moyses, (Exodi cap. 12.) ossa agni Paschalis neque frangi neque cōminui debere. Quū itaque agnus ille **CHRISTVM** verū agnū adumbrarit, conueniebat ossa in vero agno non minui: cuius sanguis credentes seruat à morte: huiusque mysticus esus nos ab **Ægyptiaca** seruitute, hoc est à mūdi cupiditatibus & peccati tyrannide liberos transmittit in terrā cælestem. Alter locus citatus est Zacha. cap. 12. (quod caput, totū est de passione Christi & fructu eius.) Videbūt in quem pūgerunt. Venturus est olim **IESVS CHRISTVS** in maiestate sua cum eodem corpore, quo in cruce pendit: quod tamen gloriofum fuerit, exponitur tamen vulneris vestigium etiam incredulis videndum, quibus exprobrabit latus fontemque ipsum abundè pro omnibus profluentem frustra ipsis fuisse apertum & effusum, dum illius haustum (quo sanari poterant) gratis oblatum neglexerunt.

R. Post hæc autem quū iam sero esset factū, ( quia erat parasceue, quæ præcedit Sabbathum ) L. Ecce M. venit quidam homo, R. nobilis, M. diues, L. vir bonus & iustus, qui erat decurio, nomine Ioseph ab Arimathæa ciuitate Iudæ. Hic non consenserat consilio & actibus eorum, R. qui expectabat & ipse regnum Dei. M. Hic R. audacter introiuit, L. & accessit ad Pilatum.

Posthæc rogauit Pilatū Ioseph ab Arimathæa, eo quod esset discipulus **IESV**, occultus autē ppter metū Iudæorū: vt tolleretur corpus Iesu.

Existimans Iudæorū irā extinctā, quod in crucē suffixus Christus animā exhalasset, Ioseph Arimathienſis, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorū, vir diues, senator & bonus & iustus, animos addidit: & qui hæcenus propter metū Iudæorū fuerat discipulus **IESV**, occultus (sanxerat enim Iudæi, vt quisquis se profiteretur discipulū **IESV**, submoueretur à Synagoga) omnē metū excussit, quod latebat exeruit, & se **IESV** discipulū opere manifestauit. Nā sumpta audacia adiit Pilatū, cui notus erat, & honorē debitū magistratui tribuēs, petiit ab eo, vt sibi liceret de cruce tollere corpus **IESV**, & sepulturæ mandare. Pilatus Iosephi votis annuit. Obserua humanitatis & fidei exemplum in hoc Ioseph, qui cruce & morte Christi non offenditur, sed illi etiam mortuo bona fide inseruit. Agnosce rursus Iudæorū impietatem: quæ non sinebat impunè & absque periculo doctrinā **CHRISTI** amplecti.

R. Pilatus autē mirabatur si iā obiisset, & accersito Cæturione interrogauit eū, si iam mortuus esset, & quū cognouisset à Cæturione.

Et permisit Pilatus.

Quum rescisset Pilatus **IESVM** mortuum, permisit Iosepho de cruce tollere corpus **IESV**, & sepelire.

R. Ioseph autem mercatus findonem.

Venit ergo & tulit corpus **IESV**.

Ex fide veluti ex causā, simul & singulari humanitate ac vero & pio zelo motus Ioseph, abiit ad crucem, & corpus deposuit.

Venit autē & Nicodemus qui venerat ad **IESVM** nocte primū.

Accessit interim alter pollinctor & funeralis officii adiutor Nicodemus ille, primas inter Phariseos habēs, clancularius **IESV** discipulus. Ipse enim vitandi gratia Phariseorum inuidiam, prius noctu venerat ad **IESVM**, quæadmodū suprā cap. 3. visum est. Adfunt pollinctores duo, ambo nobiles, ambo iusti, ambo potētes, hic Senator, ille Phariseus, abo fideles, eodē & magno animo ducti: qui freti fauore Præsidis, audent mortuo supremū honorem exhibere, quem viuū palām conuenire non audebant. Nunquā sanè tam iniquū & malum fuit tempus, quin Dominus suos & seruarit & liberarit. Exemplo erit Helix tempus, quod tamen optata essent ferè omnia idolis & Prophetarū nece, reseruarat tamen Dominus septem milia viroſū, qui non curauerant genua ante Baal. Similiter tempore tenebrarū & mortis **CHRISTI**, regnabant scandala, impietas, & in **CHRISTVM** diffidentia. Alii impiè **CHRISTVM** dānarunt, alii abnegarunt, alii fugerunt, alii cōiurati sunt, alii nihil boni suspicabantur de ipso, quod eū tā turpiter ac miserè mori viderēt: tamen duo insignes pietate viri, nobiles & reipubl. Iudaicæ primores, qui in fide permanferant, nihil aduersariorū impietate moti, sese hoc loco produnt, verōque se esse discipulos manifestāt, & neglectis suis diuitiis, primis honoribus, magistratibus & bona existimatione, ( vt dicitur ) apud Phariseos & summos Sacerdotes, vt **CHRISTO** ( quem antea clanculariè, nunc verò palām confitentur ) inseruant, variis se exponunt periculis. Quid illos huc perduxit? Fides, & singularis in **CHRISTVM** amor.

Ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum.

Tametſi amorem suum in **IESVM** declararent, videntur tamen solū affecti erga **IESVM**, vt purum hominem, & magnū quendam Prophetam, quū talia afferrent aromata, quæ potissimum longo tempore possent corpora à putrefactione seruare. Solennem & magnificam his rebus volunt esse sepulturam, vt sepeliant **IESVM**, non vt condemnatū, sed vt virum magnū & Prophetā eximium. Solet frequenter honos viuus exhibitus non nihil adulationis fecum ferre. At honor qui vltro mortuis offertur, certissimū est virtutis testimonium. Attulit itaque Nicodemus vnguentū ex myrrha & aloë mixtum, ad libras ferme centum, quantū corpori magnificè condiendo sufficiebat. Obserua, ex hoc opere magnifica sepulchra non damari, modò ex fide fiant. Iuxta enim fidem viuam, non autem quantitatem sumptuum aut speciem æstimanda metiendāve sunt opera. Vnde vidua (Luc. cap. 21.) duo minuta in gazophylacium mittēs, plus æstimationis retulit & boni operis fecit, quàm omnes qui aderant diuites.

Acceperūt ergo corpus **IESV**, & ligauerūt eū linteis, cū aromatibus.

Sublatum è cruce corpus Ioseph, & Nicodemus cōmuni officio aromatis vndique oblectuerunt, conditūque & oblitū inuoluerūt in findone mūda: & ne vnguentū deflueret, linteis obuinxerūt. Obserua: Per iustos quiescit in sepulchro mortuus, qui viuus ab iniustis agitabatur. Rursus aduerte: hic noua, mūda, & odorifera sunt omnia. Faceſſe hinc Pickarde stupide, cū tuis affectis: & attende, quisquis es, qui perire putas quicquid in mortuos conferitur. Si res ita habuisset, non permisisset vtique **CHRISTVS** sic corpus suū inūgi. Hæc igitur dicere, Quorsum ista sumptuū funebrium perditio? vox est Iudæ indignatis vnguentū in corpus **CHRISTI** impensum: clamantis quoque, Væ nundatū illud denariis ducētis distribui debere pauperibus: sed vt Euangelista dixit Iudam non dixisse, quod pauperum curam haberet, sed quia loculos portabat, & fur erat: ita ( opinor ) istos inuehi aduersus tam sanctas & pias ceremonias, non amore pauperū, quos ( vt dicāt se illorum studiosissimos ) ne in minimo quidem iuuant, sed vt studio avaritiæ suæ marsupia impleant.

Sicut mos est Iudæis sepelire.

Non sepeliunt vt condemnatum, sed magnificè id honoris deferentes Domino **IESV**, velut magno viro & Prophætæ, sicut mos est Iudæis sepelire eximium & integrū virū. Nondum de illo quicquam altius sentiebant, nisi quod innocens ac integer, Deo que charus esset: cuius monimēto id honoris deferendū esset, qui oppressus inuidia virtutis, dānatus esset: quod non rarò viris multa virtute, proborumque morum integritate claris contigit.

M. iii.

*Corpus Iesu de cruce à Iosepho sublatum.*

*Nicodemus.*

*Pollinctores funebres Christi.*

*Dominus etiam pessimo tempore suos seruat & liberat.*

*Iosephi & Nicodemus fides in Christum.*

*Nicodemus curat sepulturam Christi magnificam.*

*Sepelitur Christus non vt condemnatus, sed vt magnus & propheta.*

*Sepulchra magnifica non dānantur. Fides mensurā operum.*

*Corpus Iesu aromatibus oblitū.*

*Pickardorum error.*

*Sepultura sumptuosa non dānanda.*



*Sepeliendus mortuus mos patrie servandus.*

Obserua: Non frustra dixit Euangelista, Sicut mos est Iudæis sepelire. Admonuisse enim voluit in huiusmodi officii (ait Augustinus) quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque Gentis esse seruandum. Hic apparatus inibi absolutus perfectusque est, nequis suspicaretur postea corpus mutatum fuisse.

M. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda.

Erat autem in loco vbi crucifixus est IESVS, ortus.

*Ortus in quo Christi sepulchrum.*

*Quæ Adamus in orto amisit, Christus in orto restituit. Baptismo nobis confert Christus suæ mortis, sepulture, & resurrectionis vim.*

Singulari quadam dispensatione factum est, vt Caluarie proximus esset ortus, vbi sepeliretur CHRISTVS. Quemadmodum in orto Adam peccauerat, ita in orto capitur CHRISTVS, vt Adæ peccatum diluat, & consummatis omnibus deuicta morte Adæ, in orto sepelitur & resurgit. Iam vt passio & mors CHRISTI nostra sunt, ita & sepultura eius nostra est, testante Paulo ad Rom. cap. 6, An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in CHRISTO IESU, in morte eius baptizati sumus? Consepulsi enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo CHRISTVS surrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Coloss. cap. 2, Cõsepulsi ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem, &c.

Et in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

*Nouitatis monumenti ratio.*

*Paupertas Christi propter nos.*

Signanter Euangelista adiecit hæc. In orto sepeliendus erat CHRISTVS, qui omnis viriditatis & vigoris author est. Quod sequitur, tamen casu factum esse videatur, facit tamen ad certitudinem & fidem resurrectionis CHRISTI declarandam. Nouum erat monumentum, ne si CHRISTVS in vetus sepulchrum positus fuisset, cauillari potuissent alium ex eo monumento resurrexisse. Rursus nouum erat, nuper è solido lapide excisum, vnde non poterat monumentum dici ab aliquo suffossum: in quo quæ solus CHRISTVS repositus fuerit, non poterat credi alius ex eo resurrexisse. Decuit CHRISTVM in nouo monumento sepeliri, quia vetera vt typica, per eum antiquari cõperat. Obserua diuitias paupertatis Domini propter nos. Vt enim non habuit domum in vita, ita nec habuit sepulchrum post mortem, sed in alieno reponitur: & quæ nudus esset, à Iosepho sindone vestitur.

Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum quia iuxta erat monumentum, posuerunt IESVM.

*Hora nona. Vndecima hora.*

*Tuba clangor ad designandũ Sabbathi principium.*

Quasi dicat Euangelista, instabat finis parasceues, & Sabbathum illucescebat secundum præceptum. (Leuit. cap. 23.) A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbathum vestra. Appropinquabat enim finis horæ nonæ, vel si maius vndecimæ, vltimæ scilicet portionis diei, quæ sexta apud nos pomeridiana fuisset: parumque aberat à clangore tubæ, qua significabatur initium magni Sabbathi: in quo prorsus cessandum erat à paratione & quouis alio opere. Propter igitur tam breue tempus ne insepultum corpus relinqueretur, minimo negotio in proximum monumentum reposerunt: maiorem (si per parasceuen licuisset) impensuri sepulture honorem & honorificentiorẽ quæsituri locum, vbi eum posuissent.

*Sepulchrum Christi.*

M. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, R. Ioseph, M. sedentes contra sepulchrum, R. & aspiciabant vbi poneretur. L. Et dies erat parasceues, & Sabbathum illucescebat. Subsequentem autem mulieres quæ cum IESU venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus IESU. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbatho quidem siluerunt, secundum mandatum: M. altera autem die, quæ est post parasceuen, (Sabbatho nimirum magno) conuenerunt principes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum, dicentes, Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit, Adhuc viuens, post tres dies resurgam: iube ergo custodire sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli

discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priorẽ. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

Finis Historiæ Passionis CHRISTI.

CAPVT VICESIMVM.

*Sabbathi, Sabbathorum: id est primo die hebdomadæ, hoc est postridie Paschæ.*



NA autem Sabbathi, Maria Magdalene venit mane, quæ adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quæ amabat IESVS, & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: nondum enim sciebant Scripturam, quia oporteret eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus IESU. Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc quum dixisset: conuersa est retrorsum, & vidit IESVM stantem, & non sciebat, quia IESVS est. Dicit ei IESVS, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia ortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei IESVS, Maria: Conuersa illa dicit ei Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei IESVS, Noli me tangere: nõdum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Quum ergo sero esset die illo, vna Sabbathorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum,

*Maria Magdalene ad sepulchrum. Marc. 16. 9. Luc. 24. 11.*

*Petrus & Ioannes currunt ad sepulchrum.*

*Scripturam, sub, quæ restabatur quod oporteret, etc. Ad semetipsos, id est dominum suum. Videt, videt.*

*Ortulanus, id est custos & curator orti esse vbi sepulchrum erat.*

*Vna id est prima die hebdomadæ, quæ Christianis dicitur Dominica.*

*Iesus Magdalene allegatur. Resurrexit Christus. Magdalenam discipulum apostolum designat.*



Christus cōspicitur ab apostolis. Mat. 16. c. Luc. 24. f. 1. Cor. 15. n.

Apostolis datur Spiritus Sanctus & claves. Matth. 18. c. Thomas.

Thomas corripitur à Christo. Christum Deum credere. Iust. 2. 1. 3.

Iesus est Christus. Finitus fidelis viue, vita eterna.

Summa passio- nis Christi de- scripta à Ioāne. Christus nouis- simus virorum cognitus. Antichristi.

Chirographum delicti Christi abstulit. Cōscientia pax sanguine Chri- sti facta.

Resurrectionis finctus.

Sabbatum. Dies dominicū

Magdalena cū vncto peti- sepulchrum.

venit IESVS, & stetit in medio, & dicit eis; Pax vobis. Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gaudii sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc quū dixisset, insufflauit, & dicit eis, Accipite Spiritum Sanctū: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nō erat cū eis quando venit IESVS. Dixerūt ergo ei alii discipuli, vidimus Dominū. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meā in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei IESVS, Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit IESVS, in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt vt credatis, quia IESVS est CHRISTVS Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Epilogus narratæ Passionis, cum parasceue ad resurrectionis cognitionem.

PASSIONEM Domini nostri IESV CHRISTI noster Euāgelista hætenus descripsit, qua animaduertimus CHRISTVM iuxta externam speciem nouissimum virorum, hominem nimirum extreme abiectum, & à Deo longissimè derelictum. Post has autem ignominias & tam crudelem crucem, subiicit gloriam (qua declaratur Filius Dei) nimirum resurrectionem CHRISTI potentissimam & gloriosissimam victoriam, contra potentissimos hostes, diabolum, mundum, peccatum, mortem, infernum, æternam damnationem. Vt enim CHRISTVS chirographum nostrum (quod est conscientia peccatorum nostrorum) vnà secum cruci affixum, è medio sustulit, & sanguine suo omnem conscientia nostræ accusationem deleuit, ita etiam nos simul secum per resurrectionem viuificauit, vt peccato & morte absorptis, iustitiæ & vitæ participes fieremus. Nam Paulus Rom. cap. 6. docet hunc esse genuinum resurrectionis vsum & fructum. Si enim (inquit) complati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Atque vt CHRISTVS per resurrectionem in regnum Patris ad dexteram eius intrauit, ita & quotquot CHRISTO fide viuā adhærent, sūntque membra eius, vnà cum CHRISTO regnum Patris intrant.

Vna autem Sabbathi.

CAPVT XX.

VNA die Sabbathi: vna scilicet inter septem dies, non primo die, quia non licuit Iudæis exire & parentare, quare exierunt quando licuit: licuit autem primo die Sabbathum sequente, nobis hic dies Dominicus est.

Maria Magdalene venit.

Transacto Sabbatho magno, noctu Maria Magdalene (de qua Dominus eiecerat septem dæmonia) parauit vnguenta, & aromata ad condiendū Præceptoris corpus, quæ oblita verbi CHRISTI de sua resurrectione, venit ad monumentum.

Mane

Pax, &c. Hæc breuorum saluandi formula.

Quorum) quæ runcumque. Qui dicitur) cui cognomen erat. Didymus) id est Gemellus. Fixurā) Vestigium vel foramen.

Intus, id est clausis ianuis domi.

Incredulus) infidelis.

Vt credatis, &c. id est ille qui vocatur Iesus, est ille Rex filius Dei.

Mane quum adhuc tenebræ essent.

Fertur quidam, simul & desyderium videndi corporis Dominici, & vngendi, commēdatur in Magdalena, nimirum surrexit manè, idque facit quod vna adhuc essent tenebræ, id est priusquā plenè diluxisset. Matthæus cap. 28. dicit, Vespere autem Sabbathi quæ lucefcit in prima Sabbatho, id est manè profundo crepusculo, quū adhuc essent tenebræ. Ergo vna Sabbathi, & cid est nocte dum transisset Sabbathū: quæ nox vergit in Dominicam, quam vocamus diem. Quod Marcus dixit, Exorto iam sole, significat, apparenre die, quod fit sole nostro hemispherio vicino: alioqui non præmississet summo diluculo. Opinor Marcum postquam dixerat valdè mane, id est summo diluculo, non frustra addidisset, Exorto iam sole, fortè propter Gentes quæ diem à mane incipiūt: ne suspicaretur CHRISTVM non surrexisse tertia die, quæ cōstat tertio die summo diluculo surrexisse, nepe in terramotu factō, illucescente prima Sabbathi, vt ex Matthæo perspicuū est: Vt CHRISTO mortuo terra tremuit, ita ipso resurgente terramotus factus est, de quo præmonuerat Aggæi vaticinium, cap. 2. Rogabit quispiam quomodo alibi dicitur, Tribus diebus & tribus noctibus erit Filius hominis in corde terræ, quū vix duabus noctibus in sepulchro quiescit? Respondeo: Synecdoche est, vt partem pro toto intelligas. Nam quū partem primæ & tertiæ diei in sepulchro iacuerit, dicitur totum diem iacuisse primum, secundum, & tertium. Eadem figurā dicimus iter duarum hebdomadarū, quum noctibus quiescamus, & interim ad diuersoria diuertamus.

Ad monumentum.

Obseruarat locum Magdalena, in quem Ioseph & Nicodemus reposerant Dominū, eò nunc venit portans aromata ad vngendum Dominum.

Et vidit lapidem sublatum à monumento.

Summo diluculo diei Dominicæ surrexerat Dominus, & lapide & sigillis adhuc impositis. Sed quum id manifestari operæpretium esset, post resurrectionem ministerio angelī monumentum aperuit, & ita res credita est. Matth. cap. 28. Et ecce terramotus factus est magnus: angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Quum Magdalena vidisset lapidē magnum quo oclusus fuerat aditus monumenti, submotum, ac sepulchrum patere, mox suspicata est corpus Dominicum furatū, & alio transmissum, vbi honorificentius sepultum foret. Videbatur enim illic pro aliquo tempore à Iosepho positum, vt transacto Sabbatho, iusto funere decoraretur. Sed quia lapis sublatas erat, hoc Magdalena debuit esse signum, CHRISTI verè à mortuis regressi. Sed quum illa non esset adhuc firma in fide, non miror si hoc in negotio nihil viderit. Nā infidelitas perpetuam habet cæcitatē sibi comitem.

Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem diligebat IESVS.

Posteaquam vidit Magdalena reuolutum lapidem, neque intrauit, neque introspexit, sed resiliens à monumento nondum inspecto, ex animi desyderio, aut potius adhuc incredulo (quod non crederet Dominum surrexisse, sed aliò translatum vt magnificentiore sepultura donaretur) eursim venit questum ad Simonem Petrum, apud quem erat & ille discipulus quem diligebat IESVS. Tacens Ioannes nomen suum, consueta periphrafi illud explicat.

Et dicit illis.

Habebat Mariam grandis admiratio cum timore, ne amissus esset Dominus, & deficiente spiritu propter cursum, ardentissimo affectu loquuta est, nullam præmittens salutadi formulam: sed mox vt Petrum & Ioannem vidit, tremula & interrupta voce ait,

Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

Sublatus est (inquit) Dominus è monumento nunc vacuo, & cuius lapidem reuolutum vidi: sed quo transfulerint eum, qui sustulerunt, nescio. Beatus Augustinus ait nonnullos codices Græcos habere, Tulerūt Dominum meum, quod ab ea dictum esse putat profusiore charitatis vel famulatus affectu.

Magdalena fertur ad vngendū Dominum.

Crepusculum profundum matutinum.

Vespera Sabbathi.

Gentes diem à mane incipiūt.

Christus summo diluculo resurrexit.

Terramotus in morte & resurrectione Christi.

Triduū sepulture Christi: Synecdoche loquutio.

Synecdoche.

Sepulchrum Christi lapide & sigillis obfignatum.

Angelus sepulchrum Christi aperuit.

Magdalena inuixta sepulchrum non credebatur Christum resurrexisse.

Infidelitas comitem habet cæcitatē.

Magdalena ad Petrum & Ioannem abiit.



**Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.**

*Petrus & Ioannes ad sepulchrum Christi, adhuc si de infirmis.*

Vocē Magdalene excitati discipuli, quos, licet modica & perquam tenuis de resurrectione fides habebat, tamen ingenti adhuc sic dilecti præceptoris desyderio capti, prodie-re foras. Si **C H R I S T V M** resurrecturum credidissent, domi mansissent. Audita Maria, pu-tant illum sublatum, ob id exeunt ad monumentum.

**Currebant autem duo simul.**

*Cursus ad monumentum.*

Hic cursus studium quoddam in discipulis erga **C H R I S T V M** significat.

**Et ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.**

Contendunt simul cursu Petrus & Ioannes ad monumentum: sed discipulus ille dilectus **I E S V**, Petri vicit cursu, priorque peruenit ad monumentum. Vehementior Ioannes currit, quia **C H R I S T O** familiarior. Obserua modestiæ exemplum in Ioanne, qui suum nomē tacet.

**Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamē introiuit.**

*Festinandum est matut.*

Prior cucurrit Ioannes ad monumentum, sed quum reperisset ostium apertum, & circumflexo corpore prospexisset in monumentum, si vacuum esset, & obseruasset Dominum abesse, ac linteamina aromatis obliuata (quibus corpus fuerat obuolutum) esse relicta, non introiuit fortassis timore correptus, aut vt Petro tardius sequenti rem nouam nuntiaret, ne audacius & nimis festinaret. Si enim in ciuilibus nimia festinantia corripitur, quanto magis & in spiritalibus? Festinare quidem debemus, non torpescere: sed festinemus consilio non impetu, prudentia non furore, deliberatione nō libidine. Obserua Ioanem citius currentem, & ad sepulchrum prius venientem, adumbrare nobis illos qui citius ad Euangelium conuertuntur. Rursus aduerte: **P O S I T A** linteamina resurrectionē manifestant: nā si qui corpus furati fuissent, neque reliquissent linteamina, neque sudarium inuoluissent & seorsim in vnum locum reposuissent, sed vt erat corpus suis sudariolis & linteaminibus obuolutum, abstulissent. Propterea cōsultō præmonuit, quod cum multa myrrha esset sepulchrum, (quæ non minus quam pix corpori linteamina cōglutināt) vt quum audierimus sudaria in sepulchro relicta, furto abreptum corpus non arbitremur. Nō enim fur adeo stultus fuisset vt in superflua re tantum laborasset.

*Linteamina seposita in sepulchro.*

Introiuit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.

*Petrus cursu tardior Ioanne.*

Tandem Petrus aduenit, qui ex Ioanne re audita & cognita, vt tardior quidem & posterior in cursu, ita audacior fuit pariter & curiosior ad totam rem peruestigandam & intelligendam. Nam non contentus pro foribus manere, aut in monumentum prospexisse, qui posterior aduenit, prior ingressus est monumentum, vbi certō vidit nullū inibi esse corpus, sed sola linteamina iuxta morem & ritum sepeliendorum funerum apud Iudæos, quæ pro resurrectionis simbolo obseruabāt. **I N T E A M E N** primū erat id in quo ponebantur vnguenta, & corpori proximū erat, eique adhærebat. Aliud linteamē externū erat, quod institis circa corpus instar sedentis in sepulchro collocatum, quasi ad resurrectionem paratū, ligari solebat. **S V D A R I V M** linteamē erat capiti obuolutū, quo designabāt eā quā induerāt de resurrectione spēs bonā. Obserua exemplū fortitudinis in Petro, qui audet prior ingredi sepulchrum. Rursus aduerte hæc omnia nominatim & diligenter nec frustra scripta esse ab Euangelista, sed vt ostēdat multis signis **C H R I S T V M** verē resurrectisse. Nā si non resurrectisset **C H R I S T V S**, sed ab alio surreptus fuisset, nō remāssissent sudaria & linteamina, sed simul ablata fuissent, si nō ob pretium rerū, certē ob id quod nō tantū oīi fur habuisset ad detrahenda corpori vnguenta, quouis visco tenacius inherētia, & suo quæque loco digerenda.

*Linteaminum diuersitas.*

*Sudarium.*

**Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit & credidit.**

**Ioannes qui solus ingredi non audebat, vt vidit Petrum tam diligentem perspectorem ingressum,**

ingressum, partem formidinis ademit, & monumentum est ingressus. Videns autem nullū vsquam esse corpus, sed corporis spolia & exuias sic sepositas, credidit, scilicet **C H R I S T V M** sublatum esse, sicut dixerat Maria. Hunc sensum huius loci indicat sequens ætiologia, Quia Ioannes nondum sciebat Scripturam de resurrectione.

**Nondum enim sciebat Scripturam, quia oportuit eum à mortuis resurgere.**

Neque veterem certē nouerant adhuc Scripturam, quæ certō prædixerat futurum, vt **I E S V S** moreretur & resurgeret die tertio manē: (Psal. 56, Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara, exurgā diluculo) neque nouam, quam **I E S V S C H R I S T V S** in cordibus Apostolorum scripserat: cuius testimonium perhibet Matthæus, cap. 20, Filius hominis (ait Veritas ipsa) tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & cōdemnabunt eum morte: & subdit, Et tertia die resurget. At nondum erat Spiritus datus, quo sensum Scripturam acciperent, nequis putet suo sensu diuinas Scripturas intelligere siue veteres siue nouas. Quærdus est ipsarum sensus, Spiritu Dei authore, & ipsum suggerente. Non ergo (ait Augustinus) Ioannes **C H R I S T V M** credidit resurrectisse, quem nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit scilicet manē monumentum, & credidit quod dixerat mulier, eum de monumento esse sublatum. Ideo quādo Dominum de resurrectione dicentem discipuli audiebant, quauis apertē diceretur, consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eū significare credebant. Hactenus ille. Quāquam **I E S V M** frequenter de sua resurrectione narrantem audissent, tamen ea animis eorum penitus non infederat: & siquid inhæserat, id metus ac tumultus crucis excusserat.

**Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.**

Ioannes & Petrus ferē desperatiores quā in **C H R I S T I** morte, quod nullum in sepulchro reperissent corpus, sola item vidissent seposita linteamina, ex metu redierunt **A D S E M E T I P S O S**, id est in domum suam, non solum illi, sed & qui dispersi erant, citius in vnum redeunt, non ignorantes iram Iudæorum aduersus **C H R I S T I** discipulos. Vnde nec sibi tutum putabant diutius circa monumentum immorari.

**Maria ergo stabat ad monumentum foris plorans.**

Recedentibus discipulis, ad fores monumenti manet Maria, quam stare facit amor magistri, & plorare cogit vehemens dolor, quia sublatum æstimabat, quem quærebat. Qui hu mano fauore & carnali auxilio destituūt, non est quod despondeant animos, sed si in vocatione sua (ad quam vocauit illos Dominus) perdurarint, nunquam in periculis relinquētur desperati: verū certō consolationem perseuerantes accipient. Exemplo erunt filii Israel in deserto potu & cibo destituti, qui tamen ob murmur ingrati essent, tamē in Domini vocatione durantes & manentes, auxilium à Domino acceperunt: nimirum cælitus māna deplutum, & aquam ē petra fusam. Helias cibo destitutus, tamen non relinquens vocationem Domini, à coruis pascitur. Rursus Moses vocantem Dominum sequens in montē per quadraginta dies, verbo Domini pascus est. Perseuerans itaque Maria in vocatione Domini, fructum perseuerantiæ non amittit. Venerat ad monumentum deferens secum aromata, & vnguenta quæ parauerat, vt sicut antea pedes viuētis vnguento pretioso vnixerat: sic & nunc totum corpus defuncti & vnguento vngeret, & aromatis cōdiceret. Et sicut prius ad pedes eius lachrymas fuderat, fleuerat prius, & lachrymis pedes Domini rigauerat: nūc quum se non posse hanc vocationem exercere vidit, stat ad monumentum cogitabunda, si quo modo reperire possit Dominum, cui se ministram exhibeat: tandem nō destituitur cōsolationibus, interim tamen facta est exanimis, imō & insensibilis. Sentiens non sentiebat, videns non videbat, audiens non audiebat, sed neque ibi erat vbi erat, quia tota ibi erat vbi magister erat: de quo tamē, quod vbi esset, nesciebat, ideo intolerabile habens dolorē, & nō inueniens quem quærebat consolatorem, vehementer plorabat. Obserua, Euangelista ostendit per reticentiā Magdalenam reuertisse ab vrbe, quum Petro & Ioanni nuntiasset, verū solam, non comitatam aliis mulieribus.

**Dum ergo flet, inclinavit se, & prospexit in monumentum.**

Manens in officio & vocatione sua, quærens mortuum quem viuum dilexerat, vt examine corpus vngeret, postquam viuente frui non dabatur, circumspicit si qua spes inueniendi corporis affulgeret, quum ingredi monumentū non auderet, obliquato capite prospexit ipsa in monumentum.

*Scriptura noua in cordibus Apostolorum.*

*Spiritus scripturarum doctor.*

*Fides discipulorum Christum audientium de resurrectione loquentem.*

*Petrus & Ioannes de sepulchro desperatiores rediunt. Discipulorum tū firmā fides.*

*Magdalena ad monumentum plorans.*

*Perseuerantes in sua vocatione nunquā à Domino destituuntur. Helias pascus.*

*Moses 40 diebus à deo pascus.*

*Perseuerantia Magdalene in querendo Domino. Magdalena serua & dolor.*



Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus IESV.

Angeli in Christo sepulchro conspecti.

Alborum vestimentorum significatio.

In media desperatione & periculis magnis consolationem accipit, nimirum visionem angelorum blanda lætæque specie diuifim intra illam sepulchri ædiculam sedentium. Alterum vidit vbi caput IESV erectum steterat: alterum vbi pedes collocati fuerant. Misit erant angeli vt testarentur de resurrectione CHRISTI: quos decuit albis vestitos esse, quia morte & resurrectione CHRISTI, nigra ablata & remota erant. Alba vestimeta significant Euangelium, quod pro suo officio albos, hoc est acceptos & gratos Deo homines facit. Aut vidit Angelos in albis, vt quæ passa erat dæmonia & impuros angelos, benignitate IESV CHRISI, bonos cerneret in habitu puritatis: nō enim albor aliud designat quàm puritatem.

Dicunt ei illi.

Angelorum misterio Magdalena solatur.

Mœrorem Magdalene leniunt angeli, dum plorantem vtrō compellant, quorum lætus & alacer ac placidus aspectus aliqua ex parte pauorem sollicitudinis ademit. Obserua officium angelorum esse ministrare nobis.

Mulier quid ploras?

Mulier vas infirmum.

Vt occasionem consolandi Magdalenam, & instituendi illā de resurrectione CHRISTI habeant, quærūt angeli causam ploratus. MULIER (in genere vocat infirmū vas) QUID est quod PLORAS? Quasi dicerent, Quid ploras, quū potius gaudere deberes?

Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.

Magdalena opulo de Domino non inuenit in sepulchro.

Fervor amoris in Magdalena.

Vehementia quadam flagrantis amoris erga CHRISTVM ebria, mox causam sui fetus angelis aperuit. QUA sustulerunt, inquit, Dominum meum, nec scio vbi posuerunt est. Suspiciabatur enim quod quidam clancularius discipulus IESV curasset noctu transportandum corpus, ne in manus Iudæorum veniret, & in mortuum adhuc defuerent, tanta erat ipsorum rabies. Tametsi adhuc incredula esset quod CHRISTVS resurrexisset, tamē verba fidei loquitur, dicens DOMINVM meū, dum ne mors CHRISTI etiam ignominiosa ipsam offenderit, quominus crederet CHRISTVM, Dominum. Obserua vehementiam amoris: Mortuum amat, & Dominum appellat, nihil adhuc sperat de resurrectione, hoc solum malè illam habet, quod adempta esset corporis copia.

Hæc quum dixisset, conuersa est retrorsum.

Crux patienter ferenda.

Dum talia responderet, ex vultibus angelorum (nam vultu, motu, & gestu significabat Dominum adesse) suspicata est aliquem ad stare à tergo. Vt anxia erat in quærendo corpore Domini, non expectat angelorū responsum, sed illico conuersa est retrorsum. Obserua in Magdalena exemplum dilatæ & suspensæ consolationis, quæ longis variisque ambagibus à consolationibus suspenditur: vt doceamus & discamus crucem patienter ferendam, donec consolationem accipiamus.

Et vidit IESVM stantem, & non sciebat quia IESVS est.

Magdalena videns Dominum, non videt.

Christus incredulis absconditus. Christus non ex cortice & specie externa cognoscendus.

Gratia præueniens necessaria operi nostro.

Habet incredulitas cæcitatem comitem: non credit adhuc CHRISTVM resurrexisse, ideo incredulitas impedit quominus Maria CHRISTVM cognoscat: agnoscit tamen illum pro suo captu. Quem igitur fuerant angeli venerati, IESVM Maria videt, non tamē agnouit quod IESVS esset. Nam ne primo eam aspectu perterreret, vili & communi specie apparet. Obserua: Docemur hoc loco CHRISTVM esse nobis absconditū, quando externa eius species & persona tantum consideratur. Ad hunc modum CHRISTVS discipulis fuit spectrum, Marth. cap. 13. Rursus aduerte: Quando Euāgelistū in externa humilitate à nobis consideratur, est nobis mysterium internam & suauem afferens consolationem.

Dicit ei IESVS.

Vt ostendat nobis CHRISTVS quàm necessaria sit gratia Dei præueniens opus nostrum, præuenit mulierem. Qua in re philanthropiā eius obseruamus, qui sua bonitate dignatur infirmos præuenire, & illis loqui, vt eos postea soletur.

Mulier quid ploras?

Blandiusculè Mariam CHRISTVS alloquitur, & eisdem verbis quibus angeli, illam appellat: addens illi animum, vt ipsam à fletu reuocet. Est ne apud me quo te hoc tam vehementi mœrore leuem?

Quem

Quem quæris?

Dum huc & huc circumspectas, videns quempiam quærere, cuius præsentia animum tuum leniret. Siquid hac in re possum, dicit, obsequar.

Illam existimans quia ortulanus esset.

Christus ortulanum visus.

Christus nobis talis est qualem nobis credimus.

Deus fide cõspiciendus.

Fides est conspiciendum nostrum.

Pro suo captu Maria Dominum agnoscit, non IESVM: sed quia in ortis est, & ob oculos ortos habet, suspicatur loquentem sibi, ortulanum esse, cultorem ac custodem eius loci in quo erat monumentū. Obserua: antequā Dominus sese nobis verbo aperiat, iuxta nostram carnalem imaginationem nobis apparet. Vt enim quod per conspiciendum ob oculos positum videmus, eiusdem coloris cuius est conspiciendum nobis apparet: ita nobis videtur Deus pro nostræ opinionis colore. Exemplo est cognitio quam habuit hoc loco Maria, quæ non fide, sed carnali conspicio prospiciens Dominum iuxta sui conspicii colorem, hoc est iuxta suam imaginationem suspicata est Dominum esse ortulanum, cui & ortulanus apparuit. Fide igitur in verbum Dei, veluti optimo & limpido conspicio vtendum est nobis, vt cognoscatur Deus.

Dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.

Resurrectio credenda difficilis.

Ad eod difficile est creditu CHRISTVM resurrexisse à mortuis, vt adhuc incredula fuerit Magdalena Dominum suum redituum fuisse. DOMINE, (hac voce captat beneuolentiam, & muliebri simplicitate loquitur) si tu asportasti eum, dicit mihi vbi cælaucaris eum, & ego tollam eum. Suspiciatur asportatum fuisse clanculariè corpus IESV à quodā amico ne adhuc in ipsum mortuum scirent Iudæi. Pergit in ea sententia qua putat asportatum suum, non parū propriis viribus ascribens, quibus opinatur se posse alio tollere corpus, vbi pro animi sui sententia ipsum suis odoriferis aromatibus condiret, & honorificentiori sepulturæ mandaret.

Dicit ei IESVS, Maria.

Magdalena sententia de non inuenio Iesum in sepulchro.

Verbo & voce cognita ac familiari CHRISTVS sese Mariæ aperuit: dicens enim dicitur, MARIA, sui notitiā illi concessit, & statim cognitus est. Nam sicut Iudæis aliquando innotescerebat, aliquando etiam præsens incognitus erat, ita etiam loquens quando voluit, innotuit, sicut nunc Mariæ, se cognobilem fecit. Quare dum prædicatur nobis ab angelis, id est prædicatoribus, solum læta quidem audimus, nempe CHRISTVM regnare & triūphantorem esse mortis & inferorum: sed hæc ipsa credere non possumus, nisi IESVS ipse sese nobis prodar, vt habeamus testimonium spiritus, & simus IESVS id est docti à Deo. Obserua hoc loco CHRISTVM non ex specie siue persona externa, sed ex verbo & fide cognosci. Rursus aduerte quomodo vocatio Dei illuminat, & conuertit facitque nō solum Deū inuenire, sed etiā cognoscere solum CHRISTVM esse fidei magistrū ac doctorem.

Conuersa illa dicit ei.

Audito verbo magis interna quàm externa aure, CONVERSA est, id est credit, & Dominum agnouit, subitoque gaudio raptā, nominis solito compellare vult discipulā præceptorem, dicens,

Rabboni, quod dicitur Magister.

Christus voce se Mariæ cognobilem reddidit.

Christus non cognoscitur nisi doctus à Deo. Fide & verbo non à specie externa cognoscitur Christus.

Vocationis Dei vis & energia. Christus solus si dei doctor.

Præ nimio præceptoris amore & gaudio quod rursus carne præsentem videt Dominum, salutat RABBONI, quod Syris sonat Magister, simulque non immemor veteris familiaritatis, procidit, volens illius pedes osculari.

Rabboni.

Dicit ei IESVS, Noli me tangere.

Verisimile est Magdalena cultu adhuc carnali voluisse amplecti & osculari pedes Domini, lacrymis pro more suo rigare, suis aromatibus CHRISTVM ungeri, & eius personæ tanquā homini inscribere: vnde plenā fidem de præceptore redituum nondum induerat. Quare Dominus videns eā, carnalē suā præsentiam plus æquo admirari, animumque eius ad cælestia amplexūque fidei erigere volēs, à tactu sui eā repellebat, dicens, NOLI ME TANGERE: quia glorificatū nondū me credis, non carnali tuo tactu, sed spirituali, hoc est fide, me tanges, id est cognoscēs. Quāquā sincriter & flagrāter me ames, tu tamē nihil adhuc magni de me sentis, quæ opinaris me nō in aliud reuixisse, quā vt more solito agā cū amicis ex mortuo viuus. Ignoras me immortale corpus gestare, longè maiore cultu, quàm facis, tractandū. Idem re vera corpus est quod cruci suffixum vidisti, sed iam immortalitatis glo-

Magdalena viso Domino redituum, adhuc infirma erat in fide.



ria cōdecoratum est. Carnali adhuc affectu ductaris: hunc si exueris, & spiritalem indueris, me tactu tibi suavissimo, hoc est fide, tanges.

Nondum enim ascendi ad Patrem meum.

Potest hæc oratio dici ætiologia cur non velit tangi CHRIS TVS à Maria, argumēto ab incredulitate Mariæ sumpto, quæ nondum credebat resurrexisse, nec ipsum redituru ad Patrem. Quasi diceret: Noli me tangere, quia glorificatum nõdum credis, quem inquiris ablatum. Aut, ideo indigna es quæ me tangas, quia NONDUM ASCENDI, id est tuo iudicio nondum resurrexi, nec credis me ad Patrem rediturum. Potest legi hæc oratio per parenthesim, vt rationē eius, quod præcedit non afferat, sed referatur ad id quod sequitur. Dic eis, Ascendo, &c. Quia frequēs CHRIS TVS dixerat discipulis, Vado ad Patrē, vado ad eum qui misit me: ne sui dissimillimus (vt non potest) videretur, sed fidelis & iustus, seipsum negare non potens, ne promissis discredere discipuli, Apostolam designat Magdalenam, dicens, Vade tu, certò crede me resurrexisse, sed nõdum ascendisse ad Patrē meum: noli te occupare in me tangendo, nõdum enim discedo: nam totos quadraginta dies apud vos futurus sum, quibus licebit per otium me tangere: sed potius festina ire ad fratres meos Apostolos, quibus in memoriam reuocabis ea quæ antequam morerer, me facturum promisi. Promisi quidem me ad Patrē abiturum, quod tamen non faciam, nisi prius eos videro. Responfabit quispiam, Nõne CHRIS TVS erat apud Patrē quem emittendo spiritum, dixerit, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et iuxta promissionem ad exauditum latronem factam, Hodie tecum eris in paradyso? Respondeo: Semper apud Patrē erat (Ioan. cap. 1, Et verbū erat apud Deum:) sed de ascensione humanitatis in cælum, quam subinde quadagesima die completurus erat, loquitur.

Vade autem ad fratres meos.

Tu meæ resurrectionis certior facta, diligenter abi cōsolatura desolatos ob meam mortem, amicos meos Apostolos, quos sicut & omnes in me credētes, mea morte & glorificatione feci fratres meos. Psal. 21, Annuntiabo fratribus meis nomē tuum. Item Hebr. cap. 2. Et filios Dei, Ioan. cap. 1.

Dic eis.

Crede, & prædica fratribus meis hoc Euangelium, me scilicet per resurrectionē intrare in gaudium, & gloriam Dei Patris, & me in omnia Paterna bona ingredi, ac tam latum regnum occupare, atque Pater occupat. Obserua: Magdalena mulier & infirmū vas, hoc loco typum gerit omnium prædicatorum, per quos tanquam per testacea vascula, & infirma instrumēta, Deus tam pretiosos thesauros suos aperiri & distribui sinit. Rursus hic locus suavissimam nobis vehementer infirmis consolationē affert, quā fide videmus CHRIS TVM in primis resurrectionem suam & abitionem manifestasse etiam infirmo vasculo, nimirum mulieri omnium infirmorum typum gerenti: simulque declarasse omnes pios & credētes factos esse suæ hæreditatis participes. Rursus aduerte quā aperta fiant mirabilia Dei consilia, qui infirma huius mundi, nimirum Magdalenam elegit, vt fortia cōfunderet. Apostoli enim in hoc ministerium à CHRIS TO electi erant, vt Euangelium orbi annuntiarēt. Sed ecce mulier infirmū vas fit Apostolorū Apostola. Hoc enim modo cōsuevit Dominus magnifica sua opera per abiectos & infirmos perficere, vt solus glorificetur.

Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.

Narra fratribus meis me per resurrectionem gloriosum esse, & ire ad dexteram Patris, id est ad plenissimam possessionem regni Patris, non mei tantum, sed & vestri, hoc est qui meus & vester est Pater. MEVS quidem, per naturam & essentiam: VESTER autem, per adoptionem & gratiam. Et est Deus meus personaliter, & æterna generatione: sum enim Deus verus de Deo vero. Aut Deus meus, secundum quod naturam humanam assumpsi. Deus autem vester, creatione, protudentia, cura & cultu. Aut Deus meus (ait Augustinus) sub quo & ego homo sum: Deus vester, inter quos & ipsum, mediator sum. Quare quod introitus meus in regnum Patris, vester est introitus: siquidem hunc introitum vobis meo sanguine parauit, quo vos feci filios Patris mei, fratres meos, hæredes Patris mei, & cohæredes meos. Hæc suavissimā nobis credentibus afferunt consolationem, quando fide intelligimus nos habere Deum Patrem, cuius nunc per CHRIS TVM glorificationem, regni cælestis participes & Dei hæredes facti sumus. Vnde cognoscimus nos per CHRIS TVM vicisse

Tactus suavissimi me. fides.

Prohibetur Magdalena tangere Christum. Magdalena indigna Christum tangere.

Magdalena apostola designata.

Christus iuxta humanitatis cælum ascendit.

Credentes facti, fratres Christi & filii Dei.

Homo, vas & instrumentum sanctæ. Christi dicitur credentibus resurrectione communitate. Dei consilium mirabile.

Deus potēssimos imbellissimis expugnat. Scopus vocatio nis apostolorum. Magdalena apostola. Christum ire ad dexteram Patris. Deus Pater communis Christo & credentibus. Deus, deus Christi & credentium. Christus mediator Dei & hominum.

Christi introitus in cælum cōmunicatur credentibus. Credentium cōsolatio. Victores sumus per Christum.

cisse peccatum, mortem, mundum, infernum, & Satanam: quādoquidem in CHRIS TO illis potentiores & valentiores facti sumus. Quis igitur (ait Paulus Roma. 8.) accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdemnet? CHRIS TVS IESVS qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Obserua ex his prædicatorum officium, quod est prædicare & annuntiare credentes & pios omnes beneficio CHRIS TV factos esse fratres CHRIS TV, hæredes Dei, & cohæredes CHRIS TV: item CHRIS TVM ascendisse ad Patrē suum, quem sua glorificatione fecit nobis Patrē: CHRIS TVM item factum dominum peccati, mortis, mundi, inferni, Satanæ ac damnationis: item, nos Patri reconciliasse, gratiam inuenisse coram Patre, iustitiam & vitam æternā: item CHRIS TVM effecisse quod Deus nostri curam habeat, velisque nos tueri diuina sua potētia. Rursus ex his colligere licet definitionem Euangelii, quod est doctrina annuntians CHRIS TVM ascendisse ad Patrē suum & Patrē nostrum, ad Deum suum & Deum nostrum. Quicquid consolationis totum Euangelium habet, hoc loco expressum est.

Venit Maria Magdalene, annuntians discipulis quia vidit Dominum, & dixit mihi hæc.

Commendatur in Magdalena cum fides tum charitas: fides quidē, quæ statim CHRIS TV verbis acquieuit: charitas verò, quod quæ audiuit & credidit, aliis simul ad salutem communicat. Nam reuerfa ad discipulos, renuntiavit se vidisse Dominum, & quæ suo nomine referri iusserat, retulit, quod eos iam fratres appellaret, & seipsum præpararent ad excipiendas cælestes illas promissiones, quibus ante supplicium illos ad animi constantiam pellexerat, nimirum, Vado & venio ad vos, & gaudebit cor vestrum. Modicum, & iam nõ videbitis: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrē.

Quum ergo esset serò, die illo vna Sabbathorum.

Eodem die quo Magdalena resurrexisse Dominum fratribus Apostolis narrauit, hoc est prima die hebdomadæ, quæ Christianis dicitur Dominica, quum iam esset vespera,

Et fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum.

Clanculum sub vesperam in ipso die resurrectionis congregati sunt discipuli, qui ob sæuitiam Iudæorum, neque audebant luce conuenire, neque sui cœnaculi fores referare, tãta illorum erat timiditas. Hæc nobis ex parte manifestant quanta fuerit potētia & consolatio Paracleti: nam antequam Apostolorū corda obfignasset, fores timiduli & fluctuabundi clauderant, in publicum prodire non audebant: at vbi exceptus ab ipsis, reuelatusque est Paracletus, non solum fores referabant, verum etiã foras intrepidi prodibant, & CHRIS TVM publicè palamque prædicabant, nihil veriti, neque mundi tyrannidem, neque tormenta, neque carceres, neque mortes, neque infernum, neque ipsos omnes Satanas: quæ omnia minoris fecerunt quàm formicarū aciem: imo adeo potens & suavis erat Paracleti cōsolatio, & virtus in ipsis, vt illa tanquam stulta, vanas nugas ac mera ludibria riderent.

Venit IESVS.

Timor qui propter CHRIS TVM Apostolorum corda occupauerat, nõ prorsus fuit vanus, inuitabat enim CHRIS TVM vt suos viseret, consolaretur, pacem largiretur, & ipsorum corda suo obfignaret spiritu. Nõ pulsauit fores, sed ianuis clausis repente sua natura & omnipotentia, natura rerum superata ingressus est ad discipulos: vt hoc suo ingressu ostendat se quoque ita è sepulchro resurrexisse, lapidē adhuc super sepulchrū existente. Moli enim corporis (ait Augustinus) vbi diuinitas erat, ostia clausa non obfiterunt. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permãsit. Nemo igitur quærat quomodo ianuis clausis corpus Domini penetrauit, quum non hic agatur de homine nudo, vt nos sumus: sed de omnipotente Filio Dei qui rerum naturæ non subiacet, vt ex aliis quoque miraculis manifestum est. Omnem enim rationem & mentem excedunt quæ operatus est, Lazarum à mortuis excitauit, super mare veluti super aridam ambulauit, Paralyticum deplorato morbo triginta octo annos decumbentem, sanauit, ventis & mari imperauit. Hæc omnia credenda, non autem rationibus quærenda veniunt: quæ si non comprehendis, tui ingenii imbecillitatem & impotentiam, non autem ipsius resurgenti-

Prædicatorū officium. Euangelii definitio.

Magdalena fides & charitas commendata.

Magdalene prædicatio.

Apostolorum timor. Paracleti consolatio & potētia. Apostoli postreceptum Spiritū in alios vitæ mutati.

Timor Apostolorum inuitauit Christū vt suos viseret. Christus ianuis clausis ad discipulos ingressus.

Creatura omnes Christo subiecta.

Credenda non autem ratione quærenda sunt Christi opera.



tis omnipotentiam & virtutem excellentissimam argue. Cauē igitur ne à recta digrediaris fide. Et potius quia foribus clausis CHRISTVS ingressus est, ipsum esse Deum natum rā crede, non alium quā illum qui ante crucis supplicium cum discipulis vt homo conuerfabatur. Hunc passum, quem hīc CHRISTVS absoluit, per clausum ostium confecit pertransito ligno & lapide: neutro tamen violato aut læso ad discipulos subitroiiit. Quo significatum est quānam ratione Dominus corda nostra subeat, vt in nobis sistat iter. Id vero fit per verbi ministerium, vnde id oclusas penetrare fores, est quando per verbum & prædicationem Dominus corda subintrat, nulla parte contrita læsā: aduentu enim verbi Dei, conscientia non offenditur, neque intellectus vel cordis vel externorum sensuū quicquam corrumpitur. Hoc certe verbi Dei virtus operatur.

Aduentus Christi  
si modus in corda  
nostra.

Verbi Dei virtus.

Et stetit in medio.

Non in angulo, sed in medio conternatorum stetit, vt omnibus conspicuus esset, & illis omnem adimeret pauorem. Illud SATAN, nihil aliud est præterquā quod in cordibus nostris ipse stet; illic in medio nostrum est, vt noster sit, quantus quantus illic stet. Porro quando sic in medio corde nostro consistit, continuo audimus amabilem vocem, quæ conscientiam ita compellat, Tu modò pacata sis, nihil subest periculi, peccata tua dimissa sunt, neque tibi quicquam nocebunt.

Christus stare  
dicitur in cordibus  
credentium.

Vox Christi  
pacificantis conscientiam.

Et dixit eis.

Blanda notaque voce CHRISTVS suos salutauit, confirmans ipsorum animos, ne dubitarent de resurrectione quam habebant (vt cap. 24. Lucas refert) pro deliramento.

Christus suos  
blandè compellat  
& confirmat

Pax vobis.

Suæ mortis & resurrectionis fructum primo loco Dominus discipulis (quorum corda neque trāquilla, neque tuta erant) offert, PAX vobis. Hanc nobis ademerat primus, hanc restituit secundus noster Adam. Hæc est pax illa de qua Paulus (ad Philipp. cap. 4.) loquitur, Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in CHRISTO IESU. Paulus non aliam vltra omnē mentem CHRISTI pacem intelligit, quā CHRISTI spiritum, cuius qui particeps est, omni bono repletur. Vbi igitur hæc pax, siue hīc CHRISTI Spiritus est, illic demum meram gratiam, nullam iram: solam misericordiam, nullum peccatum, solam vitam, nullam mortem: solum cælum, nullum inferos esse oportet. Hæc est vera pax quæ cor pacificat atque componit, non prosperitatis tempore, ceterum in media aduersitatis tempestate vbi foris mera bella comparuerint. Mundana pax consistit in eo vt externum tollatur malum, quod dissidium excitat, vt si hostis urbem obsideat, aut morbus te afficiat, inquieta videntur omnia, sed si discesserit hostis aut morbus, pax restituta est. At longè alia est pax Christiana, quæ contrario fertur ordine: nam vt vt foris permaneat infortuniū seu inimicus, ægritudo, inopia, peccatum, Satanas, mors, illa omnia in promptu adsint, & nullum non lapidem moueant vt expugnent animum, & circumcirca metentur castra, & in obsidionem strenuè agant, adhuc tamen intus in pectore pax, fortitudo, & consolatio resident, vt nullo admodum aduerso tangatur, imo maioris animi & alacritatis sit præsentem malo, quā absente. Hæc est illa pax quæ est supra humanæ rationis & omnium sensuum captum. Nullā enim ratio humana pacem comprehendere nouit, quā mundanam suæ externam: nec intelligere potest aliquam esse pacē, si præsens aliqua fuerit aduersitas: at vbi Spiritus aduenerit, externam aduersitatem permanere sinit: confortat autem personam, & ex pusillanimitate intrepidum cor efficit, ex timiditate audaciam, ex inquietam pacatam tranquillamque conscientiam: vt in eiusmodi rebus talis homo confidat, animo auctus & alacris sit, in quo alioqui totus orbis attonitus est. Vnde hoc tibi accidit? Ex fiducia in CHRISTO: quando te ex animo totū illi consecras & committis, certò statuens apud te, ipsum fidelem & iustum esse in promissis: Nouit certè qui sunt sui, quos non est deserturus, & quorum capillus de capite non peribit, adeò ipsi de nobis cura est. Obserua: conuenientissimè CHRISTVS pacis nomine suos salutauit: vt quod iam impetrauit, nunc verbo distribuat. Verbo enim dona CHRISTI distribuuntur, & à nobis fide viuā excipiuntur. Nihil enim mihi profuerit CHRISTVM dona impetrasse, nisi in fide petiero. Nam si in CHRISTVM credidero, oblatum donum accipio: si incredulus fuero, donum respuo. Huius salutationis PAX VOBI S, sensus videtur esse: ac si diceret, Omnem metum exiite: credite me (quem vobis conspicuum habetis)

Resurrectionis  
fructus primo loco  
discipulis oblatum.

Pax adimpleta  
restituta est.

Vbi Christi Spiritus  
vobis sibi pax &  
donorum copia.  
Faciunt Christi  
ofsciam.

Pax mundana.

Pax est in profunda  
aduersitate.

Si fiducia in  
Christum tranquillat  
conscientiam.  
Christus quoque  
impetravit, verbo  
suis distribuit.  
Verbo Dei, bona  
Christi distribuuntur.

Saluandi formula.  
Pax vobis, quid  
Christus significauit

habetis) resurrexisset, vt tranquillæ sint conscientiæ vestræ: Ego enim sum pax: quibus adsum, hos meo Spiritu conferuo. Obserua: hunc ipsum salutandi modum habuerunt Iudæi, vt dicerent inter se יהוה שמחה, Pax tibi. Docuit idem discipulos suos CHRISTVS Matth. cap. 10: & iussit vt in quancunque domum intrarent, in primis salutarent, dicentes, Pax huic domui.

Hebræorū  
salutandi forma.

Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.

Christus discipulos ad fidem de resurrectione duobus mediis, verbo scilicet & signis, adducit. Verbum est, Pax vobis: signa sunt, Latus & manus. Ne igitur spectrum aut aliud corpus esse suspicarentur discipuli (quancquam appetisset tempus in quo ineffabili gloria corpus suum apparere deberet) ipsum tamen per dispensationem illis ostendit, exhibuitque in manibus clauorum vestigia, & in latere militaris lanceæ cicatricem, & quale prius habebat, ne aliud corpus esse videretur, quā quod de ligno pepedit. Quod gloriam corporis (si illam explicare CHRISTVS voluisset) ferre non potuissent oculi discipulorum, id facile intelligemus, si transfigurationis eius meminerimus: quando (vt scribit Matthæus cap. 17.) facies eius rutilauit vt fulgor, & vestes eius albæ vt nix apparuerit: quæ Petrus, Iacobus & Ioannes videre non ferentes, in terram ceciderunt. Ex dispensatione igitur (ait Cyrillus) non in debita sui corporis gloria, sed in prima figura CHRISTVS in medio discipulorum stans carnebatur, ne aliud corpus, quā quod de Virgine assumptum, resurrexisse putarent, quā crucifixum & mortuum fuit. Mors enim in solam carnem habebat potestatem. Quomodo igitur mors victa est, si mortuum CHRISTI corpus non surrexit? Aut vbi mortis imperium retrusum est, si id ipsum quod morte cecidit, non reuixit? Resurrectio igitur, mortis tyrānidē fregit. Hac salutatione & hoc spectaculo CHRISTVS fidem discipulorum confirmauit, mororem ademit, & animos exhilarauit. Proinde hac ostensione manus & lateris, duo CHRISTVS insinuat: alterum vt aperiat ex quibus rebus vult à nobis cognosci, nimirum de cruce, & supplicio, quod nostri gratia passus est: alterum, quod studet his signis, latere scilicet & manu inuitare, confirmare, & certiores reddere discipulos de resurrectione.

Discipulis ad resurrectionis  
peruersionem  
verbo & signis  
adducti.  
Dispensatione  
Christi corpus  
gloriosum  
sensibus  
discipulorum  
expositum est.

Mors in solā  
carnē  
Christi potestatem  
habebat.  
Resurrectione,  
fracta est  
tyrānidē  
mors.

Christus quid  
designauit ostensione  
vulneris.

Gaui sunt ergo discipuli viso Domino.

Re ipsa is qui est omnium pax, & fecit vtraque vnum, confirmat sermonem suum. Dixerat ante paucos dies supra cap. 16, Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollēt à vobis. Hanc promissionem nunc implet. Hoc gaudium, est fructus ex dulci verbo CHRISTI sequutus. Est enim GAUDIUM res cognata animi sedati ex fiducia. Hoc gaudio testabantur discipuli iam animos suos de resurrectione CHRISTI confirmatos esse, neque amplius dubitare de certitudine resurrectionis. Experti sunt spem viam non esse confusibilem, quandoquidem hac salutatione audita, charitas Dei diffusa est in cordibus ipsorum per Spiritum Sanctum qui datus est ipsis. Obserua discipulos non solum propter præsentiam personæ CHRISTI, verum etiam propter confirmationem ex pace acceptam, hoc cælesti gaudio perfructos.

Gaudium discipulorum  
fructus  
visi Christi  
seruati.

Gaudium quid  
est.

Spes non confundit.

Roma. 5.

Dixit ergo eis iterum, Pax vobis.

Vt confirmationes suas redderet CHRISTVS, quorum infirmitas non poterat non magna esse ex cruce & morte CHRISTI, atque vt ad munus, quod mox illis impensurus erat, felicius obeundum paratioris expediorisque faceret, repetit salutationis verba, Pax vobis. Hæc dum facit Dominus, dat proculdubio per Prophetam promissam pacem super pacem. Scribitur Esaie cap. 27, Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. Futuri orbis doctores & diuinorum mysteriorum ministri aduersus mundum & omnes Satanas multa muniendi pace veniebant, vt tranquilli in conscientiis, postea aliorum conscientias tranquillare scirent.

Saluatio repetita  
confirmatio  
reddita discipulis.

Apostoli multa  
pace muniendi  
alios tranquillauerunt.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

Non de missione illa æterna de qua dicebat Dominus Ioan. cap. 16, Exiui à Patre, & veni in mundum, verum de suo Apostolatu & officio, cuius gratia huc venit, id est factus est homo, mediator Dei & hominum, iuxta voluntatem sui Patris. Cur in mundum venit? Respondeat magnus Apostolus & Dei Patris legatus, Ego (inquit) de cælo descendi, non vt facerem voluntatem meam, sed eius qui misit me, Ioan. cap. 6. Rursum cap. 3, Non ideo misit Deus Filium suum vt iudicet mundum, sed vt mundus saluus fiat per N. i.

Christi missio,  
& Apostolatus.



ipsum. Matth. cap. 9, Non veni vocare iustos sed peccatores. Ioannis cap. 4, Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Idem cap. 6, Sicut misit me vivens Pater, ita & ego vivo propter Patrem. Et cap. 8, Qui me misit, mecum est. Hæc omnia satis superque Apostolatam CHRIS TI manifestant. Horum verborum sensus esse videtur, ac si CHRIS TVS diceret, Ut authore Patre hoc munus obiui, quo eius voluntatem orbi aperirem, & omnium salutem operarer: ita & ego mitto vos discipulos, legatos & ministros meos, ut omnibus, me authore, salutem ministretis. Impetrata quidem sunt per me remissio peccatorum, vita, iustitia, cælum, & omnia Patris bona: sed nondum distributa. Bonorum medrum & thesauri mei cælestis distributionem ac distributionis munus vobis commendo. Ego bona fide nomen Patris glorificavi: vos simili fide consentientes, ite in mundum vniuersum, & Patris, nomenque meum prædicate, Euangelium annuntiate, Patrem per me orbi conciliatum & placatum, remissionem peccatorum, cælorum apertionem, Satanam victum & ligatum in abyssu, expulsas tenebras, & lucem orbi vniuerso me authore illucescere. Pater misit me, non ad perendas animas hominum, sed ad saluandum: non ut aniles fabellas & commentitias nugæ & somnia annuntiem: non dominandi imperandive gratia missus sum: non ut minister, & ut huius seculi voluptatibus incumbam, misit me, sed ut voluntatem eius faciens, & Euangelium annuntians, nihil non periculi subeam, & in crucem suffigam pro omnium salute. Ita & ego mitto vos in mundum, non ut ministremini, sed ministretis: non in destructionem, sed in adificationem: non ut commenta hominum & somnia, sed Euangelium annuntietis: non ut dominemini, & volupe in hoc mudo viuat, sed ut seruiatis, & si res ita poposcerit, malis omnibus affligamini. Colligamus ex his discipulos designatos fuisse Apostolos, seu missos esse à Christo ad eandem doctrinam, eandem vitæ probitatem & eadem pericula: similiter & verbi ministeriū consistere in doctrina Evangelii, vitæ integritate & cõmunibus cum CHRIS TO periculis. Obserua verbum MITTERE, quo certè ostenditur Apostolos aliàs nihil habituros fuisse potestatis vel officii vel dignitatis, iuxta illud Pauli Roma. cap. 10, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est, Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, prædicantium bona. Et ad Hebr. cap. 5. admonet neminem sibi assumere debere honorem, nisi à Deo vocatus fuerit, ut Aaron.

Hæc quum dixisset.

Postquam discipulos Apostolatus dignitate insigniuit, & sacros mysteriorum gubernatores ordinavit, simul donavit illos suo Spiritu, ut confirmaret & obfignaret missos & vocatos ad tam cæleste munus obeundum.

Insufflauit.

Mediis & signis libenter vitur CHRIS TVS, ut nobis media commendet. Discipulis enim potuisset sine flatu dare Spiritum Sanctum, sed id non facit, quo doceat media non esse negligenda. Hic status CHRIS TI externus, non erat Spiritus Sanctus, sed signū Spiritus Sancti tantum: nõ secus ac columba in cuius specie apparuit ille in CHRIS TI baptismo: aut nubes illa lucida quæ in transfiguratione visa est, atque linguæ igneæ quæ apparuerunt super Apostolos dispartitæ. Ad hunc itaque modum hic status CHRIS TI signum erat in quo datus est discipulis Spiritus Sanctus: atque hoc signo sensibili Dominus significabat quod intus in cordibus Apostolorum operabatur. Huius rei typum habemus Genes. cap. 2. quando Deus inspiravit spiraculum vitæ, & factus est inde homo in animam viuentem. Ita & hoc donandi erant Spiritu Apostoli, ut qui dona à CHRIS TO impetrata, orbi distributuri erāt, nihil aliud in suo ministerio spiraret quam quæ Spiritus ipse suggereret. Visibiliter Spiritum dedit discipulis antequam ad Patrem ascenderet, ut intelligerent fideles (ait Cyrillus) ipsum esse qui virtute Spiritus omnia creauit, & hominem ex nihilo ad esse produxit. Deus enim Pater per proprium verbum de limo terræ, (ut scribitur Genes. cap. 2.) hominem formavit, anima decorauit, & sui Spiritus participatione muniuit: insufflauit enim in faciem eius spiraculum vitæ. Verum quoniam in mortem ex inobedientia decidit, & præsum decus homo amisit, formavit ipsum rursus Deus Pater, & in nouam reduxit vitam per Filium, qui morte carnis suæ mortem destruxit, & reditum nobis ad incorruptibilitatem largitus est. Ut ergo ipsum esse discamus qui ab initio naturam nostram creauit, & Spiritu Sancto signauit, rursus in ipso signo renouandæ naturæ, sufflatione Spiritum discipulis largitur: ut quemadmodum creati ab initio sumus, sic etiam renouemur. Et quemadmodum ad imaginem Creatoris

Apostolorum officio & officii.

Apostoli distributores thesauri & bonorum Christi.

Apostolatus Christi.

Episcoporum officio qualis esse debet.

Verbi Dei ministerium substantia.

Apostolica officio verbo mittendi expeditur.

Apostoli ordinati & Spiritum donati.

Media ad finem non sunt commendanda. Christi status in discipulos. Signum quo ostenditur Spiritum datus.

Spiritus dedit Christus visibiliter.

Spiritus Sancti visibilis donatio ostendit Christum creatorem.

Creatoris factus tunc homo est, similiter etiam nunc participatione Spiritus ad imaginem Creatoris renouetur. Hæcenus ille.

Et dicit eis.

Quum CHRIS TVS pronuntiat verbum, simul & operatur quod dicit, & significat. Hanc enim virtutem habent verba & formæ sacramentorum, ut operentur quod significant: idque fit ex CHRIS TI autoritate & instituto: quam auctoritatem vocant potestatem excellentiæ: discipulorum verò ministerialem. Signo igitur & verbo vitur CHRIS TVS, ut certiores eos faciat eius doni, quod recipiunt.

Accipite Spiritum Sanctum.

Hæc insufflatione, hisque verbis CHRIS TVS ostendit Spiritum Sanctum tertiam esse in diuinis personam, simulque declarat Spiritum Sanctum non Patris solius esse Spiritum, sed & suum (vtv Græci contrarium dixerint) quod supra cap. 16. aperuit, dicens, Ille clarificabit me, quia de meo accipiet. Et iam per Esaiam, cap. 57. declararat, Spiritus à facie mea egredietur, & stans ego faciam. Dat igitur CHRIS TVS proprium, & quod suum est, & non alienum, Responfabit aliquis: Quum dixerit Christus (suprà cap. 16) Expediit ut ego vadam: nam, nisi abiero, non veniet ad vos Paracletus: si autem abiero, mittam cum ad vos: qui fieri potuit, dederit suum Spiritum etiam visibiliter, quum nondum ad cælos ascendisset? Ipse verax est, mentiri non nouit. Respondeo: iuxta donorum ratione dicitur dari Spiritus, qui ante resurrectionem datus est discipulis ad gratiam doctrinæ & sanandorum corporum. Mar. cap. 9. & Luc. cap. 10. In die resurrectionis datus est illis, quo potestatem super CHRIS TI corpus mysticum acciperent, ligandi scilicet & soluendi peccata, siue datus est ad opus ministerii in sacramento penitentia. Quod sequens appendix insinuat, Quorum remiseritis, &c. Non enim hoc die in omni perfectione & plenitudine Spiritum acceperunt, quum iusserit eos Dominus expectare adhuc, (Act. cap. 2.) & non discedere ab Hierosolymis, sed expectare promissionem Patris, &c. quod in die Pentecostes impletum est. In die Pentecostes datus est in confirmatorem, ductorem, in omnem veritatem, & obfignatorem. Quamquam Apostoli illuminati essent ad verbum per Spiritum Sanctum, haberentque aliquam verbi cognitionem, & aliquo modo crederent, essentque aliqua ex parte parati ad quædam pro verbo subeunda pericula: erant tamen adhuc infirmi fide, & animo pusillanimes, alioqui Dominus ad Patrem ascendens non exprobrasset incredulitatem & duritiam cordis ipsorum, Marc. cap. vltimo. Donatus itaque est die Pentecostes Spiritus Sanctus in confirmatorem, doctorem & obfignatorem. Suprà cap. 14. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixerò vobis. Rursus cap. 16, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Obserua, lector, quomodo non omnia portare poterant, & quàm essent infirmi ante diem Pentecosten, qua receperunt Spiritum. Vnde factum est ut qui ne hincere quidem audebant, domi latebant tremebundi, statim à recepto Spiritu Sancto in Pentecoste prodierint in publicum, & imperterriti nomen IESV & sacrosanctum Euangelium prædicauerint.

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Declarat CHRIS TVS quod genus spiritualium donorum discipulis dedit, his verbis, Accipite Spiritum Sanctum. Quamquam solius Dei sit peccata remittere, doctore Esaiam, cap. 43, Ego sum (inquit) ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Quis enim transgressorem legis liberare potest, nisi qui Dominus legis est? Tamen ô admirabile mysterium, & lætum nuntium! Qui Deus & homo est IESVS CHRIS TVS, salutarem illam remittendi peccata potestatem vasis testaceis, hoc est pusillis & infirmis hominibus communicat. Hos cooperatores & ministros ordinat ad remissionem peccatorum: in his ponit verbum reconciliationis (2. Corinth. cap. 5.) pro quo legatione funguntur. At quomodo remittentur peccata, nisi cognoscantur? Quomodo cognoscantur, nisi peccata sua homines confiteantur? Conspicuum igitur est fidelibus Dominum ex his verbis insinuasse confessionem peccatorum faciendam esse. Ergo confessio, & propriorum peccatorum manifestatio, est iuris diuini. Quod si rogaueris cui declaranda veniunt peccata, siue cui facienda est peccatorum confessio, & detegenda conscientia: certe iis quibus ait CHRIS TVS, Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Quare credendum est & constanter apud te statuendum peccata tibi remitti per meritum

N. ii.

Sacramenti forma operatur quod significat. Potestas excellentia.

Spiritus Sanctus verba persona in diuinis. Spiritus à Patre & Filio.

Spiritus dicitur dari iuxta donorum ratione. Apostoli ante & post resurrectionem ad diuersa ministeria receperunt Spiritum. Spiritus in confirmatorem & ductorem veritatis, datus die Pentecostes.

Apostoli in Pentecoste imperterriti facti sunt et more exuentes.

Dei solius est remittere peccata.

Potestas remittendi peccata hominibus communicata.

Apostoli cooperatores & ministri Christi.

Confessio peccatorum sacerdoti faciendâ, à Christo est.



*Absolutionis beneficium.*

*Remitto, verbi potestatem importat. Deus operatur in ministro remittente peccata.*

*Retinere peccata. Absolutionis beneficium respiciens communicandum.*

*Vox Duodecim, postea pro Apostolis.*

*Thomas e numero duodecim.*

*Thomas. Didymus. Gemellus.*

*Thomas aberat qui insufflauit Christus in discipulos. Virtus Spiritus Sancti ex intensione Christi, collata est etiam Thomae abfessi.*

passionis CHRISTI, cuius simul & resurrectionis particeps efficeris per verba sacerdotis absoluentis. Obserua quod dixit, REMITTUNTUR EIS: Quasi dicat, Ministri estis: dum remissa per vos fuerint, erunt & à Deo remissa, cuius autoritate hac in re fungimini. Rursus aduerte: quum dicit QVORVM, neminem excipit. Nō dicit, Remissa dixeritis aut monstraueritis aut declaraueritis: hoc enim nō esset remittere, sed Remiseritis, auctoritate remittēdi siue absolūēdi vobis cōcessa. Hæc appendix, REMITTUNTUR EIS, insinuat diuinam efficaciam operantem in ipso ministro remittente & absolūente.

**Et quorum retinueritis, retenta erunt.**

Quasi dicat, Quos indignos iudicaueritis, nō absoluetis: siue, quibus absolutionē sacramentalē iure & instinctu Spiritus Sancti negaueritis, ea gratia negabitur illis. RETINERE PECCATA, est gratiam sacramentalem denegare auctoritate Spiritus accepti. Infideli & incredulo retinentur peccata: accedētem enim ad Deum oportet credere quia est, sine fide impossibile est placere Deo. Soli igitur verē respicienti communicādui est absolutionis beneficium: indigno autem siue incredulo negandum est.

**Thomas autem vnus ex discipulis duodecim.**

Lucas narrat duos qui ab Emaüs redierant, inuenisse eadē hora vndecim congregatos, quum tamen hic locus Ioannis insinuet Thomā abfuisse. Huic obiecto respondens Augustinus, putat Thomā abiisse antequam veniret IESVS. Sed cur dicitur Thomas, vnus ex duodecim, quū suspēsus esset Iudas? Respondeo, DVODECIM, positū est pro Apostolis. Similiter & Vndecim: licet illic nō omnes adfuerint, qui prius duodecim dicebātur. Et Paulus antiqua appellatione sub nomine Duodecim, appellat Apostolos, 1. Corinth. 15. Deinde inquit, visus est illis duodecim: quū tamē duodecim tūc nō fuerint. Erat Thomas ex numero duodecim quos Dominus peculiariter delegerat ad munus Euangelicæ prædicationis.

**Qui dicitur Didymus.**

THOMAS Hebraicè, Græcè Didymus, Latinè Gemellus appellatur: id est ille qui cū alio, vno & eodē partu nascitur, vt Castor & Pollux apud poetas: & in Sacris, Jacob & Esau.

**Non erat cum eis quando venit IESVS.**

Quum ista à Domino cæteris discipulis in vnum congregatis agerentur, solus aberat Thomas. Quasi dicat Euāgelista, Si præsens fuisset Thomas, fortassis & cū aliis credidisset. Quum abfuerit Thomas quando CHRISTVS sufflans dixit, Accipite Spiritum Sanctum: quorū remiseritis, &c. quomodo & quando illius potestatis factus est particeps? Respondet Cyrillus huius dubitationis promotor, Dicimus, inquit, virtutem Spiritus Sancti ex intentione dantis Christi in omnes discipulos pertransiisse: non enim quibusdam, sed omnibus discipulis dedit. Quare liberalitate dantis, non solūm præsentibus, sed etiam absentibus Apostoli Spiritum Sanctum acceperunt. Quod autē nō violenta, sed tuta verāque ista ratio sit, auctoritate Sacræ Scripturæ monstrabimus. Præcepit Dominus Moyfi (Numer. cap. 11.) vt eligeret seniores septuaginta, illōsq; adduceret ad ianuam tabernaculi, & tunc se descensurum, & cum ipsis colloquaturum, accepturum quoque de Spiritu Moyfi, & daturum illis. Quo factō descendit Dominus in nube, & dedit illis de Spiritu Moyfi, super quos vt quieuit Spiritus, cœperunt ipsi prophetare, & non desierunt. Aberant tamen duo ex illis septuaginta Heldad & Medad qui remanserant in castris: super quibus etiam quieuit Spiritus Domini, quoniam & ipsi conscripti fuerant. Qui tamen non essent ingressi tabernaculum, prophetabant tamē etiam in castris. Iosue verō mysteriū virtutē ignorans, ac secundū Darbā & Abiron facere illos putans, rogabat Mosen vt Heldad & Medad à prophetando vetaret. Hoc recusauit Moses, sustinens & pati paratus, etiam si vniuerso populo Spiritum suum daret Dominus ad prophetandum. Quod si Deus gratiam hanc tantam per electionem Moyfi ab ipso legillatore electis contulit & donauit in veteri lege, qua fronte quis negabit electos à legillatore Euangelico, etiam absentes gratiam Spiritus Sancti consecui? Licet ergo abfuerit Thomas ab eo loco vbi reliqui in vnum congregati erant, non tamen à participatione Spiritus decidit, quum de numero esset eorum quibus dignitate Apostolatus decoratis Spiritus debebatur.

**Dixerunt ergo ei alii discipuli.**

Quum rediisset Thomas, vidit gaudio gestientes discipulos, qui renuntiant quid, dum abesset, vidissent.

Vidimus

**Vidimus Dominum.**

Simplex & cum absoluta assertionē est hæc prædicationē visi CHRISTI, qui à morte surrexit.

**Ille autem dixit eis.**

Thomas dicentibus Dominum resurrexisse nihil credens, non quod illos mendaces existimet, sed resurrectionem impossibilem putans, & suspicatus illos aliquo phantasmate ludificatos fuisse, respondet,

**Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.**

Quemadmodum Euāgelistæ multis verbis lapsum Petri descripserunt, non animo exprobrandi errati, sed vt doceremur quā vani sumus in pollicitationibus, & præsumptione quam de nobis induimus, dum nobis placemus, & nostras vires aliquid esse putamus: ita hoc loco Ioannes multum explicat Thomæ incredulitatem, non libidine traducendi peccati: sed vt ostēdat quā vanus sit genius carnis in Thomā adumbratus. Hæc enim continent periphrasim omnium rerum sensibus subiectarum, per quas humana ratio vult certificari de veritate & certitudine verbi antequam credat. Nam ratio primū vult videre, & palpare, postea credere, quum tamen credendum sit prius quā videas & palpes. Quare quæ hoc loco Thomas dicit, sunt verba ipsissimæ rationis & incredulitatis. Quasi dicat Thomas, Spectrum aliquod vos ludificauit: existimatis me tam facilem, vt simplici vestro verbo sim contentus, & mihi persuadeam Dominum rediituum, & vos illum vidisse, nisi huius rei meos ocellos locupletissimos testes habuero? Imo ne his quidem testibus contentus, nisi in manibus eius vestigia clauorum expertus fuero, manum quoque meā lateri apposuerō, & vulnus lanceæ deprehendero, non credam. Magna est Thomæ incredulitas, qui neque sodalibus de resurrectione Domini testatibus credit, neque legē (Deuter. cap. 19.) excipit, quæ iubet in ore duorum aut trium testium omne verbum stare. Sed hæc incredulitas ex dispensatione diuina ad nostræ fidei confirmationē profecit. Nostra enim credulitas in illius incredulitate promouet. Obserua: signum pertinaciæ est simplici verbo nolle credere, sed velle prius signa & res externas quibus certificēris, & subinde credas. Rursus aduerte, Non est cōtensus Thomas experimento visus, nisi & tactum addiderit. Hæc omnia certē ipsius incredulitatem exaggerant, cui CHRISTVS eō conuiuet vt fides non tam illius quā nostra stabilius firmaretur.

**Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis.**

Singularis est hæc CHRISTI philanthropia, qui neque Thomā incredulum reiecit, imō ne reprehendit quidem acriter, sed illius infirmitati per omnia se accommodat, vt illum lucretur, expectatque aliquantisper, nimirum octo dies, vt interim à discipulis edoceret, & iisdem auditis in maius traheretur desiderium, & magis in fide confirmaretur. Post dies igitur octo à resurrectionis die, hoc est die Dominico qui octauus est, vtrisque cōnumeratis extremis, rursus in vnu conuenerunt discipuli, Thoma adhuc incredulo præsentē: iure igitur (ait Cyrillus) sanctæ congregationes die octauo in Ecclesiis fiunt. Obserua hoc loco CHRISTI exēplum, quo docemur quomodo à nobis tractandæ sint conscientia infirmæ, quibuscum patienter agendum est & aliquantisper tolerandum, donec aliquando nostra institutione perfectiores atque firmiores fiant.

**Venit IESVS ianuis clausis.**

En magnā CHRISTI clemētiā, qui pro vna oue errabunda dignatur ad illam venire, quæ sitā inuenire, inuentā sanare, & in caulas reducere. Nihil nō facit vt quod à Patre accipit, nō pereat: magna enim sua potētia domū (cuius ianua clausa erat) intrat, omnibus cōspicuis apparet, salutat, & vulnera ostendit: vt vnum Thomam saluum faciat.

**Et stetit in medio.**

Ianuis clausis venit, & more solito STETIT IN MEDIO suorum, quibus visibiliter simul atque inuisibiliter apparuit: inuisibiliter quidem vt Deus, visibiliter autem in corpore. Præbuit enim discipulis carnem suam tangendam, vt firmiter credamus, quia tēplum suum verē suscitauit.

N. iij.

*Thomas narraur Christus rediituum visus.*

*Thomas nō credit resurrectionem.*

*Hominum vanitas.*

*Credētū prius quam vidētū. Thomæ argumentum ex carne.*

*Testimonii certitudo. Pertinaciæ signum.*

*Octauus dies celebratus.*

*Christi vultus erga nos amor.*

*Caro Christi rediitui palpanda Thomæ ostenditur.*



Et dixit eis, Pax vobis.

Eadem salutandi forma (qua prius congregatos salutavit) est usus, ut vel ex ipsa salutatione non solum ipsum agnoscerent, sed & confirmatiores essent ipsorum animi de resurrectione. PAX VOBIS: Si pacem vultis, credite me resurrexisse. Meae enim resurrectionis fructus est, pax: Credite igitur verbo meo de resurrectione.

Deinde dicit Thomae.

Salutatis discipulis, mox ad Thomam CHRISTVS sermonem direxit: quae ut doceret se esse eum qui nihil nescit, & praesentem fuisse quum verba incredulitatis fratribus narraret, non expectat ut Thomas aliquid tale roget, sed primo verbo quod desiderabat, tractandum offert. Obserua CHRIS TI bonitatem, qui quum sciret Thomae incredulitatem non ex malitia & fermento Pharisaeo, sed ex imbecillitate humana proficisci, ipsum sanare & fidelem reddere dignatus est.

Pharisaei incredulitas insanabilis.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Infirmi Thomae CHRISTVS se accommodans, ut eum lucretur, facit illi copiam experiendi quod fratribus dixerat, eisdemque verbis ad id agendum inuitat: Quando non satis est tibi, o Thomas, audisse à tam multis & fide dignis, qui testantur se & vidisse & audisse me rediuiuum, nisi meae resurrectionis tuis sensibus omnibus certior fias, nisi figuram clauorum in manibus videris, en vide clauorum & lanceae vestigia: & miseris digituum tuum in fixuram clauorum, ecce, infer digitum tuum in vulnera clauorum: & inspicere ac experire vera ferri vestigia: & admoueris manum tuam in latus meum, en contra lanceae vulnus, & manum tuam intromitte: & posthac noli aliis in rebus esse perinde incredulus, sed simplici verbo quamlibet tuis sensibus incredibile fuerit, crede: quum experitus sis hoc ipsum de me rediuiuum, quod tibi prorsus incredibile iudicabas. Obserua quam difficile est credere resurrectionem: nec mirum: quia resurrectio secedit à rationis iudicio & capacitate. Rursus aduerte Dominum signis manu duxisse Thomam ad fidem, ut intelligamus signa propter nostram infirmitatem instituta esse, quae adeo magna est, imo maior est quam ut permittat nos simplici verbo credere, nisi signis etiam visibilibus adiuti fuerimus. Quare verissimum est quod scribit Augustinus, Homo ante peccatum videbar, Deum intelligebat, & illi fidebat: at post peccatum homo Deum capere non potest nisi medio aliquo adiutus.

Christus Thomam in fide stabilis.

Resurrectio crederi difficili. Miracula propter infirmitatem. Infirmitatis nostra grauitas. Homo medio indiget ut Deum videat.

Respondit Thomas &amp; dixit.

Vbi palpauit Thomas latus Saluatoris, & ictum militaris lanceae curiosius pertractauit, clauorumque fixuras diligentius vidit, agnouitque faciem & solitam Domini vocem, mox plena conceptaque fide exclamauit,

Dominus meus, &amp; Deus meus.

Mirabilis & supra rationis captum est haec metamorphosis. Quis vnquam sua ratione & quamlibet ardua philosophia assequi potuisset, ex tam pertinaci incredulitate, tantam futuram fidem: & ex tam infideli & incredulo, factum esse fidelissimum: qui quod fuerat ad credendum difficilior, ita nemo clarius CHRIS TV M Deum & hominem esse professus est. Tangendo, abundantius tactus est: nam tacto Domini corpore, tactus est diuinitate, & impleta est pax qua Dominus domum ingressus, illos salutauit. Rursus impleta est iusio, qua dixerat, Noli esse incredulus, sed fidelis. Vera enim fidei luce discussis totius infidelitatis tenebris, duas naturas & vnā hypostasim vnus CHRIS TI docuit. DOMINI vocabulo humanam designat naturam: nam de hominibus dicitur Dominus, ut paulo antè, Domine, si tu sustulisti illum, &c. simulque insinuat CHRIS TV M resurrexisse, (quia secundum humanitatem resurrexit) & sua virtute ostendisse se Dominum super peccatum, mortem, Satanam, & infernum. Dei nomine, diuinam substantiam professus est, & ita vnum & eundem esse Dominum & Deum. Hominem igitur vidit ac palpauit, & Deum confessus est. Obserua: Hic est vnus locus in quo palam CHRIS TO, Dei vocabulum tribuitur. Sunt certe innumera argumenta in libris noui Testamenti quibus perspicue liquet fidelibus & piis mentibus CHRIS TV M Deum pariter atque hominem esse, tamen infrequens erat per eam aetatem aperte CHRIS TV M dici Deum. Et vix illius aetatis aures hoc tam caeleste mysterium laturae erant. Rursus aduerte: Cum articulo Graecis vtrunque

Thomae fides &amp; confessio de Christo.

Dominus. Christus Deus &amp; homo à Thoma dictus.

Christus aperte dicitur Deus.

nomen Dominus & Deus legitur, ne quis nostra, vel angelorum similitudine, sed singulariter ipsum Dominum & ipsum Deum dici existimet. Multi enim, ait Cyrillus, & in caelo & in terra dii & Domini sunt, ut docet Paulus 2. Corinth. 8. Singulariter autem Thomas ut Dei veri Filium, ipsum Dominum & ipsum Deum appellat: quod & laudauit Dominus, & id docere suos est adhortatus. Rursus aduerte: Vehementissimam emphasim confessionis Thomae insinuat vox illa, MEVS. Qui enim ex animo (quemadmodum Thomas) confitetur Deum suum, omnia sua abnegat, & quae Dei sunt, possidet: nam is in CHRIS TO est, quem fide viuam induit, & Christus in eo, ut ipse supra monuit, Qui credit in me, in me manet, & ego in eo. Rursus meditare, quum vides Thomam ex maxime incredulo factum esse tam insignem professionis Christianae confessorem, & Paulum factum iuratisimum CHRIS TI & Euangelii defenforem, qui initio Ecclesiae ferocissimus erat persecutor, proculdubio credenda sunt haec Dei mirabilia iudicia in hoc descripta esse, ut meditantes discamus cognoscere singularem & eximiam Dei bonitatem, qui nigra in candida, & malum in bonum vertit.

Christi Deum sumit.

Dicit ei IESVS.

Thomae professionem amplexus est, sed credendi difficultate correxit. Vult enim Dominus ut simplici verbo credamus, nec petamus externa signa pro certitudine verbi siue Euangelii. Atque ut Thomas aperte CHRIS TV M Deum & hominem esse testatus est, ita & Dominus hoc suo responso se Deum esse confirmat, & Gētium vocationem tacite significat.

Credendi simplici verbo.

Quia vidisti me Thoma, credidisti.

Quia signis externis certior factus es, o Thoma, (nimirum tu me vidisti, audisti, & contrectasti,) meam tibi persuasisti resurrectionem, & me rediuiuum credis, dicens, Dominus meus & Deus meus. His verbis confirmat CHRIS TV S Thomae professionem. Responsabit quispiam: Paulus Hebræo. cap. 11. ait, Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Non igitur rerum praesentium est fides, quod tamè hoc loco significatur, QUIA vidisti me, credidisti. Respondeo: Thomas aliud vidit, aliud credidit: vidit & tetigit hominem, & credidit Deum: tactus enim corporis quod dudum in cruce mortuum pependerat, testabatur verum hominem resurrexisse, & ipsius facies agnita cum oculorum conscientia subministrabat argumentum cognoscendi diuinam in ipso virtutem.

Fides non est rerum praesentium. Thomas aliud vidit &amp; credidit. Diuinitas Christi à Thoma quomodo cognita.

Beati qui non viderunt &amp; crediderunt.

Suauiusimam haec verba piis omnibus (qui CHRIS TV M praesentem in carne non viderunt) consolationem afferunt, quum audiunt beatos fore, qui simplici verbo crediderint, neglecto interim rationis consilio, contempto sensuum applausu, posthabita etiā praesentia CHRIS TI in carne, & miraculis sepositis. Hanc credendi occasionem & beatitatem nobis praestitit Thomas, qui praetulit fidem ex signis paratam, fidei ex simplici verbo habitae. Quasi diceret CHRIS TV S, Credis quia vidisti Thoma. Beati erunt qui quum non viderint, credituri sunt: & quod non credideris nisi periculo sensuum facto, aliis credendi occasio erit. Credent enim Gētes meam resurrectionem, quam tamen oculis non viderunt. Quanto igitur minus viderunt & crediderunt, tanto beatiōres erunt. Firmiter igitur fide teneamus quod tactu experiri non datur, quibus (tametsi visu & sensibus non experti fuerimus) tandem gloriosius videre dabitur, quam Thomas & sodalium illud Apostolicum tunc vnquam viderint. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioan. cap. 1, Quod vidimus & audiuius, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum. Quasi dicat Ioannes, Nolite animos despōdere quasi vos infeliciores nobis arbitremini, quod Dominum perinde atque nos, non videritis: modò credideritis, societatem nobiscum habebitis. Visus non hanc nobis peperit felicitatem, (multi enim viderunt Dominum, qui retrō abierunt) sed fides in eum: quae quum vna sit & nobis cōmunis, eundem consequemur fructum.

Beati qui simplici verbo credunt.

Multi quidem & alia signa fecit IESVS in conspectu discipulorum suorum quae non sunt scripta in libro hoc.

Tametsi haec in genere de signis & miraculis quae IESVS per totam vitam suam fecit, intelligi possint, tamen Chrysofomo & eius abbreviatori videtur hoc loco Ioannes dicere de signis post resurrectionem: ideo addidit, IN conspectu discipulorum, quibus cum solis post resurrectionem est versatus. Visum est Ioanni pauca haec scripsisse signa, quod illa putauerit fuisse satis auditoribus ad excitandam confirmandamque fidem de resurrectione. Vfus enim signorum seu miraculorum, est ad fidem prouocare, & illam con-

Miraculorum vnus.



Sacramentorum firmare. Sacramentorum verò est, promissa CHRISTI bona distribuere. Ad hæc, visus est Ioannes considerasse, quòd qui his non crederit, neque pluribus credet: qui verò hæc acceperit, non indigeret pluribus ad assequendam & confirmandam fidem.

Hæc autem scripta sunt, vt credatis.

Sui Evangelii intentionem suæ finalem usum aperit. Hæc, inquit, à me edita sunt, vt habeatis fidem viam, vt verbo credatis. Eundem finalem usum de verbo scripto Apostolus Roma, cap. 15, habet, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

Quia IESVS CHRISTVS est Filius Dei.

His verbis Ioannes declarat quid credendū sit, & qualis nostra fides esse debeat. Creandum est quòd IESVS Nazarenus de quo hoc Euāgelium scriptum est, est CHRISVS, id est Messias in lege & Prophetis promissus, Filius Dei non adoptivus, sed naturalis. Hæc qui credit, vtramque in Christo fatetur naturā, diuinam scilicet & humanam. Mysterium item redemptionis & salutis humanæ per ipsum. Credit CHRISTVM saluatorem nostrum, interpellatorem pro nobis, gubernatorem nostrum, & æqualem Deum cum Patre Deo.

Et vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Nomen IESV est, Filius Dei, redemptio, salus æterna, vita, sanctificatio & iustitia. Non satis fuerit credere IESVM esse Messiam & Filium Dei: hoc enim credunt impii & dæmones: sed credendum est illum esse Filium Dei, iustitiam & sanctificationē, ac nos per illum solum, siue per nomen eius, hoc est per eius virtutem habituros vitam æternam, quæ est viuæ fidei res cognata siue effectus. Quare si quis rogauerit, quid est CREDE-RE? Est certò statuere IESVM esse CHRISTVM Filium Dei, & per illum habere vitam æternam. In primis Euangelio nobis nuntiatur IESVS esse Messias ille à Prophetis promissus de semine Dauid, propitiator, iustificator, peccatorum remissor, saluator, & vita æterna. Hæc salutaris doctrina prædicatur confirmata miraculis & signis. Quid igitur superest nobis nisi ex animo tam sincere excipiamus prædicationem, hoc est credamus, & per NOMEN, id est virtutem eius, vitam assequamur æternam: hoc est contradentes nos totos ei qui iustificatio, salus, redemptio, & iustitia est, eius mēbra per hanc fidē viuā efficiamur, & participes omnium bonorū ipsius facti, æternū cū ipso beati viuamus.

CAPVT VICESIMVM PRIMVM.

Piscibus Petro & aliis apparet Christus.



OSTEA manifestauit IESVS se iterum ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic. Erāt autē simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galilææ, & Filii Zebedæi: & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simo Petrus, Vado piscari: Dicūt ei, Venimus & nos tecum: & exierūt & ascenderunt in nauem, & illa nocte nihil prendiderunt. Manē autem iam factò stetit IESVS in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia IESVS est. Dicit ergo eis IESVS: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat IESVS, Petro, Dominus est. Simon Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare.

Postea) post hæc. Ad mare) in eadem lacum. Qui dicitur) qui cognominatur gemellus.

Nunquid) nõ quid habetis quod comedis prestis, vel nunquid obsonis habetis?

Piscium multitudo. Petrus in aquā se demittit.

mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas & piscem superpositum, & panem. Dicit eis IESVS, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus: & quum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis IESVS, Venite & prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit IESVS, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iā tertio manifestatus est IESVS discipulis suis, quum surrexisset à mortuis. Quum ergo prandissent: dixit Simoni Petro IESVS, Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me? At ille, Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio Amas me: & dicit ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas: quum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significās quæ morte clarificaturus esset Deum. Et quū hæc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat IESVS sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo quum vidisset Petrus, dixit IESVS, Domine, hic autem, quid? Dicit ei IESVS, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo inter fratres, quòd discipulus ille nõ moritur: & non dixit ei IESVS, Nõ moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniā, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hoc: & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit IESVS: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Tanti) tot.

Hoc iam) hac iam tertia vice. Quū surrexisset) resurrexisset.

Clarificaturus) glorificaturus, prosequendo scilicet Deum esse veracē, qui misisset Christum promissum à se per Prophetas, & Iesum esse illum Christum promissum. Sequere) impetrans pro futuro sequēris, more Hebræorum. Ioannes. Supra. 13. c. Supra. 20. g.


Amor in Christi pastoris Euāgelico necessarius.

Petri mors prædicitur. 2. Pet. 1. c.

Sto) Ver. si. quia si dicat, etiam si velle eum seruire superstitie usque ad reditū meum, quid tunc referant si nolo eum interficere eo supplicii genere quo afflicte vis, quid ad te? Nec ipsum &c) Nec ipse opinor mundus capere eos, qui scribentur, libros.

Postea manifestauit IESVS se iterum ad mare Tiberiadis.

CAP. XXI.



IRCA finem præcedentis capitis Euangelista librum suum clausit epilogo, in quo præcipuam conscripti sui Euangelii causam repetiit. Nunc verò ex charitatis feruore subiungit adhuc vnā manifestationem in signum certum quòd CHRISTVS à mortuis resurrexit. Deinde quia CHRISTVS non erat amplius cum discipulis in hac vita præsentialiter, addit Ioannes vltimum vale à Christo relictum, quo commendatur officium ad quod vocati erant: nimirum vt pascerent oues Christi optimo illo Euangelii pabulo ad vitā æternam. Post octo dies à resurrectione ne qua suspicio animis discipulorum

Vale vltimum Christi.



Iorum infideret, quod præstigium aut spectrum fuisset, quod die resurrectionis & octavo die à resurrectione viderant, tertio iam Dominus liberè discipulis iuxta lacum, qui dicitur Tiberiadis, suis discipulis se conspiciendum exhibuit. Non enim perpetuò & familiariter versabatur cum illis, quemadmodum ante mortem solebat, nec omnibus, sed suis tantum quum volebat conspicius erat. Verbo **M A N I F E S T A V I T**, insinuat quod non nisi ex dispensatione & permissione videbatur, propterea quod incorruptibile corpus erat & immortale. Loci meminit Euangelista, **A D** mare Tiberiadis, vt certitudinem promissionis ab angelo factæ (Matth. cap. 28, Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis,) ostendat: deinde vt significet discipulos magna ex parte timorè ex morte **C H R I S T I** conceptum excussisse, qui iam liberè huc atque illuc diuertent. Hic lacus Tiberiadis erat in Galilæa, de quo diximus supra, cap. 6.

*Corpus gloriosum ex dispensatione videtur.*

*Tiberiadis lacus.*

#### Manifestauit autem sic.

In hunc modum **C H R I S T V S** ad littus lacus Tiberiadis se conspiciendum exhibuit. Erant autem simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo.

Quo tutiores à Phariseis essent discipuli, abierunt in Galilæam. Congregati erant aliquamulti, nimirum Simon Petrus, & Thomas (qui præ aliis cõfirmatione magis opus habuerat) præterea Nathanaël, cui patria Cana Galilææ, vbi **I E S V S** verterat aquam in vinum. Huius fidem & confessionem primo capite supra abudè docuimus. Ad hæc duo filii Zebedæi, Ioannes & Iacobus maior, cumque his alii duo discipuli **C H R I S T I**, quorum nomina tacuit Euangelio graphus. Hi septem artis erant piscatoriæ.

#### Dicit eis, Simon Petrus, Vado piscari.

Bono sanè spiritu Petrus se ire piscatum dicit: nam videns se præsidio Domini destitutum, per quem nutriti cõsueuerat, ex amicorum vltroea benignitate, redit ad pristinam artem, vt sibi manibus victum pararet, ne quenquam grauaret, aut otiosus cuiusquam liberalitate nutrireretur. Nondum Spiritu donatus erat vt prædicaret: quare nec æquum erat vt ex Euangelio viueret, qui Euangelio non seruiret. Rediens ad piscaturam, non respicit ab aratro semel accepto, sed obsequitur vultati diuinæ ne in otio viuat, & quempiam grauet. Ephes. cap. 4, Qui furabatur, non amplius furctur, magis autem laboret manibus, operando quod bonum est, vt possit impartiri ei qui opus habuerit. Nondum Petrus & alii laborabant in ministerio Euangelii, proinde redibant ad capturam piscium. Hic locus perspicue docet Ecclesiasten posse arte sua victum necessarium quærere, seruata suæ functionis integritate, si aliunde non habeat. Deinde docentur licere pro temporis ratione vti opibus, artificijs, & id genus donis, non vt illis animum apponamus, sed vt otium fugientes, voluntati diuinæ obsequamur.

*Petrus ante peccatum piscatione visis.*

*Ecclesiastes potest manibus visum quærere.*

#### Dicunt ei, Venimus & nos tecum.

Quia eiufdem artis erant cum Petro, & labor res honesta est, sequuntur, veluti ab antesignano piscatore inuitati.

#### Et exierunt, & ascenderunt in nauem.

Sub noctem exierunt domum, quoniam luce nondum satis tutum erat in publici pro-dire, simulque nauim conscenderunt. Obserua media qualia qualia fuerint, non esse contemnenda, quibus opus habemus ad nostros labores.

#### Et illa nocte nihil prendiderunt.

Dominus præcepit laborem, nõ vt authorem benedictionis, sed vt instrumentum quo Dominus benedictionem suam nobis abundè largitur, si modo ex animo in Deum laboramus. Solus Deus est qui incrementum rerum dat, ait Paulus. Quare tantisper labor nõ est irritus, dum sine Christo laboramus, & in labore Dominum non videmus. Videmus autem **C H R I S T V M** per fidem, & loquentem ac consolantem nos laborantes. Audi Deum per verbum, hoc est **C H R I S T V M**, per quem vnicum vt adendus, ita audiendus est Pater. Quid dicit verbum? Pater vestit te, Pater nutrit te. Itaque si ex hoc verbo credito cõperis laborare, verè Deum in labore tuo perspicias, qui tui laboris fructum dabit copiosissimum, effundens in laborem tuum omnem suam benedictionem. Colligamus ex his: inanes sunt & vani labores nostri ad victum, nisi accesserit Dei benedictio. Genes. cap. 3, Terra

*Laborem est in precepto.*

*Laborem nostro quando ad est alius?*

Terra erit maledicta in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, &c. Quare vt nõ ferat nobis terra spinas & tribulos, sed det & producat victum, operæpretium est accedat Dei benedictio, sine qua neque fructus neque victus continget. Non absimili modo inanis erit Euangelistæ opera, nisi **C H R I S T V S** hominis conatum bene fortunet.

*Benedictio.*

Mane autem iam factò stetit **I E S V S** in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia **I E S V S** est.

Quum iam diluxisset, **C H R I S T V S** in littore stetit, prospectans discipulos laborantes, à quibus non est agnitus, partim ob longiorem intercapedinem, partim ob diluculum siue lucem adhuc accipientem, partim quia statim noluit agnosci.

#### Dicit ergo eis **I E S V S**, Pueri, nunquid pulmentarium habetis?

Non agnouerunt quia **I E S V S** est. Cur ita? Quia nos natura **C H R I S T V M** nõ nouimus: sed opus est antequam illum agnoscamus, præueniat nos ipse sua gratia, & nobis prior loquatur. Ioan. 4, In hoc est charitas, nõ quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Pro sua ergo singulari erga nos bonitate prior suos blandè compellauit, vt multo labore eodèmq; inani fatigatos consolaretur: ipsi enim cum multo sudore vanæ piscationi totam noctem produderat. Pueros itaque siue filiolos vocat, illòsq; è littore alloquutus, ait, **N V M** quid obsonij habetis? Quæstio est de victu, quæ **C H R I S T V S** prius aperit discipulis suis penuriam, antequam iuuet eos cibo, vt discipuli gratia cognoscant, & discant admirari potentiam eius, qui potest dare victum, vbi non est victus. Pro more habet Dominus ducere ad necessitatis cognitionem, antequam benedictionem afferat. Obserua: Quum dicitur, Nunquid, &c. insinuat confesio penuriæ seu necessitatis. Rursus aduerte: **P V L M E N T A R I V M**, Græcis dicitur *πυλμνταριον*, quod inter cibos sumitur in similitudinem pulvis factum, hoc est quod pulmenti vicem præbet, siue quod panis additur, Gallicè, Toute sorte de pitance, viande ou potage.

*Deus prior nos diligit.*

*Pulmentarium.*

#### Responderunt ei, Non.

Neque de facie (quod adhuc esset lux anceps) neque voce Dominum agnoscentes, suspicantur quendam esse mercatorem qui ad litus venisset mercaturus pisces, quos prendidissent. Roganti itaque responderunt se nihil habere quod videretur, quum nihil cepissent.

#### Dicit eis.

Quum omnia desperata essent, **C H R I S T V S** benedicere & adiuuare cõcepit: atque vt paulatim declararet quis esset, ait,

#### Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.

Suo verbo discipulis addit animos, iubens iacere rete in dexteram nauigij latus: & ne operas differant, promittit victum, dicens, **E T I N V E N I E T I S**, quasi dicat: Quod hætenus nihil potuistis, modo inuenietis.

Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

Paruerunt iubenti, & ex fide in verbum, miserunt Apostoli rete in dexteram nauigij partem. Mox tanta multitudo piscium capta est, vt rete vix potuerint ad scapham protrahere. Hæc nobis adumbrabat multitudinem hominum, quæ Apostolorum prædicatione ex mundo vniuerso adiungenda erat Ecclesiæ. Rursus hoc factò docemur, vt certi fiamus benedictione Domini fortunare quicquid ex fide in verbum, agimus. Non absimile est quod scribitur Lucæ cap. 5, Respondens Petrus ait, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et quum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinè copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Obserua. Christus non parè & ieiunè, sed copiosè dat victum laborantibus ex fide. Ergo & nos ex præcepto **C H R I S T I** laborantes sub fide ac spe certa accipiendi victum, non deficiet victus copiosus. Rursus aduerte: multitudo piscium commendat nobis diuitias & liberalitatem **C H R I S T I**: Item, causa tam copiosi victus, est benedictio Domini.

*Benedictione Domini cuncta sunt prospera.*

*Christi liberalitas.*

#### Dicit ergo discipulus ille quem diligebat **I E S V S**, Petro.

Hac periphrasi Ioanes seipsum appellat: & modestiæ gratia, ne videatur priuatam gloriam quærere, tacet nomen suum: qui dum rem nouam attendit, nimirum quod per totam noctem laborantes nihil cepissent, postea ingentem piscium multitudinem ad nauim



traxissent, statim causam intelligens, & Dominum adesse cognoscens, Petrum submonet, qui totus ad trahendum rete adductus erat.

### Dominus est.

Ex verbo & verbi effectu ac officio Ioannes Dominum adesse cognoscens, ait, Petre, is qui è litore stans iussit laxare rete, est Dominus. Hunc suspicabantur mercatorem esse. Verè & Dominus & mercator erat: ipse enim suo sanguine pretioso nos redemit & creauit, vt in ipso noua essemus creatura.

### Simon Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus.

Petrus feruens amore CHRISTI, & sui non dissimilis, quum primùm intellexit Dominum adesse, oblitus & retis & piscium, SVCCINXIT SE TVNICA, id est indugio siue (vt Theophylactus ait,) ependyte, id est linteo quodam quo Phœnices & Syri piscatores se amiciebant, siue nudi essent siue vestiti, hoc super imponentes. Ependytes enim dicta est, quod supernè induatur. Obserua in Petro opus pudoris & verecundiæ, qui quum nudus esset, & sensisset Dominum adesse, vestit se ependyten: quo docemur Euangelium præfens sua præfentia non tollere pudorem & verecundiam, sed potius ad tantas virtutes præbere occasionem. Petrus ergo typum gerit eorum qui præfente Euangelio, modestiæ, honestati & verecundiæ student, & damnant eos qui præfente Euangelio omne decorum ac honestatè cum omni verecundiâ exuunt. Quum dicitur, ERAT enim nudus, ætiologia est siue ratio cur Petrus se succinxerit. Indecorum erat Petrum nudū abire ad Dominum.

### Et misit se in mare.

Petrus tanto CHRISTI feruebat amore, adeoque moræ impatiens erat, vt intelligens nauim tardius terræ applicaturam, in lacum se coniecerit, atque ita peruenit primus ad Dominum. Hæc nos docent, quemadmodum fide viua ductus absque periculi timore se in mare misit: ita consentientibus CHRIS TVM, & in ipsum credentibus nullius periculi timor contingit. MARE, omnes nobis adumbrat afflictiones: quod, quemadmodum natura sua non fert hominem, nisi aliquo suffultum nauigio, ita nemo in afflictionibus perdurare potest, nisi aliquo suffultus auxilio, alio quidem quàm humano. Humanū enim præsidium fallax & infirmum est. Atque vt orta tempestate in mari non subsistunt rates, quod magno procellarum turbine rumpuntur: sic nec in afflictionibus & horrendi illius iudicii apprehensione subsistere potest aliquis, si præsidio tantum humano vectus & innixus fuerit. Hoc notissimum erit legentibus Dauidem Psal. 32, Non saluatur rex per multam virtutem, & gygas non saluabitur in multitudine virtutis suæ: fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Similiter Esa. cap. 37, Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis, sperantes & habentes fiducia super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, qui præualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israël, & Dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit, & verba sua non abstulit, & consurgit contra domum peccatorum, & cōtra auxilium operantium iniquitatem. Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Et Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præfatur auxilium. Quare vt citra iacturam mare ipsum calcare, hoc est in mediis etiam periculis subsistere, & nullum periculū timere possumus: vehamur eodem quo Petrus, vectus est nauigio, hoc est fide viua, qua ad Dominum vectus semel & iterum super mare ambulauit non submersus. Hac fide in Christum si vehamur, etiam in grauisimis afflictionibus subsistemus, & tandem citra omne discrimen, ex omnium aduersitatum tempestate illæsi enauigabimus. Hoc nauigio Moses & Israëlitaë traiecerunt mare Rubrum. Hæc omnia nostram confirmant fidem, & inuitant, vt quum propter nomen CHRISTI omnibus siue mundi, siue carnis, siue Satanæ periculis exponemur, (si enim Dominum persequutus est mundus, & nos persequetur) Euangelii nauigio committamus nos, certo statuentes quod in aduersis non succumbemus, sed victores per nominis Christiani professionem euademus.

### Alii autem discipuli nauigio venerunt.

Communi nauigio cæteri discipuli nauigant, vt se cognito & audito CHRISTO socios præbeant. Obserua effectum viuæ fidei siue cogniti CHRISTI esse, discipulos nauigio venisse ad CHRIS TVM: simulque aduertendū est diuersa esse media veniendi ad CHRIS TVM. Quemadmodum enim ex discipulis alius nauigio, alius sine scapha, sed se

sed se in lacum misit, vt Petrus, & ad Dominum venerunt: ita in Christianismo alius hac vocatione, alius alio donatus munere, alius egregiis donis ditatus, alius vili artificio iuxta mundi opinionem, sed grato coram Deo, donatus ductore vno & eodem Spiritu, (qui operatur omnia in omnibus) nauigat & appellat ad CHRIS TVM salutis portum. Nō parum refert qua fide ad CHRIS TVM accedas. Nam si vocatione siue ministerio vili quidem & contempto iuxta mundi opinionem, fungaris: feruentiore autem fide vocationem tuam siue ministerium tuum exercueris, nihil minus Petro, qui miraculo aliàs super mare ad CHRIS TVM peruenit, aut alio maioribus donis illustri, cuius fides non est tua maior, ad CHRIS TVM peruenies. Montes enim transferre, pedibus super mare ambulare, demones eiicere, & huiusmodi, nihil est, auctore Paulo, (1. Corinth. 13.) nisi adfit viua fides siue charitas: Si linguis hominum loquar & angelorū, charitatem autem non habuero, nihil sum, &c. Accessus igitur ad Deum, est fides viua sine qua impossibile est placere Deo. Ad Hebr. cap. 11, Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est: & inquirentibus se remunerator sit.

### (Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis,) trahentes rete piscium.

Argumento à possibili rationem adducit cur Petrus se in lacum miserit, & alii nauigio venerint trahentes rete. Non longè aberant à litore, sed cubitis plus minus ducentis, nolentes victum benedictione Domini habitum relinquere, trahentes rete piscibus onustum. Aduerte: Hæc oratio, NON longè erant à terra, sed quasi cubitis ducētis, claudenda est parthesi. Aduerte: hic CVBITVS, siue hoc Cubitū, est curuatura brachii vbi lacerto iungitur: & accipitur pro mensura costante ex sex palmis, digitisque quatuordecim, vt auctor est Vitruuius lib. 3. Sesequipes, hoc est pes vnus cū dimidio, facit cubitū. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro: Cubitus quarta. Est præterea cubitus regius, qui maior est communi cubito tribus digitis, auctore Herodoto lib. 1. Est & Cubitus geometricus qui tantū valet quantum sex nostra cubita, vt Origenes & Augustinus tradiderunt.

### Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem:

Cognouerant Dominum quod immensam piscium copiam sentientes, viderunt rete non esse scissum. Vbi autem in terram descenderunt, rursum ministratum est illis argumentum cognoscendi Dominum adesse: nimirum viderunt in litore prunas viuas & piscem impositum, præterea panem. Hæc non ex subiecta materia fecerat Dominus, quemadmodum ante crucem fecit propter quandam dispensationem, quando satiauit multa hominum millia: sed de nouo creauit, & ministerio angelorum hoc prandium suis retia trahentibus, & iuxta verbum eius laborantibus apparuit, vt doceret tritam ac vulgo iactatam sententiam, Diu expectaueris, donec assa columba in os tuum aduolet, verissimam esse, si illa ad impii laborem & otiosi torporem applicueris: sed locum non habere, si ad piorum laborem respexeris, vt hic locus manifestat. Nam vbi descenderunt in terram discipuli, & à pio labore venerunt, mox inuenerunt non solum piscem assum, sed etiam panem. Nec semel hoc beneficium piis contigit: nam Israëlitis vocationem suam sequentibus in deserto complutum è cælo est manna, ventus coturnices adduxit, & petra aquam ministrauit. Heliam vocatione Domini sequentem, coruus, auis alioqui rapax, paut. Abacuc Danicem in medio leonum constitutum, & longa laborantem inedia, ministerio angelico è Iudæa in Babylonem delatus paut: Danielis cap. 14. Pnis igitur ex fide laborantibus, & vocatione suâ syncerè & fidei animo sequētibus, non est defuturus Dominus. Fidelis est qui promisit se omnibus piis adfuturum. Psal. 144, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Quam promissionem verissimam esse multis probauit & obsignauit miraculis: sunt enim Miracula, obsignationes promissionum Dei. Obserua: illis diuinitatis miraculis & officiis CHRIS TVS se Deum esse testabatur. Illorum enim officiorum & miraculorum vsus erat, vt discipuli agnoscerent Dominum verè resurrexisse à mortuis.

### Dicit eis IESVS, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.

Tamet si miraculo apparatus esset prandium, ea præsertim causa, vt manifestaretur re surrectio, tamen iussit IESVS vt afferrent & ipsi de suis piscibus quos modo cepissent, vt doceat præfentia victus media & occasiones quando adfunt, non esse contemenda: vbi

Christus salutis portus.

Cubitus.

Sesequipes. Pes.

Prandium mira culosè apostolis apparatus.

Victus in fide laborantibus non desit. Israëlitaë pastus.

Petra aqua dedit. Helias à coruis pastus. Daniel inter leones pastus.

Miracula sunt promissionis Dei obsignationes.



autem defunt, tamen potens est sine occasione victus, dare illis victu: vt hoc & aliis frequenter, sicut paulo ante docuimus, manifestauit miraculis. Rogabit quispiam: Cur Dominus non ait, Afferte de piscibus quos ego prendere vos feci? Respondeo: ea est bonitas Spiritus vt in Scriptura (cuius ipse author est) adscribat nobis opera, quae tamen in nobis & per nos Deus operatur, non vt hinc nobis placeamus, sed vt ipsum glorificemus, & in vocatione nostra & officio humiliter cum timore & tremore contineamur.

Opera eius Dei in nobis quomodo nostra dicuntur.

Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centumquinguentatibus.

Labor fructusua. Centenarius numerus.

Vt audiit Petrus CHRIS TV M iubere de piscibus piscatis afferri, mox in nauim reuerfus est, & cepit pertrahere in terram rete plenum magnis piscibus, numero centu quingenta tribus. Hac numeri circumstantia commendat liberalitatem & benedictionem CHRIS TI à victu copioso. Labor Petri in trahedo, docet laborem Apostolorum no fuisse vanum: attulerunt enim piscationis auctori, hoc est ei qui iussit mitti rete in dexteram nauigii, pisces numero centum quingenta tres. Centenarius autem numerus (vt Cyrillo videtur) Gentium multitudinem significat: is enim numerus plenissimus est, qui decem decadibus constat. Quare & Dominus (Math. cap. 18.) dicens se habere centum oues, insinuabat plenitudinem rationalium creaturarum hoc numero significari. Rursus fertilissimum agrum producturum centum affirmabat, plenitudinem fertilitatis probatae animae subostendens. Idem opinatur quinquagenarium numerum significare Iudaeos, qui crediderunt crediturique sunt. Subduplus enim est hic numerus ad centenarium, & longe abest à plenitudine. Ternarius numerus Trinitatem adumbrat. Cõiunctim numerus scriptus est, quia coniunctim intelligitur, suntque vnum omnes pii & credentes in Deo per CHRIS TV M: cuius iussu & virtute ad perfectionem & plenitudinem trahuntur.

Quinquagenarius. Ternarius.

Et quum tanti essent, non est scissum rete.

Exaggeratio potentiae CHRIS TI, & accessio miraculi est, quod quum esset copia piscium multitudo, eorumque ingentium tam onusto & graui podere non est scissum rete.

Dicit eis IESVS, Venite & prandete.

IESVS aperiret discipulis se verum esse hominem, non phantasma, qui iam se suorum sensibus tangendum exhibuerat, cibum etiam cum illis capere voluit, vnde suos ad apparatus prandium inuitauit. Hoc factu nobis adumbratur, quod post multos pro Euangelio labores, quibus vocati vehementer sudabunt, tandem cum Domino recumbent aeternum in gloria victuri.

Et nemo audebat discumbentium interrogare, Tu quis es? scientes quia Dominus est.

Quum iam augustiore specie tuerentur Dominum, & ex re ipsum esse scirent, cum silentio ac timore reuerenter admirabantur, certo statuetes apud se quod adesset Dominus: propterea nihil de praesentia Domini dubitantes, non interrogant. Obserua hoc loco signum grati animi, quum fide videas discipulos copia bonorum CHRIS TI, neque turgere, neque inflatos esse, sed suo Domino congratulabundos.

Gratitudo.

Et venit IESVS, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter.

Discubuit IESVS cum discipulis, quibus suo more distribuit panem suis manibus fractum, similiter & piscem. Lucas refert ipsum cum discipulis comedisse: quod verum esse credo. Atque licet omne quod comeditur in secessum vadat & alteretur, illud tamen in CHRIS TO rediituo locum non habebat: qui quomodo comederit, non est nostru dicere: virtute tamen diuina & inuisibili consumebantur edulia, ad confirmationem resurrectionis tantum assumpta. Hac ciboru distributione docebat suos CHRIS TV S quos pasto res Ecclesiae delegerat, vt gregem Dominicu non alia quam ab ipso tradita doctrina pasceret.

Edulia à Christo rediituo sumpta quomodo assumpta.

Hoc iam tertio manifestatus est IESVS discipulis suis, quum surrexisset à mortuis.

Non his significare vult Ioannes CHRIS TV M haecenus solum ter apparuisse, qui certe frequentius apparuit: sed quod hic erat tertius dies quo se IESVS per interualla praesente Ioanne suis conspiciendum exhibuit. Non enim assidue cum illis versabatur.

Additur

Additur QVVM SVRREXISSET, &c. Quasi dicat, in hoc ia tertio manifestatus est, vt eum surrexisset certo crederent discipuli eius.

Quum ergo prandissent.

Peraeto prandio cepit IESVS expendere vltimum vale, quod hinc abiturus suis reliquit discipulis: illud erat, commendatio officii commissi. Interrogat quidem non vt discat, sed vt doceat, & manifestet aliorum fidem: quemadmodum inquit Matth. cap. 16, Quem dicunt homines esse Filium hominis? & vt explicaret quod factu significabat, qui panem accumbentibus distribuebat. Huius inquisitionis CHRIS TI de dilectione Petri summa est: Non sunt ad praedicationis officium admittendi, qui prius manifesta confessione suum amorem erga CHRIS TV M & Euangelium non fuerint testati. Qui enim fieri potest verbum sincere praedicent, quando in animis hostes verbi sunt? Quare in eligendis verbi praedicatoribus, ante omnia curandum est, vt cum doctrina pura, cum sincerus erga CHRIS TV M animus cognoscantur. Valde igitur periculosum est passim finire quosdam hoc fungi munere, qui ne abecuario quidem nomine digni sunt: vix à limine Sacras salutarunt literas, & inuerecundi audent suggestum conscendere.

Christus vltimum vale dicens suorum fide confirmat.

Ecclesiastica partes. Praedicatoru eo fessio.

Dixit Simoni Petro, IESVS.

Potissimum & ante reliquos CHRIS TV S Petrum alloquitur, non solum semel & iterum, sed & tertio, vt memoriam abnegationis aboleret: & tera negatio aequali confessionis numero compensetur. Atque vt significaret illum habiturum principem locum in ministerio Euangelico. Os erat Apostoloru & princeps ait Chrysostomus. Propterea & Paulus cum praeter alios visurus, Hierosolymam ascendit.

Christus eum tertio Petru rogat. Apostolorum os, Petrus.

Simon Ioannis, diligis me plus his?

CHRIS TV S vnum interrogat, volens vnius voce, summae erga se charitatis professionem adi, vt per vnum ceteri cognoscerent quales ad pastoritium regimē accedere debeant. Quo igitur indiuisus tenaciisque animis eorum (qui gregi Dominico praeficiendi sunt) praecipua erga IESVM (qui pro grege commisso mortem oppetit) adhæreat charitas, facta est hæc inquisitio dilectionis. Acceptione enim ministrorum praecedere debet inquisitio dilectionis erga CHRIS TV M seu verbu. SIMON Ioannis, diligis me plus quam hi me diligunt? Quæstio est de ardentiore & maiore erga Dominum charitate. Na quā maiorem Dei clementiam Petrus in se fuisset expertus, iure optimo maiori amore affici debebat, & cui multa remittitur, multum diligit. Tametsi enim capto Domino omnes discipuli magna percussu formidine fugerint, malus tamen fiterat Petri crimen, qui breuissimo in tempore CHRIS TV M negauit. Quare iure à Petro maior repetitur dilectio. Graecis legitur ἠγαπῶ ἰωάνη, id est Simon Iona, quanquā in nonnullis legatur ἠγάπη, id est Ioannis, quemadmodu in Luca. Vnde apparet Bar-Iona, quod apud alios inuenitur, per contractionem fuisse scriptum pro Bar-Iohanna: nam ea ætate vulgo Chaldaica lingua utebantur.

Dilectio ergo Christum inquisitio facta da ecclesiastica.

Dicit ei.

Petrus in schola Christianae philosophiae aliquot annos iam versatus, & solito circumspetior factus, de sua vnius conscientia respondet, interim tacens quantum ceteri amarēt Dominum, quod illorum animos exploratos non haberet.

Petri de sub erga Christum amore confessio.

Etiam Domine, Tu scis quia amo te.

Exemplum modestiae in Petro legimus, qui non arroganter de se sentit, conscius sibi suae infirmitatis, animum enim suum (cuius Dominum etiam testem audeat facere) detegit: quantus esset aliorum amor, tacet: ne temerarius videatur. Non enim Petri erat, scire, plusne an minus quam illi, diligeret Dominum. Domine, (inquit) quanto te alii prosequuntur amore nescio, quantum ad me attinet, certus sum quod te amo. Hoc non ignoras, qui etiam mentium humanarum secreta nosti. Obserua Petru humilius respondisse hoc loco quam ante Domini supplicium, qui se illic aliis praetulerat, certe arrogantius dicens (Matth. cap. 26.) Et si omnes alii scandalizati fuerint in te, ego te non negabo. Nunc post eius lapsum & poenitentiam, agnoscamus eius humilitatem, & quantum in disciplina Christiana feliciter promouerit. Tametsi maiore pra alijs ostenderit dilectione, quando alijs nauigio aduenientibus, ipse impatiencia desiderii in mare se miserit, vt citius ad Dominu veniret, id tamen non est ausus asseuerare, quod ia didicisset solius CHRIS TI esse, scire an verè amemus. Rufus aduerte: Quaquā apud Latinos Amo vehementius sit quam Diligo: interpres tamen O. ii.

Amo & Diligo.



Confessione Petri vsus.

his vsus est verbis citra discrimē (vt indicauit Augustinus li. de Ciuitate Dei, 14.) nequis arbitratu subesse mysterium in hac varietate frustra philosophetur. Rursus aduerte: Vtus confessionis in Petro de sua dilectione est, quod declararet animum suum erga CHRISTVM committentem ei curam pastorem. Huic pastorico magistratui neque ququam se immisceat nisi vocatus sit, vt Aaron, neque hoc se propria virtute dignum putauerit, quum si existimauerit se aliquid esse, nihil sit. Si quis enim vnquam dignus fuerit, sane Ioannes Baptista fuit, quo inter natos mulierum non surrexit maior: nihilominus tamen (suprà, cap. 1.) negat tanto officio se dignum vt vel corrigiam calcei CHRISTI soluat, hoc est vt Christi verbum tractet ac prædicet.

Corrigiã Christi soluat, quid.

Dicit ei, Pasce oues meas.

Amorū veri in Deum argumētum.

Episcoposū sumptio.

Pastor.

Oues.

Pascua.

Episcopo necessaria.

Euangelii ministerii necessaria.

Pascere.

Si me amas (inquit CHRISTVS) vt proferis, puri & sinceri verbi pabulo pasce agnos meos, qui mihi charissimi sunt, & pro quibus sanguinem meum fudi. Talem quoque exhibeas te erga illos, qualem ego me erga vos præbui: hoc enim tibi erit argumētum perfecti amoris in me. Solus & vnicus est pastor omnium, IESVS CHRISTVS, qui vt solus est Filius Dei, nihilominus hanc gratiam communicat credentibus in se, vt filii Dei sint: Ita solus pastor quidem est, hoc tamen officium communicat iis quos ad annuntian- dum Euangelium vocat. Pii & fideles, sunt oues. Euangelium per Apostolos administra- tum, pasua sunt. Pastor, officii & laboris nomē est potius quàm dignitatis. Quemadmo- dum ad verum pastorem duo præcipue sunt necessaria, pera & baculus: ita ad ministrum Euangelii duo requiruntur, syncerum verbum & authoritas abigendi falsos doctores. Alterum ordinis est, alterum iurisdictionis. Ad verbum spectant & sacramēta & absolutio: ad abiectionem, excommunicatio. Pastores igitur & verbi ministri, purè prædicent Euange- lium, distribuant candidè sacramēta: absoluant à peccatis petentes ac confitentes, & aper- tē flagitiosos aut falsa docentes post vnam & alteram monitionem abigant, & excommu- nicent. Obserua. PASCERE, non occide & macta, AGNOS, non vros & leones, sed ho- mines agnis simillimos, & eos quidem MEOS, quos meo sanguine acquisiui. PASCERE igitur, id est vt pastor regit gregem. Committuntur enim non deuorandæ sed pascen- dæ exēplo piæ vitæ, & Euangelicæ doctrinæ pabulo, siue lac desyderabit, siue solidū cibū.

Dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me?

Rursum interrogat Petrum Dominus, vt aperiat neque vnum testimonium neque v- nam confessionem de dilectione erga CHRISTVM & Euangelium sufficere, sed opus esse seria & diligenti inquisitione dilectionis erga CHRISTVM, antequam ad munus & officium suum ministri Euangelii admittantur.

At ille, etiam Domine, tu scis quia amo te.

Pergit Petrus confiteri se amare Christum, huiusque amoris testem facit inquisitorem Dominum, Amo (inquit) Domine: scis ipse quod amem te.

Dicit ei iterum, Pasce agnos meos.

Episcopus qua- lū esse debet.

Christus cur o- nium præcipue meminit.

Non facit CHRISTVS Petrum Dominum, non principem, non regem, sed pasto- rem esse iubet, non ad destructionem sed ædificationem. Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. Obserua. Dominus non meminit lanæ & lactis, quæ tamen gratæ oues debent pastoribus, vt ne pastor sua sectetur, sed alio- rum. Rursus de hœdis & porcis, quibus margarætæ non sunt obiciendæ, nihil meminit, sed de ouibus, id est piis ac credentibus & verbum desyderantibus.

Dicit ei tertio, Simon Ioannis, amas me?

Sacerdotii ido- neitas.

Tertia hæc inquisitio commendat nobis, vt instituamus serium & diligens examen de confessione dilectionis ministrorum Euangelii, antequam acceptetur ad sacrum ordinem & adeo cæleste munus ac officium. Hæc terna de dilectione erga CHRISTVM inquisi- tio, significat neminem idoneum esse sacerdotio, nisi qui neglectis omnibus, nihil amet, ni- si CHRISTVM, hoc est veritatem, innocentiam, pietatem.

Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me?

Indoluit Petrus, moleste ferens rogationem tertio repetitam. Timuit fortassis Petrus, suspitionem ne quam malam de eius dilectione haberet CHRISTVS.

Et dicit ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te.

Quanquam Petrus sibi conficius esset quod vehementer amaret Dominum, tamen quia post

quia post magnifica illa promissa (Esi oportuerit me tecum mori, non te negabo) negaue- rat Dominum, timens ne recidat, diffidit sibi, & syncerè ac prudenter respondens, totam fiduciam in eum transfert, cui soli fidendum est. Domine, inquit, quum omnia nuda & aperta sint in conspectu tuo, & nihil te fugiat, cur hoc toties interrogas? Scis ipse quod amē te.

Dicit ei, Pasce oues meas.

Petre, oues quas meo sanguine redemi modò ad Patrem rediturus, tibi pascēdas com- mitto: hoc munus & officium pastorium obito. Qui mihi ter charus es, quas habeo charissimas habeo charas oues. Pastorem igitur age, non Dominum, pasce vt serues. Qui gregem sibi commissum habent, obtestor in primis meminerint à Petro ter hoc loco exa- ctum esse amorem erga CHRISTVM, non quenlibet amorem, sed ardentiorē cate- ris, deinde ter item commissam illi curam gregis: quo significatum est quàm studiose oues suas Petro pascendas commiserit. Quare nihil antiquius & optatius pastor habere debet, quàm incolumitatē gregis sibi crediti, pro cuius salute non solū suas facultates con- temnet, huius mundi honores postponet, suos affectus negliget (quod magnum quidem synceri amoris argumentum erit) verum etiam si necessitas postularit, pro sui gregis salu- te non dubitabit vitam propriam in discrimen adducere, quod erit absolutæ charitatis cer- tissimum documentum.

Petro commit- titur oues.

Pastoris studiū & cura.

Episcoposū parte.

Amen amen dico tibi.

Hic locus est de crucis præmonitione, afferens consolationem aduersus scandala cru- cis. Posteaquam igitur CHRISTVS Petrum designauit pastorem, præmonet illum de cruce ac consolatur, ne vbi cœperit commissum suum officium exercere, & postea in crucem non præuisam inciderit, reddatur pusillanimus, quo sic vel vocationem suam de- serat propter crucem, vel in mediis afflictionibus addubitare incipiat de veritate Euange- lii. AMEN: iureiurando affirmat quod prædicationem crux sequetur. Illud etiam atque etiam tibi confirmo à Petro, quod aliquando præstabis quod nunc de dilectione erga me, & meum Euangelium profiteris. Horum summa est: Nisi ames CHRISTVM, non pasces: si pasces, crux sequetur.

Cruce, Euangelii comes.

Quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas:

quum autem senueris, extends manus tuas, &

alius te cinget & ducet quo tu non vis.

Ne prima facie CHRISTVS Petrum terreat, satis obscure loquitur de cruce, cuius hic locus, singularis est periphrasis. IUNIORES dicimur antequam suscipiamus aut profiteamur Euangelium, quæ ætate nihil periculi & crucis imminet nobis à mundo, quem non auersamur. DVMAVTEM senuerimus, id est in Euangelio promouerimus, tunc hanc nostram professionem Christianam crux sequetur: BTDVCE T quo non vole- mus. Quia crux carni molesta est, caro ægrè fert crucem: carni mors nūquam adlubescit, & nolle mori carni cognatum est. Hoc nolle CHRISTVS in humeros suos transtulit, vt vinceret: siquidem totum se in nostris sordibus volutaui, vt nos ab illis liberaret. Quare vt CHRISTVS hoc nolle in se vicit (vt in carne nostra maneat eius aliquod vesti- gium) ita per fidem victoria in nos transfertur, & spiritu fidei hunc affectum ita mortifi- camus, vt etiam velimus pro Euangelio mori vtvt caro nolit mori, Spiritus tamen vult, promptus est, cupit dissolui & esse cum CHRISTO. Videtur certè CHRISTVS ele- ganti metaphora ab ætatibus carnalibus mutuata, fidei ætates describere. Nam inter ho- mines fit vt primæ ætate nucibus, pyris, pomis & pilis oblectentur: & re vera facilius his re- bus promissis in officio obedientiæ, quàm virgis & importuna parentum austeritate con- tinentur. Huiusmodi ludicra illis conceduntur donec adolescant, & laboris sint patientes. Quum enim ad labores ferendos idonei sunt, ducuntur quò nolunt, hic ad gymnasium, iste ad agrum colendum, ille ad artificium manuarium: Ita & fides suas habet ætates, in quibus non absimiliter fit: nam primæ ætate rebus minimis inescamur, & his veluti ludi- cris quibusdam pueri adhuc & infantes oblectamur, donec in CHRISTO grandescam- us. Tunc vbi in Euangelio promouimus, & solidioribus cibis vescentes facti sumus for- tiores, & euacuauimus quæ erant paruulorum, mundus nobis crucem proponit, & ducimur frequentius quò nolumus. Volumus quidem ex fide, sed caro refugit. Sentio enim (ait ille) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vetus Testamen- tum pueritia erat, quæ indigebat pædagogo, ait Paulus: puerilia enim erant omnia illa, ter- O. iii.

Iuniores.

Senes.

Morē nolle in nobis, Christus vicit. Affectus, nolle mori, victus à Christo.

Videi ætas.

Pueritia, vetus Testamentum.



ra Canaan, iustitia legis, & regnum carnale præ his quæ sunt in nouo, vita æterna, iustitia vera & spiritualis. Nouum cœpit cruce, nouum Testamētum est tempus senectutis, auctore Paulo, Nos sumus in quos fines seculorum venerūt: in quo sanæ reliquæ sunt nuges, reliquæ ludicra omnia, & proposita crux: doctore Domino, Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Vnde (vt narrat Paulus Hebr. cap. 11.) alii dissentiunt sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem: alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt. Ad hunc modum videtur Petrus educatus. Principio CHRISTVS gaudium illi & sodalibus proposuit, quo oblectarentur, dicens, Non possunt filii sponsi lugere donec sponsus cum ipsis fuerit, Matth. cap. 9. & aliàs Luc. cap. 22, Quando misit vos sine sacco & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Vidit & cum alijs Petrus transfigurationem CHRISTI. Hæc certè puerilia videntur, si ad futuram bonorum & gloriæ celestis reuelationem respexeris. Vbi postea senit & grandæuus factus est Petrus, crucem est passus, qua ad CHRISTVM euēctus est. Obserua: Manuum extensio crucifixionem Petri significabat. Rursus aduerte ex hoc loco quàm inuitè anima corpus relinquit, & licet voluntas constans & firma sit, natura tamen est imbecilla.

Manuum extensio in Petro.

Petrus vltimo Neronis anno passus. Crux gloriosa per Christum.

Euangelium 10 annis quo tempore scriptum. Crucis vsus.

**Hoc autè dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.**

Humanitatis & singularis amoris exemplum in Ioanne, qui enigmati addit interpretationē. His verbis (inquit) IESVS significabat quo mortis genere Petrus esset olim glorificaturus Deum. Siquidem admodum senex, vltimo Neronis anno ductus est ad crucem, quam libetè ob eximium amorem erga Dominum suum, pertulit, licet caro prorsus illam fugeret. Quamquam crux habita fuerit ignominiosissima, gloriosa tamen & beata facta est post CHRISTVM passum: neque timenda venit: quandoquidem si pro CHRISTO & Euangelio fuerit, ex animo amplexanda est, gloriam & victoriam secum portans, dum pro eo morimur, qui prior pro nobis in cruce est mortuus. Obserua: vox CLARIFICATIO, referenda est ad prolationem verborum CHRISTI. Scripsit enim Ioannes hoc Euangelium mortuo Domitiano, ante quem regnavit tyrannus ille Nero: cuius vltimo vt diximus anno, passus est Petrus. Rursus aduerte finale effectum crucis esse clarificationem Dei: vnde non dixit Moriturus, vt intelligamus mori pro CHRISTO, gloriam esse & honorem. Quare pro Euangelio alacriter & patienter crux est suscipienda.

**Et quum hæc dixisset, dicit ei.**

Hactenus examinatus fuit Petrus de sua erga CHRISTVM dilectione: deinde præmonitus est de sua vocatione & cruce, qua clarificaturus esset Deum: nunc admonetur ad executionē dilectionis cōfessæ, & iniunctæ vocationis, quæ cōsistit in sequendo CHRISTO. Quid enim prodesset ad aliquid vocari munus & officium, nisi illud strenuè & gnauiter obiremus? Exequendum igitur nobis est id ad quod vocati sumus.

Vocatio exequenda.

**Sequere me.**

Curam iterum & familiarem affectum Dominus Petro ostēdit: Quasi diceret: Quandoquidem tibi ita futurum est, vide vt me sequaris, & æquo animo præuisam tibi diuinitus mortem excipias: turpissima quidem morte condemnaberis. Itaque para te ad afflictiones futuras, & respice in tuam vocationem quam exqueris, sequendo me tam in doctrina, quàm in vitæ moribus. Nunc iubeo vt me sequaris, crucifixus sum, sequeris me per crucem. Qualis ego pastor, talis & tu sis: & non solum mortem non formides, sed & lætus obeas, si ouium necessitas exposcit. Quod autem hoc; SEQUI, mori significet, per se satis clarum est, neque aliter discipuli tum exceperunt.

Petrus iussus sequi Christum.

**Conuersus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat IESVS, sequentem.**

Neque rectè prospicit, neque sequitur Petrus, qui à tergo & retro oculos vertit. Quia in re visus est curiosus. Hoc quidè vitium curiositatis Græci *παραρηγοσύνη* vocant. Et est curiositas respiciens in alienas vocationes, omnium pessimum vitium, quo præsentè nemo æquo animo fert suam vocationem, omnes irrumpimus in vocationes alienas, occupamus sæpe publica ministeria & negotia, aut ad minus obrecreationibus proscindimus, vnde postea infinita mala emergunt, sæpe totius religionis, sæpe totius regni, sæpe totius reipublicæ interitus. Obserua modestiam Ioannis nomen suum non exprimentis, sed periphrasi

Curiositatis vitium.

phrasi illud significantis: cuius vsus est, vt illa Ioannes fidem suo Euangelio conciliet. His verbis *QUEM DILIGEBAT*, &c. ostendit solam charitatem seu fidem viuam verè CHRISTO dilectos reddere discipulos, quia & Spiritu Sanctum per eandem accipiunt.

Charitatis munus.

**Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te?**

O felicitatem maximam! fides viua siue charitas pectus CHRISTI possidet, hoc est possidet omnia bona CHRISTI, & sola vero omnium rerum intellectu est prædita. Creditibus enim in CHRISTVM Deus omnia cum illo donat, Roma, cap. 8. Creditentes igitur in Christum super pectus CHRISTI recumbunt, hoc est ipso fidunt & fruuntur, vt bono proprio ipsis à Patre donato, quemadmodum Ioannes super pectus CHRISTI reclinauerat se, magna libertate atque securitate, ipso velut lecto vsus. Obserua hoc loco viua fidei fructum, quæ homines super pectus CHRISTI reclinat, & securissima donat quiete, vt nihil omnino iam timeant neque peccata, mortem, infernum aut Satanam: recumbunt enim super vitam, gratiam, atque felicitatem possident: denique quæcunque vel in cælo vel in terra bona sunt, quamquam adhuc in fide non reuelata & aperta possessione. Dixit super PETRVS, nõ sinum, aut brachia, vt significaret fidem viua illustratos habere sapientiam Dei & Christianam. Vnde Paulus 1. Corinth. cap. 2, Nos, inquit, sensum CHRISTI habemus. Item, Spiritualis iudicat omnia, & à nemine iudicatur. Et (2. ad Corinth. 4.) docet Paulus ei qui conuersus est ad CHRISTVM, ablatum esse Moyfi velamen. Huc respexit Moses, dum in lege sua mandatit in omnibus sacrificiis animalium, Sacerdoti dari pectusculum, vt propriū eorum. Qui CHRISTO adherent, Sacerdotes, id est Christiani fiunt, & ex Deo nascuntur. Petr. cap. 2. ideo pectus ipsis in omnibus debetur, id est sapientia: & ita propter bona Spiritualia & potentia, Petrus vocat illos regale Sacerdotiū, gentē sanctam & populum acquisitionis. Rursus hoc loco memoratur Ioannes ille fuisse discipulus qui IESV dixerit, Domine, quis est qui tradet te? Per hoc adumbratum est, quod qui viua habet fidem, cognoscit quam sequi debet doctrinam, adulterā ac proditricem reiiciens, & veram ac catholicam cum pia matre Ecclesia amplextans.

Pectus Christi possidere. Creditum in Christum diuinita.

Fidei viua fructus.

Sacerdotibus datum pectusculum à Mose. Christianum fieri. Pectus debuit Christiani.

**Hunc ergo quum vidisset Petrus, dixit IESV.**

Natura carnis manifestè seipsam in Petro exerit. Prona enim est semper in alienam vocationem respicere, & aliena curare, quæ nihil ad se attinent: interim sua negligere. Id quod grauissimè punitum est in vxore Loth, vt eo exemplo admoneamur, ne semel admodum ad aratrum manu, retrospectiamus. Cuilibet certe sua placere debet vocatione, vt aliis nihil inuideat, aut grauati ferat, si ipsos æquare nequeat. Adeo generale malum est, vt nemo sua forte sit contentus. Vnde Ethnicus dixit, Fertilior seges est alieno semper in aruo: Vicinūque pecus grandius vber habet. Semper aliena nobis, nostrā plus alijs placent. Qui mercator est, laudat institutum exercentis artem sedentariā, quod quietè & tranquillè re sua fruatur, quum ipsum oberrare per orbē oporteat, & hūquam turbis & strepitu vacare, Contrā, qui artem sedentariā exercet, institutum mercatoris admiratur, vt quod diuitias adducat, & hominem reddat celebrem, qui inter homines sit aliquo numero. Cuilibet sua viuendi ratio fastidio est, & alienam suspirat. Si maritus est, laudat cœlibem: si cœlebs est, laudat maritū: si in functione est Ecclesiastica, arridet ei prophana: si in prophana fuerit, placet Ecclesiastica. Neque sit vt Deus res ita temperet, quod ipsis probetur, & velint ipsi seruire in eo instituto, eoque munere quod ipsis diuinitus obuēnit. Deponamus igitur per fidem fastidium, vt quieti in nostra sorte & vocatione viuamus: omni molestia liberabimur, si crediderimus Deum iuste atque cum summa æquitate mundum gubernare, & vnicuique eam sortem dispensare, quæ ei sit commodissima, vt commodiorem atque feliciorē ipse sibi deligere nequeat. Huiusmodi fides animum tranquillat, contentum reddit, & omne fastidium submouet: quæ si abfuerit, & homo secundum sensum suum & existimationem iudicat, omnia fastidio & molestia vitiantur. Sentit varia incommoda, & eò impatientiæ prorumpit, vt contra Deum murmuret, perpetuusque per omnem vitam murmurator maneat, quales Iudæi in deserto: inde nihil aliud referens quàm quod sibi ipsi amaram reddit vitam suam, & simul gehennam vltro asciscit.

Carnis natura.

Cuilibet sua vocatio vite fastidio est. Inuidia. Nemo sua forte contentus.

Vocatio vnicuique commodissima à Deo dispensata.

**Domine, hic autem quid?**

Hæc sunt verba curiositatis vitii in nostra natura hærentis, quo in aliorum vocationes respicimus, nec nostra contenti sumus vocatione. Sciens itaque Petrus de sua morte, ro-

Curiositas in aliena respiciens.



gat CHRISTVM an Ioannem mortis suae comitem haberet. Quasi diceret, Quo exitu Ioannes mihi charissimus vitam hanc clausurus est? Extendam solus manus, cingar solus, ducar solus quo nolo?

## Dicit ei IESVS.

Corrigens Petrum Dominus, damnat in nobis curiositatem: hortaturque ut quisque suam vocationem ad quam vocatus est, curet, & diligenter exequatur, nec sit ad aliorum vocationes curiosus. Omnes verè Christiani glorificant Deum, sed alius sic, alius aliter. Eat Petrus sua cruce: Ioannes inueniet suam, ego meam, tu quoque tuam. Quando alius te ducet quo tu non vis, vide tunc ne asperneris voluntatem Dei.

Voluntas Dei  
vocatit nos, nō  
aspernanda.

Sic eum volo manere donec veniā, quid ad te? Tu me sequere.

Petri curiositas  
à Christo ar-  
guita.

Quum CHRISTVS magna Petro comunicasset (ait Chrysostomus) nimirum orbis curam demandasset, martyrium praedixisset & maiorem erga eum dilectione testatus esset, voluit Petrus Ioannem in martyrio socium & collegam, dicens, HIC autem quid? Hanc superuacua Petri curam de morte alterius corrigens, visus est ad hunc modum dicere, ait Cyrillus, Audisti Petre, quae ad te attinent, cur alia quaeris? cur diuinae iustitiae secreta rimaris? Nam si etiam vellem minimè istum mori, quid tu vnquam emolumentum, aut quid consolationis consequeris? Haec tunc ille. Quid ad te, quo ille eat, aut ad quid ipsum destinauerim? Sequere tu me, sine ut cum ipso agam uti mihi fuerit visum. Quid si vellem eum sic manere, velles idem etiam tu manere, neque me sequi? Putas me abs te idem velle, quod ab illo? non ita. Cura tu & obserua quid tibi dico, ille quoque inueniet quid ipsi statutum est. Multos & varios volo habere ministros, neque eodè ministerio fungi quoslibet. Petre, interrogas quod non debes, scire vis quod ad te nihil attinet, indecenti cupiditate teneris: at spiritalis homo, qui Spiritu Dei ductatur, nequaquam curiositate & desiderio cognoscendae rei nihil ad se pertinentis, tangitur. Tu respice in tuam vocationem, non alienam.

Conditionalis  
oratio nihil de-  
finit.  
manere.

donec veniam, id est donec placeat mihi ut eum vocem. Tu me sequere. Quasi dicat: ne respice in alios. Docemur hic ut in nostris vocationibus nos CHRISTO committamus, neglectis aliis omnibus. Vtinam omnes hanc insculptam in animis haberent sententiam, ut vnusquisque disceret in suam vocationem respicere. Huc pertinet quod Paulus scribit Roma. cap. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Graecis legitur *eat*, id est *si*, non *si c*. Et est conditionalis oratio nihil definiens, hoc tantum insinuans quod ad Petrum non spectabat, si IESVS velle Ioannem manere vsque ad suum aduentum. Obserua: hoc loco, MANERE non significat simpliciter nō mori, sed non mori ad exemplum CHRISTI.

Exiit ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille nō moritur.

Tametsi longo tempore discipuli in schola IESV CHRISTI veritati essent, tamen adhuc ignorantia laborabant, & omnium dogmatum CHRISTI capaces non erant: nondum enim venerat ille Spiritus doctor & illuminator deducturus illos in omnem veritatem. Haec discipulorum ignorantia suauissimam nobis affert consolationem contra nostrae infirmitatis scandala, ne respondeamus animos, & desperemus de gratia Dei: siquidem non est inconueniens discipulum CHRISTI quaedam ignorare. Ex hoc igitur sermone *si eum volo manere*, &c. ortus est rumor, quod discipulus ille IESV dilectus, non esset moriturus violenta morte, sed permanens in vita, donec veniret Dominus iudicaturus viuos & mortuos. Hoc enim futurum breui omnes opinabantur.

Et non dixit ei IESVS, non moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Interpretatio est verborum CHRISTI, *si eum volo manere*, quid ad te? quae de vocatione intelligenda sunt, non de morte Ioannis. Quod verò hic nonnulli se torquent an Ioannes obierit mortem, necne, perspicue docet hic ipse Euangelista Dominum noluisse ut istud sciremus. Quare curiosum fuerit & vanum istud inquirere. Ait enim, non dixit IESVS, non moritur ille discipulus, neque tamen exprimit an mori debuisset, in dubio ita relinquit. Imo si etiam CHRISTVS sine conditionali dixisset, Volo ut maneat donec veniam, adhuc intelligi posset, ipsum die nouissimo quum venturus Dominus est, moriturum. Nunc autem ait, *si eum volo manere*, non exprimens quid velit. Quum itaque sermo ille conditionalis nihil definiat de morte Ioannis, curiosum fuerit & vanum aliquid hic certi definire. Ad haec incertum est vtrum intellexerit aduentum hoc verbo

Aduentus Christi  
si multis locis.

VENIAM,

VENIAM, an nouissimum, quando iudicaturus est viuos & mortuos: an illum de quo supra cap. 14. dixit, Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos: an illum de quo meminit Lucas cap. 12, Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Quod dictum videtur de aduentu eius in morte cuiusque. Proinde quum ad Petrum dixerit, Quid ad te pertinet de his scire? proculdubio neque ad nos attinet inquirere & haec scire: ne inquirentibus nobis dicatur, Quid ad vos? quemadmodum Petro, Quid ad te?

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec.

Discipulus de quo inter fratres permanuit rumor quod non moreretur, est ille ipse discipulus qui testificatur haec in hoc Euangelio contenta sic esse gesta, quae non sua, sed IESV CHRISTI autoritate scripsit, quo certius ac latius ad omnium notitiam diffundantur. Meminit frequenter dilectionis qua à CHRISTO diligebatur, insinuans causam propter quam scribendo hoc Euangelio operam nauauerit, quod CHRISTVS commiserit hoc opus ei qui praeter ceteris diligebatur.

Et scimus quia verum est testimonium eius.

Argumento à legibus historiae, quae sunt visa, audita, & experta scribere, suam Euangelicam historiam confirmat. Interfuit enim omnibus sermonibus, miraculis, passioni, & his quae post resurrectionem acciderunt. Fidenter de seipso ait, quod vera dicit: non enim scripsit ab aliis audita, sed quibus ipse interfuit, ideo certus de veritate, haec scripsit. Nam non fuisset à Veritate dilectus, nisi longè ab omni falsitate esset remotus. Ad hunc modum de se loquitur Apostoli A. cap. 2. Hic IESVS, resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus.

Historia leges

Sunt autem & alia multa quae fecit IESVS.

Occupatio est: Non sum palpo, ait Ioannes: praecptori non adulator. Nam quum multa eorum quae magnifice gesta sunt à praecptore, praetermittam, id argumento est quod non adulator. Proinde qui ignominiosa omnia in medium protuli, & non tacui quod eum seductorem, impostorem, praeruaricorem legis, & daemonicum nuncuparunt, adulari nō visus sum. Palpones enim & gratiam hominum venantes contemptibilia tacent, & quae ad ipsorum gloriam faciunt, solū narrant. Deinde hac occupatione suū Euangelium claudit qua sui scripti breuitatem excusat. ALIAM VLTAM: intelligit tam dogmata quae CHRISTVS loquutus est, quam facta quae fecit.

Palpones.

Quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Si dogmata & gesta CHRISTI ordine enumerentur, & explicentur: non putauerim maximam librorum copiam ac multitudinem posse illa continere. Insignis est haec hyperbole qua exaggerat Ioannes multitudinem & dogmatum & factorum CHRISTI. Quemadmodum hyperbolicè loquimur quum quempiam dicimus niue albiorem, & vento aut aquilis velociorem, non ut fallamus auditores, sed ut illius eximium candorem, & aliterius maximam velocitatem explicemus. Ita Ioannes sentiens incredibilem vim & multitudinem librorum, hyperbolicè est loquutus, non ut fallat & mendacium dicat, sed ut explicet quod si quis ea quae fecit & dixit IESVS singulatim conaretur enarrare, immensa voluminum vis nasceretur. Tantum literis proditum est, quantum putarunt Scriptores Sacri Euangelii, tam ad mores quam ad dogmata sufficere, & ad salutem consequendam satis esse per IESVM CHRISTVM: cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Hyperbole.

ENARRATIONVM CLAVDII GVILLIAVDI  
in Euangelium Ioannis, Finis.

OMNIA IVDICIO ECCLESIAE  
SVBMISSA SVNT O:



INDEX.

INDEX COPIO-  
sus rerum insigniū quæ  
hoc libro continentur.

**A**  
Abel pius suum Cainum semper  
habet 340  
Abire retrō 204  
Abitus Christi 404  
abitus & reditus Christi 406  
abitus christi cognitus, affert piis  
gaudium 495  
Abith vel Nisan, mensis Mar-  
tius 522  
Abrahā vidit diē Christi 239.273  
abrahæ anni ante Christum 274  
abrahæ commendatio 262  
abrahæ fides 127.337  
abrahæ fides cōmendatur 261  
abrahæ filii 238  
abrahæ spiritus 261  
Abscondit se Iesus 352  
absolutionis beneficium 563  
absolutionis beneficium resipi-  
scenti cōmunicandum, ibidem  
Accedere ad Patrem 409  
accessus ad Deū per Christū 343  
accessus ad Patrem per Filium  
249.410  
Accipere 94  
accipere missum à Christo 381  
accipere, verbū: quū de personis  
Trinitatis loquimur 464  
Acceptio personæ non est apud  
Christum 28  
Acclamatio congratulatoria 359  
acclamatio inuocatoria ibidem  
acclamatio Christi qua inuitatur  
Pilatus ad Euangelium 528  
Actiones Christi non omnes sub  
præceptum cadunt 195  
Adam audito deo fugit 243  
adamus quæ in orto amisit, Chri-  
stus restituit 550  
adam perdidit vitam 303  
adæ sepulchrum 541  
adami hæreditas, tenebræ 245  
Adduco, verbum 309  
Admirari 221  
Adoptati qui dicuntur 97  
Adoptionis potestas 29  
Adoptiui filii qui in Christo  
sunt 48  
Adorare 114.276.363  
adorare in veritate 116  
adorare in Spiritu & veritate ib.

Adoratio vera 103  
adoratio, est Spiritus operatio 116  
adorationis ratio ibidem  
Aduentus Christi multiplex 580  
aduentus Christi in corda nostra  
modus 560  
aduentus Christi causa 476  
Aduersarii ad Christum verba de  
eius testimonio 148  
AEnon 93  
AEternum ab æterno 199  
Affectiones excæcant 248  
Affectus in Christo volūtarii 392  
affectus, nolle mori, viæus à Chri-  
sto 577  
affectibus non succumbendū 339  
Affines Christi infideles 209  
Afflictiones 138.454  
afflictiones Euangelizatum 453  
afflictiones extra Christum non  
veræ 433  
afflictiones in prædicatio Euan-  
gelio 453  
afflictiones nos robustiores red-  
dunt 433  
afflictiones non casu 278  
afflictiones non fato, sed pro bo-  
na Dei voluntate 133  
afflictiones nō semper sunt signa  
Dei irati 327  
afflictiones pro nomine Christi  
gloriosæ 447  
afflictiones propter Christū 431  
afflictiones, ppter gloriā dei 327  
afflictiones sūntne ppetuū pec-  
catorum causæ. 278  
afflictiones theca bonorum Dei  
403  
afflictionum antidotum 316  
404.492  
afflictionum partes 368  
Afflictionum consolationes 366  
afflictis necessaria in Christum  
fiducia 478  
afflictos consolari opeta est Spi-  
ritus 333  
Afflati Sancto Spiritu 313  
Agnus brutus 161  
agnus Dei 17.43  
agni Paschalis præparatio 353  
agni Paschalis victima 43  
Agricola 430  
agricola Deus 432  
agricolæ officium 432  
Alborum vestimētorum signifi-  
catio 556  
Alimenti conditiones 198

Allegoriæ Christi de flumine  
interpretatio 230  
allegorizandi anxia ratio nō pro-  
batur 109  
Ambitionis incommoda 260  
Ambulare 373  
ambulare in luce ibidem  
ambulare in templo 312  
ambulare in tenebris 373  
ambulatio Christi sup mare 171  
Amenamen 78  
amen, amen quid est. 57  
Amici 441  
amici Christi 430.440  
Amodo, particula 410  
Amo & diligo 575  
amare vel odire animam 352  
Amor Christi vehemēs erga nos  
565  
amor in Christum pastori Euan-  
gelico necessarius 567  
amoris feruor in Magdalena 556  
amor nō vulgaris Apostolorum  
in Christum 415  
amoris veri in deū argumētū 576  
amore non timore suscipienda  
doctrina 536  
An iudex in peccato possit iudi-  
care 243  
Anagoga 109  
anagoga vsus 110  
anagoga à cibo corporeo ad spi-  
ritalem 118  
anagoga à cibo corporali 173  
anagoga de panibus 163  
Anabaptistarum error 209  
Andrea commendatio 50  
andrea fides 163  
andrea incredulitas de paucis pa-  
nibus 163  
andrea prima prædicatio 52  
Angelus 129.352  
angelus aquam piscinæ moue-  
bat 132  
angelus Christum cōfortans 510  
angelus quid dicitur 58  
angelus quomodo factus diabo-  
lus 266  
angelus sepulchrum Christi ape-  
ruit 553  
angeli in Christi sepulchro con-  
specti 556  
angeli ministri 369  
angeli vigiles 132  
angelorū bonorū ministeria 132  
angelorū malorum immisiones  
132

INDEX.

angelorum ministerio in sepul-  
chro Christi Magdalena con-  
solationem accipit. 556  
angelorum ornatus 266  
angelis tribuitur facies 132  
angelos ascendere & descendere  
super Christum quid est 58  
Anima 310.312.365  
anima Christi turbata 367  
anima foetida vt Lazarus excita-  
tur 344  
anima pro vita 304  
animæ pars siue portio superior  
23  
animam odire 366  
animam ponere pro ouibus 308  
animæ monumentis ad iudi-  
cium 146  
animæ in sanguine Christi obla-  
tæ sanctificantur 500  
Animal 199  
animalis homo 193  
animales 314  
Animus feruens in oratione 473  
animi tranquillitas 426  
animatorum affectus, gestu corpo-  
ris indicantur 42  
Annas focer Caiphæ 515  
annas cōtendit manifestare Chri-  
stum esse hæreticum 517  
annæ & Caiphæ simulata reli-  
gio 522  
annæ minister impexit alapam  
Christo 518  
Antichristus 281  
antichristus in nomine suo ve-  
niet 153  
antichristi 552  
antichristi præambulones 21  
Antidotū aduersus Cerinthianos  
& Ebionitas 48  
Apodixis 196  
Apollinarii hæresis 85  
Apologia à calumniis 268  
apologia Christi aduersus Iu-  
dæos 139  
apologia Christi de sabbatho nō  
violato 220  
apologia Christi quod sit vnum  
cum Patre 318  
Apophtegma 243  
Apostolatus Christi 562  
apostolatus fructus 443  
apostolatus optimi signum & v-  
sus 437  
Apostolica functio verbo mitten-  
di expenditur 562  
Apostoli 366.479  
apostoli à Christo creati in do-  
ctores & prædicatores 499  
apostoli à Iudæis ad Gentes 106  
apostoli à Spiritu docti 462  
apostoli ante & post resurrectio-  
nem ad diuersa ministeria rece-  
perunt Spiritum 563  
apostoli carne infirmi, potentif-  
simi Spiritu & doctrina 452  
apostoli cooperatores & mini-  
stri Christi 563  
apostoli cur dicti ministri 209  
apostoli dehortantur Christum  
à repetenda Iudæa 329  
apostoli distributores thesauri &  
bonorum Christi 562  
apostoli dormiunt 510  
apostoli fugiunt 514  
apostoli humani 513  
apostoli infirmi indigebant pa-  
raclæto 423  
apostoli in orbem mittēdi prius  
confirmandi erant 499  
apostoli in Pētecoste inperterriti  
facti sunt, timorem exuētes 563  
apostoli in periculis maris ten-  
tati 169  
apostoli mēsores 120.121  
apostoli ministri nō magistri 105  
apostoli mundi 381  
apostoli odio habiti à mūdo 479  
apostoli, officium Christi habent  
121  
apostoli ordinati & Spiritu do-  
nati 562  
apostoli ordinati prædicatores  
& doctores orbis 499  
apostoli, organa Spiritus 459  
apostoli post receptum Spiritum  
in alios viros mutati 559  
apostoli post resurrectionē, quæ  
prius incognita, clarius cogno-  
uerunt. 73  
apostoli quare nihil petierūt præ-  
sente Christo in carne 473  
apostoli scandalizati 509  
apostoli testes idonei de persona  
& doctrina Christi 452  
apostolorum autoritas 499  
apostolorum electio 390  
apostolorū functio & officii 562  
apostolorum obedientia 164  
apostolorum opinio de regno  
Christi antè receptum Spiritū  
467  
apostolorum carnalis opinio de  
via ad gloriam 329  
apostolorum os, est os Spiritus  
Sancti 499  
apostolorum os, Petrus 575  
apostolorum & Prophetarum  
vnum gaudium 121  
apostolorum pectora rudia 424  
apostolorum tentatio magna 169  
apostolorum timiditas 559  
apostolos ex illiteratis fecit Chri-  
stus 56  
apostolis Christus omnes subie-  
cit 499  
apostolis datur Spiritus Sanctus  
& claus 552  
apostolis nihil defuit 509  
Apprehendere 320  
Apud 20  
Aqua baptisterii 132  
aqua celestis ibidem  
aqua duplex 112  
aqua piscinæ 132  
aqua piscinæ cur turbabatur ad  
sanandum 132  
aqua quomodo regenerare potest  
80  
aqua terrestris 111  
aqua viua 102.230  
aqua viua est Spiritus Sanctus, si-  
ue dona ipsius 112  
aqua viua opinione Samaritanæ  
110  
aqua significatio 80  
Architriclinus 66  
Argumentum carnalium aduer-  
sus Christum 255  
argumētū quod cognoscimus nos  
à Patre diligere 475  
argumentum quo plebeii dixerūt  
Iesum Melsiam 226  
argumentū quo probatur Iudæos  
non esse filios Dei 264  
argumenta carnalium dissuaden-  
tium lectionem Scripturarum,  
soluuntur 208  
argumenta Christi & carnis 342  
argumenta contra studiosos sa-  
crarum literarum 208  
Arimathæa ciuitas 548  
Arma mundi 511  
arma regni mundi 513  
Arriani 140  
arrianorum confutatio 486  
arrianorum error 450  
arrianæ hæresis occasio 484  
Arrius 315.428  
arrii confutatio 319







INDEX.

mnes pii dolent 501  
 christiani Apostolorum discipu-  
 li 499  
 christiani membra vnius corpo-  
 ris 493  
 christiani mundo stulti 534  
 christiani veri 164  
 christiani vnum sunt in Deo per  
 Christū, & quomodo 493, 501  
 christianorum afflictiones sunt  
 Christi 501  
 christianorū arma 403. nauigiū  
 568. refectio 190. tutela 488.  
 vineulū 494. vnitas 493, 494  
 christianorum vnitas inexpugna-  
 bilis ibidem  
 CHRISTVS 431  
 christus à Deo 290  
 christus à Deo esse probatur 311  
 christ. à Galilæis suscipitur 104  
 christus à paricida ad paricidam  
 mittitur 519  
 vt Christus à Patre huc missus, i-  
 ta & à Christo Apostoli in mū-  
 dum missi 499  
 christ. à synagoga coronatus 533  
 christ. ab officio cognoscendus 319  
 christus Abrahamo maior 271  
 christus ad dexteram Patris pro  
 nobis 406  
 christus ad Herodem missus 528  
 christus ad Samaritanam 107  
 christus ad templū die festo ascē-  
 dit 216  
 christus ad tempus Dei potentiā  
 dissimulauit 211  
 christus adulteræ accusatores re-  
 primit 242  
 christus æquē potest absens cor-  
 pore atque præsens 338  
 christus, agnus 43  
 christ. amari coepit, vt homo 503  
 christus ambulat sup aquas 170  
 christus animal non est 199  
 christus animis, Cæsar vrbibus  
 dominatur 528  
 christus ante Abraham 274  
 christus ante Baptistam 33  
 christus apertē dicitur Deus 566  
 christus appellat ad Patrē, q̄ mū-  
 dus contemptor sit Euāgelii 504  
 christ. apud Iheros prædicauit 546  
 christ. apud Samaritanas resedit 123  
 christus causa vitæ credentibus  
 collata 199  
 christus claritatē à Patre habet,  
 natura vt Deus, dilectione vt  
 homo 504  
 christus cœnat apud Marthā cū  
 zaro 351  
 christus cognoscendus Deus &  
 homo 484  
 christus cōmunis saluator 360  
 christus cōfertur latronibus 542  
 christ. cōspicitur ab Apostolis 552  
 christus conspuitur & alapis cæ-  
 ditur 521  
 christ. cōstās ī obedīa morte 512  
 christus contemptus à suis 184  
 christus coram Pilato 507  
 christus corā Herode tacet 529  
 christus credendus & sentiendus  
 nobis Deus 21  
 christus crucifigendus 238, 358  
 christus crucifigendus traditur  
 Iudæis 531  
 christus cur à Nazareth sine mi-  
 raculis egressus 124  
 christus cur aduersariis obuius  
 venit, quos aliquando fugit 511  
 christus cur alapam incutienti, re-  
 sponderit 518  
 christus cur dicitur saluator  
 di non vnius gentis 123  
 christus cur huc venit 405  
 christus cur die festo conscendit  
 Hierosoly mam 131  
 christus cur interdū aduersarios  
 fugit 330  
 christus cur miranda suæ addide-  
 rit doctrinæ 160  
 christ. cur tertio Petrū rogat 575  
 christus cur visus in cruce dereli-  
 ctus 468  
 christus de doctrina damnata ab  
 Anna appellat ad publicum te-  
 stimonium 517  
 christus de facie ante Baptismū  
 Ioanni incognitus 44  
 christ. de torrētē in via bibit 508  
 christus Deus 21, 552  
 christus Deus & homo 19  
 christus Deus & homo à Tho-  
 ma dicitur 566  
 christus Deus, natura Iudex 145  
 christ. Deus, per quē oīa facta 17  
 christus discipulis animos addit  
 aduersus pericula & crucis scē-  
 dala 456  
 christus diuersorium proprium  
 non habuit 50  
 christus donis ad nos continuo  
 venit 426  
 christus ducitur ad Annam dein  
 de ad Caiphā 506  
 christus est in electis ibidem  
 christus est thesauri Patris repo-  
 sitorium 491  
 christ. & animo & ore confiten-  
 dus 51  
 christus & Ecclesia sunt vnū cor-  
 pus 395  
 christ. & Pater cooperatores 139  
 christus etiam ante mūdū glorio-  
 sus, cur rogat clarificari 486  
 christus etiā corda scrutatur 467  
 christ. explicat q̄s verus panis 179  
 christus factus maledictum 540  
 christ. factō doctrinā cōfirmat 518  
 christus facies Dei placati 482  
 christus factus est maledictū, 30  
 christus facit voluntatē Patris 130  
 christ. fallit lapidare volētēs 274  
 christus faretur se Mesiā esse 521  
 christus fatigatus 107  
 christus fide aspiciendus 170  
 christus filius Dei 129  
 christus flagellatus vincitur cate-  
 nis 540  
 christus flagellis cæsus 533  
 christus flagellis suis piorum fla-  
 gella sanctificauit 533  
 christus fons 33  
 christus fugit regnū mundi 168  
 christus factus sacrificiū pro no-  
 bis 500  
 christus frugaliter cōiuentibus  
 adfuit 63  
 christus gloriam ab hominibus  
 non accepit 152  
 christus gratia & veritate decla-  
 ratur Filius Dei 32  
 christ. gaudiū inauffribile 470  
 christus hæreseos & seditionis à  
 Pontificibus accusatus 517  
 christus heri & hodie 27  
 christ. homo cōstitutus iudex 145  
 christ. homo dat cibum peregrinē  
 174  
 christ. homo factus, accepit clarita-  
 tem 502  
 christus homo, vitam propter Pa-  
 trem habet 199  
 christus hominem nouit 61  
 christus hominū testimonio nō  
 indiget 149  
 christus humana non indiget o-  
 pera 477  
 christus ianuis clausis ad discipu-  
 los ingressus 559  
 christus imago Dei viua 36  
 christ. in Apostolis clarificatus 491  
 christus in cruce omnes ad se tra-  
 xit electos 47.

INDEX.

christus in desertū sequēdus 167  
 christus in Eucharistia 190  
 christus in Iudæa 76  
 christus in nobis participatione  
 naturali 194  
 christus in nomine Patris ope-  
 rans 313  
 christus in nomine Patris venit  
 153  
 christus in nuptiis aquam in vi-  
 num conuertit 60  
 christus in orto 506  
 christus in populo latuit 137  
 christus in sermone seu verbo  
 oblatas 269  
 christus in terram spuit 281  
 christ. incredulis absconditus 556  
 christus infirmitati humanæ ob-  
 noxius erat 107  
 christus infirmitates nostras vo-  
 lens assumpsit ibidem  
 christus infirmus pro nobis 31  
 christus infra Barabbā extenua-  
 tus 530  
 christ. iniuriarū patiētissimus 518  
 christus innotescit maior Ioan-  
 ne 104  
 christus inuitat ad gratiam & iu-  
 stitiam 229  
 christus Iudæis contemptum sui  
 opprobrat 152  
 christus iudex quia Filius homi-  
 nis 145  
 christus iurat in re seria 78  
 christus iurat Amen 192  
 christ. iustificationis author 144  
 christus iuxta humanitatem cæ-  
 lum ascendit 558  
 christus lapidibus petitur 274  
 christus lassus potum petit à Sa-  
 maritana 102  
 christus lauat pedes Apostol. 381  
 christus loquitur Apostolis de af-  
 fensione sua ad Patrem post re-  
 surrectionem 453  
 christus lumen 373  
 christus lux 17  
 christus, lux non otiosa 26  
 christus lux omnium hominū 23  
 christus magister vitæ 203  
 christ. magister & Dominus 388  
 christ. matrē cōmēdat Ioāni 532  
 christus mediator 29, 567  
 christus mediator à Patre ordina-  
 tus 88  
 christus mediator Dei & homi-  
 nū 558  
 christ. medicus vbi necessitas 325  
 christus medicus alius à Galeno  
 135  
 christus methodus glorificandi  
 Deum 396  
 christus morborū omnium me-  
 dicus 125  
 christus morte & resurrectione  
 potens suos seruat 495  
 christus morte nobis locum pa-  
 ruit 406  
 christus Mose maior 180  
 christus natus rex ex rege 527  
 christus neque scandalizat neque  
 crimen occultum reuelat 108  
 christus Nicodemum erudit 85  
 christus Nicodemū obiurgat 84  
 christus nihil non fecit pro om-  
 nium salutē 181  
 christus nobis talis, qualis credi-  
 tus 361, 557  
 christus nō accusat nos apud Pa-  
 trem 154  
 christus non cognoscitur nisi do-  
 ctis à Deo 557  
 christus non erat mendicus 108  
 christ. nō est dissēsiōis author 232  
 christus non est solus 248  
 christus non ex cortice & specie  
 externa cognoscendus 556  
 christ. nō facit se æquale deo 140  
 christus non participatione vitæ  
 dicitur viuere 199  
 christus non prodiit ad crucē re-  
 gali sceptro insignitus 539  
 christus non quæsiuit suā volun-  
 tatem 147  
 christus nō se fecit Filiū Dei 536  
 christ. nō venit ad cōdēnādū 248  
 christus non verborū seriē, sed a-  
 nimos loquentiū respicit 150  
 christus nos inuitat dupliciter  
 ad manendum in se 436  
 christus nostras induit infirmita-  
 tes 215  
 christus nostro nomine ludibriū  
 factus 519  
 christus nouā musicā attulit 327  
 christus nouissimus virorum co-  
 gnitus 552  
 christus omnes ad se trahit 371  
 christus omnia cōsummauit 545  
 christus omnia Patri tribuit 129  
 christus orat 481  
 christus orat pro Apostolis 479  
 christus orat vt discipuli tētatio-  
 nibus non cedant 497  
 christus orat vt homo 481  
 christus orbi cognitus, etiā inter  
 accensas tædas, Iudæis incogni-  
 tus 511  
 christus orbi propositus salus 168  
 christus ortulanus visus 557  
 christus, ostium 298  
 christus pedes peregrinus 107  
 christus per antonomasiam 51  
 christus per mortem glorificatus  
 486  
 christ. per orbē glorificatus 464  
 christus per quē bona omnia cō-  
 sequimur 202  
 christus, per quem creatio, etiam  
 creator est 22  
 christus per Spiritum in creden-  
 tibus habitat 98  
 christus per suum spiritū nobis  
 loquitur 420  
 christus petra scandali 293  
 christus piorū curam habet 306  
 christus piorum vita 336  
 christus plenitudinē spiritus ha-  
 buit 98  
 christ. plurali numero loquitur 85  
 christus Pōtiffex & Sacerdos nō  
 fter 499  
 christus post ascensum ad Patrē,  
 mundo præsentis adest 458  
 christ. potatus aceto, moritur 532  
 christus prædicatus ab orbe con-  
 dito 24  
 christus precatū 342  
 christus primō Annæ sinitur 515  
 christus prior seruiuit vt ipsi ser-  
 uiremus 385  
 christus prior vocat 107  
 christus pro omnibus rogauit &  
 satisfecit 490  
 christus probat se Mesiā 313  
 christus probatur esse Deus 415  
 christus pbatur nō esse pētor 285  
 christus probatur verus panis, o-  
 mnibus sanctis præstare 180  
 christus promissis nos ad se inui-  
 tat 302  
 christus propter formas crucis  
 mundo incognitus 44  
 christus prouocat ad legem 222  
 christus prouocat ad resurrectio-  
 nem 72  
 christus purus esse probatur 290  
 christus purus etiā peccatores di-  
 ligit 328  
 christus quæ in suis loqui dicitur  
 420



I N D E X.

christus quæ Moses obscure tradidit, aperta facit & docet 517  
 christus quæ operatus est ultimo suæ prædicationis anno 325  
 christus quærendus in ipso 251  
 christus quale regnum administraturus venit 169  
 christus qualis in magno iudicio miseris apparebit 143  
 christus qualis nobis 205  
 christus qualis nobis propositus credendus 151  
 christus qualis rex 168.240.312  
 christus qualis nobis donat Spiritum 451  
 christus qualis se dixit panem 189  
 christus quare animam posuit pro ouibus 305  
 christus quare asciuit testimonium Ioannis 149  
 christus quare dictus panis 178  
 christus quare huc venit 486  
 christus quare odio habitus 209  
 christus quare pro discipulis rogat 496  
 christus quare se filium hominis respondet agnoscenti Deum 59  
 christus quare suos præmonuerit de habitu suo ad Patrem 495  
 christus quare voce commendauit pios Patri 496  
 christus quare voluit asinam insidere 360  
 christus quibus dominatur 527  
 christus quibus se promittit, & totum contradit 436  
 christus quid designauit ostensione vulnerum 561  
 christus quid digito in terra scripsit 243  
 christus quid est 145  
 christus quid hominibus manifestauit 487  
 christus quid sua oratione petiit 483  
 christus quid sua doctrina quaesuit 219  
 christus quod impetrauit verbo, suis distribuit 560  
 christus quomodo clarificatus 396  
 christus quomodo diligit suos 438  
 christus quomodo nobis vita & lux 24  
 christus quomodo unitatem accepisse cum Deo dicitur 502  
 christus quos suos esse dixit 383  
 christus quota diei hora crucifixus 538  
 christus quomodo profecisse dicitur 32  
 christus religiosa turba in montem fecerit 160  
 christus respicit Petrum 520  
 christus resurrectio & vita 335  
 christus resurrexit 551  
 christus reuelatus 407  
 christus, rex 57.507  
 christus rex Iudæorum 507  
 christus rex spiritalis non aulicus 69  
 christus rogat per crucem glorificari 483  
 christus salutis portus 573  
 christus Samaritanæ Messiam se declarat 117  
 christus sanguinem sudat 510  
 christus scandalum Iudæis: stultitia gentibus 30  
 christus scit omnia 383  
 christus seipsum Marthæ declaratur 335  
 christ. se totum nobis deuouit 361  
 christus se videri, tangi, māducari, & detes carni suæ insigere permisit 192  
 christus sepelitur 532  
 christus serenatur & illuminatur 170  
 christus sessor nobis necessarius 360  
 christus similitudinibus oblectatus 300  
 christus sistitur præsidium 525  
 christus solus ad vitam 302  
 christus solus, bonus pastor 307  
 christus solus crucem nobis debitam portat 540  
 christus solus fidei doctor 557  
 christus solus potest dicere, Scio vnde veni 247  
 christus solus vitis vera 435  
 christus sponte se tradidit pro ouibus 296  
 christus stare dicitur in cordibus credentium 560  
 christ. stultitia factus mundo 534  
 christus subsistens Dei Patris verbum 380  
 christus summo diluculo resurrexit 553  
 christus suo exemplo piorum afflictiones lenit 446  
 christus suo silentio aduersariorum insidias frangit 241  
 christus suos blandè cōpellat & confirmat 560  
 christus suos cōmēdat Patri 494  
 christus suos consolatur 468  
 christus suis compatitur 494  
 christus suos in fide probat 162  
 christus suos resignat in manum Patris 495  
 christus suos vt pupillā oculi feruat 494  
 christus suorum iura habet 233  
 christus tacet 525  
 christus, templum 72  
 christus testimoniū maius quam Baptistæ habet 149  
 christ. totus sanguine madidus 542  
 christus totus sub vtraque specie 194  
 christus verbo cognoscendus 170  
 christus verè filius Dei 56  
 christus verè liberat 260  
 christus verè medicus 174  
 christus verè mundi saluator 123  
 christus verè sponsus 5  
 christus veritas 409  
 christus via 408  
 christus via ad cælum 407  
 christus via ad Patrem 143.409  
 christus victor 315  
 christus victus traditur Pilato 521  
 christus vita & vitæ fons 145  
 christus via animæ, & Ecclesiæ sponsus 44  
 christus, vita omnium 23  
 christus vitæ exemplar absolutum proponitur 452  
 christus vitam credentibus communit 198  
 christus vltimum vale dicēs, suorum fidem confirmat 575  
 christus vniuersalis propheta 168  
 christus vnus est, non duo 201.  
 christus voce se Mariæ cognobis lem reddit 557  
 christus vocatus spiritus 202  
 christus volens permittit se capi, non autem discipulos 512  
 christus volens legi subditus 68  
 christus volentem à gratia non excludit 231  
 christus vox, verbum & doctrina Patris 218  
 christus vt Deus sepe eū Patre, ad quem vt homo vadit 228  
 christus vt homo rogat 415  
 christus vt homo rogat, vt Deus donat 489

I N D E X.

christus vt Pontifex orat 483  
 Christi abitus ad Patrem 400  
 christi aduentus 28  
 christi aduentus propter peccatores 88  
 christi aduentus utilis ibidem  
 christi amandi causæ 449  
 christi auxilium necessarium 435  
 christi beneficia erga Iudæos 317  
 christi benignitas erga homines 87  
 christi cū serpente collatio ibid.  
 christi & Baptistæ collatio 321  
 christi & diaboli antithesis 266  
 christi & Solis collatio 245  
 christi euntis ad mortē, animus 508  
 christi hypostasis vna non duæ 293  
 christi verbum, Patris est 488  
 Christo à Patre dati qui dicuntur 503  
 christo adherere 433  
 in Christo conspuito & crucifixo magnum obseruatur mysteriū 541  
 christo credit multi propter miracula 61  
 christo donati, sunt electi 487  
 in Christo duæ naturæ 378  
 christo duo debemus 319  
 christo gustato abiicitur terra 117  
 christo insti 456  
 christo omnia aperta 200  
 à Christo pro nobis infirmitates susceptæ 31  
 christo quomodo inserimur 176  
 de Christo varia vulgi opinio 30  
 in Christo victoria 105  
 Christum à Patre clarificari 369  
 christum à Patre gigni, venire, & redire 384  
 christum accepisse mandatum à Patre 380  
 christum ambulare super mare quid est 170  
 christum clarificari quid est 487  
 christum cognoscere esse verbum & ab aeterno, quid inuatur 21  
 christum crescere 96  
 christum esse in nobis & nos in illo 198  
 christum esse in Patre, & Patrem in Christo 412  
 christum esse lucem mundi 281  
 christum facere opera Patris 319  
 christum facere voluntatem Patris 120  
 christum habes, duplici dono ornatur 361  
 christum habes, est cōsummatum in bonis 503  
 christum honorificare 130  
 christum ire ad dexteram Patris, quomodo intelligendum 558  
 christum manere in nobis 434  
 christum mitti 182  
 christum non esse solum. ibidem  
 christum præsentem abesse 427  
 christum recipere 28  
 christum recipere, est donum Dei ibidem  
 christum recipientis fructus 378  
 christum sancte rogat adultera 244  
 christum sanctificare se 190  
 christum sanctificare se quomodo intelligendum 499  
 christum sequi 367  
 christum sequutus, non impingit 330  
 christum spernere 379  
 christum vadere ad Patrem 251.  
 413.460  
 christum videre. 151  
 christum videre & audire 97  
 christum videre nos iterum suo spiritu 470  
 Chutai 108  
 Cibus Christi. 103.118  
 cibus permanens 174  
 cibus verus 197  
 cibi & potus conditiones in mādicatione spiritali ibidem  
 Circuncisio ex patribus 221  
 circuncisio non violat sabbathū ibidem  
 Circūstantiæ præceptorū Christi non omnes in præcepto 195  
 Ciuitates Christi 169  
 Clamare 358  
 clamor 377  
 clamor Christi in suscitacione Lazari 344  
 clamores aduersus pios 535  
 clarificatio Christi in cordibus nostris 464  
 Clarificare 368  
 Claritas Christi duplex 504  
 claritas Christi vnde cognita 486  
 Clavis scripturæ 230.322  
 clauum ecclesiæ vsus 345  
 Coenam in domo Simonis Bethaniæ apparata 133  
 cœna typica completa, Christus veram celebravit 387  
 cœnæ ordo 392  
 cœnæ nouissimæ soli duodecim accubere 195  
 Cogitatio malitiæ 307  
 cogitationes nostræ instabiles. 480  
 Cognatio carnalis nihil ad spiritum 213  
 cognationi in rebus Dei non est locus 64  
 cognatorum Christi carnale cōsiliū 212  
 cognitio 410  
 cognitio æqualitatis Patris & Filii vnde. 320  
 cognitio fit similitudine 36  
 cognitio mutua Christi & ouium 308  
 cognitio propriæ prædeterminationis 183  
 cognitio viuā 429  
 cognitio viuā Patris & Filii 488  
 cognitio viuā quam necessaria 485  
 cognitio viuā quomodo dicitur vita æterna ibidem  
 cognitionis Christi fecunditas 484  
 cognitionis Dei gradus 308  
 cognitionis veræ fundamentum in Christo 484  
 cognitionis veritatis gradus 258  
 cognitione viuā cognoscendus Pater & Filius 484  
 Cognoscere 256.484  
 cognoscere Christum 308.411  
 cognoscere verè Christum 488  
 cognoscere Deum sibi propitiū 185  
 cognoscere filium Christū 249  
 cognoscere Patrem Deum 250  
 cognoscere veritatem 258  
 Cohors pro prædiciis 510  
 Collatio Christi & Adæ 509  
 collatio iudiciorum Spiritus & mundi 461  
 collatio mannæ & panis vitæ 188  
 colloquium Christi cum Samaritanā Apostolis admirandum 117.







I N D E X.

deum agnoscere	272	lectione	440	Diffidium inter Iudæos & Sama-	
deum illabi mētibus nostris	394	dilectio qua pater diligit Christū	438	ritanos vnde ortum	108
deum loqui	265	vt hominem, gratuita	438	Diuinitas Christi	24.402
deum manere in nobis	434	dilectio qualis in præcepto	440	diuinitas Christi ab operibus	
deum nemo vidit vnquam	17.35	dilectio vera	ibidem	declarata	22
deum venire ad nos	421	dilectionis archetypus	444	diuinitas Christi à Thoma quo-	
à Deo fiunt multa, quæ nō licent		dilectionis ardentissimæ signum	440	modo cognita	567
hominibus	148	dilectionis erga Christū inqui-		diuinitatis Christi probatio	74
à Deo habemus omnia	24	sitio faciendæ ecclesiastæ	575	diuinitas Patris & Filii cōmunis	
Diabolus	206	dilectionis probatio	429	140	
diabolus cur princeps mūdi	370	dilectionis qua diligimur à Deo		diuinitas figuram non habet	100
diabolus intrat in hominem	394	dilectionis qua diligimur à Deo		diuinitatis Christi credentibus re-	
diabolus Iudas	159	argumentum	44	surrectione communicatæ	558
diabolus non habet quicquam in		Dilemma	37	diuinitatis regni Christi	360
Christo	429	Diligendi forma	444	diuinitatis vnde	166
diabolus pater	239	Diligere & seruare sermonem		Do, verbū, potestatem importat	
diabolus peccati author	383	421		178	
diabolus quare dictus princeps		diligit nos Deus in Christo &		dare ad mensuram	98
mūdi	428	per Christum	506	datum à Patre Filio	181
diaboli colores	265	Dinæ constupratæ vindicta	106	Datio siue traditio	384
diaboli desyderia	ibidem	Dipsades	86	Docere	424
diaboli filius, mendacium	266	Discensus Christi ad Patrem, mū-		docet Iesus populū in tēplo	237
diaboli magnæ vires	395	dum cælo coniungit	457	doceri à Deo	158
diaboli mancipium	490	Discipulus dei quis dicitur	187	Docibilis Dei	186
diaboli origo	265	discipuli ad resurrectionis per-		Docilis quis dictus	ibidem
diaboli plaustra	266	suasionem verbo & signis ad-		Docti à domino	ibidem
diaboli potentia	370	ducti	561	Doctor internus	427
Didymus	564	discipuli agitati in mare	157	doctores vanam gloriam nō au-	
Dies	281	discipuli baptistæ Christo inui-		cupentur	219
dies, dominus	552	dent	94	Doctrina Christi	255
dies, Christus	329	discipuli Christi occulti	216	doctrina Christi clancularia non	
dies Christi	273	discipuli Christi vnde cognoscū		fuit	517
dies Christi horas habet	330	tur	382	doctrina Christi, Patris doctrina	
dies Hebræis incipit hora nostra		discipuli dei	257	est	217
sexta vespertina	523	discipuli scandalizati recedunt à		doctrina Christi publica	200
dies hominis	373	Christo	159	doctrina Christi verax	262
dies in tres distributus partes	538	discipulorum animi preparatur		doctrina Dei	176
dies Iudæorum	50	ad miraculum	161	doctrina discipulis præferenda	517
dies, ministerium Christi	280	discipulorum baptistæ inuidia	93	doctrina Euangelica à Deo pro-	
dies, præfens vita	ibidem	discipulorum Christi decorū	496	fecta	503
dies, tantisper nobis dum viuimus	ibidem	discipulorum humiliatio	388	doctrina Euangelii diuinitas tra-	
dierum, scenopegiæ observatio	229	discipulorum ignorantia ante ac-		dicta	422
Diffidens non audit vocem Dei	145	ceptum Spiritum	362	doctrina Euangelii, est Christi	
diffidentiae signum	427	discipulorum indignatio	355	447	
Dii dicti non læsa maiestate di-		discipulorum nota & signū	258	doctrina hominū, litera mortua	
uina	319	discipulorum officium	164	96	
Dilectio	75.382.402.430.	Discordia multiplex	285	doctrina orbi inaudita ante natū	
dilectio Dei	130	dit	193	Christum	398
dilectio & gaudium res cognata	427	Discretionis iudicium	155	doctrina salutaris	568
dilectio germana	421	Discumbere	165	doctrina Spiritus	418
dilectio, pro fructu dilectionis		Dispensatione Christi corpus glo-		doctrinæ Christi confirmatio à	
accepta	506	riofum sensibus discipulorum		Patris autoritate	448
dilectio proximi non sine dei di-		expositum est.	561	doctrinæ Christi summa	25
		Dispersio	228	doctrinæ certitudo, argumento	
		Dissectio in turba ob Christū	210	à publico loco	517
		Dissentio propter Christū	296	doctrinæ impiæ natura	303
				doctrinæ malæ perniciēs	347

I N D E X.

doctrinæ repetitæ vtilitas	48	Egressus ab AEgypto	132	ibidem	
Domesticorum habenda cura		Electi aberrant quidem, sed non		esse de terra	96
544		pereunt	315	esse ex Deo	267
Domicilium Christi in Capharnaum	171	electi ante mundi iacta fundamē-		esse in Filio	79
Dominus.	205.326.380.566	ta	182	esse in mundo	492
dominus etiam pessimo tempore		electi in Christo viuunt	314	esse lucem	378
suos seruat & liberat	549	electi Patrem per Christum ag-		Esuries	180
domini benedictione cūcta fiunt		gnouerunt	487	Et, particula, nota est illationis	21
prospera	571	electi per Christum in Christo		et, pro Enim	273
Domus	260	electi qui dicuntur	183	et, pro Id est	34
domus Dei	70	electorum diuinitas à Patre per		et, pro Tamen	221
domus orationis	60	Christum	488	Euangelicæ curationis finis	137
Dona & vocatio sine penitentiā		electorum & reprobatorum discrimen	311	euangelicæ doctrinæ cognoscendæ modus	218
132		Electio	430	euangelica mandata	419
dona Dei in pretio habenda	167	electio duplex	442	euangelica professio non est delicata	454
donata, pro bona Dei voluntate distribuantur	321	electio non est violenta	204	Euangelistarum mos	282
donorum Spiritus copia	230	electio qua elegit nos Deus, gratuita	442	euangelistarum promiscuæ loquutiones	29
donorum author deus, ministri Apostoli	186	electionis certitudo	182	Euangelium 309.358.379.527	
Dormire	322	electionis diuinæ signum est auditio Euangelii	183.487.528	euangelium quid est	170
Dormitio, signum sanitatis	332	Elias præcursor Domini	38	euangelium à Iudæis in orbem deriuatum	115
Duodecim, vox posita pro Apostolis	564	Eliæ currus igneus	ibidem	euangelium dicitur testimonium	
		Emor vendidit agrum	106	euangelium doctrina vniuersalis	
		Emphasis	420	240	
		Enallage	85	euangelium est doctrina publica	
		Encenia	311	517	
		Epanaphorā	21	euangelium est mundo stultitia	
		Ependytes	572	534	
		Ephrem	324.349	euangelium gentibus incognitum ante glorificatū Christum	
		Epilogus eorum quæ narravit Christus	439	365	
		Epimicium	468	euangelium, gladium quem confirmat, non administrat	244
		Episcopatus, res bona	515	euangelium impietatis reuelatio	
		episcopatum desyderans, bonum opus desyderat	307	370	
		Episcopus qualis esse debet	576	euangelium Ioannis quo tempore scriptum	57.78
		episcopo necessaria	ibidem	euangelium lætum est	327
		episcopi fordidis negotiis vacui	161	euangelium lege perfectius	399
		Episcopi quæritare	570	euangelium mundo ænigma est	
		ecclesiastes quàm irreprehensibilis	267	474	
		ecclesiastæ officium in cibandis conscientiis	119	euangelium mundus odit	24
		ecclesiastæ partes	575	euangelium non est causa carnalis libertatis	112
		ecclesiastæ quales esse debēt	307	euangelium non ex magnatum auctoritate æstimandum	234
		Edentulorum natura	200	euangelium non lædit quæ sunt Cæsaris	526
		Edendum vt viuamus	174	euangelium nunquam sine Spiritu	380
		Educere oves	299	euangelium pro Iydia lapide habendum ad explorandam doctrinam	498
		Eduia à Christo rediuiuo sumpta, quomodo ab sumpta	574		
		Egestas nulla, ybi sarietas æterna	180		
		Egredi	302		



I N D E X.

euangelium defyderantibus nihil deerit	173	exauditio iuxta Spiritum	473	Fauor Dei nobis presentissimus	361
euangelium quale apud carnem	374	exauditio orationis Christi	486	fauor Christi agentibus necessariis	435
euangelium feruare	269	exauditiois dilatio, probatio est	334	fauoris diuini argumētum	442
euangelium sine Spiritu non verè prædicatur	483	Excæcatio	294	fauoris diuini signum	426
euangelii solum est doctrina viuifica	281	Excelsa in Scripturis cur reprehenduntur	114	Fermentati inuidia	314
euangelii talione nõ vitur	514	Exclusiue dictionis natura	484	Festa Iudæorum de die in diem translata	522
euangelium titulo crucifixi contentum	543	Excommunicatio	287	Festinandum est mature	554
euangelii à Ioanne scripti finis est vt credamus	548	excommunicatio apud Iudæos	287	Feuda regni Christi	527
euangelii Ioannis summa	76	excommunicatio duplex	287	Fici mysterium	56
euangelii certitudo	217. 255	excommunicatio Phariseorū	292	Fidenti in Christū nihil incommodatur	501
euangelii cibus	161	excommunicationis vsus	287	Fides. 93.104.114.130.143.159.186.238.279.376.402	
euangelii cognitio	117	excommunicantur qui Christo credunt	276	fides à Deo	17
euangelii definitio	559	excommunicantur qui confitentur Christum	287	fides, ad vitam est ianua	188
euangelii docendi gradus & ratio	462	Exemplar vitæ quale debet esse	452	fides catholica Christus Deus & homo	55
euangelii fortuna	139	Exhortatio Christi ad humilitationem nostri	368	fides copulat, intellectus viuificat	203
euangelii fructus	474	exhortatio Christi ad metendum	120	fides de Christo qualis habenda	254
euangelii crediti fructus	374	exhortatio Christi ad patientiam	397	fides discipulorum Christum audientium de resurrectione loquentem	555
euangelii impedimenta	267	exhortationis necessitas	258	fides, donum Dei	185
euangelii minister idoneus	356	Existentes in monumentis	146	fides, donum Spiritus	375
euangelii ministris necessaria	576	Exitii impiorum aggrauatio	449	fides è verbo non magnatum auctoritate comparanda	234
euangelii officium	91.258	Exitus Christi siue missio temporalis	489	fides duplex	374
euangelii reuelati officium	459	exitus Filii duplex	477	fides cælestia aperit	252
euangelii sigilla	160	Expedit, verbum	347	fides de Trinitate	412
euangelii summa	50.143.206	Extra Christum sola caro	409	fides est causa veræ intelligentiæ	203
euangelii virtus	517	Extraneus testatur Christum innocentem	528	fides est conspiciendum nostrū	557
euangelio plus quam parentibus debetur	74	Ezechias serpentem æneum sustulit	101	fides est fructus orationis Christi	502
euangelio quid nobis nūtiatur	568			fides & caro aliter res quærūt	173
ex euangelio aliquid accipere	305			fides etiā modica efficax est	284
euangelizare nobilius quam baptizare	105			fides ex Scripturis	230
Eucharistia	189.192			fides firma	125
eucharistia, est panis vitæ	190			fides grandescens	127
eucharistiæ efficacia & significatio	195			fides historica	436
eucharistiæ manducatio necessaria	196			fides humilia quærūt	355
in Eucharistia cōsideranda efficacia & significatio	195			fides in Christum	75
eucharistiam recipiant soli rationis capaces	196			fides in Christum à Patre	158
eucharistiam recipiens, māducat carnem, & bibit sanguinē Dei	196			fides in Christum, est opus Dei	175
eucharistiam recipientis fides ibidem	256			fides in Christū, via ad Patrē	252
Exaltatio Christi	543			fides infantilis	126
exaltatio Christi etiam in media morte	543			fides initiū domus spiritualis	193
Exauditio expectanda	328			fides magnifica	205
				fides Marthæ	334
				fides mensura operum	549
				fides mortua	78.147

F

I N D E X.

fides mūdum conuincit	458	fiducia in Christum fauorē me- retur	496	filium audire à Patre	442
fides non est rerum præsentium	567	fiducia in Christū præcipua pars orationis	472	filium Dei esse à Deo aliter quam creaturæ sint	225
fides non erubescenda	366	fiducia in Christum tranquillat conscientiam	560	filium Dei quare oportuit hominem fieri vt iudex fieret	146
fides nostra qualis esse debet	568	fiduciæ natura	88	filium Dei venisse	448
fides, oculus spiritalis	22	fiduciæ virtus	170	filium esse in sinu Patris	35
fides pacatam reddit conscientiam	411	Filiatio, qua dicimur & sumus filii Dei, est à Filio	48	filium esse missum	226
fides promissionem respicit	335	Filioli	382.397	filium exire à Deo	477
fides propriè dicta	146	Filia Sion dici	360	filium facere omnia quæ Pater facit	141
fides quare dicitur opus Dei	176	Filius	238	filium habere iudicium à Patre	142
fides, signum tractus diuini	185	filii à Patre	225	filium in Patre esse	320
fides, stula ad hauriendum	229	filii ante secula	19	per Filium quærenda & persequenda omnia	143
fides suos habet gradus	57	filii cum Patre omnia habet communia	156	filium scire Patrem	225
fides, tactus suauissimus	558	filii cur verbum dicitur	20.21	filium videre Patrē facientē	140
fides tarda in discipulis	331	filii Dei assumpti humanam naturam	30	filii adoptati	29
fides, vehiculum nostrum	572	filii Dei, id est Deus	56	filii Dei duplices	318
fides vera de Christo	338	filii Dei, imago Dei	174	filii Dei effici quomodo possunt	28
fides, vita æterna	76	filii eadē vult & operatur atque Pater	139	filii Dei qui	29
fides, vitæ respondeat	193	filii expressa Patris imago	141	filii Dei qui Christo credunt	17
fides viua	90.144.193.291.459.	filii, facies Dei	23	filii & amici	441
fides viua domicilium Christi	98	filii germanus	264	filii promissionis	261
fides viua mox erumpit	117	filii hominis	59	Finis & fructus aduentus Christi	527
fides viua necessaria ad salutem	436	filii imago Patris	412	Flagellatio ex more gentium est	533
fides viua, non otiosa est	147	filii in Patre, Pater in Filio	412	flagellatio Christi iniustissima licet, oblata Deo fuit gratissima ibidem	
fides viua sufficienter absque sacramentali manducatione	193	filii Patri coæternus	19	flagellationis Christi fructus ibi.	
fides vnde pendet	360	filii Patri cooperatur	140	Flere	339
fidei effectus, surgere & venire ad Christum	337	filii Patri obediens	257	flendum in peccatis etiam grauius cum Petro, non cum Iuda desperandum	519
fidei ætas	577	filii quando à Patre glorificatus	482	Fletus ob mortuos nõ reprehensus	333
fidei cæci infirmitas	284	filii similis Patri	174	Fœdus Domini nobiscum	421
fidei definitio	175	filii solus Patrē cognoscit	272	Fœnum quid signat	164
fidei fructus	283	filii splendor, & imago Patris	19	Foras eicere	181
fidei gradus	67.284.335	filii voluit homo fieri, vt homo ex Deo nasceretur	466	Fornicatio	238.264
fidei infirmæ verba.	334	filii atcana à Patre natiuitas nulla similitudine plenè adumbratur	20	Forfitan	110
fidei obiectum.	292	filii Euangelii liberi	261	forfitan pro vtique	250
fidei obiectum est Deus	500	filii descensus in mundum	182	Fortuna piorum	478
fidei pabula	234	filii opera non dissimilia operibus Patris	262	fortunæ non adscribendæ afflictiones	327
fidei præmium	413	filii potestas eadem cum Patre monstratur	141	Frates Domini	212
fidei proprietates	64	filii potestas excitandi mortuos	183	Fremitus	392
fidei quasi per ætates incrementum	125	filio contempto contemnitur Pater	448	Fructus recepti spiritus	452
fidei triumphus	283			Fructus vocis Dei auditæ	528
fidei viua energia	117			fructum non ferre	432
fidei virtus	90			fructus afferre	433
fidei viua fructus	87.89.570			fructus fidei viua, vita æterna	552
fidem nostram Deus probat	328			fructus venientium ad Christum	
fide & verbo, non à specie externa cognoscitur Christus	557				
fide viua nobis contingit verus cibus	175				
Fiducia apostolorum confirmanda	332				
fiducia certa est	66				



INDEX.

230	gentium primitiæ	364	Gradatio afflictionum	455
Fuga in tempore commendabilis	gentium vocatio	309,363	gradatio miraculorum	324
fugere	Gentiles volunt Christum videre	352	Gradus ad salutem	294
uge re in propria	gentilium error	344	gradus nostri ad Spiritum Sanctum	451
Functio ecclesiastica ad finem feculi	gentilium vanitas de diis	536	Græci	229
functio episcoporum qualis esse debet	Genus christi	225	Granum frumenti	352,365
Furem venire	Germanorum filiorum genius	263	Gratia	32,34
Fures	gestus externi affectuum indicis	480	gratia duplex, iustificans & quæ non iustificat	321
Furti commendatio apud Germanos	Gladus pastoris Ecclesiastici	513	gratia etiam non querentibus oblata	107
Futurum aliquid prædicitur quia futurum	gladius priuatis non publicis personis interdictus	ibidem	gratia præueniens	49
G	gladius ius est in impios	537	gratia præueniens necessaria	116
Galilæa à Christo supra Iudæos nobilitata	gladium accipere quid est	514	gratia præueniens necessaria operi nostro	556
galilæa gentium	gladium cur portabat Petrus	513	gratia sacramentalis	194
galilæus Christus	Gloria	362	gratia sensus extra necessitatem minor	64
galilæi à Iudæis præstantiores	gloria Christi	31,60,483	gratiam pro gratia accipere	34
124	gloria Dei	337,278	sub Gratia esse	441
galilæi ab Hierosolymitis contempti	gloria Deo	276	gratias agere	342
Galli cantus	gloria & opus Dei	437	gratias egit Christus, id est benedixit	165
Garizim mons	gloria hominum diuersa à gloria Dei	376	gratiarum actio vtilitatis maxima Christo	166
Gastrimargi Iudæi	gloria Patris est salus electorum	483	Gratitudo	285,574
Gaudium 273, 403, 430, 469, 561	gloria per crucem	214	Graue fidei argumentum	235
gaudium Christi	gloria per mortem	364		
gaudium Christi, dicitur pios tutela & consolatio	gloria, pro Christi potentia	67	H	
gaudium Christi discipulis optatum	gloria quam Christus dedit Ecclesie	502	Habere abundantius	303
gaudium discipulorum, fructus visiti Christi suscitati	gloria vana fugienda	284	habere partem cum Christo	386
gaudium fructus est fidei	gloriæ nomine quid intelligitur	Scriptura	Hærent tenacius quæ instante morte commendantur	545
gaudium gaudere	gloriæ Patris & Filii nexus	486	Hæresum pharmacum	21
gaudium mundi quid est	gloriam accipere ab inuicem	153	Hæreticorum exitum	ibidem
gaudium plenū per orationem	gloriam christi verbo & fide hic intelligimus	504	hæreticorum iacula retorquenda	ibidem
gaudium quomodo in afflictionibus	gloriam comitatur inuidia	104	hæreticorum notæ	463
gaudii nomine quid intelligendum	gloriam Deo dare	288	Hæreditas Christi	530
Gazophylacium	gloriâ Dei imminui nunquam ferendum	268	hæreditas hic cepta cognoscenda	485
Gemitus Christi	gloriâ mundi contemnimus, cognita Christi gloria	504	Hebræorum salutandi mos	424
gemitus inenarrabiles	gloriam querere	274,275	Hebraica phrasis	24
Generatio carnalis	Gloriatio popularis	261	Hebraismus de usu temporis	418
generatio duplex	non Gloriandum de Deo citra Christum	264	Helias pastus	555
generatio ineffabilis	Glorificare	481	Helisæus Galilæus	236
Genesareth	glorificare Patrem	437	Hermon, mons	360
Gentes Christo credituræ	glorificare Patrem in Filio	414	Herodes & Pilatus facti amici	529
gêtes diem à mane incipiunt	Glorificatio Christi	397	herodes vult signa videre	528
gentes & Iudæi non agnoscunt Christum	Glorificationis Christi hora	396	herodis rumor ex errore	38
gentes & Iudæi non verè cognoscunt Patrem Deum	glorificationis instrumenta Grabarus	135	herodi cur Christus nihil respondit	536

INDEX.

Hieronymi locus	282	dacium & homicidium	265	iesum sequi	49
Hierosolyma, ubi est piorum cœtus	115	humani ingenii tarditas	119	Ignauis non tudent, sed deglunt oues	305
Hierosolymitani etiâ multis adiuti donis, verbû non suscipiunt	124	Humanitas Christi	126	Ihafa	359
Hierusalẽ in tribu Benjamin	92	humanitas Christi canalis omnium bonorum in nos	434	Illuminatio	176
Hiems	312	Humilia fide consideranda	184	illuminationis fructus	27
Historiæ leges	581	humilia primas habet apud Deum	106	Illufores Christi	542
Historiographi officium	28	Humiliatio Christi	156	Imago Dei	174
Homicida	265	humiliatio nostri magni fit	385	imago Spiritus nobis per Christum restituta	375
Homo animalis	200	Humilitas Christi	215	imagines non sunt vnus generis	99
homo deest beneficio Dei	27	humilitas Christi & abiectio	25	imagines sanctorum non auferenda	100
homo derelictus à Deo qualis	20	humilitatis commendatio	283	imaginum fructus & cultus	101
homo mendax & vanus	225	humilitatis origo	355	imaginum vsus	100
homo noster duplex	302	Humor Christi	435	Imbecillitas virium humanarum in Petro cognita	516
homo nouitatis cupidus	357	Hydria	65	Impatients	279,280
homo propter Christum maducatum vitam habet	199	Hyperbole	581	Imperatoribus aræ constituebantur	536
homo res caduca	74	Hypocrisis	480	Impetratio	444
homo sine mediis non cognoscit	44	hypocrisis execrabilis	288	Impietatis genius	355,530
homo, vas & instrumentum testaceum	558	hypocrisis antidotum	74	Impii aduersus voluntatem Dei	442
hominis ingratitude	27	hypocrisis comes timor	227	impium Christum non perident	183
homini non fidendum	74	hypocrisis nihil sceleratius	524	impium inexcusabile	379
hominem nouum induere	79	Hypocrita	390	impium nesciunt Patrem Deum	448
homines externa mirantur contentis domesticis	184	hypocritæ perpetuo timens	91	impium non valentes verbis veritatem expugnare, fugiunt ad verbera	522
homines nati consumere fruges	119	hypocritæ lucem fugiunt	522	impium quare semper bonos oderunt	340
homines operibus probantur	91	hypocritarum modus	242,355	impium semper egentes	162
homines terreni	252	hypocritas cognoscere difficile	355	impium sua ipsorum voluntate retrō abeunt & pereunt	204
hominum cura est de victu	161	hypocritica salutatio	240	impium suos clamores ingeminant aduersus pios	539
hominum inescatio	199	Hypostasis	85	impiorum cæcitas	456
Honor quo Pater & Filius delectantur	143	Hyram rex Tyriorum	106	impiorum clamores aduersus pios	455
Honorificare	143	Hyterologia	354	impiorum furor quandoque cœdendum	311
Hora	238	I		impiorum genius	136
horæ apud Iudæos, prima, tertia, sexta, nona, vndecima	538	Iacob adorans in Garizim	114	impiorum manus in manu dei	226
hora Christi	364	Iacob Israël dictus	55	impiorum operibus, Deus suum opus exequitur	533
hora crucis	388	Iam, particula	89	impiorum retributio	147
hora impiorum	330	Ianua in ouile Dei	297	impiorum tempus semper paratum	213
hora nona & vndecima	550	Identitas summa in vna substantia	20	impiorum vltor	269
hora sexta	107	Idiotismus Prophetarum	489	impiorum voces blasphemæ	259
hora tenebrarum	540	IESVS, nomen naturæ & officii in Christo	138	impis nunquã deest quod contra veritatem prætexant	224
horam Christi aduentasse	226	iesus est Christus	231,552	impis quod timent, accidit	348
251		iesus afinæ incidens ingreditur Hierusalem	35	Impingere	331
horæ, Apostoli	329	iesus declarat se Christum filium Dei	293	Impleri & saturari sunt effectus Christi	167
horæ diei duodecimi	322	iesus fugit Iudæos	324		
Hortus adami	509	iesus fugit Iudæos homicidas	209		
hortus in quem Iesus abiit	ibidem	iesus Magdalenam alloquitur	551		
Hospitalitas	161	iesus tristis lachrymatur ob infidelitatem Iudæorum	323		
Humanæ vires in rebus Dei nihil	185	iesus se esse Messiam fatetur Samaritanæ	103		
humani generis duæ pestes, mendacium & homicidium	265	iesum esse in nobis	419		



I N D E X.

Impossibile homini, possibile est apud Deum	82	Ingratus, qui bona perire sinit	167	ioannes interpretatur, in quo est gratia	25
Impudentia	264	Ingressi	302	ioannes super Domini pectus	393
Impunitas peccatorum obcæcat	241	Ingressus Christi in Hierusalem	360	ioannes testatur lucem Christum venisse	17
Incaruari	30	ingressus Christi triumphalis in Hierusalem fide meditandus	360	ioannes vnde cognouit Iesum esse Christum	18
incarnatio	ibidem	ingressus in Ecclesiam	298	ioannis cura erga Virginem Mariam	545
Inclinatio capitis signum verè morientis	546	ingressus pastoris in ecclesiam qualis esse debet	301	ioannis Euangelistæ modestia	515, 516
inclinatio Christi in terram	242	ab Initio esse	19	ioannis intentio	34
Incredulitas	459	Iniuria qua via repellenda est	513	ioannis testimonium de Christo	17, 41
incredulitas, dånationis causã	90	Iniustitiæ arguti	460	ioanni Virgo commendatur	545
incredulitas Iudæorum inexcusable	266	Innocenti patrocinandum	528	Iona	52
incredulitatis aconitum	90	Innocentia Christi	429	Ionæ signum	500
incredulitatis effectus	184	innocentia commendat doctrinã	267	Ioseph Pater Iesu	54
incredulitatis Iudæorum causã	313	Inobedientiæ exitium	184	Ioseph Arimathienfis petiit à Pilato corpus Iesu	548
incredulitatis natura	285	Infinitio Christiana	442	Iosephi & Nicodemi fides in Christum	549
incredulitatis poenæ	375	Instita	345	Iosephi sepultura	160
Incredulus iudicatur	89	Instrumenta Dei	348	Iosephi, venditio, vehiculum ad gloriam	533
incredulus non viuic	144	instrumenta impietatis	401	Ira Dei	76
increduli, quia indignos se præstant	181	instrumenta mundi ad gloriam	327	ira Dei reuelata	448
incredulorum exitium	99, 181	Intellectus	409	iram Dei manere super aliquem quid est	99
Indefessè docendum	189	intellectus loci, Nisi manducaueritis carnem, &c.	193	iræ fratrum acerbissimæ	234
Indignitas nostra fatendã	386	intellectus mudi de regno Christi	461	Iratus animus	280
Indociles	186	Intentio recta	478	Iratorum insania aliquantisper vitanda	137
Indolis optimæ signum	92	Interitus hypocritarum	436	Ireneus	194
Indormire	270	Interrogatio Iudæorũ fallax	313	Ischariota	206, 355
Indulgentiæ plenæ à poenã & culpa	32	Interrogatur Iesus an sit Christus	296	Ismaelitæ	261
Inedia, tentatio grauis	161	Inferorum portæ fide franguntur	205	Israel, peculium Dei	132
Inferorum portæ fide franguntur	205	Inferus non Intrare	298	israelita verus quis	55
Infidelis est qui contemnit manducationem Eucharistiæ	197	Intrare per ostium	297, 298	israelitæ pasti	573
Infidelitas comitem habet cæcitatem	553	Introire per Christum	302	israelitarum regia	106
infidelitatis effectus	89	introitus Christi in cælum cõmunicatur credentibus	558	Iudæa	329
infidelitatis exitium	459	Intuitus Christi	52	Iudæus confessor	543
infidelitatis genius	163	intuitus sacramenti non tam efficaç quàm receptio	194	Iudæi à Iuda	92
infidelitatis partes	286	intuitus sacramenti non sufficit, necessaria est manducatio	189	Iudæi ab Abraham degenerant	261
infidelitatis supplicium	99	Inuenire	51	Iudæi à Pilato ad Cæsarem appellant	539
Infirmas ad gloriam Dei	322	Inuidia	579	Iudæi abominantur Samaritanos	108
infirmas non ad mortem	327	Inuidiæ malum semper vrens	294	Iudæi accusant Iesum blasphemiam	535
infirmas ob peccata	129	inuidiæ proprium	227	Iudæi ad horam in Baptista exultarunt	149
infirmas nostræ grauitas	566	Inuocatio	279	Iudæi ad lapides pronocant	316
infirmas Christi	339	Ioannes	382	Iudæi aliquot credunt	238
infirmorum consolatio ab exemplo Petri	53	ioannis discipuli sequuntur Christum	18		
Infirmus Christi	338	ioannes docebat Christum venisse	ibidem		
Ingenium animi Christiani	122	ioannes Euangelista quare exordio abstinnit	19		
ingenio rudes calcaribus indigēt	142				
Ingratitudo	94				
ingratitudo Iudæorum	320				

I N D E X.

Iudæi cæci	136	Iudæorũ ingratitude	131, 155	iudicare iustum iudicium	222
Iudæi cæci & sanguinis sitibundi	215	Iudæorũ malitia & cõmentũ	536	iudicare nulli creaturæ competit	146
Iudæi Christum non agnoscunt, quem tamen vident & loquentem audiunt	511	Iudæorum multiplices & captiosæ disputationes	77	iudicare secundum carnem	155
Iudæi conuicti	149	Iudæorum opinio de magno Messia aduentu	312	Iudicium	75, 130, 352
Iudæi cur Euangelio non credunt	265	Iudæorum opiniones de Christo dicto, Ego sum panis vitæ	191	iudicium carnale	252
Iudæi dicti peculium Christi	28	Iudæorum Pater	264	iudicium Christi	276
Iudæi dissimiles Abraham	262	Iudæorum peculiaris acclamatio	359	iudicium discretionis	144
Iudæi etiam in mortuũ sæuierunt	547	Iudæorum Pontificum ficata religio	524	iudicium discretionis & retributionis	293
Iudæi filii diaboli	265	Iudæorum prærogatiua	115	iudicium duplex	155
Iudæi grauius peccauerunt quàm Pilatus, adigendo Christum cruci	537	Iudæorum principes causa perditionis populi	216	iudicium Filii iustum sicut & Patris	147
Iudæi humilitate Christi scandalizati	222	Iudæorum principes vineæ spiritualis corruptores	216	iudicium mundi in rebus spiritualibus	460
Iudæi inexcusabiles	448	Iudæorum prouocatio à Christo ad Mosen	176	iudicium mundi quale est	ibidẽ
Iudæi legem Dei suis traditionibus postponunt	522	Iudæorum purificationes	65	iudicium populi de Christo	209
Iudæi malo animo Christũ quaerunt	215	Iudæorum vanitas	30	iudicium prohibitum	237
Iudæi mancipia carnis	273	Iudæis domus gentilis interdicta	522	iudicium secundum merita fiet	146
Iudæi mendaces	272	Iudæis Pater incognitus	225	iudicium verum	248, 460
Iudæi minima curates præcepta, maiora contemnunt	547	Iudæis Romani gladium ademerunt	524	in Iudicium non venire	144
Iudæi nõ cognouerunt Patrẽ	272	Iudaica comitiã	37	iudicii iusti ratio	147
Iudæi nigra in cãdida vertit	448	Iudas	381	iudicii dies ignotus	146
Iudæi personam Christi cognoscere noluerunt	224	Iudas adit Phariseos	382	iudicio res mutantur	293
Iudæi petunt Christum crucifigendum	531	Iudas diabolus	206	iudicia hominum de factis variã	340
Iudæi seruiert	259	Iudas fur	355	Iulianus apostata	101
Iudæi signa quaerunt	176	Iudas incredulorum typus	203	Iuniores	577
Iudæi superbi & inuidi	137	Iudas hypocrita	206	Iuramentum quando licitum	188
Iudæi quare non crediderunt	352	Iudas non ad Christum sed perditionem pertinebat	495	Iurare licet in re seria & vtili	177
Iudæorum calumniæ	285	Iudas non fuit vera ouis	315	Iustificatio iuxta opinionem Iudæorum	175
Iudæorum carnalis apologia de sua libertate	259	Iudas prodit Christum	506	iustificatio non est à Mose	34
Iudæorum carnis cognitio de patre	175	Iudas p̃ditor & latronũ dux	510	iustificatio nostri vnico Christo	189
Iudæorum coniunctio	459	Iudas tolerãdus in Christi familia propter Scripturas	495	iustificatio tria requirit	87
Iudæorum dies	107	Iudas vnde ischariotes dictus	206	iustifications aduentus	ibidem
Iudæorum dies festi Deo ingrati	214	Iudæa avaritia	351	iustifications fructus	178
Iudæorũ dilectio simulata esse probatur	152	Iudæa Christi sequētis studiũ	495	iustifications vsus	244
Iudæorũ durities	118	Iudas frater Iacobi	355	iustificatus pacem habet	144
Iudæorum error	65	Iudas Thaddæus	206	Iustitia hypocritica	460
Iudæorũ & diaboli collatio	266	Iudex & accusator hemo sit	154	Iustitia per Christũ restituta, remanet pronitas ad malum	344
Iudæorum etiam inter lucentissimas tædas, cæcitas	510	Iudex minister legis	243	Iustitia vera quæ & quibus prodest	460
Iudæorũ exitiũ prænuntiatũ	228	Iudicis auctoritas	536	Iusti qui sint	28
Iudæorũ ignoratio de vnigenito Filio	139	Iudicis iusti est maturè & non festinanter iudicare	525	L	
		Iudicis iusti munus	ibidem	Labor benedictus	166
		Iudices vt iudices, dicti filii Dei	318	labor fructuosus	574
		Iudicibus perpetuò præscriptum	235	labor est in præcepto	570
		Iudicare	210, 238	labor maior est in serendo quàm in metendo	122
				laboris osiores	177
				labori nostro quando adest Deus	570.
				Lachrymæ Christi	339
				lachrymæ, initium gaudii	469
				q. ii.	



I N D E X.

lachrymæ pro mortuis commen- data 334	Dei 438	sepulchrum 552
Laicis nihil detrahitur, quod sub altera tantum specie comunicet 195	Lintheamina seposita in sepul- chro 554	magdalena indigna Christum tã gere 558
Lapidare 297	lintheaminum diuersitas ibidẽ Δ/796. 538	magdalena iuxta sepulchrum nõ credebat christũ resurrexisse 553
Latro 296.303	Liur Christi, liberatio à pecca- tis 534	magdalena prohibetur tangere Christum 558
latro blasphemans 544	liuoris incendium 534	magdalena videns Dominũ, nõ videt 556
latro fidelis saluatur ibidem	Loculi 356	magdalena viso Domino rediui- uo adhuc infirma erat in fidẽ 557
latrones 298	locus exprimens treis personas Trinitatis 424	magdalena conuersio 325
latronibus crura franguntur 532	locus natalis christi putatiuus 232	magdalena feruor 338
Lauare pedes 381.387	Longanimitas inter amicos simu- lato 356	magdalena feruor ad vngendum Dominum 553
Lazarus 325	Longinus 547	magdalena feruor & charitas 354
lazarus infirmus 322	Loquelã Christi cognoscere 265	magdalena feruor & dolor 555
lazarus nobilis & potens 357	Loqui de terra 96	magdalena fides & charitas com- mendata 387
lazarum occidere consultant lu- dai 351	Lotio Christi necessaria 386	magdalena perseuerãtia in quæ- rendo Domino 555
Lemures 420	lotio interna 387	magdalena sententia de non in- uento Iesu in sepulchro 556.557
Legatio Christi non est commẽ- titia 218	Luctus ppter Lazarũ mortuũ 323	magdalenam Apostolam discipu- lis Christus designat 551
Legatus à Deo honorifice excipi- endus 143	Lumen 352	Magister 75.381
legati cur ad Baptistam misi 37	lumen in lumine 36	magister à discipulis imitandus 388
legatorum leuitarũ captio ibidẽ	lumen intellectuale 24	Magistratus ciuilis 244
Leuitarum fordidus quæstus 68	lumen in prædestinatis 308	magistratus ciuilis & Euãgelicus non pugnant 244
Lex 219.372.474	lumen Ioãnes id vocat, quod Pau- lus mysterium Dei 25	magistratus ciuilis non punit vt satisfiat peccato ibidem
lex ad literã nõ interpretãda 221	lumen vitæ 246	magistratus ecclesiasticus ibidẽ
lex cur gladium portat 241	Luna decima apparatus agnus 358	magistratus est aliquãtis per se po- puli moribus accommodare 523
lex cur data 168	Lunatio 522	magistratus qualem se agnoscere debet 514
lex data à Mose, impleta per chri- stum 34	Lupum dissipare gregẽ 307	magistratum ineuntium mos 359
lex de adulteris 241	lupi ibidem	magistratus à Deo sunt 235
lex de loco adorationis 114	lupi qui dicuntur 306	magistratus quales esse debet 298
lex de testimonio 249	Lutum formatũ in oculum 283	magistratum cõmendatio 318
lex & Prophetæ de Messia 54	Lux 17.76.352	magistratum vsus à Deo, abusus à Satana 537
lex facies Dei irati 250	lux Christus 237.245.378	Malachias vltimus Propheta 39
lex iram operatur 409.482	lux in tenebris 24	Maledicti 235
lex, omnes sub peccatum sed nõ sub peñã concludit 243	lux multiplex 26	maledictio in benedictionẽ 429
lex vmbri inuoluta erat 498	lux mundi 275.281	maledictionẽ nostram Christus in benedictionem mutauit 540
legis confirmatio 160	lucis absentia causã offensionis 331	maledictionem prædicere 394
legis & Euãgelii differentia 178	lucis radii 379	Malum, occasio boni 21
legis impotentia 189	lucem comprehendere 24	malũ in suum authorẽ recidit 233
legis intentio 27	lucem habere 373	malum per se non potest rectẽ fieri 533
legis partes 235	lucem lucere 24	mala nostra in gloriam dei versa 327
legem facere 220	lucem odisse 91	malus coruus, malum ouum 262
Liberare 238	M 275.281	
Libertas à solo Christo 261	Macedoniani hæretici 22	
libertas animorum 259	Macedonii confutatio 416	
libertas Christiana 136.259.441	Maclare 303	
libertas Christiana quibus con- sistit 441	Magdalena ad monumentũ plo- rans 555	
libertatis Spiritus 261	magdalena ad Petrum & Ioannẽ abit 553	
liberum arbitrium 152. 154.181. 185.204.316.391.435	magdalena Apostola designata 558	
liberum arbitrium etiam in re- bus Dei 28	magdalena Apostolorũ apostola ibidem 326	
liberum est manere in dilectione	magdalena cum vnguento petit	

I N D E X.

Mandatum Christi suaue 444	maria, soror Marthæ 322	Methodus ad gloriam 426
mandatum nouum 398	maria soror Marthæ vnxit pedes Iesu 351	methodus auxilii non præscri- benda Deo 328
mãdatum Patris, vita æterna 380	marix fides 63. fiducia 64	methodus cognoscendi Dei 505
mandata Euãgelii præcipua 438	Martha 325	methodus perueniendi ad Chri- stum 500
mandata habere 419	martha ad Iesum 334	Metreta 65
mandatorum contemptus 422	martha allecãta ad audiendum ver- bum 173	Metus silendæ veritatis causa 216
Mãducare carnem Christi quid est 197	martha incredula 323	Meus, pronome, quum de perfo- nis Trinitatis loquimur 465
manducare carnem Christi & bi- bere sanguinem eius 159	martha sedula 334	Miliare 333
Manducatio corporis Christi, ali- quid supra fidẽ nobis cõfert 194	marthæ fides de Christo 336	Milites sunt mancipium auri 510
manducatio sacramenti 189	marthæ fides & confessio 323	militum Pilati crudelitas 533
manducatio sacramentalis 202	marthæ simplicitas 342	Mimefis 162
manducatio sacramentalis est ne- cessaria 193	Matrimonii commendatio 62	Ministrare Christo 352
manducatio spiritualis 196.202	Matthæus & Ioannes concilian- tur 165	ministri Sacerdotum cõuersi ad Christum 211
manducatio spiritualis carni inco- gnita ibidem	Mediator Christus 437	ministri verbi officium 95
manducationis modus 193	mediator dei & hominum Chri- stus 439	Miraculum primum Christi post baptismum 67
manducantis & rei manducate coniunctio 198	Medicorum admiratio de sanato filio reguli 127	miraculi de panibus amplifica- tio 167
Manere 580	Meditationis mortis Christi fru- ctus 469	miraculi scopus 61
manere in Christo 434.436	Medium ad Euangelium 373	miracula appèdices doctrinæ 276
Manferitis, verbum 257	medium nullum inter Deum & mundum 486	miracula, discipuli operati sũt ma- iora numero quàm christus. 413
Mansiones ab initio 405	medium quo Christus nobis est resurrectio & vita 335	miracula etiam sub cõmuni cur- su naturæ 341
mansiones variæ in beatitudine ibidem	media ad Deum necessaria 88	miracula fidem confirmant 127
mansiones variæ in cælis ibidem	media ad finẽ non contemnenda 208.282.341.500.562	miracula non sufficiunt ad pro- bandum hominẽ non esse pec- catorem 285
Manichæi 301	Media ad salutẽ & vitã æternã 182	miracula propter infirmitatẽ 566
manichæi confutati 121	Memoria 362	miracula quæ vulgo de pueritia Christi circumscribuntur, apo- crypha 47
manichæorum error cõfutat 165	Mendax 463	miracula quid faciant 157
manichæorum hæresis 152	Mendacium 239	miracula sunt doctrinæ obserua- tiones 160
manichæi error 26	Mendacium diabolo propriũ 266	miracula, sunt promissionis Dei obsignationes 573
manichæi hæresis 27	mendacii domicilium 477	miracula sunt verbũ testimonia 413
Manifestatio christi à spiritu 419	Mens Christi 420	miraculorum author Deus 177
manifestationis Christi notu- la 420	Mercenarius 296.305.307	miraculorũ vsus. 67.127.167.358. 363.567
Manna 158.178.192	Mercenarii 306	miraculis nõ temerẽ credẽdũ 66
manna ad corpus pertinet 188	Mercus 121	Misericordiæ opus nõ violat Do- minicum diem 221
manna, esca spiritualis ex verbo credito ibidem	Meritum 266	Missio, id est incarnatio 248
mãna nõ erat cibus de cælo 199	meritum Christi 409.427	missio visibilis 423
manna quid significat 178	Mentio trina in baptismo 80	missionis discipulorũ scopus 499
manna & corporis Christi colla- tio 188	Messias 116	non Missus, sed veniens 392
mãna spiritualis intelligẽtia 178	messias Christus 51	Mysterium sub his verbis, ecce homo 535
manna typus ibidem	messias ex Dauide 232	mysteria Christi sine Spiritu il- luminatiõẽ nõ agnoscuntur 498
manuum extensio in Petro 578	messias officium 117	
Manuetudo Christi 244	messias regnum perpetuum 372	
manuetudo Christi erga Iudã 387	messiam inuenisse 51	
Mare quid signat 170	Messis 103	
mare, congregatio aquarum 159	Messis spiritalis 120	
Maria 325	Messis terestris & spiritalis 120	
maria virgo nuptiarũ sollicita 63	Metamorphosis spiritalis 293.	
maria & Martha ad Christũ mit- tunt 326	metaphora à cibo ad Spiritũ 118	
mariaMagdalene ad sepulchrũ 551	Metere 103.122	



I N D E X.

Mitto	227	mortui in monumentis	146	mundi diuitiæ hominibus com-	
mittere attribuitur Patri nõ pro-		mortui dormientes	183	municatæ	378
prietate	423	mortui vngbantur	356	mundi genius	337.490
Moabitæ	349	Moses accusator	130	mundi iacula	315
Modicum	466	moses accusaturus Iudæos	154	mundi ingratitudo pro benefi-	
Mœstitia in Apostolis de abitu		moses Christum docuit	ibidem	ciis Christi	505
Domini vnde	457	moses de Christo scripsit	130	mundi iudicati causa	90
mœstitudinis fomentum	427	moses fidelis ostiarius	299	mundi iudiciũ de Euangelio	285
Monumẽti nouitatis ratio	550	moses non fuit miraculi author		mundi iudiciũ de persona Chri-	
Morbi & afflictiones pro gloria		177		sti	44
Dei	133	moses 40 diebus à Deo passus		mundi maligna insoles	27
Morbi ex peccatis orti	138	555		mundi nomine quid Scriptura	
Morborum immisio vnde ibid.		mosi abnegatio	377	intelligit	504
Mori in peccato	251	mosi discipuli	276	mũdi ornatus sunt mœdacia	444
mori necessarium Christo	371	mosi officium	35	mundi præfidia & tela	315
mori pro alio	401	mosi zelus	71	mundi proprietates	530
morimur cum Christo & quo-		mosen Iudæi Christo præferunt		de Mundo esse	446.496
modo	371	177		de mundo non esse	496
morientes etiam viuimus	418	mosaici iudices.	240	mũdo innata vis perfequẽdi pios	
Mors	238	Mũdus. 27.39.214.238.418.478	455	mũdo opera Dei stulta sunt	542
mors animæ	246	mundus à Christo mutatus	370	mundo placens, nõ purum habet	
mors Christi	190	mundus ab oratione Christi ex-		clufus	500
mors Christi, clarificatio	370	clusus	489	Mulier, caro	29
mors Christi est vita nostra	546	mundus aliis ad gloriam schalis		mulier in adulterio	240
mors Christi honorifica	371	vtitur quàm Christus	541	mulier vas infirmum	556
mors Christi non autem marty-		mundus cæcus	417	mulier pariens	453.469
rium sanctificat	304	mundus damnatus	490	mulieris parturientis, & in Chri-	
mors Christi spontanea	511	mundus de iustitiã quando con-		sto renascentis collatio	469
mors Christi, ininitium vitæ cæle-		uictus	460	mulieri in adulterio deprehensã	
stis & perpetuã	546	mundus, & quis de mundo	489	condonantur peccata	237
mors duplex	325.336.339	mundus horrida solitudo	167	mulieres quæ Christo ministra-	
mors extincta per Christum	397	mundus illudit Christo spinis		uerunt victum	547
mors ianua vitæ	144	coronato	534	mulieres Hierosolymitanæ	541
mors impiis non autem piis hor-		mundus in maligno	370.459	Musica noua	331
ribilis	508	mundus ingratus	445		
mors impiorum horrida	270	mundus innititur hypocritica &		N	
mors in solam carnẽ Christi po-		fucata veritate	497	Na	359
testatem habebat	561	mũdus nõ est capax spiritus	416	Nardinum vnguentum	354
mors mortem vorauit	546	mundus non est locus quietis &		Nardus	ibidem
mors non est mors	331	folatii	527	nasci denuo	75
mors pii somnus est	270	mundus non habet iustas causas		nasci ex aqua & Spiritu Sãcto	75
mors quomodo à nobis vincitur		odii in Christum	449	nasci ex Deo	29
270		mundus non sustinet lucem	496	nasci ex sanguine	ibidem
mors, somnus	331	mundus quare pios odit	446	nasci in peccatis	295
mors victa	260	mundus quare pios persequitur	131	natorium	131
mortis aculeus	ibidem	448.496		Nathanael	54
mortis Christi fructus	461	mundus quibus regitur	527	nathanael etiã absens à Christo	
mortis Christi virtus	397	mundus respuit doctrinam Chri-		cognitus	56
mortis, dãnatio res cognata	254	sti	504	nathanael legis Mosaicæ pitus	54
mortem deslere	339	mundus sanis semper aduersatur		nathanael non est in Apostolatũ	
mortem nolle in nobis, Christus		consiliis	445	accitus	56
vicit	577	mundus sola permissione in pios		nathanael vnde dicitur verus Isra-	
Mortificatio	365	potestatem habet	537	elita	55
mortificatio nostri	81	mundus variè accipitur	178	nathanaelis fides	18
Mortua omnia in nobis ante re-		mundus vult videri se nõ perfe-		Natio non secludit à salute	309
generationem	424	qui pios	317	Natiuitas duplex	78
mortui	144.366	mundi discipuli	253	natiuitas Christi in Bethlehẽ	54

I N D E X.

natiuitas Christi non de mundo	299	nomina rebus consona	52	officium suũ Christus declarat	
253		Nominatim	299	182	
natiuitas nostra peccatrix	29	Non esse in mundo	492	officii Christi periphrafs	118
natura Christi verax	148	non timere	171	officia Christi	34.51.343.476
natura humana cæca	24	non videre	294	officia in Ecclesia Christi distia	
naturæ affectus	538	Nonni poetæ locus	338	guenda	102
naturæ diuinæ nota	274	Nos nostraque interibimus vt		officia quibus cognoscitur Chri-	
naturæ duæ in Christo	226	viuamus	366	stus	313
naturæ duæ in vna hypostasi vni		Nouatus,	193	officiorum omnium Christi, fi-	
tæ	85	Nox	281.373	des	343
Nauigium Christianorum	572	nox, absentia Christi	281	Offula Iudæ tradita	393
Nazaræus	54	nox non autem dies habet formi		Omnipotencia Dei	436
nazaræus Christus	511	dines	329	Opiniones vulgi de Christo	216
Necessitas ascensus Christi ad cæ-		lum	458	Oportet	116
lum	48	Necessitas explicanda in oratio-		Oppressis qua via succurrendũ	
ne	326.472	ne	189	Opus Christi	479
necessitati multorum præstat,		ne	189	opus Dei	460
quàm vnus deliciis tribuere		O		opus Dei, fides	158
355		Obedia gratissima deo	279	opus malum	307
necessitati subueniendum	133	obedia in oratione	473	opus quo demeremur Deũ	175
Negatio Petri inuit nos nihil		Obeditio, methodus ad cogni-		Opera	76.173.402.413
de nobis præsumamus	520	tionem veri	219	opera à Deo	430
negatio Petri prædicta	401	Obligatio Christi	406	opera bona	500
Nemo nisi filius nouit Patrem		Obfessus à dæmone	394	opera Christi fide aspiciẽda	184
225		Obfonatores	163	opera Christi fiduciam nobis of-	
nemo sua sorte contentus	579	Obfonium	ibidem	ferunt	88
Neomenia	522	Obstinati animi exitium	232	opera Christi ostendebant cum	
Nescire	225	obstinatorum ingenium	267	esse Deum	297
Nicodemus	211.532.549	Occasio amplexanda	330.332	opera Christi testificatur ipsum	
nicodemus confertur Samarita-		Octauarum dies celebratus	565	Deo	150
næ	110	oculus Christi	277	opera Dei	280
nicodemus curat sepulturã Chri-		oculus inuisibilis	417	opera Dei etiam profunda solus	
sti magnificam	549	oculus, locuples testis	45	scrutatur Spiritus	386
nicodemus ignorat renascentiam		oculus piorum	418	opera diuina sub alio opere pro-	
79		oculus quo Christus videtur		movent	546
nicodemus noctu accedit ad chri-		204		opera etiã Dei in nobis quomo-	
stum vt doceatur	75	oculus spiritualis	24.378	do opera dicuntur	574
nicodemus occultus Christi pa-		oculi charitatis	170	opera ex fide prodeunt	308
tronus	235	oculi Dei	100	opera mundi	214
nicodemi studium	77	oculi mentis	294	opera nostra vacent gloria	137
Nomen à re cognitum	492	oculorum eleuatio	342	opera nostra vnde sunt	435
nomẽ Christi 29.447.472.492		oculorum subleuatio	480	opera nulla sine fide	430
nomen Christi impiis exosum		Oidium cum mundo piis necessa-		opera quæ non violant sabbathũ	
447		rium	444	136	
nomen Dei	505	odii aduersus pios causæ	445	opera testificatur de Christo	313
nomen Dei, propugnaculum ad-		odii seminarium in Iudæis aduer-		opera trinitatis indiuisa	249
uersus Satanam	492	sus Christum	357	opera verbo potentiora	313
nomen naturam rei designet	52	odii seminarium in Phariseis ad-		operum bonorum fructus	147
nomen pro merito	414	uersus Christum	104	operum Christi magnitudo	141
nominis Dei duplex manifesta-		Odoriferis rebus vt licet	356	operum Dei alia ratio quàm mũ-	
tiõ	505	Offendiculum	94	di	333
nominis mutandi ratio	54	Officiõsitas Christi	384	operibus probatur Christus ef-	
nomine Christi omnia impetra-		Officium Christi	77.118.154.	se Deus	319
tur	443	164.240.299.332.379.427.		Operari cibum	158
nomina piorum propria cognita	299	489.		operari opera Dei	275
		officium Christi perpetuũ	406	Operarius mercede dignus	124



INDEX.

Orare nomine Christi quid est 443	Ostendere pro Facere 317	panis vitæ 158.188.189
orandi formæ 480	Ostiarius 299	panis vitæ, caro Christi 190
orandi modus ibidem	ostiarius non furi sed pastori a- perit 299	panis vitæ omnibus præsentatus 180
orandum nomine Christi 472	Ostium 296	siue Panis vitæ, siue doctrina a- nimam roborat 190
orantes in nomine Christi 414	Ostium, Christus 301	ad Panem verum habendum tria necessaria 181
orâtes nihil præscribamus Chri- sto de modo auxiliandi 326	Otiosi 432	panes in manu Christi 165
orantibus adfunt Spiritus & ca- ro 437	Otium 166	panes nostri Christo committē- di 166
Oratio absoluta 472	Otium vitandum 173	panū multiplicatio è verbo Dei 165
oratio, arma contra afflictiones 480	Ouis inertissima 304	Parabolæ partes tantum accipiē- dæ, quæ ad negotium faciunt 469
oratio Christi 343.352.510	ouis priusquam pastor 297	Parænesis vitæ instituendæ 234
oratio Christi ad Patrem 479	ouis Christi 297	Paracletus 415.416.450.458
oratio Christi petitoria 481	ouis nõ posse rapi de manu chri- sti probatur 315	paracleti consolatio & potentia 559
oratio Christi pro tota Ecclesia est 500	ouis quomodo effimur 304	Paralyticus euangelicus 138
oratio conditionalis nihil defi- nit 580	ouis suū cognoscit pastorē 308	paralyticus Christum compellat 134
oratio cũ gestibus corporis 480	ouium officium 299.300	paralyticus verbo credēs, sanus factus 135
oratio duplex 343	ex Ouibus Christi esse 313	paralytici commendatio 135
oratio fidei efficax 64	Ouile 296.309	paralytici confessio de Christo 136
oratio habeat gratiarum actionē 481	ouile ouium 298	Parare locum 405
oratio qua Patrem & Filium glo- rificamus 492	Palatum cum Deo 81	Parasceue 338.382
oratio qualis esse debet 471	Palæstina siticulosa 65	Parentes cæci timent Pharisæo- rum excommunicationē 276
oratio vocalis necessaria 473	Palam loqui 476	parentes honorandi exēplo Chri- sti 544
orationis Christi efficacia 512	in palam esse 213	parentum peccata suntne causa qua filii affliguntur 278
orationis Christi epilogus 508	Palingenesia 80	Paræmia de re subita 420
orationis Christi fructus 502	Palma victoriam adumbrat 358	Pascha 161.350.382.522
orationis Christi scopus 489.	palmarum dies ibidem	pascha, Christus ex lege Dei: lu- dæi ex patrū traditionibus cele- brarunt 523
492.497	palmitem fieri 433	pascha feria secūda non celebra- batur ibidem
orationis Christi summa 494	Palpones 581	paschæ solenni festo liberabatur vnus è captiuis 529
orationis fidei virtus 436	Panis à Deo sigillatus 174	paschæ obseruatio ex traditione Patrū 523
orationis fructus 473	panis angelorum siue de cælo 177	paschæ obseruationes duæ apud Iudæos fuerunt 522
orationis impedimenta 471	panis cælestis toti mundo com- municatus 178	paschæ solennitas 73
orationis interpretes 473	panis conuersus in carnem 194	Pascere 576
orationis locus 68	panis de cælo 178	pascua 302.576
orationis materia 472	panis de cælo dat vitam æternā 199	Pastor 296.298.576
orationis petitorie vt exaudia- mur, partes 436	panis de cælo descendens 189	pastor bonus 303
orationis vsus 471	panis Dei 178	pastor conductitiis 306
Ordo quo filius electos adducit 182	panis eximius 177	pastor ecclesiasticus rebus infir- mis interdum se immiscet 160
Organa Dei 186	panis ille eximius quare de cæ- lo dictus 178	
Orphanus 417	panis in carnem Christi trās- mutatus 191	
Ortus Christi 224	stantiarius 190	
Ortus in quo Christi sepulchrū 550	panis in carnem Christi trās- mutatus 191	
Os domini 349	panis intinctus 393	
ore ad os loqui 35	panis Mosaiscus solis Iudæis da- tus 178	
Osanna 359	panis verus, caro Christi 190	
Osculum 513	panis verus, Christus 158	
Osca Christi in cruce non com- minuta 548	panis veri typus, Manna 178	

INDEX.

pastor præcedit oues 299	patris & Filii eadem opera 280	pauli Samosatani error 145
pastoris diligentia & patientia 304	patris & Filii eadē potentia 140	Pax adempta restituta est 560
pastoris mali tres notæ 303	patris & Filii eadē potestas 147	pax etiam in profunda aduersita- te ibidem
pastoris studium & cura 577	patris & Filii honor vnus 143	pax mundana ibidem
pastori quando licet fugere 321	patris & Filii indiuidua societas 412	pax mundi 425.454
pastorum princeps Christus 303	patris & Filii omnia communia 412.465	pax Christi 403.425
Passio Christi quo affectu legen- da est 508	patris & filii vna doctrina 262.	pax vera ibidem
passionis Christi à Ioanne descri- pta summa 552	patris & filii vna substantia 21	pax vera quomodo in mediis af- flictionibus consistit 426
passionis Christi fructus 508	patris & filii vna virtus & sub- stantia 141	pacis Christi officium 560
passionis Christi hora ibidem	patris mandatum 438	pacis christianæ custos 424
passiones in Christo voluntariæ 368	patris nomē Iudæis exosum 342	pacis fructus, non timere 426
Pater alius à Filio 411	patris testimonium de Filio 50	pacem dare 425
pater Deus, cur iustus à Christo vocator 505	patris testimonia de Filio 272	Peccandi facilitas in nobis 516
pater & Filius vnus 256.315	patris tutela pro Ecclesia 494	peccantes in Christum, & in Pa- trem peccant 449
pater Filio omnia tradidit gene- ratione 98	patri cur in Scriptura attribui- tur verbum, Facere 22	Peccator 275.276.288.290
pater fons, in quo Filius 19	patri placita facere 257	peccator maximus 291
pater, Iudæorum Deus 239	patrem adorare in Spiritu 115	peccator per fidem coram Deo iustus 290
pater maior Filio 428	patrem amans, non odit Filium 449	peccatores omnes 242
pater, nomen essentia 115	patrem cognoscere 410	peccatores sunt causa passionis Christi 508
pater non potest esse sine verbo & sapientia 20	patrem dedisse Filio habere vitā, quid est 145	Peccatrix facta Abrahamæ filia 117
pater omnia demonstrat Filio 141	patrem Deum honorificare 268	Peccatum 279
pater omnia in manus Filii de- dit 383	patrem Deum nosce 505	peccatum antonomasticè dicitur incredulitas 459
pater ostendit Filii sui opera ma- iora quàm sit fanitas 142	patrem diligere Filii supra om- nes 98	peccatum, incredulitas 251
pater per Filium loquitur 218	patrem glorificari 437	peccatum, peccati poena 376
pater per Filium mundo cogni- tus 487	patrem trahere nos, quid est 186	peccatum Iudæ 531
pater principium Filii 19	patrem videre 412	peccatum mundi 43
pater quando à Filio glorificatus 485	patre cognito, cognoscitur Filius 391	peccatum tollere ibidem
pater quādo Filium glorificauit 482	à Patre datum mandatum Chri- sto 311	peccati cognitio 114
pater quomodo diligit Filium 437	Paternitas siue in cælo, siue in terra est à Patre Deo 48	peccati Deus non est author 59
pater quomodo docuit Filium 256	Patientia quid est 280	peccati fons, cor est 383
pater quomodo Filio dedisse dici- tur 150	patientia, sacrificium Deo acce- ptum 279	peccati origo 427
pater quos dedisse fertur Filio 181	patientia necessitas 280	peccati potentia 338
pater trahit ad Christum 159	patientia schola 544	peccati seruus 261
pater tutor Christi 256	paupertas seges 162	peccati stipendia in se Christus transulit 368
pater verax 255	Pauperes 351	peccati tyrannicum dominium 260
pater visus in Filio 410	Paupertas Christi propter nos 550	peccata condemnant 89
patris cognitio per verbum con- ceditur 448	paupertas Euangelica 207	peccata omnium Christus in suos transulit humeros 508
patris & Filii æqualitas 451	paupertas vnde 166	peccatorum ablutio 546
patris & Filii distinctio 465	Paulus Christū imitatus, animo ad mortem parato 511	peccatis oppressorum typus 133
	pauli exhortatio ad Apostolos 306	Peccus Christi possidere 579
	pauli locus de Eucharistia decla- ratus 207	peccus debiti Christianis ibidē
		peccusculū à Mose sacerdotibus datum ibidem
		Pecuniam habere, non est pecca- tum 108
		Pedes 387
		pedum lotio 384



INDEX.

pedes cuius primò lauerit Christi	385	petendum non alio quàm Christi nomine	475	pharisæi uisus Christi literis in terra, fugerunt	243
Pedum pedi	304	Petra aquam dedit	573	pharisæorum cecitas	252
Pelagiani	435	Petrus	52	pharisæorum dilemma	241
Pendendum est ex solo Christi præsidio	520	petrus ante Petecosten piscatione uixit	570	pharisæorum dogma	77
Per, particula	450	petrus aulicus factus ueritatem negauit	517	pharisæorum durities	233
Per ipsum, dicit Ioannes, quod Paulus dicit In ipso	22	petrus cursu tardior Ioanne	554	pharisæorum fastus	291
per ipsum & In ipso, idem	23	petrus de proditore sciscitatur	393	pharisæorum impietas & hypocrisis	283
Pera	304.509	petrus & Ioannes eurrunt ad sepulchrum	551	pharisæorum nota & affectus	291
Perditio duplex	512	petrus & Ioannes de sepulchro desperatiores redeunt	555	pharisæorum superbus animus	524
perditionis uia lubrica	206	petrus & Ioannes ad sepulchrum Christi adhuc fide infirmi	554	pharisæorum supercilium	211. 292
perditionis filius, Iudas, quod perditionem elegit	495	petrus fide in mare se misit	572	pharisæorum technæ	284
perditionis filius	ibidem	petrus futurus Ecclesiæ princeps, uariis modis probatus	520	Phase	350
Periculum adire non nisi in tempore licet	330	petrus gladio feriens cur reprehensus	513	Philautia, magna cæcitas	294
periculum est seiungi à Christo	169	petrus gladio petit cohortem	ibidem	Philippus probatur	161
periculum imminens fugiendum, nisi adit fauoris Dei certitudo	511	petrus in aquam se demittit	568	philippi ignorantia	411
periculum præfens quâdo aggrediendum aut fugiendum	349	petrus Ioannem sequitur ad domum Caiphæ	506	philippi prædicatio	55
pericula temerè non subeunda	320	petrus iustus sequi Christum	578	philippi terrena meditatio de futurandis hominibus	162
periculis temerè se exponere, est tentare Deum	330	petrus negat Christum	507	philippi uocatio	53
Peripetema mundi	492	petrus negaturus Christum	382	Phinees	72
non Perire	87	petri nomen mutatum, fidei augmentum designatum	53	Picardorum error	549
periens, sibi non Christo impunit	25	petrus non uult sibi lauare pedes à Christo	381	Pietas uera	153
Permissio diuina	376	petrus recusat lauare à Christo	385	Pii ad Patrem & Christum spectant	490
Permutatio rerum admiranda	118	petrus ultimo Neronis anno passus	578	pii ad quid uidentur derelicti	468
Perseuerandum in fide	336	petri confessio de Christo	205	pii affliguntur non ut homicidæ	496
perseuerantes in sua uocatione, nunquam à Domino destituntur	555	petri curiositas à Christo arguta	580	pii aliud à mundano expectant regnum	526
perseuerantiæ commendatio	257	petri de sui erga Christum amore confessio	575	pii in afflictione soli non petuntur	494
Personæ æstimatio à uirtute	259	petri feruens charitas	205	pii in communionem bonorum Dei per Christum recepti	475
personæ diuinitatis tres	450	petri magna confessio de Christo	ibidem	pii in mundo, sed non de mundo sunt	496
personæ ex doctrina nõ factu æstimandæ	124	petri mors prædicitur	569	pii in mundo ut ouicula inter leones	497
personarum distinctio confitèda	444	petri negatio	509	pii non de mundo, sed à Christo nati	253
personarum trinitatis mansio in credente	421	petri negatio nos infirmitatis nostræ admonet	519	pii non in gladio sed in patientia sua animas possident	527
Peruasio ad fidem Christi	321	petri penitentia	386	pii quales esse debent	497
Pertinaciæ signum	565	petri uocatio	52	pii quare affliguntur	496
Peruerfitas	60	petri zelus	400	pii quare mundo inuisi	ibidem
Peruestigare nos debemus in Christo	142	petro committuntur oues	577	pii semper abundant	162
Pes	573	Phariseus quis	77	pii sunt bonus odor	345
Petere	430	pharisæi increduli	275	pii uiuunt æternum	314
petèdum in nomine Christi	402. 414. 430. 454			pii ut uel docti, semper promouentur in Euangelio	462

INDEX.

339.418.466.487	pilatus timens interrogat Christum	531	Porticus Salomonis	312	
piorum consolatio à meditatione bonorum Christi	176	pilatus timore seruili occupatus	538	porticus probaticæ	131
piorum consolatio in afflictionibus	367.403	pilatus titulo Christi se uisceris uoluit de Iudæis	542	Posse	375
piorum custodia	495	pilati fauor erga Christum	537	posse pro uelle	265
piorum disciplina, afflictio	138	pilati impietas	536	potentia Christi	23.62.164.244. 277.
piorum gaudium quale esse debet	439	pilati mors & uictio	540	Potestas à Deo	531
piorum in afflictionibus consolatio	468	pilati oratio ad commiserandum	534	potestas remittendi peccata, hominibus communicata	563
piorum locus munitissimus est apud Patrem propter Christum	495	piscina	131	potestatis usus non abusus, est à Deo	537
piorum meditatio de cruce	542	piscina baptisimi typus	133	Preceptor, internus Spiritus	186
piorum pascua	302	piscina baptismum adumbrabat	131	preceptore præfente, discipuli tant	95
piorum præsentia afflictos solatur	508	piscina Hierusalem	129	Præceptum in oratione	471
piorum preces præuenit Christum	134	piscina motæ effectus	133	præceptum de petendo & orando	474
pius in afflictione adest Christus	292	piscina uera	134	præceptum Christi præcipuum	439
piis omnia in bonum uertuntur, impiis omnia uertuntur in malum	226	piscinam solus qui primus ingrediebatur, sanus	132	præceptum nouum & uetus	398
piis sitientibus, mundus acerum porrigit	545	Piscis afflus	166	præcepti nouitas	399
pios fructum ferre	437	piscium multitudo	568	Prædeterminatio	442
Pilatus adhuc Christo flagellato patrocinatur	534	Plebei Christum confitentur, prius moribus obstinatis	226	prædeterminationis têtatio quomodo tollenda	488
pilatus contendit culpam à se in Iudæos transferre	535	Plebs credula	71	prædeterminationis uox, neminem conturbet	182
pilatus excusadumne est flagellatus Christum ut à morte ipsum liberet	533	Plenum	32	prædeterminatum se inuenire	182
pilatus cupit liberare Christum, prætextu festi Paschæ	529	Plenitudo Christi	32.33.406	Prædicantem sequitur fructus etiam ingratis auditoribus	447
pilatus fabulam purabat de uenturo Messia	526	plenitudo Christi omnibus sufficiens	32	Prædicatio Christi duplex	427
pilatus fatetur peccatum suum, dicens, Ecce adduco, &c.	534	Pneumatomachi hæretici	22	prædicatio Christi sub quatuor Pontificibus completa	515
pilatus iniquus damnat Christum	540	Pœna vna vni causæ decernitur	534	prædicatio externa necessaria	186
pilatus lauat manus tanquam innocens	539	pœnæ æternæ	243	prædicationis apostolicæ scopus	425
pilatus Iudæis ciuilior	523	pœnæ infidelitatis	271	prædicationis Christi fructus	505
pilatus non ignarus innocentie Christi	539	Pœnitentiæ discipuli	50	prædicationis Christi scopus	380
pilatus non persuasit sibi Christum affectasse regnum Cæsarum	529	pœnitentiæ locus quâdiu hic uiuitur	99	prædicationis Euangelicæ scopus	462
pilatus priuata utilitati cõsulens, fit iniquus	538	pœnitentiæ pars, uiuificatio	331	prædicationis fructus Deo committendus	447
pilatus quærit hominibus placere	539	pœnitentiæ partes	365	Prædicator idoneus	301
pilatus seruiens uulgo, fit iniquus	533	pœnitentis uerus genius	122	prædicator non est lux, sed testis	26
		Pollinctorum funeris Christi	549	prædicatoris officium	69
		Pono	308	prædicatoris partes	462
		Pontifex vnus à Deo	347	prædicatores nõ sunt lux, sed ministri lucis	25
		pontificis officium	107	prædicatores nõ suu, sed à Christo acceptum, ministrent	166
		pontifices	350	prædicatores organa Dei	186
		pontificum cæcitas & durities	535	prædicatorum ab impiis afflictio	
		Populus fide discumbens	165		
		populus paret discipulis, ibidem populi moribus quandoque cecidendum	523		
		Portio superior & inferior	368		







I N D E X.

salomonis oratio	173	Sanabalath	ibidem	Satellites hominum genus immi	
Salutatio	62	Sanari nequit cui morbus placet		te	233
Saluari aut perdi est nobis libe-	134	Sanatio non violat sabbatum.		Satisfactio pro genere humano	
rum.	204				429
Saluator	104	Sanum fieri velle	134	Saturitatis virtus	168
Salus à Christo	277	Sancta quæ dicuntur	499	Scala ad cælum	228
salus ex Iudæis	103.115	Sancti non sitientes in æter-		scala ad cælum, Christus	86
salutis causa	90	num, semper iustitiam sitiunt		scala Iacob	58
salutis nostræ ordo	487	sancti, riuli sunt à fonte Chri-		Scandalizantur in Christo Iudæi	
salutis nostræ primus gradus	339	sto	33		158
Salutandi formulâ, Pax vobis,		sancti sunt veluti vernæ & serui	33	Scandalum	159
quid Christus significavit	560	domestici	32	scandalum Phariseorum	294.
Salutatio mutua salutaris	425	Sanctificare quid sit	498		394
salutatio repetita confirmatiores		sanctificare pro fungi munere Sa-		scandalum Phariseorum propria	
reddidit discipulos	561	cerdotali	500	malitia acceptum	232
Samaria	106	sanctificare se	324.350	Scenopegia	209.212
samaria inter Iudæâ & Galilæâ		sanctificari in veritate	497	Sceptrum Christi, flagellum	69
ibidem		Sanctitas Christi sola corâ Deo		Schisma	285
Samaritanæ idololatræ à Prophe-		accepta	500	Schola Christi	168
tis dicti	115	sanctitas externa	499	Scientia Christiana	485
samaritarum confessio de Chri-		sanctitas fucata	522	scientia Filii	442
sto	123	sanctitas nostra vnde venit	499	scientia ignorans	408
samaritarum cultus vanus	115	Sanctulorum abusus	356	scientia perfecta	471
samaritarum fides	123	Sanguis	265	scipio	280
samaritarum laus	124	sanguis Christi est nostri sanctifi-		Scire aliqua ignoranter	408
Samaritana Apostola	118	catio	498	Scita & cognita opere perficien-	
samaritana annuntiat suis Chri-		sanguis Christi non clamat ac-		da	369
stum venisse	103	cusationem sed remissionem		Scopus vocationis Apostolorum	
samaritana cõsulit Christum de		tur	156	Scribarum traditio	118
sui iustificatione	114	sanguis Christi non hyssopo, sed		Scriptura de Mefsia venturo	
samaritana ratiocinatur Christû		verbo aspergitur & fide excipi			39
nõ esse maiorem Iacob & Mo-		tur	498	scriptura non potest solui	319
se.	111	sanguis Christi p̄effusus	542	scriptura noua in cordibus Apo-	
samaritana Nicodemo prudenti-		sanguinis Christi virtus	386	stolorum	555
or	113	Sapientes mundi quare non sunt		scriptura, ostium	297
samaritanæ pœnitentia & suæ sa-		capaces Spiritus	417	scriptura sacra ab indoctis tra-	
lutis desyderium	117	Sapientia Dei & ratio humana		ctari non debet	372
in Samaritana fidei & doctrinæ		pugnans	269	scriptura sine pietate pestifera	
gradus	116	sapientiæ semen	26	scriptura verax	495
Samaritanus	268	Sarmentum	432	scripturæ clavis	145.150
samaritanum dici, apud Iudæos		Satan in ecclesia Christi nihil iu-		scripturæ cognitio à spiritu	
conuictum	ibidem	ris habet.	429		300
samaritani ad Christum exeunt		satan in rabiem concitatut	320	scripturæ	130
118		satan pios semper oppugnat	288	scripturæ de Mefsia	152
samaritani cur à Iudæis idolola-		Satanas	382	scripturæ implendæ	514
træ dicti	114	satanas in Iuda	394	scripturæ qualem prædixerunt	
samaritani Iudæis meliores	118	satanas Iudæorum pater	262	Mefsiam	168
samaritani medii inter Iudæos &		satanas conuictus	461	scripturæ quomodo legendæ	
gentes	122	satanæ in nos facultas	370		151
samaritani p̄athecum recipie-		satanæ imperium	461	scripturæ sacra	282
bant	116	satanæ impostura	363	scripturæ testes Christi	208
samaritani vnde dicti	108	satanæ ius	429	scripturarum apertio à Christo	
samaritanorum & Iudæorum dif-		satanæ telum aduersus Christum			166
cordia	ibidem		161	scripturarum cognitio ad vitam	

I N D E X.

æternam	151	seruus non maior Domino	389	294	
scripturarum encomium	208	seruus peccati	238	sol piorum, Christus	330
scripturarum sensus paulatim col-		serui	260	Solliciti de ventre	177
latus	332	serui, cultores legis	441	Sollicitudo terrenorum abiciens	
scripturarum vsus	151	serui & filii differentia	ibidem	da	167
Sculptile	100	Sesquipies	573	Soluite, verbum, crucem indicat	
Sebaste	106	Sic, particula	87		72
Secessus Christi à turba	239	Sichar	106	Solutio debiti Adæ	546
Seditio à Iuda Galilæo orta	525	sichar pro Sichem corruptè scri-		Sordium corporis ablutio	282
Semen mulieris	337	ptum	102	Specie sub vtraque non plus fru-	
Seminare	103.121	Sichem	106	ctus quàm sub altera specie cõ-	
Senes	577	Sichimitæ	109	fertur	195
Sententia Christi de adultera		Sicut	143.438.501	Spectrum	170
	242	Sigilla doctrinæ	313	Spernens Christum	353
sententia iniqua lapidare volen-		Signare, quid notat	97	Sperata res piorum	147
tium indicta causa	316	Signum	126	Spes dilata, probatio est fidei	
sententiæ author lex, non iudex		signum cognoscendi Mefsiam	64		
	243			spes fouet agricolas	121
Sepeliendorum mos	334	signum dilectionis diuinæ	438	spes non confundit	133.561
sepeliendis mortuis mos patriæ		signum magnæ dilectionis	400	Spiritus	75.116.159.394
seruandus	550	signum discipulorum Christi		spiritus multiplex	394
sepelitur Christus non vt condẽ-			399	spiritus, ventus	83
natus sed vir magnus & Pro-		signum quo agnoscimus nos esse		spiritus & venti proprietates ibid.	
pheta	549	filios Dei	490	spiritus Christi	67
Sepulchrum Christi	550	signum quo ostenditur Spiritus		spiritus christi author omnis bo-	
sepulchrum Christi lapide & si-		datus	562	ni	92
gillis obsignatum	553	signa ab incredulis petuntur	126	spiritus Christi piis semper gau-	
sepulchra magnifica non damnâ-		signa & prodigia petere, quid est		dium suggerit	496
tur	549	ibidem		spiritus Christi vbi est, ibi pax &	
sepultura sumptus non damnân-		signa petunt Iudæi	104	bonorum copia	560
du	ibidem	Silentii officina mysteriis medi-		spiritus erroris in pœnam	153
Sequi Christû	175.246.300.314.	tandis commoda	509	spiritus erroris & mendacii	451
	578	Silo, locus primò electus ad Sa-		spiritus libertatis	34
Sermo Christi est veritas	498	cra	114	Spiritus timoris	ibidem
Sermo Dei efficax	53	Silua quid adumbrabat	ibidem	spiritus veritatis	258. 416. 451.
Sermo Dei factus ad aliquẽ quid		ibidem	462		
significat	318	Simeonis prophetia completa		spiritus & Verbum	83
Sermo purgat	430	544		spiritus sanctus	45.431.453
Sermo purgatiuus	433	Simile	294.304.320.365.426.	spiritus à Filio missus	451
Sermonis Christi custos	421	436		spiritus à Patre	450
Sermonis Christi efficacia	123	Similitudo	71	spiritus à Patre & Filio	464.
Sermonis diuini energia	269	similitudo Patris & Filii	412		563
Serpens aeneus	86	similitudo sumpta à nubentibus		spiritus sanctus à Patre & Filio	
Serpens exaltatus	256	48		procedens	450
Serpens in deserto	75	Simon	52	spiritus sanctus procedens	451
Serpentis ad aspectum curabatur		simon Cyrenæus	541	spiritus Apostolis promissus	
læsi	101	Simplicibus Christus mitior	69		450
Serpentis caput	337	Sine, Particula	22	spiritus Apostolis scripturas ape-	
Serpentes igniti	86	sine Deo nihil factum	ibidem	ruit	73
Seruari à malo	497	Sion	360	spiritus argutor mundi	459
Seruare verbum Dei	270	Sitire, salutem	229	spiritus clamans in nobis	471
Seruitus corporalis non pugnat		non Sitire in æternum	112	spiritus confirmat cor nostrû de	
cum euangelio	258	Sitis & inediæ causa	119	Christo	155
Seruitutis varium genus	259	sitis in Christo veritatem huma-		spiritus sanctus consolator	402
Seruus	381.430.441	nitatis ostendit	545	spiritus dicitur dari iuxta dono-	
seruus in quo sapientiæ initium		128		rum, rationem	563
	446	Sol alios exæcat alios illuminat			R. ii.



INDEX.

spiritus dicitur illabi animis no- stris 417	spiritus sanctus doctor 403. 453	spiritus sanctus doctor omnis ve- ritatis Christianæ 463	spiritus scripturarum doctor 555	spiritus eadem quæ Filius docet 466	spiritus gemens in nobis 473	spiritus sanctus in corde nostro quid & loquitur & agit 451	spiritus nõ otatur in nobis ibid. 482	spiritus nos in alios viros trãffor- mat 458	spiritus sanctus Patris & Filii a- mor 141	spiritus sanctus per dona sua in nobis manet 416	spiritus sanctus per se subsistit 464	spiritus sanctus persona trinita- tis 416	spiritus sanctus promissus disci- pulis & credentibus 417	spiritus quæ docuit 463	spiritus quàm sit nobis necessa- rius 451	spiritus quanuis pio præsens, nõ tamẽ semper à pio sentitur 421	spiritus quare dicebatur ante Christi aduentũ non esse 416	spiritus quare non venisset nisi Iesus ascendisset 458	spiritus sanctus quid est 423	spiritus quis dictus 416	spiritus sanctus quomodo veni- re dicitur 450	spiritus reuelat nos esse in Chri- sto 418	spiritus statis temporibus reuela- tus 73	spiritus sanctus tertia persona in diuinis 423. 563	spiritus sanctus vna persona esse probatur 450	spiritus sanctus vocatur aqua 109	spiritus ablatio, interitus est 419	spiritus affectus exauditus 437	spiritus sancti aduentus ad Chri- stum 45	spiritus sancti aduentus necessa- rius 458	spiritus sancti aduentus visibilis 231	spiritus sancti attractus 176	spiritus sancti diuinitas 463	spiritus sancti dona duplicia 416	spiritus sancti visibilis donatio, ostendit Christum creatorem 562	spiritus est persuadere de Chri- sto 250	spiritus sancti misio temporalis 450	spiritus sancti misio, quid est 415	spiritus nomine quid intelligen- tus 83. 423	spiritus officia 416. 421. 451. 462. 482	spiritus sancti opus 230	spiritus sancti principium, Pater & filius 450	spiritus subsistentia 451	spiritus testimonium in nobis ibidem	spiritus virtus in Apostolis co- gnita miraculis 502	spiritus vt confirmator & ductor in veritatem, datus die Pente- costes 563	spiritum Sanctum audire à Filio verbo 463	spiritum dedit Christus visibili- ter 562	spiritum, siue Deum descendere, quid est 45	spiritum mitti quid est 423	spiritum loqui nobis 463	spiritum nomine Christi venire 423	spiritu absente vanus prædicator 427	spiritu Dei agi 71. 394	spiritu obsignari 97	spiritu aliter quàm carne euehi- mur 365	à Spiritu non omnia vno tempo- re reuelata 463	Spiritualis 193	Spiritualis haustus 230	Sponsæ officium 95	Sponsæ ornamenta 62	Sponsarum mos solennis 95	Sponsus 76	Sponsus sponsæ caput 95	Sponsi partes ibidem	Sponsi debetur sponsa ibidem	Sporta scripturam figurabat 166	Stadium 170. 333	status Christi qualis fuit 206	status Christianus in afflictioni- bus 368	status orationis Christi 395	Studium Christi constans erga suam ecclesiam 494	studium Christi vt euehat homi- nes ad pietatem 118	studium Christiani hominis 172	studium vulgi carnale Christus corrigit ibidem	Συνοχη 538	Συνοχη ibidem	Συνοχη ibidem	Subsistentia 20	Substantia Dei cognosci nõ po- test 320	Substractionis gratiæ causa 375	Succus vitis 432	Sudarum 554	Sufficiencia in Deo 435	sufficiencia nostra ex Deo 94	Superbia pharisaica 276	superbia non est opus Dei 59	Supplantare 390	Supplãtationẽ magnificare ibid.	Supplicium æternum 147	supplicia 138	Supputatio viritum fiebat 165	Suprà, pro Ad 107	Suscitare 130	suscitare & viuificare 142	suscitare mortuos, diuinitatis o- pus ibidem	suscitatur Lazarus 324	Suspirium ad Deum 473	Syllogismi 146	Symbola mortis & resurrectio- nis 80	Synagoga 200	synagoga leoni collata 550	synagoga telum 287	synagoga filii obedientes 214	à Synagoga eiici, est Christo iun- gi 292	Synecdoche obseruanda 368.	553-545	T	Tabernacula patribus deliciæ 353	Tautologia 301	Templum 68	templum à Virgine sumptũ 192	templum Christianorum colen- dum 70	templum Dei viui 421	templum Hierosolymitanum lo- cus electus à Domino ad sacra 114	templum in monte Sion 115	templum non violandum 70	templum quod Spiritus inhabi- tat 116
---	----------------------------------	---	----------------------------------	--	------------------------------	--	--	---	---	---	--	--	--	-------------------------	--	--	---	---	-------------------------------	--------------------------	--	---	--	--	---	-----------------------------------	-------------------------------------	---------------------------------	--	---	---	-------------------------------	-------------------------------	-----------------------------------	---	---	---	-------------------------------------	---	---	--------------------------	---	---------------------------	---	---	--	--	--	--	-----------------------------	--------------------------	---------------------------------------	---	-------------------------	----------------------	---	---	-----------------	-------------------------	--------------------	---------------------	---------------------------	------------	-------------------------	----------------------	------------------------------	---------------------------------	------------------	--------------------------------	---	------------------------------	---	--	--------------------------------	---	------------	---------------	---------------	-----------------	--	---------------------------------	------------------	-------------	-------------------------	-------------------------------	-------------------------	------------------------------	-----------------	---------------------------------	------------------------	---------------	-------------------------------	-------------------	---------------	----------------------------	---	------------------------	-----------------------	----------------	---	--------------	----------------------------	--------------------	-------------------------------	--	----------------------------	---------	---	----------------------------------	----------------	------------	------------------------------	--	----------------------	--	---------------------------	--------------------------	--

INDEX.

tẽplum siue corpus Christi sol- uendum à Iudæis 60	templi dedicatio 311	templi instaurationis tempus 72	templorum cultus ab idololatria euocat 363	Tempus serotinum 169	temporis partitio 253	Tenebræ 76. 90. 245. 246. 352. 353	tenebræ dicimur à peccatis 24	tenebræ in nobis 379	tenebræ nascimur 27	Tentat Deus vt probeat, non vt perdat 497	tentat Deũ, qui sine fiducia orat 472	tentare Deum 209	tentandus non est Deus 282	Tentatio omnis verbo Christi a- bigenda 498	tentatio qua pii vident impiis o- mnia feliciter succedere 279	tentationes extrinsecæ non de- runt 260	Ternarius numerus 574	Terræmotus in morte & resurre- ctione Christi 553	Testamentum Christi 424	testamentum noui doctor 39	Testes de Christi diuinitate & o- peribus 148	Testimonium 237	testimonium à re ipsa 289	testimonium Christi 85	testimonium Christi accipere 97	testimoniũ Christi de seipso 156	testimonium Christi verum 247	testimoniũ Dei habere in se 185	testimonium cognatione susce- ptum 47	testimonium efficax de Christo 233	testimonium innocentia certifi- candum 519	testimonium innocentia Chri- sti 534	testimoniũ Patris de Christo 130	testimonium perhibere 214	testimonium vocationis Gentiu in Scriptura, 500	testimoniũ Baptistæ de Christo commendatio 148	testimoniũ certitudo 565	testimonia vrgentissima beneuo- lentia Dei erga Iudæos 132	Theoria 291	Thesaurus Christi 264. 303	thesaurus Christianorum 499	thesauri Christi credentibus co- municati 502	thesauri sapientia Dei in Chri- sto omnes 174	Thomas 323. 332. 522. 564	thomas à Christo in fide stabili- tur 566	thomas aliud vidit, aliud credidit 567	thomas corripitur à Christo 552	thomas è numero duodecim 564	thomæ animosa exhortatio ad sequendum Christum 333	thomæ fides & cõfessio de Chri- sto 566	Thrasones gloriosi 400	Tiberias vrbs 159	tiberiadis mare 159. 570	Timidi, in circulis magnificẽ de victoria loquuntur 333	Timor apostolorum inuitauit Christum vt suos viferet 559	timor hypocriticos comes 510	timor seruilis ex diffidentia 360	timoris expulsio 171	timoris proles, infirmitas 286	Titulus Christi Iudæis ingratus, vergens in ipsoru ignominiam 543	titulus Christi crucifixi, quare tri- bus linguis conscriptus 542	titulus crucis 531	titulus sententia Christi 542	Titus 228	Tollere 312	Tõnitrum 352	Torrens Cedron 508	Tractus Dei quibus conceditur 185	tractus diuinus ibidem	tractus Patris non necessitat ibi- dem	Tradere Spiritum, est mori 546	Trahere 371	trahi à Patre 187	Tranquillitati publicæ maximẽ studendum 525	Transformatio ad nouam vitam 458	Transire à morte ad vitam 144	Transitus Christi ad Patrem, fru- ctus 460	trãitus Iesu cum discipulis, præ- fagebat ipsos ex passiois eo- dem fonte bibituros 509	Tribunal 538	tribunal non est innocentia car- nifex 535	Triclinium 66	Triduum sepulturae Christi 553	Trinitas agricola 434	trinitas in vna natura 320	trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus 21	trinitas proprietatibus distingui- tur 404	trinitatis cognitio vnde oritur 410	trinitatis forma patribus appa- ruit 100	trinitatis hypostases 20	trinitatis opera indiuisa 22. 187. 256	trinitatis vnitas 421	trinitatis mysteria potius adorã- da quàm inquirenda 20	Tristitia 453	tristitia apostolorum prædictio 468	Tuba clangor ad designandum Sabbathi principium 550	Tunica inconfutis 543	Turba cur sequebatur Christum 160	turba non nouit legem 235	turbæ affectus infidelis 172	turbæ hominum in mundo duæ 489	turbarum studium erga Euange- lium 171	Turbati 403	turbatio Christi 367. 392	Turcæ imagines abominantur 101	turcæ, Iudæi & impii non verè a- dorant Deum 143	Tutela Christi erga nos 406	Tyrannus 359. 361	tyranni à quibus Christus libe- rat 260	Tyrannorum mores improbi 91	V	Vado, verbum 227	vadere ad Patrem 466	Vale vltimum Christi 569	Valentini error 201	vaticinium etiã per os impii 348	Vedentes de tẽplo eiiciuntur 60	Venire 158. 180. 204. 229	venire ad Christum 158. 229	venire ad lucem 92	venire ad nos Deus dicitur variis modis 421	venire in nomine Domini 359	venire in testimonium 25	venit, pro veniet 116
---	----------------------	---------------------------------	---	----------------------	-----------------------	------------------------------------	-------------------------------	----------------------	---------------------	--	--	------------------	----------------------------	--	---	--	-----------------------	--	-------------------------	----------------------------	--	-----------------	---------------------------	------------------------	---------------------------------	----------------------------------	-------------------------------	---------------------------------	--	---------------------------------------	---	---	----------------------------------	---------------------------	--	---	--------------------------	---	-------------	----------------------------	-----------------------------	--	--	---------------------------	--	---	---------------------------------	------------------------------	---	--	------------------------	-------------------	--------------------------	--	---	------------------------------	-----------------------------------	----------------------	--------------------------------	---	--	--------------------	-------------------------------	-----------	-------------	--------------	--------------------	--------------------------------------	------------------------	---	--------------------------------	-------------	-------------------	--	-------------------------------------	-------------------------------	---	---	--------------	---	---------------	--------------------------------	-----------------------	----------------------------	---	---	--	---	--------------------------	---	-----------------------	--	---------------	--	--	-----------------------	--------------------------------------	---------------------------	------------------------------	-----------------------------------	---	-------------	---------------------------	-----------------------------------	---	-----------------------------	-------------------	--	-----------------------------	---	------------------	----------------------	--------------------------	---------------------	----------------------------------	---------------------------------	---------------------------	-----------------------------	--------------------	--	-----------------------------	--------------------------	-----------------------



INDEX.

Venientes nomine suo iuerunt	153	verbi Dei ministerium subsisten-	562	Victima Domini, impiorum oc-	455
pœnas	153	tia	562	cifio	455
Venter	230	verbi Dei potentia	270.320	Victores sumus per Christum	558
venter Deus Iudæorum	184	verbi optimum testimonium	256	Victoria Christi	358.478
veter eloquentia non flebitur	163	verbi recepti fructus	489	Victoria per Christum ad nos tran-	ibidem
venter latrans	183	verbi secundæ personæ virtus	196	sit	ibidem
Venti natura	83	verbi scripti usus	568	Victus in fide laborantibus non	deest
Verax Deus	225	verbi temporis præsentis energia	43	Videre	32.270.294.339.412
Verbum	20.204	verbi virtus	344.560	videre Christum	378
verbum à sanctis cognitum	27	verbo credentes tractabiles	313	videre iterum Dominum quid	470
verbum ad omnes pertinet	26	verbo Dei, bona Christi distribu-	untur	videre, pro habere	140
verbum æternum à Patre diffe-	rens persona	21	verbo constanter adherere, donum	Vilia capita sequitur Christum	236
verbum audiendum	170	Dei	443	Vincimus dum vincimur	106
verbum caro factum	30	verbo firmiter adherendum	135	Vindicta à nobis prorsus abigē-	da
verbum Christi euertit omnem	di ordinem	294	verbo potius quam personæ ad-	vincimus in Christo	315
verbum Christi pro afflictio ad Sa-	tanam	501	hærendum	Vindicta à nobis prorsus abigē-	da
verbum cognoscere quid est	27	verbo simplici credendum	125.164	da	518
verbum cur dicitur Filius	380	in Verbo res cognita	23	vindicta animus in Iudæis	539
verbum Dei	151.192.270.455	verba Christi efficacia	227	Vinum acidum mortem acce-	rat
verbum Dei audire	239.267	verba Christi in nobis manere	436	rat	545
verbum Dei impiis iudicium,	piis consolatio	512	verba Christi sunt spiritus & vi-	vinum belnense	66
verbum Dei non est alligatum ib.	verbum Dei non est otiosum	49	ta	vinum cõuersum in sanguinem	194
verbum, Dies est	280	verba veni & vado	247	vinum ex aqua	65
verbum duplici ratione est vita	23	verba vitæ	159.205	vinum nuptiis necessarium	63
verbum erat, non de quolibet ver-	bo dicitur	20	Vere Christianus agnoscat se im-	Violentia & temeritas frequēs in	vulgo
verbum erat, nota æternitatis	19	Veritas	32.34.116.238.401.463.507.528.	Vir sanctus quomodo vnū cum	Deo
verbum esse apud Deum, quid est	20	veritas immites habet aduersarios	349	Deo	320
verbum & Pater duæ personæ	20	veritas liberat	258	virī voluntas	29
verbum fidei	434	veritas per Christum facta	34	Virgo cum suis Christum in cruce	contemplatur
verbum nunquam sine fructu	257	veritas propter quam Iudæi Chri-	stum persecuti	Virium humanarum imbecillitas	405
verbum Patris	488	veritas quid est	409	virium humanarum impotentia	in Petro explorata
verbum pro promissione	121	veritas testis sui	25	in Petro explorata	516
verbum probatur esse Deus	97	veritatis certa demonstratio	518	viribus propriis non fidendum	401.477
verbum qua ratione dicitur veri-	tas	498	veritatis cognita oppugnatores	Virtus spiritus	423
verbum quo aspergitur sanguis,	est Christus pro nobis mortuus	ibidem	relinquendi	virtutis diuinæ opus	251
verbum sine quo fides non subsi-	stit	436	relinquendi	Vis & natura Christi erga cre-	dentes
verbum, veluti columna nubis	50	veritatis propugnatores magis	quam nostri corporis	Visio beata	282
verbum, via ad Patrem	408	veritatis virtus	488	Visus duplex	294
verbum vocale est medium ad fi-	dem	500	veritatem confiteri	Vita	17.199.296.323.402.409
verbum volatile	274	veritatem dicere ad solum Chri-	stum pertinet	vita à corpore Christi	201
verbi accepti usus	118	Veritatem facere	92	vita æterna	75.353.484.488.
verbi cognitio sensum augetur	57	Vespera Sabbathi	553	vita æterna Christo à Patre data	483
verbi contemptores pœnas luunt	124	Vestimenta Christi diuiduntur	532	vita æterna fidei viuæ res cognita	314.568
verbi Dei efficacia	243.251.281.498	vestimentorum Christi diuisio	543	vita æterna hic coepit	485
verbi fructus	128	Via	402	vita æterna in Scripturis quaerē-	da
		viam Domini dirigere	40	vita æterna per Christum	402.479
		Vicarii Dei	318	vita æterna vnde cõsequatur	479
				vita animæ potior quam corpo-	ris
				vita, effectus fidei	336

INDEX.

vita & lux, voces effectuum & na-	turæ	23	vnionis nostræ ad Deum nexus est	Christus	ibidem
vita & mors in manu Christi	311	Vnitas Christiana consummata	503	Voluntas humanæ non est subie-	cta natura
vita in morte & sub morte	331.546	vnitatis Christianæ vis & defen-	sio	Voluntatem Dei per Christum,	qualem esse pii senserunt
vita æternæ fructus	99	vnitatis consummatio necessaria	in Ecclesia	Voluntatem Dei qualem debemus	agnoscere
vita nostræ finis à deo præuisus	330	Vocatio exequenda	578	ibidem	
vita probitas commendat doctri-	nam	267	vocatio Gentium	107	Voluntates duæ in Christo
vitam ab exemplo comparare, pe-	riculosum	114	vocatio nostra quandiu viuimus	329	Voluptas animi
vitam æternam habere	485	vocatio piorum	299	40	
vitam habere	303	vocatio varia	572	83	
vitam habere, est opus Dei	152	vocatio vniciue commodissi-	ma à Deo dispensata	579	vox clamantis
vitam impendere	366	vocationis Dei vis & energia	557	299	368
ad vitam æternam ingressus	99	vocationis Gëtiū primitiæ	122	331	
vitam pacifici pro Euangelio	268	vocationi inferuire	165	Ut, particula	277.327.374.376.
Vitellius Caipham à magistratu	deturbauit	515	Vocis diuinæ potentia	512	vt saturentur quaerunt Christum
Vitis	360.430	Vocis diuinæ virtus	53	158	
vitis Christus	431	vocem Dei audire quid est	528	Vtilitas priuata	356
Viuere, & non mori in æternum	336	vocem Dei ferunt pii, non item	impii	512	Vulgus ad quæuis rapitur autho-
Viuens	409	vocum incrementa	515	515	ritate magnatum
Viuificare	130	Volo, verbum, ostēdit in Christo	omnipotentiam	504	515
Viuificatio nostra ex Spiritu	81	Voluntas Dei	158.256	168	vulgus Christum carnalem re-
Viuificatio omnium	192	Voluntas Dei, Fides, vita	158	168	gem quaerit
Vltio Deo relinquenda	269	Voluntas Dei vocantis nos non a-	spernanda	580	168
Vltio innocentæ Christi	228	Voluntas libera, & quomodo tra-	hi dicitur	185.187	vulgi carnale iudicium de Chri-
Vmbra	188	Voluntas Patris vt Filius immo-	lettur	429	sto
vmbra mortis	281	lettur	429	512	ibidem
vmbra legis oēs antiquatæ	499	Voluntatis actus liber	181	515	vulgi genius 168. leuitas 183.
vmbra legis, semina futurorum	120	Voluntatis libertas	186	172	mobilitas
Vnctio	423	Voluntatis diuinæ cognoscendæ	ratio	89	vulgi opinio de Messia
Vngere Dominum	325	Voluntati diuinæ non est resisten-	dum	286	222
Vnigeniti nomen	ibidem	Voluntatis diuinæ non est resisten-	dum	286	vulgi opinio de persona Christi
Vnigenitus pro salute à Patre o-	blatus	90			71
Vnigeniti nomine quid signifi-	catur	88			Vulneris Christi vestigium incre-
Vnio qua Deo vnimur	502				dulis videndum exponetur in

QUATERNIONVM INDEX.

a est duernio. b c d e f g h i l z l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M sunt quaterniones. N O P Q sunt terniones. R. est duernio. Numeri incipiunt à 17, quod ante o- peris initium præpositum iri aliquid aliud putaremus.

LVTE TI AE,

EXCVDEBAT CONRADVS BADIVS SVMPTI-  
BVS IOANNIS ROIGNY, FRATRIS SVI  
SORORII, ANNO M. D. XLVIII:  
DIE QVARTA MEN-  
SIS APRILIS.